
John Adams Library.



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No
*ADAMS
* 283.14

EXAMEN
JURIS
CANONICI

Juxta

V. Libros Decretalium

Ad mentem Recentiſſimorum Canoniſtarum in utilitatem ac facilitatem diſcentium Theorico-practicè adornatum, & antehac in Celeberrima & Antiquiſſima Univerſitate Viennenſi

PRÆSIDE

Prænobili, Spectabili, ac Conſultiſſimo

VIRO

ADAMO JOSEPHO GRENECK,

U. J. Doctore, Aulæ, Aulicæque Regio Bohemicæ Cancellariæ & Judiciorum Advocato, Inclytæ facultatis Juridicæ Seniore Conſiſtoriali, S. S. Canonum Profeſſore Publico & Ordinario, Celſiſſimi & Reverendiſſimi S. R. I. Principis & Epiſcopi Paſſavienſis Conſiliario Conſiſtoriali: Reverendiſſimi & Ampliſſimi Statûs D. D. Inferioris Auſtriæ Prælatorum Secretario, ejusdemque Statûs S. S. Canonum Profeſſore extraordinario, Celeberrimi Monaſterii Scotenſis Aulæ Judice, nec non Venerabilis ac exempti Capituli Viennenſis Syndico.

à R. ac Relig. Patre GERARDO KOLB, Celeberrimi & Antiquiſſimi Monaſterii Ord. S. Benedicti Viennæ ad Scotos Profeſſo: Decretalium præfatæ Lectionis S. S. Canonum extraordinariæ Auditore abſoluto, publico Examini expoſitum.

VIENNÆ,

Sumptibus GEORGII LEHMANNI, Bibliopolæ,

Anno MDCCXXVIII.

ADAMS 128.14

REVERENDISSIMIS,
ILLUSTRISSIMIS,
PER ILLUSTRIBUS,
MAGNIFICIS,
AC
AMPLISSIMIS
DOMINIS
DOMINIS
INFERIORIS AUSTRIÆ
PRÆLATIS.

BERTHOLDO, Abbati Mellicenſi,
ERNESTO, Præpoſito Clauſtro-Neoburgenſi,
GODEFRIDO, Abbati Gottwicenſi,
GERARDO, Abbati ad S. Crucem,
JOANNI MICHAELI, Præpoſito ad S. Hypolitum,
MELCHIORI, Abbati Zwettalenſi,
LEOPOLDO, Præpoſito Ducumburgenſi,
CHRYSOSTOMO, Abbati Campo-Lilienſi,

CAROLO, Abbati Scotenſi,

PLACIDO, Abbati Altenburgenſi,

AMBROSIO, Abbati Seittenſtettenſi,

FERDINANDO, Præpoſito ad S. Dorotheam,

FRANCISCO ANTONIO, Præpoſito ad S. Andream,

MALACHIÆ, Abbati Seiſſenſteinenſi,

ILDEPHONSO, Abbati Cellenſi,

HIERONYMO, Præpoſito Thierſteinenſi,

ROBERTO, Abbati Neoſtadienſi,
MICHAELI, Abbati Geracenſi,
AMBROSIO, Præpoſito Pernecenſi,
JOSEPHO, Prælato Gemnicenſi,
BENEDICTO, Prælato Maurbacenſi,
FERDINANDO OTTOCARO, Præpoſito Ardacenſi.
CONRADO, Præpoſito Zwettalenſi,
FRANCISCO ANTONIO, Præpoſito Eisgarnenſi,

JO-

JOSEPHO, Præpoſito Viennenſi,
ANTONIO, Abbati de Monte Serrato.

Adeoque toti Inclyto Inferioris Auſtriæ
Dominorum Dominorum Prælatorum Statui,
Præſidi, Proceribus ac Patriæ Patribus

Dominis Dominis Patronis ac Mæcenatibus Gratioſiſſimis.

Reve-

Reverendiſſimi, Illuſtrisſimi; Perilluſtres, Magnifici, ac Ampliſſimi Domini Domini!

Veniam dabitis, quod labor iſte, otii Monaſtici Veſtrum *Patrocinium ambiat: Nam ſi ad flumina, unde fluunt fontes, revertuntur, & quæquæ ad ſua*

ſua redeunt principia, ſi omne, quod inædificatur ſolo, ſolo cedit (a) ſi Jus Patronatûs ille ſibi vendicat, qui ad ædificium fundum præbet, (b) profectò injurius Sacræ Themidi forem, & contra manifeſta Jura mercarer, ſi hocce Examen Juris Canonici alterius, quam Veſtro Nomini *inſcriberem:* Veſtro *enim ſolo per biennium inædificatum eſt,* Vos *fundum præbuiſtis, dum* Veſtra *profuſiſſima Munificentia Sacrorum Canonum lectionem extraordinariam fundâſtis:* Vos *Patriæ juventuti ampliſſimum propoſuiſtis fundum, ut in eodem ſapientiæ ædificia extrueret, hîc eidem propinantur Sacratioris Juris prudentiæ liquores, ut uberiùs hauſtos profuſiùs deîn Patriæ incolis inſtillaret, eósque*

)( )(*Ju-*

(a) §. 9. Inſtit. de rer. divis.
(b) arg. C. 3. & 25. de Jur. Patronat.

Juſtitiam Chriſtianam, Fidei puritatem, Morum honeſtatem, Mandatorum DEI & Eccleſiæ obſervantiam doceret, ut rectè vivendo, æternam beatitudinem conſequerentur. (c) *Sanè inter plurima alia, quæ fando explicari non poſſunt, monumenta, quibus Patriæ felicitatem,* Veſtris *conſiliis, & Induſtria procuratis, hoc primum eſſe videtur: Spiritualia enim tantò ſunt temporalibus digniora, quantò anima præfertur corpori.* (d) Vos *igitur* Reverendiſſimi, Illuſtriſſimi, Perilluſtres, Magnifici, ac Ampliſſimi Domini Domini, *exiguam hanc meam ſtructuram* Veſtro *fundo inædificatam velut primum Paternæ Solicitudinis* Veſtræ *mnemnoſynon* Veſtrô Patrociniô *tuemini, atq; firmum ſtabit ædificium meum*

(c) fin. Jur. Canon. (d) C. 5. & 6. de M. & O.

meum, utpote columnis Eccleſiæ innixum. (e) *Ego verò in arenam Sacræ Themidis deſcenſurus, non dubius ſum de victoria, ſi gratiâ, favoribus, atque* Patrocinio Veſtro *animatum, in certamine Scholaſtico deſudantem foveatis.*

Reverendiſſimorum, Illuſtriſſimorum, Perilluſtrium, Magnificorum, ac Ampliſſimorum Dominorum Dominorum.

Clientum infimus

P. Gerardus Kolb, Prof. Scot.

(e) arg. C. 17. §. 1. de accuſ.

ELENCHUS

Deciſionum ex Libris quinque Decretalium, juxta ordinem Examinis decerptarum.

Ex Prooemio.

I. Decretum Gratiani, quà tale non habet authoritatem Juris deciſivam.
II. Et hanc neque ex Epiſtola Gregorii XIII. eidem poſtea præfixa recepit.
III. In materia Spirituali, & quando agitur de peccato Jus Canonicum prævalet Civili, eique aſſurgendum.

Ex Libro I.

I. Fidem alienam ſimulare, nulla ratione eſt permiſſum.
II. Ad profeſſionem fidei emittendam obligantur proviſi de quibuscunque beneficiis curatis, aliàs fructus non faciunt ſuos.
III. Quos proinde etiam ante Sententiam Ju-

dicis

dicis declaratoriam reſtituere in conſci-
entia tenentur.

IV. Pagani, & infideles non poſſunt cogi ad fidem ſuſcipiendam, neque eis ex hoc ſolo motivo bellum indici valet.

V. Clerici, & Religioſi directè non obligantur legibus civilibus, etiam in materia communi, à poteſtate ſæculari latis.

VI. Ad legem Canonicam, ut obliget, præſcindendo à Stylo Curiæ Romanæ, non ſufficit, ut ſit Romæ publicata.

VII. In reſcriptis gratiæ inſpiciendum tempus datæ, in reſcriptis Juſtitiæ tempus præſentatæ.

VIII. Inter duo reſcripta à diverſis ſuper eadem re impetrata prævalet prius, ſi poſteriùs mentionem illius non faciat.

IX. Conſuetudo adversùs libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam non valet.

X. Laici Jus eligendi Prælatum Eccleſiaſticum præter Privilegium Summi Pontificis nullô modô acquirere poſſunt.

XI. Monialis vidua, vel aliàs in Sæculo corrupta poteſt abſolutè in Abbatiſſam eligi.

XI Summus Pontifex prævalet conſilio generali.

Ex Libro II.

I, Tam Clerici, quàm Laici in cauſis Spiritualibus poſſunt etiam adhuc hodie Ro-
mæ

mæ conveniri, ſi ibi exiſtant, & juſtam domum avocandi cauſam non habeant.

II. Clericorum exemptio eſt Juris Divini ſaltem originaliter.

III. Spectato Jure communi, non ipſi tantùm Clerici, ſed & res eorum, & bona gaudent exemptionis privilegiô.

IV. Clerici non poſſunt conveniri coram Judice Laico, bene tamen reconveniri.

V. Quotiescunque quæſtio Spiritualis incidit in cauſam civilem coram Judice Laico, debet remitti ad Judicem Eccleſiaſticum.

VI. Poteſt Judicium poſſeſſorium & petitorium non tantùm in eôdem libello, ſimul cumulari, ſed etiam, ſi actor ab initio egit petitorio, eô ſuſpensô ad poſſeſſorium pecurrere, & econtra.

VII. Reus non legitimè interrogatus à Judice, non tenetur confiteri crimen.

VIII. Actus Jure poſitivè invalidus accedente Juramento, neque Jure Canonico confirmatur.

IX. Præſcriptio ſuis requiſitis abſoluta procedit etiam in conſcientia.

X. Eadem poteſt cum dubio ſpeculativo, non tantum continuari, ſed etiam ritè inchoari

Ex Libro III.

I. Reſidentia Clericorum eſt Juris Divini.

II. Non ſatisfacit regulariter præcepto de reſidendo Parochus, ſi quidem reſideat in Parochia, non tamen per ſe ſed ſolummodo per ſubſtitutos officium Parochiale exerceat.

III. Et ideo, niſi alia legitima cauſa ſubſit, fructus non facit ſuos, & tenetur ad eorum reſtitutionem.

IV. Canonicus ſimpliciter diſpenſatus ad duos canonicatus in diverſis Eccleſiis obtinendos, non propterea gaudet fructibus utriusque, ſed illius tantùm, in quo reſidet.

V. S. Pontifex, ſpectatô jure communi poteſt liberè conferre omnia beneficia totius mundi, tam vacantia, quàm vacatura, abſolutè, & conditionatè.

VI. Secùs hodie in Germania poſte concordata, quibus etiam ſaltem de poteſtate ordinaria, & ſine graviſſima cauſa derogare non poteſt.

VII. Indultum primariarum precum nullam continet iniquitatem, nec adverſatur rationi Juris.

VIII. Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum, immobilium, vel mobilium pretioſo-

rum

rum, ſine conſenſu capituli, & aliis ſolemnitatibus jure requiſitis, eſt ipsô Jure nulla.

IX. Poteſt tamen Prælatus validè repudiare hæreditatem, item & legatum Eccleſiæ relictum.

X. Nec feudum, nec donatio Eccleſiæ facta amittitur propter ingratitudinem, vel delictum Prælati.

XI. Teſtamentum ad pias cauſas non exigit aliàs ſolemnitates, quàm, quæ de Jure naturæ requiruntur.

XII. Clericos de bonis ſuperfluis proſpectu Eccleſiæ acquiſitis teſtari non poſſe, de Jure ſcripto certum eſt.

XIII. Et probabiliter id nec conſuetudine introduci poteſt.

XIV. Novitio in Religione ſine teſtamento decedenti probabiliùs non proximi conſanguinei, ſed Monaſterium ſuccedit.

XV. Decimæ ſaltem materialiter ſumptæ hodie adhuc debentur Clericis Jure Divino.

XVI. Spectato Jure communi Laici Juris decimandi ſunt incapaces, nec illud ullo unquam tempore etiam immemoriali præſcribere poſſunt.

XVII. Eodem Jure communi ſpectato decimæ novalium regulariter pertinent ad Parochum loci, & non ad illum, qui ibi forte

forte ex privilegio vel præſcriptione Jus decimandi habet.

XVIII. Poteſt Prælatus regularis ſibi eligere ſepulturam.

XIX. Conſuetudo, quâ hodie pro ſepulturis taxa ſtolæ accipitur, non eſt Simoniaca.

XX. Regulares non ſunt incapaces beneficiorum ſæcularium.

XXI. Conſtitutio Concilii Trid. annullans donationes & renuntiationes Novitiorum non comprehendit caſum, quô Novitius ante Profeſſionem mortuus eſt.

XXII. Poteſt Jus Patronatûs acceſſoriè vendi.

XXIII. Etiam Clerici gaudent Jure Aſyli in criminibus non exceptis.

XXIV. Bulla Gregoriana obligat etiam extra territorium Pontificis omnes, & ubique.

XXV. Cognitio an caſus ab immunitate ſit exceptus vel non? privativè ad Judicem Eccleſiaſticum, & non ad Sæcularem pertinet.

Ex Libro IV.

I. Sponſalibus rectè adjicitur pœna Conventionalis.

II. Conſenſus Parentum neque de Jure Civili ad valorem Matrimonii eſt neceſſarius.

III. Ho-

III. Hodie Matrimonium clandeſtine contractum in locis, ubi Concil. Trid. eſt receptum nè quidem in vim Sponſalium valet.

IV. Matrimonia Acatholicorum contra formam Tridentini in locis, ubi viget publicum Religionis Exercitium contracta tenent.

V. Solus Papa ſtatuere poteſt impedimenta dirimentia Matrimonii.

Ex Libro V.

II. Dare aliquid temporale pro obtinendo Spirituali præcisè ad redimendam vexam, non eſt Simoniacum.

I. Licitè inter Chriſtianos tolerantur Judæi.

III. Adultera nec marito, nec proli tenetur manifeſtare ſe ex adulterio ſuſcepiſſe.

IV. Eadem tamen tenetur ad reſtitutionem damni liberis legitimis propterea illati.

V. Uſura lucrativa Jure Divino, & naturali eſt prohibita, nec poteſt ulla lege vel conſuetudine fieri licita.

VI. Privilegia merè gratioſa rectè etiam non ſubditis conceduntur.

VII. Eadem ſolo non uſu regulariter non amittuntur.

VIII. Pœnæ etiam latæ ſententiæ plerumque non

non debentur ante Sententiam Judicis, ſaltem declaratoriam.

IX. Cenſura propriè ſumpta, tantum eſt triplex, nempe excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum.

X. Poteſtatem ferendi cenſuram poteſt ſummus Pontifex de plenitudine etiam fœminæ v. g. Abbatiſſæ delegare.

INDEX
Librorum & Titulorum
in præſenti
Examine Juris Canonici
contentorum,
& juſto paginarum ordine exſcriptorum.

LIBER PRIMUS.

Titulus I.
De Summa Trinitate & Fide Catholica. pag. 14
Titulus II.
De Conſtitutionibus. 18
Titulus III.
De Reſcriptis. 32
Titulus IV.
De Conſuetudine. 38
Titulus V.
De Poſtulatione. 43
Titulus VI.
De Electione, & Electi poteſtate. 48

* Tit.

Titulus VII.
De translatione Epiſcopi. pag. 59
Titulus VIII.
De authoritate & uſu Pallii. 61
Titulus IX.
De Renunciatione. 64
Titulus X.
De Supplenda Negligentia Prælatorum. 68
Titulus XI.
De temporibus Ordinationum & qualitate Ordinandorum. 72
Titulus XII.
De Scrutinio in ordine faciendo. 88
Titulus XIII.
De Ordinatis ab Epiſcopo, qui renuntiavit Epiſcopatui, vel ab excommunicato. 89
Titulus XIV.
De ætate, qualitate & ordine Præficiendorum. 91
Titulus XV.
De Sacra Unctione. 95
Titulus XVI.
De Sacramentis non iterandis. 96
Titulus XVII.
De Filiis Presbyterorum ordinandis, vel non ordinandis. 99
Titulus XVIII.
De Servis ordinandis, & eorum manumiſſione. 102

Titulus XIX.
De obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non. pag. 104
Titulus XX.
De corpore vitiatis ordinandis vel non. 106
Titulns XXI.
XXI. De Bigamis non ordinandis. 109
Titulus XXII.
De Clericis peregrinis. 115
Titulus XXIII.
De Officio Archi-Diaconi. 116
Titulus XXIV.
De Officio Archi-Presbyteri. 117
Titulus XXV.
De Officio Primicerii. 119
Titul. XXVI.
De Officio Sacriſtæ. 120
Titul. XXVII.
De Officio Cuſtodis. 121
Titul. XXVIII.
De Officio Vicarii. ibidem.
Titul. XXIX.
De Officio & Poteſtate Judicis delegati. 126
Titul. XXX.
De Officio Legati. 133
Titul. XXXI.
De Officio Judicis ordinarii. 137
Titul. XXXII.
De Officio Judicis. 140

Titul. XXXIII.
De Majoritate & Obedientia. pag. 150
Titul. XXXIV.
De Treuga & Pace. 170
Titul, XXXV.
De Pactis. 175
Titul. XXXVI.
De Transactionibus. 196
Titul. XXXVII.
De Poſtulando. 201
Titul. XXXVIII.
De Procuratoribus. 205
Titul. XXXIX.
De Syndico. 212
Titul XL.
De his quæ vi metusvè cauſa fiunt. 214
Titul XLI.
De in integrum Reſtitutione. 220
Titul. XLII.
De alienatione judicii mutandi cauſa. 230
Titul. XLIII.
De Arbitris. 233

LIBER SECUNDUS.

Titul. I.
De Judiciis. 241
Titul. II.
De Foro competenti. 426

Ti-

Titul. III.
De Libelli oblatione, pag. 285
Titul. IV.
De Mutuis Petitionibus. 292
Titul. V.
De Litis Conteſtatione. 295
Titul. VI.
Ut lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitivam. 298
Titul. VII.
De Juramento Calumniæ. 299
Titul. VIII.
De Dilationibus. 301
Titul. IX.
De Feriis. 303
Tit. X.
De Ordine Cognitionum. 306
Titul. XI.
De plus Petitionibus. 308
Titul. XII.
De Cauſſa Poſſeſſionis & Proprietatis. 309
Titul. XIII.
De Reſtitutione Spoliatorum. 314
Tit. XIV.
De Dolo & Contumacia. 321
Titul. XV.
De eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ. 327

Titul. XVI.
Ut lite pendente nihil innovetur. pag. 330
Titul. XVII.
De Sequeſtratione Poſſeſſionis & fructuum. 333
Titul. XVIII.
De Confeſſis. 335
Titul. XIX.
De Probationibus. 344
Titul. XX.
De Teſtibus & Atteſtationibus. 351
Titul. XXI.
De Teſtibus cogendis. 364
Titul XXII.
De Fide Inſtrumentorum. 366
Titul. XXIII.
De Præſumptionibus. 383
Titul. XXIV.
De Jurejurando. 387
Titul. XXV.
De Exceptionibus. 403
Titul. XXVI.
De Præſcriptionibus. 406
Titul. XXVII.
De Sententia, & re judicata. 431
Titul. XXVIII.
De Appellationibus, Recuſationibus & Relationibus. 445

Ti-

Titul XXIX.
De Clericis peregrinantibus. pag. 459
Titul. XXX.
De Confirmatione utili & inutili. 460

LIBER TERTIUS.

Titulus I.
De Vita & honeſtate Clericorum. 463
Titul. II.
De Cohabitatione Clericorum & Mulierum. 467
Titul. III.
De Clericis conjugatis. 472
Titul. IV.
De Clericis non reſidentibus in Eccleſia vel Præbenda. 478
Titulus V.
De Præbendis & dignitatibus. 497
Titulus VI.
De Clerico ægrotante vel debilitato. 548
Titul. VII.
De Inſtitutionibus. 554
Titul. VIII.
De Conceſſione Præbendæ & Eccleſiæ non vacantis. 558
Titul. IX.
Ne Sede vacante aliquid innovetur. 560
Titul. X.
De his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli. 565

Titul. XI.
De his, quæ fiunt à majore parte Capituli. pag. 568
Titul. XII.
Ut Eccleſiaſtica beneficia ſine Diminutione conferantur. 572
Titul. XIII.
De rebus Eccleſiæ alienandis, vel non. 577
Titul. XIV.
De Precariis. 589
Titul. XV.
De Commodato. 592
Titul. XVI.
De Depoſito. 596
Titul. XVII.
De Emptione & Venditione. 600
Titul. XVIII.
De Locatione & Conductione. 606
Titul. XIX.
De Rerum permutatione. 611
Titul. XX.
De Feudis. 615
Titul. XXI.
De Pignoribus & aliis Cautionibus. 625
Titul. XXII.
De Fidejuſſoribus. 629
Titul. XXIII.
De Solutionibus. 634
Titul. XXIV.
De Donationibus. 637

Ti-

Titul. XXV.
De peculio Clericorum. pag. 642
Titul. XXVI.
De teſtamentis & ultimis voluntatibus. pag. 646
Titul. XXVII.
De Succeſſionibus ab inteſtato. 655
Titul. XXVIII.
De Sepultura. 659
Titul. XXIX.
De Parochiis & alienis Parochianis. 666
Titul. XXX.
De Decimis, Primitiis & Oblationibus. 669
Titul. XXXI.
De Regularibus & tranſeuntibus ad Religionem. 682
Titul. XXXII.
De Converſione Conjugatorum. 698
Titul. XXXIII.
De Converſione infidelium. 703
Titul. XXXIV.
De Voto & Voti redemptione. 705
Titul. XXXV.
De Statu Monachorum & Canonicorum Regularium. 710
Titul. XXXVI.
De Religioſis Domibus, ut Epiſcopo ſint ſubjectæ. 714

Titul. XXXVII.
De Capellis Monachorum & aliorum Religioſorum. 718
Titul. XXXVIII.
De Jure Patronatus. 721
Titul. XXXIX.
De Cenſibus, Exactionibus & Procurationibus. 731
Titul. XL.
De Conſecratione Eccleſiæ vel Altaris. 738
Titulus XLI.
De Celebratione Miſſarum, & Sacramento Euchariſtiæ, & aliis divinis officiis. 744
Titul. XLII.
De Baptiſmo, & ejus effectu. 749
Titul. XLIII.
De Presbytero non baptizato. 751
Titul. XLIV.
De cuſtodia Euchariſtiæ, chriſmatis & aliorum Sacramentorum. 752
Titul. XLV.
De Reliquiis & Veneratione Sanctorum. pag. 753
Titul XLVI.
De Obſervatione Jejuniorum. 754
Titul. XLVII.
De Purificatione poſt Partum. 755
Titul. XLVIII.
De Eccleſiis ædificandis vel reparandis. 756

Tit.

Titul. XLIX.
De immunitate Eccleſiarum, Cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium. pag, 757
Tit. L.
Ne Clerici vel Monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant. 767

LIBER QUARTUS.

Titulus I.
De Sponſalibus & Matrimoniis. 769
Titulus II.
De Deſponſatione Impuberum. 790
Titulus III.
De Clandeſtina Deſponſatione. 796
Titulus IV.
De Sponſa Duorum. 808
Titul. V.
De conditionibus appoſitis in deſponſatione, vel aliis contractibus. 812
Titul. VI.
Qui Clerici vel voventes Matrimonium contrahere poſſunt. 820
Titul. VII.
De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. 824
Titul. VIII.
De conjugio Leproſorum. 827
Titul. IX.
De Conjugio Servorum. 830
Tit. X.
De natis ex libero ventre. 831

Ti-

Titul. XI.
De Cognatione Spirituali. pag. 832
Titul. XII.
De Cognatione Legali. 835
Titul. XIII.
De eo, qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ vel ſponſæ. 839
Titul. XIV.
De Conſanguinitate & affinitate. 842
Titul. XV.
De Frigidis, & maleficiatis, & impotentia coëundi. 853
Titul. XVI.
De Matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ. 857
Titul. XVII.
Qui filii ſunt legitimi. 863
Titul. XVIII.
Qui matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari. 872
Titul. XIX.
De Divortiis. 875
Titul. XX.
De Donationibus inter virum & uxorem, & de Dote poſt divortium reſtituenda. 883
Titul. XXI.
De ſecundis nuptiis. 886

LIBER QUINTUS.

Titulus I.
De Accuſationibus, Inquiſitionibus & Denuntiationibus. pag. 889
Titul. II.
De Calumniatoribus. 900
Titul. III.
De Simonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel promittatur. 902
Titul. IV.
Ne Prælati vices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant. 916
Titul. V.
De Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. 917
Titul. VI.
De Judæis, Saracenis & eorum ſervis. pag. 919
Titul. VII.
De Hæreticis. 924
Titul. VIII.
De Schismaticis & ordinatis ab eis. 929
Titul. IX.
De Apoſtatis & reiterantibus Baptiſma. pag. 930
Titul. X.
De his, qui filios occiderunt. 934

Titul. XI
De Infantibus & languidis expoſitis. pag. 935
Titul. XII.
De Homicidio voluntario vel caſuali. 938
Titul. XIII.
De Torneamentis. 945
Titul. XIV.
De Clericis pugnantibus in Duello. 946
Titul. XV.
De Sagittariis. 951
Titul. XVI.
De adulteriis & ſtupro. 952
Titul. XVII.
De Raptoribus, Incendiariis, & Violatoribus Eccleſiarum. 960
Titul. XVIII.
De Furtis. 965
Titul. XIX.
De Uſuris. 969
Titul. XX.
De Crimine Falſi. 980
Titul. XXI.
De Sortilegis. 981
Titul. XXII.
De Colluſione detegenda. 985
Titul. XXIII.
De Delictis puerorum. 987
Titul. XXIV.
De Clerico Venatore. 989

Titu.

Titul. XXV.
De Clerico percuſſore. pag 990
Titul. XXVI.
De Maledicis. 992
Titul. XXVII.
De Clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto, miniſtrante. 994
Titul. XXVIII.
De Clerico non ordinato miniſtrante. 995
Titul. XXIX.
De Clerico per ſaltum promoto. 996
Titul. XXX.
De eo, qui furtive ordinem ſuſcepit. 997
Titul. XXXI.
De exceſſibus Prælatorum & Subditorum. 999
Titul. XXXII.
De novi operis nuntiatione. ibid.
Titul. XXXIII.
De Privilegiis & Exceſſibus Privilegiatorum. 1003
Titul. XXXIV.
De purgatione Canonica. 1011
Titul. XXXV.
De purgatione vulgari. 1013
Titulus XXXVI.
De Injuriis & Damno dato. 1014
Titul XXXVII.
De Pœnis. 1020

Ti-

Titulus XXXVIII.
De pœnitentiis & remiſſionibus. pag. 1025
Titul. XXXIX.
De Sententia Excommunicationis. 1029
Titul. XL.
De Verborum Significatione. 1051
Titulus XLI.
De Regulis Juris. ibid.

PROLEGOMENA.

1. *Quid eſt Jus?*

JUs variè ſumitur, I. pro eo, quod rectæ rationi legibus Divinis; atque humanis conſentaneum eſt. *L. 11. ff. de J. & J.* II. pro loco, in quo jus dicitur *L. 4. §. 1. ff. de interrogat. in jure faci.* III. pro ſententia judicis *L. 11. cit.* IV. pro morali libertate aliquid agendi, vel omittendi : ita accipitur, quando homines dicuntur ſui vel alieni juris. *Inſtit. de his, qui ſui, vel alieni juris* &c. item in *L. 54. ff. de R. J.* V. pro lege, & Canone, ſeu jure conſtituto. *L. 6. & 7. ff. de J. & J.* VI. pro arte, vel Scientia juris; & in hoc ſenſu definitur ars æqui, & boni *L. 1. ff. de J. & J.* vel divinarum, ac humanarum rerum notitia, juſti, ac injuſti Scientia *L. 10. §. 2. ff. eod.*

2. *Quotuplex eſt jus?*

I. Jus aliud eſt *naturale*, quod natura omnia animalia docuit. *Inſt. de jure N. G. & Civil.* prout autem ſolis hominibus competit, dicitur eſſe id, quod ratio ſimpliciter faciendum dictat, ut actum contrarium moraliter turpem æſtimet vel damnet. Quod ſi hoc dictamen dependeat à ratione ſimplici, dicitur *jus naturæ*, quod aliis eſt jus gentium primævum: Si vero à ratione conjunctam habente neceſſitatem, & utilitatem humanam, ſimpliciter *jus gentium* dicitur, Stryck. *in fund. J. Inſt. de jure N. G. & C.* §. 1. II. aliud eſt *poſiti-*

ſitivum, quod à libera voluntate ſuperioris aliquid præcipientis, permittentis, vel prohibentis procedit.

3. *Quomodo ulteriùs hoc jus poſitivum dividitur?*

In *Divinum*, quod DEUM habet Authorem, *Canonicum*, quod à Pontificibus eſt profectum, & *Civile*, quod quæquè Civitas, vel Princeps in Statu monarchico conſtituit. Miſſo Jure Civili, & aliis diviſionibus juris, de quibus Civiliſtæ.

4. *Quotuplex eſt jus Divinum?*

Jus Divinum, quod à DEO optimo maximo, vel Chriſto, quatenus ſimul DEUS & homo eſt, in tempore eſt latum, eſt duplex *vetus* nimirum, & *novum*. Ad prius pertinent, quæ in veteri teſtamento, ad poſterius, quæ in novo continentur: quamquam non omnia, quæ in novo teſtamento reperiuntur, juris ſint Divini, ſed pleraque juris humani Eccleſiaſtici, ut illa, quæ non ex ore ipſiusmet Chriſti, ſed per Apoſtolos inſpirante Spiritu Sancto, decreta fuerunt, veluti Canones, qui dicuntur Apoſtolorum.

5. *Quotuplicis generis præcepta continet jus Divinum vetus?*

Triplicis generis: alia enim ſunt *Moralia*, quæ ad reformandos mores ordinantur. Alia *Cæremonialia*, quæ certas ad DEUM ritè colendum cæremonias præſcribunt. Alia demum *Judicialia*, quæ ad politicum Regimen reipublicæ, & juſtitiæ adminiſtrationem ſpectant.

6. *Obligatnè hoc jus de facto?*

Quoad præcepta Cæremonialia, & judicialia eſt abroga-

rogatum, exceptis iis, quæ à Legislatore Eccleſiaſtico rurſum excitata ſunt. Quô tamen caſu, non ut lex divina, ſed humana obligant, utpote à ſola voluntate humana poteſtatem obligandi habentia. Quoad præcepta moralia, etiam de facto obligat, cùm hæc præcepta fundentur in jure naturali, quod immutabile eſt. P. Seidl. *in Epito. Can. in Proœm. n. 33.* vid. P. Engel. *t. de conſtit.* §. *1.* & ea, quæ de jure in genere fuſè conſcripſit P. Schmalzg. *ad Decretal. in prooem.*

7. Quid eſt jus Canonicum?

Jus Canonicum, dictum à græca voce *Canon*, quod latinis eſt regula. *c. 1. diſt. 3.* communiter definiri ſolet, quod ſit jus ex SS. Canonibus, id eſt regulis eccleſiaſticis collectum, & ad rectè vivendum, æternamque ſalutem acquirendam inſtitutum.

8. Quæ eſt origo Juris Canonici?

Primaria origo eſt ipſe DEUS, qui per Pontifices Romanos, & Imperatores jura promulgat. *c. 1. diſt. 8. c. fin. cauſ. 16. q. 3.* Unde jus Canonicum Jus Divinum paſſim nuncupatur. *c. 2. de translat. Epiſco. c. 2. de Privil. in 6.* Secundaria verò, Pontifices, & Concilia. *c. 2. §. porrò diſt. 3.* ubi habetur, quòd Canonum alii ſint decreta Pontificum, alii Statuta Conciliorum.

9. Quot ſunt partes Juris Canonici?

Corpus Juris Canonici prout de facto circumfertur, ſex partibus conſtat, nimirum: Decreto Gratiani, Decretalibus, Sextô Decretalium, Clementinis, & Extravagantibus, tùm Joannis XXII. tùm Communibus.

10. Decretum, à quo, & unde collectum?

Collectum eſt à Gratiano Monacho Ord. SS. P. Benedicti in Monaſterio S. Felicis Bononiæ, qui tempore Eugenii III. circa annum 1151. ex variis locis SS. Scripturæ, Conſtitutionibus Summorum Pontificum, Conciliorum decretis, ac SS. Patrum Sententiis hoc opus collegit, ac concordiam diſcordantium Canonum appellavit, quod ſub Gregorio XIII. 1580. repurgatum, ac emendatum.

11. Quot partibus conſtat hoc Decretum?

Decretum Gratiani tres continet partes, quarum prima diſtinctionibus 101. abſolvitur, in Canones, ſeu, ùt alii, in capitula diviſis. Secunda cauſas complectitur 36. per quæſtiones tractatas, ubi in cauſa 33. q. 3. annectitur tractatus de pœnitentia habens 7. diſtinctiones. Tertia agit de conſecratione per 5. diſtinctiones: ubi in fine adduntur Canones pœnitentiales, & Apoſtolorum.

12. Decretales, à quo collectæ?

A S. Raymundo de Pennafort. Ord. S. Dominici, juſſu tamen, & authoritate Gregorii IX. cujus ipſe Capellanus & Pœnitentiarius erat. Conſtant autem Decretales 5. libris ordine iſto ſervato, ut in I. agatur de perſonis, II. de ordine judiciorum, III. de Clericis, & rebus Clericorum IV. de Sponſalibus, & matrimonio, V. de Criminibus, quod etiam hoc verſu denotatur:

Judex, Judicium, Clerus, Sponſalia, Crimen.

13. Sextus Decretalium unde ſic dictus, & à quo collectus?

Sextus Decretalium indè eſt dictus, quod ad 5. libros

bros præcedentes, quaſi complementum à Bonifacio VIII. anno 1298. ſit ſuperadditus, continet enim caſus emergentes, qui in prioribus libris 5. Decretalium non comprehenduntur.

14. *Quid ſunt Clementinæ, & à quo collectæ?*

Sunt Conſtitutiones Clementis V. hujus nominis Pontificis, quas ipſe tum ex Concilii Vienn. in Gallia ſe Præſide celebrati conſtitutionibus, tum ex aliis ſuis Decretalibus in unum volumen congeſſerat, editionique paraverat: aſt morte præventus eas in lucem edere non poterat, ſed Joannes XXII. illius Succeſſor eas primùm publici juris fecit. Et quia nihil præter ſolius Clementis, & dicti Concilii Vienn. ab ipſo confirmati conſtitutiones continent, ideò ab eodem, tanquam authore ſuo, nomen retinuerunt.

15. *Quid porrò ſunt Extravagantes, & unde ſic dictæ?*

Extravagantes (uti dictum,) ſunt in duplici differentia, aliæ communes, & aliæ Joannis XXII. Communes ſunt conſtitutiones diverſorum Pontificum. Joannis XXII. verò propriæ illius conſtitutiones. Dicuntur autem Extravagantes, quòd antehac extra corpus Juris incerta quaſi ſede vagarentur. Et licèt poſtea juxta ordinem librorum, & titulorum, qui habentur in Decretalibus Gregorii IX. in corpus Juris redactæ ſint, priſtinum tamen nomen retinuerunt.

16. *Sed nunquid in noviſſimis ſaltèm editionibus alius quoque liber extat, qui liber ſeptimus Decretal. appellatur: item Inſtitutiones Lancelloti?*

Extant utique: Sed duo hi libri propriè ad partes

Juris non pertinent, quia nullius Pontificis expreſſa authoritate ſunt corroborati. Sed prior ille Codex privata duntaxat operâ à Petro Matthæo JC. Lugdun. ex variis Bullis & conſtitutionibus Succeſſorum Pontificum eſt collectus. Alter verò à Lancelloto JC. Peruſino totum ſuum eſſe, & lucem accepit.

17. *Quomodo allegari ſolent partes juris Canonici hactenus enumeratæ.*

Ex Decreto Gratiani hoc modo fit citatio. In prima parte allegatur numerus diſtinctionum, & numerus, vel initialia verba canonis ſeu capituli, *ex. gr. c. 1.* vel *omnes leges diſt. 1.* In ſecunda parte exprimitur numerus, vel initialia verba capituli, & numerus cauſarum, ac quæſtionum. *v. gr. c. 29.* vel *ſi quis ſuadente cauſ. 17. quæſt. 4.* vox tamen *cauſa* ſæpe ſubintelligitur. In tractatu autem de Pœnitentia exprimitur numerus diſtinctionum, & capitulorum addita tamen voce de *Pœnitentia. v. g. c. 14.* vel c. *cogitationes diſt. 1. de Pœnitentia.* In tertia parte citatio fit, ut in prima, addita ſola voce de *conſecratione e. gr. c. 16.* vel c. *Solemnitate diſt. 1. de conſecratione.* Ex Canonibus verò pœnitentialibus, & Apoſtolorum initialia verba, vel numerus verſiculi allegatur.

18. *Quomodo reliquæ partes allegantur?*

Decretales Gregorii IX. citantur per initialia verba, vel numerum capitulorum, & titulos. *e. gr. c. tua nos.* vel *cap. 1. de Clericis peregrin.* aliqui addere ſolent tò *extra* quod notant inverſo ẍ, eò, quòd ſint extra Decretum Gratiani. Decretales Bonifacii VIII. eodem modo citari ſolent addito vocabulô *in 6. e. gr. c. ut animarum. 2. de conſtit. in 6.* Clementinæ allegantur cum titulo, & numero *e. gr. Clementina 1. de*

conſtit.

conſtit. Extravagantes Joannis XXII. eodem ferè modo citantur : communes verò præter numerum & titulum cum addito: inter Communes, citari ſolent. e. gr. *extravagans ambitioſæ 1. inter communes.*

19. *Habentnè omnes partes prius recenſitæ authoritatem deciſivam in Scholis, & foro?*

De Decretalibus Gregorii IX. Bonifacii VIII. Clementinis, Extravagantibus tum Joannis XXII. tum Communibus, certum eſt apud omnes, partes has habere pleniſſimam juris authoritatem deciſivam, utpote, quòd libri hi authoritate ſummorum Pontificum editi ſint, utì ex præfationibus abundè conſtat. vid. tamen una oppoſita quædam P. Reiffenſt. *in Procem. n. 88. & ſeqq.* De libro verò ſeptimo Decretalium, & Inſtitutionibus Lancelloti paulò antè dictum fuit, quòd libri iſti nullius Summi Pontificis authoritate expreſſa ſint corroborati: Igitur etiam vim & authoritatem aliquam juris vindicare ſibi non poſſunt. Schmalzgr. *ad Decret. in Procem. n. 293. & ſeqq.*

20. *Sed nunquid liber ſeptimus ex meris variorum Pontificum Bullis, & conſtitutionibus eſt collectus?*

Verum quidem eſt; Quia tamen non conſtat ejusmodi Bullas extravagantes ſufficienter eſſe promulgatas, vel ſuis originalibus concordare; ideò ex illa compilatione nullam habent juris authoritatem, niſi in forma authentica producantur.

21. *Quid autem ſentiendum de Decreto Gratiani?*

Quamquam nonnulli velint omnes textus illius

 Decreti

Decreti habere vim deciſivam, probabilior tamen & communior tenet, textus in decreto Gratiani contentos, reducendos eſſe ad ſuum fontem: unde, ſi textus ſit alicujus ſummi Pontificis, vel Concilii generalis vim legis obtinebit: ſi verò hi textus profluant ab aliquo, qui authoritatem ferendi leges non habuit, prout ſunt dicta SS. PP. & ſententiæ ipſiusmet Gratiani, etiam hujusmodi textus vi deciſivâ carebunt: Sententias tamen. SS. PP. decreto inſertas ſingularibus DD. opinionibus eſſe præferendas, notat P. König *ex cap. 5. de conſtit.* Quæ denique ex conſtitutionibus Impp. & legibus civilibus inſperguntur, non aliter in foro Eccleſiaſtico vim obtinent, quàm, ſi ejusmodi leges per Summos Pontifices nominatim ſint receptæ, vel ùt dicunt canoniſatæ, vid. de hoc plenè Schmalzgr. *in proœm. ad Decret. n. 26. & ſeqq.* add. P. Reiffenſt. *ibid. n. 63. & ſeqq.*

22. *Sed nunquid Decretum hoc hactenus ſaltem ex Epiſtola Gregorii XIII. eidem præmiſſa authoritatem aliquam recepit?*

Minimè. Neque enim Epiſtola illa plus probat, quàm quòd idem Pontifex præfatum Gratiani Decretum cum vetuſtiſſimis Codicibus, ex quibus Gratianus pleraque deſumpſerat, conferri, atque ſic à pluribus mendis, & erroribus, quibus ſcatebat, emendari, corrigi, ac repurgari fecerit. Unde porrò hoc tantùm conſequitur, quòd hactenus ſaltem fidem mereatur, quòd nimirum Canones ibidem relati, & alia allegata cum ſuis originalibus ſine errore aut falſitate correſpondeant, alias dubitationes ſuppeditat & reſolvit cit. Schmalzgr. *d. n. 26.*

23. In

23. *In eodem Decreto ſæpiùs incidunt textus, qui* Palea *inſcribuntur, quid ergo illi ſunt, & an pro jure allegari poſſint?*

Omiſſis aliorum reſponſionibus, & divinationibus, quorum aliqui res viles, & inanes indicari, alii verò à quodam Palea diſcipulo Gratiani, aut potiùs Cardinali Protopalea appellato tamquam authore ejusmodi Canones nomen accepiſſe exiſtimant: Veriùs eſt, Canones illos nihil aliud eſſe, quàm additiones quasdam, quæ primitùs in Decreto Gratiani poſitæ non fuerant, ſed poſtea primùm vel ab ipſo Gratiano, vel ab aliis ad marginem adſcriptæ ſunt, quas additios canones deinde librarii quidam omiſerunt, quidam verò in contextu poſuerunt, donec tandem cognitô, quòd iſthæc capitula utilia eſſent, ea omnia Decreto inſerta fuiſſent: Uti manifeſtè conſtat ex admonitione ad lectorem eidem Decreto præfixa. Authoritatem autem juris Paleæ iſtæ certam non habent. Notat tamen Plettenberg *Introd. jur. can. cap. 22. n. 6.* iisdem hactenus ſaltèm communiter credi, in quantum jus oppoſitum non habetur. vid. plenè de hoc diſſert. P. Reiffenſtuel *ad Decret. in Proœm. §. 5. per tot.*

24. *Extant præterea in corpore Canones quidam, qui vocantur Canones Apoſtolorum & pœnitentiales, habentnè iſti aliquam authoritatem?*

Dubia eſt horum Canonum Authoritas, & pœnitentiales penitus ab uſu receſſerunt vid. de hoc plenè Schmalzg. *in diſſert. prooem. n. 257. & ſeq.*

 25. Nul-

25. *Nullæ ergò aliæ ſunt partes Juris Canonici præter enumeratas?*

In Corpore juris clauſæ non ſunt aliæ, extra illud tamen extant I. Concilium Tridentinum ſub tribus Pontificibus ſc. Paulo III. Julio III. & Pio IV. de anno 1546. usquè in annum 1564. celebratum; II. Diverſæ Bullæ Pontificum, ſeu Bullarium Romanum ab Angelo Cherubino Monacho Ord. S. P. Benedict. Caſſinenſi editum. III. Regulæ Cancellariæ, quæ ſunt conſtitutiones cauſas beneficiales potiſſimùm concernentes. IV. Declarationes Cardinalium S. Concilii Trid. Interpretum. V. Deciſiones Rotæ Romanæ?

26. *Qualem authoritatem habet Concilium Tridentinum?*

Quoad articulos fidei infallibilis eſt authoritas, quoad reformationem morum pollet authoritate legali. Schmalzgr. *in prooem. n. 357.*

27. *Aſt ſæpiùs auditur Concilium Tridentinum non eſſe receptum?*

Id quidem de facto verum eſt, cùm quoad reformationem morum ſit lex humana, quæ, ſicut aliæ leges humanæ per non uſum, vel conſuetudinem contrariam abrogari poteſt. An autem etiam de jure procedat ab eo dependet, ſitnè debitè promulgatum, an conſuetudo in contrarium non ſit potiùs corruptela. Engel *hic n. 12.*

28. *Qualem authoritatem habent declarationes Cardinalium?*

Quidam illis tantùm doctrinalem, & probabilem, & ad ſummum in caſu particulari vim deciſivam tribuunt; communior tamen Schola legis univerſalis authoritatem iis adjudicat, reſponſisque prudentum comparat,

ſi

ſi tamen conditiones ſequentes habeant. I. Ut fiant conſultô Pontifice. Sixtus V. in Bulla *Immenſa æterna DEI.* II. Ut non fiat extenſio, reſtrictio, ampliatio, aut diſpenſatio, ut præſcribit Pius V. & Gregorius XIII. III. Ut exhibeantur in forma authentica cum ſigillo ſolito congregationis, ſubſcriptione Cardinalis Præfecti, ac Secretarii ejusdem congregationis. *Urbanus VIII.* P. Engel. *hic n. 15. & ſeq.* vid. tamen Reiffenſt. *loc. alleg. n. 129.* & Schmalzgr. *n. 370.*

29. *Quid ſentiendum de Bullario Romano?*

Bullæ in eo contentæ non habent vim legalem, niſi quatenus conſtat eas eſſe pro univerſa Eccleſia latas, ritè promulgatas, ac ſuis originalibus concordare. Schmalzgr. *in proœm. n. 387.*

30. *Quid dicendum de Deciſionibus Rotæ Romanæ?*

Licèt quidam illis tribuant vim legis, meliùs tamen videntur ſentire, qui docent deciſiones Rotæ ſolùm inter partes litigantes facere jus, tanquam ſententiæ judiciales, quamquam inter alios magnæ ſint authoritatis, & ſæpiùs repetitæ conſuetudinem, ac ſtylum curiæ pariant. Vid. tamen Schmalzgr. *loc. cit. num. 396.*

31. *Cujus authoritatis ſunt Regulæ Cancellariæ?*

Communior tenet eas non habere vim legis univerſalis, quatenus inſtruunt eos, qui in Camera, vel Cancellaria ſunt occupati, benè verò, quatenus ſunt diſpoſitivæ circa cauſas beneficiales. vid. cit. Schmalzgr. *n. 391. & ſeqq.*

32. Quid

32. *Quid eſt Rubrica?*

Rubrica eſt ſumma quædam brevis materiæ ſubſequentis textui, vel conſtitutioni præfixa, & quia olim rubris literis exprimebatur, Rubrica, vel rubrum dicitur. Reiffenſt. *hic n. 92.*

33. *Poſſuntnè Rubricæ tanquam jus certum allegari?*

Rubricæ decreti Gratianæi non pollent authoritate, ſicut nec ipſum Decretum, reliquorum verò librorum Rubricæ authoritate non deſtituuntur, & quidem I. Si ſenſus ſit completus e. g. *Ne ſede vacante aliquid innovetur;* habent diſpoſitivam. II. Declarativam, cùm nigrum obſcurum, vel ambiguum eſt. Exemplum ponit Gloſſ. in cap. *cùm ad Monaſterium V. Poſtulatio de electio;* III. Extenſivam, ſi ſc. rubrica generalior ſit nigro, & habeat perfectam orationem, nigrum ampliat, niſi ex tali extenſione inſurgeret correctio inter nigrum, & Rubricam, vel ſtylus, aut conſuetudo ſit contraria. IV. Rubricæ authenticæ univerſaliter allegantur ex ſituatione, vel ordine ipſarum. Exemplum adfert Gloſſ. in c. *Bonæ V. tamdiu de conf. utili, vel inutili. Item C. tibi qui certò de reſcript. in 6.* vid. cit. Reiffenſt. *hic n. 93. & ſeqq.*

34. *Idemnè dicendum de ſummariis, quod de Rubricis?*

Cùm Summaria à privatis tantùm Doctoribus addita ſint, ea non habere authoritatem, dubium non eſt, ſed tantùm fundant magnam probabilitatem, quod idem de Gloſſa dicendum. cit. Reiffenſt. *num. 106. & ſeqq.*

35. *Quid*

35. *Quid dicendum, ſi in jure Canonico occurrant Contraria?*

Si textus Juris Canonici contrarii eſſe videntur, tunc attendendum, an textus contrarii ſint ejusdem Pontificis, vel diverſorum. Si ſint ejusdem Pontificis e. g. Gregorii IX. in 5. libris decretal. inſtituenda eſt eorum Conciliatio per congruam interpretationem, niſi textus poſterior contineat terminos correctorios prioris textûs *e. g. c. 1. & 3. de cenſibus in 6.* Si autem textus contrarii ſint diverſorum Pontificum, ſeu diverſis libris e. g. 5. Decret. & Clement. & contrarietas ſit manifeſta, poſterior deciſio derogat priori *c. fin. de Sent. excom. in 6.* quòd ſi dubia ſit contrarietas, tunc quantum fieri poteſt, ſalva verborum ſubſtantia, & proprietate concordandi ſunt. *c. cùm expediat de Elect. in 6.*

36. *Sed quid, ſi ſit Antonomia inter Jus Civile, & Canonicum?*

Regulæ ſequentes tradi ſolent. I. Quandò quid clarè deciſum Jure Canonico, obſcurè vel dubiè Jure Civili, Jus Canonicum eſt ſequendum, & viciſſim Jus Canonicum accipit interpretationem ex jure Civili, ſaltem in materia indifferenti *C. 1. & 2. de N. O. N.* exemplum eſt in *c. 5. de Procurat. in 6.* item in pacto nudo, quod de jure civili non producit actionem. II. Quandò Jus Civile, & Canonicum in materia profana ſibi opponuntur, quodlibet eſt ſervandum in ſuo foro. Exemplum in teſtibus ad teſtamentum requiſitis. III. In materia ſpirituali, & quando agitur de peccato, ſemper ſtandum eſt Jure Canonico, niſi ipſæ leges civiles ſint expreſsè receptæ à SS. Canonibus. Exemplum in adoptione conſtituente impedimentum dirimens. IV.

Quan-

Quandò leges civiles aliquid diſponunt circa perſonas, vel res Eccleſiaſticas, licet favorabiles ſint, ſi tamen contineant aliquam obligationem, vel præſeferant ſpeciem jurisdictionis, ut *in L. jubemus 14. c. de SS. Eccl. & 47. c. de Epiſc. & Cler.* non ligant, *c. denique 5. diſt. 96. c. Eccleſia 10. de conſtit.* quod tamen fallit, ſi merè ſint favorabiles, & pura privilegia, *ut in auth. quas actiones. C. de SS. Eccleſ. & auth. item nulla Communitas. C. de Epiſc. & Cleric.* vid. ſuper utroque hoc paſſu Reiffenſt. *in proœm. hic §. 12. & 13. per tot.* add. Schmalzgr. *§. 11. per tot.*

LIBER PRIMUS.

TITULUS I.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica?

1. *Cur primo titulo agitur de Summa Trinitate?*

QUia à Jove principium muſæ, meritò Pontifex à SS. Trinitate tanquam fonte omnis ſapientiæ orſus eſt.

2. *Quænam in hoc titulo nobis credenda proponuntur?*

C. firmiter h. t. credendum nobis proponit. I. DEum unum in eſſentia, & Trinum in Perſonis. II. Incarnationis Myſterium. III. Sacrificium Miſſæ, Sacramentum Baptiſmi, & Pœnitentiæ, per quæ peccatum mortale aboletur. IV. Quod una ſit Eccleſia univer-

ſalis,

ſalis, extra quam non eſt locus ſalvationi. V. Vitam æternam non ſolùm conſequi poſſe Virgines, verùm etiam conjugatos, qui per fidem ac operationem bonam DEO placere ſtudent.

3. *Quid eſt fides Catholica?*

Fides Catholica, quam Eccleſia Catholica (id eſt univerſalis) Romana, cujus caput eſt Romanus Pontifex, Vicarius Chriſti, ac D. Petri Succeſſor, nobis proponit: *eſt ſperandarum ſubſtantia rerum argumentum non apparentium.* Paul. ad Hebr. 11. v. 1. Engel *hìc n. 6.* adde Reiffenſt. *h. t. n. 44. & ſeqq.*

4. *Semperne neceſſaria eſt fidei externa profeſſio?*

Quoties exigit honor DEI, ſalus proximi, vel mandatum judicis, ex præcepto divino neceſſaria eſt externa profeſſio fidei. S. Thom. *2. 2. q. 3. art. 7. in O.* vid. Schamboy. h. t. n. 47.

5. *Sed qui tenentur jure Eccleſiaſtico hanc emittere?*

I. Omnes proviſi de beneficiis curatis, vel Canonicatibus Cathedralis Eccleſiæ intrà duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis pacificæ beneficii. *Trid. Seſſ. 24. c. 12. de Reform.* II. Promovendi in Patriarchas, Archi-Epiſcopos, Epiſcopos Trid. *Seſſ. 25. c. 2. de Reform.* III. Prælati, Priores Monaſteriorum Conventuum, aliorumque locorum, ordinum etiam militarium. Pius IV. *Conſtit. Injunctum nobis.* IV. Doctores, Magiſtri, Regentes, aut alii cujuscunque artis liberalis, Profeſſores, veluti Chirurgi, Medici nec non Confesſarii, Concionatores, Advocati quoque & Procuratores item Ludimagiſtri, Bibliopolæ, Obſtetrices. Declarat.

clarat. *Card. ad cap. 2.* Trid. *Seſſ. 25. de Reform.* vid. Reiffenſt. *h. t. n. 151. & ſeqq.* add. König *eod. tit. num. 11.*

6. *Quæ eſt pœna proviſorum de beneficiis curatis, vel Canonicatibus Cathedralium Eccleſiarum, ſi profeſſionem intra dictos duos menſes non emiſerint?*

Tales fructus non faciunt ſuos, *cit. Concil. Trid.* adeoque tenentur omnes reſtituere, quoscunquè poſt dictos duos menſes perceperunt, usquè ad tempus emiſſæ poſtea profeſſionis. Reiffenſt. *h. t. num. 193. & ſeq.*

7. *Sed habetnè locum iſta obligatio in conſcientia etiam ante ſententiam ſaltem declaratoriam?*

Negant hoc aliqui, ex ratione, quòd dicta conſtitutio Trid. ſit pœnalis, quæ non obligat ante ſententiam ſaltem declaratoriam. *c. 19. de Hæret. in 6.* Deinde, quia Tridentinum ubi vult obligare ante ſententiam, id clarè inſinuat, utì facit *Seſſ. 23. c. 1. de refor.* Reiffenſt. *dict. loc. n. 196.* Sed probabilior eſt affirmativa: Trident. enim *loc. cit.* non aliter vult fieri fructus ſuos jure perceptionis, quàm ſub conditione emiſſæ priùs profeſſionis. Et hinc conſtitutio illa non eſt propriè pœnalis, ſed magis conventionalis, ſive conditionalis: Clauſulam autem illam: *etiam ante ſententiam declaratoriam:* non fuit opus addere, cùm ex natura rei ſubintelligatur, eò, quòd rem alienam nemo rectè detineat. vid. Pichl. *hìc n. 9.*

8. *Eſtnè licitum diſputare de fide Catholica?*

Laicis hoc regulariter interdicitur, & quidem ſub

pœna

pœna excommunicationis ferendæ. *c. 2. §. 1. de hæret. in 6.* Ratio: quia & hi minùs in fide inſtructi præſumuntur, & munus hoc non laicorum ſed Clericorum eſt. Notat tamen ex Layman. Schamb. *hic n. 50.* inhibitionem iſtam in Germania ampliùs non vigere, tum propter conſuetudinem contrariam, tum etiam propter moralem quandam impoſſibilitatem. Ubi vid.

9. *Poſſuntnè hæretici cogi ad fidem Catholicam recipiendam?*

Si vires ſuppetant, non modò poſſunt, ſed debent compelli ad recipiendam fidem Catholicam *c. 4. de Apoſtat. & c. 15. de hæret. in 6.* Quod tamen non dicendum de Judæis, vel aliis per baptiſmum necdum Jurisdictioni Eccleſiæ ſubjectis *c. 5. diſt. 45. & c. 9. de Judæis* Trid. *Seſſ. 14. c. 2. de Pœnit. Sacram.*

10. *Sed obſtat locus Lucæ 14. v. 13. ubi dicitur: exi in vicos, & compelle eos intrare.*

Locus iſte non tàm de compulſione externa, quæ armis, & violentia perficitur, quàm potiùs de prædicatione verbi Divini, & vehementia verborum eſt intelligendus, vel ſi etiam de violentia externa ſit exaudiendus, ſic accipi poteſt de hæreticis, & illis, qui fidem jam ſemel habuerunt, ab ea autem poſtea defecerunt.

TITULUS II.

De Conſtitutionibus.

1. *Conſtitutio unde dicta?*

COnſtitutio ſivè Jus ſcriptum dicitur à conſtituendo, id eſt ſimul ſtatuendo, vel quia Princeps cum ſuis Conſiliariis condere leges ſolet. *arg. L. 8. C. de LL.* vel quia conſtitutio debet eſſe communis *Can. 2. diſt.* 4. communiter tamen lex & conſtitutio pro eodem ſumitur. *arg. Can. 3. diſt. 1. & Can. leges. Cauſ.* 3. 4. *q. 6.*

2. *Quotupliciter ſumitur conſtitutio vel lex?*

Dupliciter: Stricte, prout complectitur jus, quod S. Pontifex, vel Imperator, vel Rex, vel alius ſupremus Princeps conſtituit. *Can. 4. diſt. 2.* vel latè, pro omni jure humano ſcripto à quacunquè poteſtate legislativa condito. *arg. c. 6. 8. 9. h. t.* Communiter tamen conſtitutionis nomine ſolent venire conſtitutiones Eccleſiaſticæ, quarum variæ enumerantur ſpecies, ſc. Canon. Decretales epiſtolæ, Decreta, Mandata, Interdicta, & Sanctiones.

3. *Quid eſt Canon?*

Canon ſtrictè eſt conſtitutio, quæ in Concilio generali, ut *in c. Nonnulli de reſcript.* vel Provinciali, ut in *c. 12. de foro compet.* vel Epiſcopali promulgatur. Latiùs verò eſt conſtitutio Eccleſiaſtica, ſive à Pontifice, ſive à Concilio facta. *arg. c. 2. §. porrò diſt. 3.*

4. *Quid ſunt Decretales Epiſtolæ?*

Sunt conſtitutiones, quas Romanus Pontifex alicui

trans-

transmittit ad ejus conſultationem, ſive ſolus *c. 1. de reſcript.* ſive de Conſilio fratrum, id eſt Cardinalium. *C. Bonæ memoriæ de Elect.*

5. Quid ſunt Decreta?

Sunt Romani Pontificis conſtitutiones, quæ ad nullius conſultationem ex Conſilio Cardinalium ſunt editæ. Exemplum in *C. etſi membra, de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. can. generali cauſ. 25. quæſt. 1.*

6. Quæ dicuntur Dogmata, Mandata, Interdicta, Sanctiones?

Dogmata dicuntur conſtitutiones Eccleſiaſticæ ad fidem pertinentes *c. penult. diſt. 5. de conſecrat.* Mandata, quæ ad diſciplinam eccleſiaſticam, *Can. denique diſt. 4.* Interdicta, quæ ad correctionem præſentium, & imminuentium malorum ordinantur. *Can. non propter diſt. 4. de conſecrat.* Sanctiones denique ſunt conſtitutiones pœnales. Exemplum in *Can. ſi quis ſuadente cauſ. 17. q. 4.* latè tamen vox ſanctio omnem conſtitutionem Principis ſæcularis, vel S. Pontificis deſignat. *Cod. de novo Codice faciendo. §. quibus. V. Colligentes. Can. Conſuluiſti cauſ. 2. q. 5. c. inter corporalia de translat. Epiſcop.*

7. Nullæ ergo dantur aliæ ſpecies conſtitutionis?

Poſſet his adhuc addi I. Motus proprius, cum Pontifex vel Princeps nullius intercedente petitione, vel conſilio aliquid facit, aut ſtatuit. II. Pragmatica ſanctio, quod Imperator de Procerum Conſilio ſanxit, aut ſtatuit *L. ult. C. de diverſ. reſcript. Can. pervenit diſt. 100.*

8. *Quid ſunt Concilia generalia, Provincialia, & Epiſcopalia?*

Generalia ſunt, quibus interſunt Epiſcopi totius Orbis, niſi impediantur: debent ea celebrari Romani Pontificis authoritate, quibus ipſe præſidet, vel ejus legatus ad id ſpecialiter deſtinatus. *Can. 1. 2. & 3. diſt. 17.* *Provincialia*, quæ authoritate Patriarchæ, Primatum, aut Metropolitanorum, ſeu Archiepiſcoporum ejusdem Regni, Provinciæ, vel Nationis celebrantur; unde patet ſub Provincialibus comprehendi Nationalia, licèt in *Can. Regula. §. porrò diſt. 3.* diſtinguantur. Concilia *Epiſcopalia* ſunt, in quibus tantùm conveniunt Clerici, & Abbates unius Epiſcopatûs, & iis Epiſcopus præſidet. *Can. quando diſt. 38. Can. Abbates cauſ. 18. q. 1.* Generalia concilia celebrantur, quoties Romano Pontifici viſum fuerit. Provincialia olim bis in anno celebrari debebant. *Can. de Conciliis 2. Can. quoniam 7. diſt. 18.* poſtmodum autem tantùm ſemel *cap. Sicut olim 25. de accuſat.* hodiè verò ex decreto Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. c. 2. de reformat.* quolibet triennio. Synodi diæceſanæ quotannis. *Can. annis ſingulis diſt. 18.* Trid. *ſeſſ. 24. c. 2. §. fin. de Refor.*

9. *Quid eſt Lex, vel Conſtitutio?*

Conſtitutio eſt ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo, qui curam habet communitatis promulgata. *S. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4.* Unde proprietates legis præcipuæ ſunt. I. Ut reſpiciat bonum commune. *Can. 1. diſt. 4.* Ut ſit lata ab eo, qui curam communitatis habet. *arg. L. ult. ff. de Juriſd.* III. Ut ſit promulgata. *arg. Can. 3. §. leges diſt. 4.*

10. *Aſt in Can. 2. diſt. 4. plures aſſignantur proprietates legis?*

Illæ vel ſub his continentur, vel neceſſariæ non ſunt.

11. *Quotuplex eſt Lex?*

Lex variè dividitur. I. In legem *Divinam*, quæ eſt ipſe DEus, *Naturalem*, quæ eſt dictamen rationis, quo natura rationalis diſcernit honeſtum ab inhoneſto, *Humanam*, quæ ab homine proximè proponitur, eſtquè vel *Eccleſiaſtica*, ſi à poteſtate Eccleſiaſtica, vel *civilis*, ſi à poteſtate Sæculari deſcendat. II. In *præceptivam*, quæ abſolutè aliquid præcipit, vel prohibet, & *pœnalem*, quâ transgreſſori pœna aut mulcta injungitur, eſtque vel purè talis, vel ex præceptiva & pœnali mixta. III. In *negativam*, quæ negationem actûs præcipit, & *affirmativam*, quæ aliquid poſitivum imperat. IV. In *irritantem actum*, & *prohibentem.* V. *Odioſam*, quæ principaliter odium, & *favorabilem*, quæ primariò favorem alicujus reſpicit.

12. *Eſtnè omnis Lex prohibens etiam irritans?*

Regulariter omnis actus contra legem celebratus, eſt invalidus. *arg. l. 5. C. de LL. c. 64. de R. I. in 6.* P. König *h. t. n. 26.*

13. *Aſt videtur obſtare c. ad Apoſtolicam 16. de Regularibus.*

Capitulum hoc, & alii textus contrarii ſolùm obtinent in caſibus, in quibus contraria habetur juris deciſio, ſi ſcilicet Lex remedium reſcindens ſuppeditet, vel de mente legislatoris contraria ſit præſumptio, aliæ-

que circumſtantiæ reddant obligationem legis dubiam. Contrarium tenet P. Pichler *h. t. n. 70.*

14. *Quis poteſt condere leges Eccleſiaſticas?*

Conſtitutiones Eccleſiaſticas generaliter dictas condere poteſt. I. S. Pontifex. *c. fin. h. t. c. inter alia de Sent. excom.* II. Concilia generalia, & œcumenica, authoritate Pontificis confirmata. *c. 4. de elect.* III. Legati Pontificis pro locis ſuæ legationis *c. fin. de off. leg.* IV. Patriarchæ Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi pro ſua diæceſi. *c. 2. de M. & O. c. fin. de conſtit. in 6.* V. Prælati exempti habentes jurisdictionem quaſi Epiſcopalem *arg. c. 6. de Statu Monarch.* VI. Capitula Eccleſiarum Cathedralium ſede vacante. *c. 11. & 14. de M. & O.* ità ut ſimiles leges durent in tempus futuri Epiſcopi *arg. c. 73. de R. I. in 6.* niſi forent in præjudicium Epiſcopi, aut in cauſa valdè ardua *c 6. h. t.* Ordines quoque Religioſi juxta conſuetudines, privilegia, & modum regulæ legis, & ſtatuta rectè faciunt. Quæ, & plura alia enucleatiùs explicat P. Engel *hic §. 2. num. 15. & ſeqq.* P. Pichler. *§. 3. per tot.*

15. *Sed tenenturnè Religioſi ſemper acceptare Statuta reformatoria?*

Si tendant ad reformationem diſciplinæ diſſolutæ monaſticæ, dubium non eſt, tales reformationes acceptandas eſſe. *C. 7. ne Clerici, vel Monach. c. unico. de regul. in 6.* Si verò fiant contra mitigationes rationabiles regulæ, probabiliùs eſt juxta P. Engel *hic n. 24.* quòd non teneantur ſimiles reformationes acceptare.

16. Cùm

16. *Cùm legis ſit imperare, vetare, permittere, & punire L. 7. ff. de LL. poſſuntnè actus interni eſſe materia legum humanarum?*

Diſtinguendum hìc eſt, inter actus merè internos, & per ſe occultos, qui in ſola cogitatione conſiſtunt, & actus occultos quidem, per ſe tamen externos, adeoque per accidens tantùm occultos, & denique inter actus mixtos, ſive partim externos, partim internos, ut habet P. Engel *h. t. n. 14.* Actus merè interni non ſunt materia legis. *c. 14. diſt. 1. de Pœnit. Trid. Seſſ. 24. c. 1. de refor.* quia Eccleſia regulariter non judicat de internis. Benè tamen externi, etſi per accidens ſint occulti. *arg. Cle. 1. §. verùm de hæret.* quod idem dicendum de mixtis. Exemplum in *c. 9. de celebrat. Miſſ.* objectiones vid. apud Pichler *hìc n. 9.*

17. *Obligaturnè Legislator lege ſua?*

Si ſit communitas quædam, ſingula ejus membra obligantur *c. 6. h. t.* Si verò ſit unus tantùm, e. gr. Summus Pontifex, legibus ſuis ſolùm tenetur ex quadam decentia, ſive, ùt ſolemus dicere, vi directiva non item coactiva. uti probat *L. 23. ff. de legat. 3.* & *L. 31. ff. de legib.* cum aliis ſimilib. & pluribus firmat Schmalzgr. *h. t. n. 35. §. 6.*

18. *Sed videtur obſtare Can. 2. diſt. 9. & Can. 20. Cauſ. 12. q. 2.*

Can. 2. intelligendus eſt de decentia. *Can. verò 20.* loquitur tantùm, quòd Pontifex ſinè juſta cauſa non debeat alienare res Eccleſiæ, quod etiam facere non poteſt, ſed non tam vi juris Eccleſiaſtici, quàm potiùs vi juris naturalis cit. Schmalzgr. *loc. ùt ſuprà.*

ubi etiam ad alia contraria reſpondet. add. Pichler *h. t. num. 48.*

10. *Obligantnè leges civiles etiam Clericos?*

Certum eſt in regula Clericos non obligari legibus civilibus, propter defectum jurisdictionis: maximè, ſi ſint contra Sacros Canones *Can. 7 & 10 h. t.* In iis tamen, quarum materia communis eſt, v. gr. nè frumentum è Provincia exportetur, licèt quidem nec vi directiva per ſe, & directè obligentur, nec coactiva *d. c. 10.* indirectè tamen ex æquitate naturali tenentur, tamquam pars & membra reipublicæ arg. *c. 2. diſt. 8.* vid. præcit. Schmalzgr. *loc. ut ſuprà n. 37.*

20. *An verò Religioſi obligentur legibus Diœceſanis ſive Epiſcopalibus?*

Si loquamur de lege diæceſana ſtrictè tali, quatenus non tam in jurisdictione ſive jure dicendo, quàm potiùs in exigendis quibusdam juribus, ùt eſt cathedraticum, charitativum ſubſidium &c. Religioſi ſivè exempti ſint, ſive non, lege ejusmodi non tenentur *c. 1. cauſ. 10. q. 1. Can 8. cauſ. 10. q. 3. & can. 5. cauſ. 18. q. 2.* Si autem ſermo ſit de lege jurisdictionis, eâ quidem obligantur Religioſi non exempti propter ſubjectionem *c. cùm plantare, 3. §. in Eccleſiis X de priv. & c. cùm ex injuncto 12. de hæret.* Exempti verò non utique; quia ceſſat jurisdictio. Niſi ubi eſt materia communis, & obſervantiam legis exigat ratio ſcandali, & boni publici, uti dictum de Clericis reſpectu legum civilium. P. Pichler *h. n. 58.*

21 *Sed quid dicendum de Peregrinis?*

Quilibet peregrinus poteſt conſiderari vel reſpectu legum

legum ſuæ Patriæ, vel reſpectu legum juris communis, vel denique reſpectu legum loci, in quo moratur, particularibus legibus ſuæ patriæ non obligantur peregrini, quamdiù ab ea abſunt *c. fin. h. t. in 6.* P. Engel *his n. 34.* quia extra territorium jus dicenti impunè non paretur. Contrarium obtinet in legibus juris communis; nam his ligantur, modò in loco, ubi morantur, ſint in viridi obſervantia, licèt in Patria non obſerventur. idem P. Engel *n. 28.* De legibus particularibus locorum, quæ pertranſeunt, major eſt difficultas, communiùs tamen obtinuit iis non ligari peregrinos, ſaltèm directè, & regulariter propter defectum jurisdictionis, niſi moram longiorem in aliquo loco contraxerint, vel ex non obſervatione legis localis oriretur ſcandalum, aut id aliàs exigeret utilitas publica, idem ibid. *n. 31.* add. Schmalzgr. *eod. tit. n. 42.* objectiones vid. apud Pichl. *hìc n. 53. & 56.* Ex contractibus verò & delictis conveniri eos in loco poſſe, tenerique illos ad ſolennitates contractuum loci, omnes admittunt, per *L. 1. § fundus. ff. de evict. L. 1. C. de emanc. lib. & L. 1. junct. auth. quâ in provincia C. ubi de criminib. agi oport. c. poſtulâſti 14. & c. ult. x de fori compet.* ſed de hoc plenius infrà in *lib. 2. ad tit. de for. comp.*

22. *An & quando leges humanæ, ſive Eccleſiaſticæ, ſive Civiles obligant in Conſcientia?*

Leges tam civiles, quàm Eccleſiaſticas obligare in Conſcientia dubium non eſt, prout manifeſtè probatur ex Paulo *ad Rom. 13. v. 1. & 1. Petri c. 2. v. 13.* Eſtque communis omnium. Non obſtantibus iis, quæ hìc à quibusdam objiciuntur, ad quæ reſpond. P. Pichler *h. t. n. 38.* Ab hac tamen regula excipiuntur I. Leges,

ges, quæ fundantur in præſumptione facti alicujus particularis. II. Leges merè pænales, quod etiam de mixtis quoad pænam procedit, ſi pæna non ſit ipſo jure illata, vel ipſo quidem jure illata, ſed requirens externam executionem, de quo vid. P. Engel *hic n. 36. & ſeqq.* adde Reiffenſt. *h. t. §. 10.* Pichler *eód. h. t. n. 63.* & noviſſimè P. Söll. *de Scientia legum c. 2. per tot.* Circa leges tributorum verò, & vectigalium diſtinguunt communiter DD. an contineant manifeſtam iniquitatem, an verò non, vel ad ſummum de earum juſtitia tantùm dubitetur? primo caſu non videntur poſſe obligare ſubditos in conſcientia: Secùs in ſecundo, cit. P. Engel. *n. 46. h. t.*

23. *Sed obligantnè leges etiam ignorantes?*

Certum eſt ignorantiam vincibilem præſertim in jure claro & certo, licet fortè coram DEO non ſemper ſit culpabilis, & in foro animæ non conſtituat aliquem in peccato: in foro tamen externo neminem excuſare, neque à culpa, neque à pæna, niſi ſint tales perſonæ, quibus jura permittitur ignorare, veluti mulieres, milites, ruſtici, & minores 25. annis. P. Pichl. *h. t. n. 43.* At verò circa ignorantiam invincibilem paulò aliter ſe res habet: hæc enim non tantùm à culpa, ſed etiam à pæna regulariter excuſat. *c. 2. h. t.* ignorantia enim excludit voluntarium, & ubi non eſt voluntarium, ibi etiam non eſt culpa, conſequenter neque pæna, quia pæna præſupponit culpam. P. König *h. t n. 25.* Quod vel maximè procedit in pænis medicinalibus uti ſunt cenſuræ, iſtæ enim non incurruntur niſi ob contumaciam, & contemptum, *c. 41. cauſ. 11 q. 3.* qualis non eſt, notitiâ legis deficiente *L. 50. ff locat.* Fallit tamen viciſſim in pænis vindicativis, mo

d

dò lex prohibens non ignoretur, licet pænæ ſcientia non habeatur. Item ſi actus lege divina, vel naturali, & ſimul humana ſit prohibitus. Et denique in irregularitatibus, quæ étiam ab invincibiliter ignorantibus incurruntur, uti videre eſt apud eundem P. König *d. n. 25. h. t.* add. P. Pichler *eod. tit. n. 40. & ſeq.*

24 *Sed quid dicendum de legibus infirmantibus actus, vel contractus, aut teſtamenta propter omiſſam ſolennitatem, vel aliam cauſam?*

Non conveniunt in hoc DD. an actus aliquis, vel contractus per legem civilem, vel Canonicam ſimpliciter irritatus, cenſendus etiam ſit pro foro quoque animæ irritatus. In affirmat. inclinat P. Engel *hìc n. 54.* ubi propterea concludit teſtamentum ſinè ſolennitatibus confectum, nullum omnino eſſe, nullamque producere obligationem in utroque foro, eò, quòd regulariter lex juſta in foro fori ſit etiam juſta in foro poli. Negativam è contra acerrimè propugnat. P. Pichl. *h. t. n. 68.* ex ratione, quòd non appareat ſufficiens ratio aſſerendi actum à lege ſimpliciter tantùm irritatum debere etiam pro foro interno eſſe irritatum, nec id abſolutè neceſſarium ſit ad finem legis, utpote qui ſufficienter haberi poſſit, modò actus pro foro externo ſit nullus, forte non improbabiliter dici poteſt cum P. Söll *in Scient. legum part. 1. c. 2. n. 99.* vix circa hæc generalem aliquam regulam poſſe ſtatui, eò quod leges utroque modo ferri poſſint, ſcilicet ut irritent, vel non, pro foro interno, imò de facto, præſertim in jure Canonico reperiri conſtitutiones, quæ ſubinde annexam habent clauſulam irritantem pro foro interno, alias verò, quæ licèt talem clauſulam non habent, nihilominùs aliunde conſtat, actum ſimpliciter irritatum etiam pro foro interno

terno non valere ; ut proinde tota res ex verbis, materia, circumſtantia, & fine legum dirimenda eſſe potiùs cenſeri debeat.

25. *Eſtnè etiam ad ſubſtantiam legis, ſive Conſtitutionis Canonicæ neceſſaria promulgatio?*

Utique: Sine publicatione enim vim, & efficaciam obligandi non haberet, & à ſubditis juſtè ignoraretur, nec ii tamquam transgreſſores puniri poſſent. *Can. 3. §. leges. diſt. 4. l. 9. c. de legib. & Nov. 66. c. 1.*

26. *Sed nunquid leges quandoque etiam obligant in præteritum, ſic fuerit expreſſum, & ſic pro tempore, quo necdum fuerunt publicatæ: Item Reg. Cancell. Apoſt. & Declar. Card. non publicantur, & tamen habent vigorem legis?*

Leges ejusmodi conceptæ in præteritum, ſicut & declarationes Cardinalium non ſunt novi juris conſtitutivæ, ſed tantùm declarativæ; Regulæ verò Cancellariæ prout aliàs multùm deflectunt à veræ legis natura, eò quòd cum quolibet S. Pontifice exſpirent, cùm tamen lex ex natura ſua debeat eſſe perpetua, obligant tantùm quoad effectum nullitatis actûs in contrarium geſti, non etiam quoad culpam & pænam, de quò vid. P. Engel *ad tit. de præbend. n. 19.*

27. *Aſt ubi debet iſta publicatio fieri?*

Leges quidem civiles latæ pro toto Imperio non obligant, niſi in ſingulis Provinciis fuerint promulgatæ. *Nov. 6[illegible].* at verò ad effectum conſtitutionis Canonicæ ſufficit ſaltèm de ſtylo curiæ Romanæ eam Romæ promulgari. Engel *hic n. 67.* Verùm quia ſtylus ille non

in

in omnibus extra curiam extenditur, & aliàs æquitas naturalis non patitur, ut aliquis ad incognitum obligetur, ſaltèm in actu ſecundo, quoad culpam, & pænam, ideo alii rectius fortè ſentiunt ad dictum effectum requiri pariter publicationem etiam extra curiam, ſicut de jure Civili vid. P. Pichler. *h t. n. 20. & ſeq.* pulchrè Reiffenſt. *hìc n. 117. & ſeqq.*

28. *Obligantnè ſtatim Conſtitutiones Canonicæ à die publicationis?*

Volunt hoc aliqui, ſed niſi hoc ipſum in conſtitutione nominatim exprimatur, non videtur etiam hìc diſcrimen inter jus Civile, & Can. faciendum, ac proinde duos ſaltèm menſes intercedere debere, prout iſte terminus jure Civili præfigitur in *d. Nov. 66.* vid. rurſus Pichler, & Reiffenſt. *loc. alleg.* Hoc tamen certum eſt, quòd in Statutis Epiſcoporum aliorúmque Prælatorum inferiorum non requiratur publicatio in ſingulis Eccleſiis, nec lapſus duorum menſium, ſed regulariter ſtatim obligent à publicatione facta in Eccleſia Matrice, ſicut & diſpoſitio *d. Nov. 66.* neque in conſtitutionibus inferiorum Principum locum habet, utpote quorum jurisdictio anguſtior eſt. P. König *hìc n. 20. in fin.*

29. *Sed quid dicendum de acceptatione?*

Extra Statum Democraticum acceptatio iſta neque in ſtatu civili, neque in Eccleſiaſtico ad valorem legis intrinſecum requiritur, & quidem in ſtatu Eccleſiaſtico eo minùs, quoniam in eo poteſtas legem ferendi immediatè à Chriſto Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus data fuit. Quoad valorem tamen extrinſecum, ſive in actu ſecundo leges non aliter obligant, quàm ſi ſint receptæ. text. notab. *in c. 6. de Cler. conjug. & l. 32. ff. de legib.* P. König *h. t. n. 21.* & pleinus P. Pichler *hìc n. 22. & ſeqq.*

30. Cùm

30. *Cùm plerumque leges utriuſque fori interpretatione indigeant, quid & quotuplex eſt interpretatio?*

Interpretatio eſt congrua verbi, vel ſententiæ per aliud clarius explicatio; eſtque triplex. I. *authentica*, quæ fit per aliam legem ab ipſo legislatore, vel ejus ſucceſſore, vel utroque ſuperiore, nullatenus ab inferiore *c. 31. de ſent. excom* niſi poteſtas talis data ſit à ſuperiore. *arg. c. 23. de teſt. & c. 18. de jurejurand.* II. *uſualis*, quæ per conſtitutionem, & uſum introducta eſt. *L. 37. ff. de LL.* III. *Doctrinalis*, quæ fit à Doctoribus, & legum peritis. Et hæc rurſum alia eſt, *declarativa*, alia *extenſiva*, & alia *reſtrictiva*, quando nimirum pro casûs, vel facti circumſtantia lex aliqua dubia vel declaratur, vel reſtringitur, aut extenditur. P. König h. t. *num. 27.* Quibus proximè accedit Epikia, quæ eſt benigna legum reſtrictio ſecundùm æquum, & bonum: & differt ab interpretatione, quia per hanc interpretamur verba legum dubia, & obſcura, per Epikiam autem mentem legislatoris, quando quidem conſtat de univerſali verborum ſenſu, dubitatur autem de mente, an legislator hunc vel alium ſenſum particularem ſub generali locutione comprehendere voluerit. Reiffenſt. *hic n. 379.*

31. *An Judex ejuſmodi Epikia rectè uti poſſit?*

Poteſt omninò; imo, quandoque neceſsè eſt ad eam recurrere. *per L. 8. c. de judic. & L. 90. ff. de Reg. jur.* non enim omnes caſus legibus comprehendi poſſunt *L. 10. 12. & 13. ff. de legib.* & ex iis, quæ fortè uno aliquo caſu accidere poſſunt, jura non conſtituuntur. *L. 4. ff. eod.*

32. Sed

32. *Sed videtur obſtare L. 1. C. de LL & L. 12. ff. qui, & à quibus manumiſ. can. 3. diſt. 4?*

Dictæ leges procedunt, ſi rigor legis ſit expreſſus, non verò, ſi verba legis ſint generalia, quæ in particularibus caſibus ſalvâ verborum ſubſtantiâ poſſunt habere interpretationem, tunc enim obtinebit prædicta *L. 8 Cod.*

33. *Quæ ſunt obſervanda in interpretatione legum?*

I. Ut potiùs menti legis, quàm verbis ſit conformis. *c. 41. de Appellat.* II. In odioſis, & à jure communi exorbitantibus ſtrictà eſt interpretatio facienda. *c. 15. de R. J. in 6. L. 32. C. de appell.* Favores verò ſunt ampliandi *L. 19. ff. de lib. & poſt.* III. Ex identitate, ſi ſcilicet eadem ratio finalis adæquata legis militet, ità, ut injuſtitiam faceret Judex, niſi legem extenderet, poteſt lex extendi de caſu expreſſo ad non expreſſum, etiam in pænalibus. Quod etiam de ſimilitudine obtinet, exceptis pænalibus *arg. 15. de R. J. in 6.* vid. Engel *hic n. 74. & ſeqq.* & latè Reiffenſt. *n. 382. & ſeqq.*

34. *Quibus modis Lex tollitur?*

I. Per abrogationem, quæ eſt totius legis caſſatio *arg. L. 102. ff. de V. Sig.* contingit autem I. vel per legem, aut conſuetudinem contrariam. II. Per derogationem, quæ eſt ſublatio legis pro parte. *L. cit.* contingit eodem modô, quô abrogatio. III. Per diſpenſationem, quæ eſt relaxatio legis in particulari caſu, vel perſona, manente obligatione ejuſdem pro tota communitate.

35. *Quis poteſt abrogare legem?*

Poteſt Legislator, ejus Succeſſor, vel eorum Superior,

rior, non tamen inferior, niſi ex privilegio. *arg. c. 4 diſt. 25. c. 16. de M. & obed.* Imò inferior ſine privilegio non poteſt legem à ſe latam, confirmatam tamen à ſuperiore abrogare, ſi reſpiciat favorem publicum, vel bonum commune, benè tamen, ſi privatum bonum intendat. *c. 8. h. t.*

36. *Quibus negotiis leges conſtituuntur?*

Regulariter futuris, non præteritis *c. 2. & fin. h. t. c. 4. de off. legat. in 6.* fallit in legibus declaratoriis juris præexiſtentis *Can. 40. Cauſ. 27. c. 1. & c. fin. de ſponſ. duo :* & irritationibus. *arg. c. 2. & fin. h. t.* à ſenſu contrario.

TITULUS III.

De Reſcriptis.

1. *Quid eſt Reſcriptum?*

Latè ſumptum idem eſt, ac reſponſum *L. 1. §. 1. ff. de appell.* Strictiùs verò ſumptum pro reſcripto Apoſtolico vel Pontificio, eſt juſſio Pontificis ad inſtantiam partis in ſcriptis facta.

2. *Quotuplex eſt reſcriptum?*

I. Reſcripta alia ſunt *gratiæ c. 7. h. t. in 6. Clement. 4. eod.* & ſolent expediri per filum ſericum, quô pertinent proviſiones ad beneficia, Privilegia, favores, & diſpenſationes. Alia *juſtitiæ. c. 13. & 19. h. t.* in quibus Sigillum eſt plumbeum pendens in filo Canabis, quæ tendunt ad juſtitiam adminiſtrandam, exemplum in *c. 12. & 15. h. t.* II. Reſcripta alia ſunt *contra jus* quibus aliquid conceditur contra juris regulas, quò pertinent privilegia, diſpenſationes, exemplum *in c. 6 h. t.* alia *præter jus*, quæ pertinent ad ea, quæ jure decil

decisâ non ſunt, ùt proviſio de beneficio actu vacante, non autem vacaturo, cùm gratiæ exſpectativæ ſint abrogatæ. Trid. *ſeſſ. 24. c. 19. de Refor.* alia *ſecundum jus*, quò pertinent reſcripta juſtitiæ, exempla *in d. c. 13. & 14. h. t.*

3. *Quis poteſt reſcribere?*

Omnis, & ſolus Princeps Superiorem ſe non recognoſcens *c. 10. h. t.* inferiora enim indulta v. gr. ſuper commiſſione, excommunicatione, abſolutione, &c. Literæ magìs, quàm reſcripta ſolent nuncupari. *arg. cap. 25. h. t.* Reiffenſtul *h. n. 3.*

4. *Quis poteſt reſcripta impetrare?*

Omnis, qui prohibitus non eſt: quales ſunt de jure Canonico I. excommunicati excommunicatione majori *c. 26. h. t. c. 1. eod. in 6.* niſi agatur de ipſa cauſa excommunicationis ejusque valore. *dict. c. 1. in 6.* II. Falſus, aut revocatus procurator *c. 33 h t.* Eſtque reſcriptum ab excommunicato impetratum ipſo jure nullum. P. Engel *h. t. n. 5.* Non obſtante *c. pia. 1. de except. in 6.* ad quod reſpondet P. Reiffenſt. *hìc n. 45.* Quod etiam in excommunicatis non denuntiatis poſt Conc. Conſtant. procedit, cit. P. Engel *eod. n. 5.* ubi tamen notat, quòd hodie de Stylo curiæ Rom. plerisque reſcriptis ſoleat inſeri abſolutio à cenſuris quoad effectum reſcripti conſequendum. Unde fiet, quòd hodiè excommunicatus impetrans aliquod reſcriptum, uti eô valeat non tantùm pro foro interno, ſed etiam pro externo. add. P. Reiffenſt. *eod. tit. n. 53.*

5. *Poteſtnè quis reſcriptum pro alio impetrare?*

Reſcripta gratiæ poteſt quis pro alio impetrare *c. 24.*

de præb. per quæ tamen non acquiritur jus in re, ante conſenſum illius, pro quo impetrata ſunt. *c. 17. h. t. in 6.* Reſcripta verò juſtitiæ nemini impetrare licet pro alio ſine mandato ſpeciali, niſi ſit perſona conjuncta. *c. 28. h. t.*

6. *Contra quos, & circa quæ impetrari reſcripta poſſunt?*

Impetrari poſſunt contra quoscunque, etiam excommunicatos. *c. 7. de judiciis.* Et omnia ea, quæ non ſunt ſpecialiter excepta per reſcripta obtineri poſſunt. Sunt autem excepta, quæ bonis moribus repugnant: vel contra jus tertii ſunt. *c. 8. & fin. h. t. in. 6.* quæ facta ſunt in judicio controverſa, non facta litis mentione. *c. 1. & final. ut lite pend.* &c.

7. *Quot partibus conſtare ſolent reſcripta?*

Tribus, ſcilicet *narratione*, quæ eſt casûs alicujus, ſive facti in principio facta relatio, ſive expoſitio: *ſupplicatione*, in qua partis deſiderium, ſive preces ſupplicantis proponuntur, & *concluſione*, quæ eſt reſponſum ipſum, ſive deciſio, aut diſpoſitio ipſius reſcribentis. Ex qua propriè jus deſumitur, & ideò etiam à Practicis diſpoſitiva appellatur. Quod notandum, quando ejusmodi reſcripta Pontificia allegantur, nè ſtatim ex principio, ſive narrativa argumentemur, eamque pro deciſione allegemus.

8. *Habentnè vim legalem reſcripta?*

Quòd inter partes jus faciant, probat, *c. 11. de conceſſ. præb.* commune verò non faciunt, niſi ſint juris dubii & obſcuri declaratoria. *Can. 1. v. Decretales diſt. 19.*

9. A

9. *A quo tempore obligant, & intrà quod debent præſentari?*

Reſcripta gratiæ effectum habent â tempore datæ. *c. 9. h. t. in 6.* Juſtitiæ verò à tempore præſentatæ *c. 59. de appell.* quæ ſi intrà annum præſentata non fuerint, nullum habent valorem, *c. 23. h. t.* Reſcripta verò gratiæ, licèt aliàs tempus intrà quod præſentari debeant, ſit arbitrarium, in concordatis tamen Germaniæ §. *de cætero.* proviſis in menſibus Papalibus tres ſtatuuntur menſes à die notæ vacationis in loco beneficii; plura de præſentatione reſcriptorum vid. apud Reiffenſt. *h. t. §. 3.*

10. *Sed quid, ſi duo reſcripta à diverſis proferantur?*

Prius prævalebit poſteriori, niſi poſterius prioris mentionem faciat. *c. 9. h. t.* vel ſit ſpeciale, tunc enim generali derogat. *c. 1. & 14. §. Quoniam. h. t. c 14. & 38 de præb. in 6.* de quo tamen plenius videndus præalleg. Reiffenſt. *d. t. §. 4. per tot.*

11. *Sed cùm reſcripta Pontificia ſemper tacitè annexam clauſulam habeant, ſi preces veritate nitantur. c. 2. h. t. qualiter, & quando impetrans debet narrata probare?*

Narrativa duplex eſt, alia ipſius reſcribentis, ſive S. Pontificis, quando nimirum S. Pontifex motu proprio aliquid narrat, vel recenſet: alia ſupplicantis; quando Pontifex recenſet propoſitionem à ſupplicante ſibi factam. Narrativa reſcribentis iterum eſt vel ſuper jure, vel ſuper facto, aut ſcientia propria, vel ſuper facto alieno. Prior illa narratio non indiget proba-

batione, ſed facit plenam fidem, quatenus in ea fundatur intentio reſcribentis. *Clement. un. de Sent. excom.* idque propter fidem, & authoritatem reſcribentis. Poſterior autem hactenus quidem etiam probat, & fidem facit propter authoritatem reſcribentis, admittit tamen probationem in contrarium, quæ incumbet ei, qui tale reſcriptum impugnare intendit; quia factum alienum probabiliter poteſt ignorari arg. *c. 1. de conſtit. in 6.* Dictum autem: *quatenus in ea fundatur intentio reſcribentis*; quia ſi Pontifex narret aliquid motu proprio tantùm incidenter, nec ſuper eo directè reſcribat, tunc talis narrativa nihil probat. *cit. Clem. un. de Sent. excom.* & nec proficit impetranti, ſi in ea ſe fundare velit, niſi qualitatem narratam aliunde docere valeat, nec officit, ſi ea fortè deficiat. Exempla vid. apud Engel *hìc n. 8.* At verò narrativa ſupplicantis regulariter nullam fidem facit, ſed debet ab impetrante probari, aliàs carebit impetratis. *c. 6. h. t. in 6. & L. fin. C. de reſcript.* vid. tamen de hoc plenius cit. Engel *n. 8. & ſeqq.*

13. Quomodo reſcripta vitiantur?

Varie I. per ob- & ſubreptionem, ſi nimirum reſcriptum ſub- vel obreptitiè fuerit impetratum per text. famoſum in *c. 20. h. l.* II. Per errorerm notabilem latinitatis *c. 11. h. l.* qui tamen non fundat præſumptionem juris, & de jure. arg. *L. 6. §. veritas ff. de off. Præſid.* III. Redduntur de falſitate ſuſpecta per raſuram in parte diſpoſitiva. *c. 5. de crimine falſ. c. 12. de privileg.* quod tamen patitur fallentiam, ſi reſcriptum fuerit clauſum coram executore (qui tantum eſſe poteſt perſona in dignitate conſtituta *c. 11. h. t. in 6. Clem. 2. eôd.*) exhibitum, vel raſura non ſit in parte diſpoſitiva. *c. 3. de fid. inſtru.* vel reperiatur penes adverſarium litis, aut ex aliis circum-

cumſtantiis conſtet raſuram ſuſpectam non eſſe. IV. Si ea, quæ aliàs de ſtylo curiæ Romanæ in expeditione reſcriptorum obſervari ſolent, non fuerint obſervata v. g. ſi nomen Pontificis regnantis ſit omiſſum : ſi in reſcripto ad Principes ſæculares, vel alios laicos directo, Pontifex illos appellet *Fratres* & Epiſcopos vel Archi-Epiſcopos *filios* &c. uti videre eſt apud Pichl. *h. t. n. 9.*

13. *Sed quid eſt ob- & ſubreptio, & an hæc duo quoad effectum differant?*

Obreptio dicitur communiter committi, quando ſupplicans falſum aliquod ſuggeſſit, ſive narravit aliquid, quod non eſt verum. Subreptio autem, quando reticuit aliquid, quod Pontifici debuiſſet exprimi. Uti paſſim tradunt DD. vid. tamen Reiffenſt. *h. t. n. 152. & ſeq.* Solent autem hæc duo plerumque confundi, ità, ut nulla quaſi inter ea ſit notabilis differentia : niſi quod in *cit. c. 20.* diſtinguatur quoad effectum, an ob- vel ſubreptio per dolum, & malitiam, aut per errorem fuerit commiſſa.

14. *Quid ergo intereſt, an ob- aut ſubreptio malitioſè, vel per errorem, aut ſimplicitatem contigerit?*

Utique : priori enim caſu reſcriptum gratiæ eſt ipſo jure nullum *c. 19. h. t & c. ult. de fil. Presbyt.* Juſtitiæ verò ſaltem ope exceptionis *c. 22. h. t.* at poſteriori valebit, ſaltèm, ut pro veritate, & æquitate rei procedatur, modò Pontifex eô non obſtante reſcripturus fuiſſet ſaltèm in forma communi. *c. 20. h. t.* Sed circa hæc vid. enucleatiùs P. Engel hìc *n. 11. & ſeqq.* add. P. Schmalzg. *eod. tit.* §. *3.* & Reiffenſt. *§. 7. & ſeqq.* P. Pichler *n. 16. & ſeq.*

15. Quomodo exſpirant?

Reſcripta juſtitiæ morte concedentis exſpirant re integra *c. 19. & 20. de off. Jud deleg.* non tamen morte impetrantis re non integra *arg. c. 36. h. t.* à Contrario ſenſu: re integrâ tunc ſolùm, quando ſub nomine dignitatis conceſſa ſunt. *c. 17. de foro comp.* Gratiæ verò jam factæ non exſpirant morte concedentis. *c. 9. de off. deleg. in 6.* fallit in gratia facienda, quæ non impetrantis, ſed alterius favorem reſpicit *cap. 36. de Præb. in 6.* neque transeunt ad hæredes. *c. 1. de fil. Presbyt. arg. c. 1. de R. J. in 6.* plura apud præalleg. Reiffenſt. *§. 10. hic.*

16. Sed quid ſi reſcriptis eſſet adjecta clauſula: usque ad beneplacitum noſtrum, vel ſedis Apoſtolicæ, donec revocavero &c.

Priori modo adjecta, morte concedentis exſpirant. *c. 1. h t. in 6.* duobus verò poſterioribus non, item *dict. c. 1.* & ratio tertii eſt, quòd ad revocationem requiratur actus poſitivus voluntatis, qualis non eſt deſitio ejusdem. vid. Pichler *hic n. fin.* Reiffenſt. *eod. tit. n. 260. & ſeq.*

TITULUS IV.

De Conſuetudine.

1. Quotupliciter ſumitur hæc vox Conſuetudo?

DUpliciter I. pro actibus ipſis alicujus communitatis, & *facti* eſſe dicitur. II. Pro ipſo jure, quod ex frequentatis actibus reſultat, & ſic ſumpta dicitur eſſe *juris.*

2. Quid

2. *Quid eſt conſuetudo?*

Sumpta 2. modo nihil eſt aliud, quàm jus non ſcriptum moribus conſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, ubi deficit lex, prout dicitur *in Can. 5. diſt. 1.* vel ùt tradunt DD *in §. 9. Inſtit. de nat. gent. & Civil.* eſt jus moribus introductum, & tacito ſummæ poteſtatis conſenſu approbatum.

3. *Quotuplex eſt conſuetudo?*

Alia eſt *generalis*, quæ obtinet in tota aliqua Provincia, vel Diæceſi, alia *particularis*, quæ obſervatur tantùm in aliqua urbe, pago, aut villa. Item alia *Canonica*, alia *civilis*, utraque in eam dividitur, quæ eſt *præter legem*, ſcilicet, quæ novum jus conſtituit, ubi deficit lex. *Can 5. diſt. 1.* & aliam *ſecundùm legem*, quæ jus dubium explicat. *L. 37. ff. de LL.* vel legem præexiſtentem. *c. 14. de cenſibus*, & aliam *contra legem* (non quidem naturalem, aut Divinam, ſed humanam,) quæ legem prius exiſtentem tollit. *c. ult. h. t.*

4. *Quæ requiruntur ad conſuetudinem?*

Conſuetudinis requiſita ſunt. I. Ut ſit rationabilis *cap. fin. h. t. & c. eôd. in 6.* II. Ut pluribus conſtet actibus, qui tamen non debent neceſſariò eſſe judicio contradictorio firmati. III. Ut diuturniore aliquo tempore duraverit; quot autem actus, & quantum temporis requiratur? judicis relinquendum eſt arbitrio, *arg. L. 1. ff. de jure delib.* IV. Conſenſus ſuperioris, ſaltem tacitus. *arg. L. 18. ff. mandati c. 1. de conſtit. in 6.* quæ omnia pluribus perſequitur P. Engel *hìc n. 8. et ſeq.* ac alii Interpretes paſſim.

5. Quis eſt illius effectus?

Habet eundem effectum, quem lex: conſuetudo enim imitatur legem, imò eſt altera lex: *L. 32. §. 1. & L. 33. ff. de legib.*

6. Sed cùm omnis lex debeat eſſe juſta, & rationabilis Can. 2. diſt. 4. videtur ſaltèm conſuetudinem contra legem hoc ipſò eſſe irrationabilem, & ſic ſaltèm non dabitur conſuetudo contra legem?

Licèt conſuetudo contra legem ſit contra rationem legis, non tamen hôc ipsô eſt irrationabilis, modò aliàs rectæ rationi, bonis moribus, & juri Divino, vel publico non adverſetur: poſſunt enim duo contraria pro diverſo tempore, & diverſis reſpectibus eſſe rationabilia, & expedit, imò quandoque neceſsè eſt pro varietate temporum, & circumſtantiarum leges mutari. vid. *c. alma mater 24 de Sent. excom. in 6. & extrav. un. Joan. XXII. de torneam.* Unde concludunt DD. poſſe conſuetudinem, etiam legem abrogare habentem clauſulam non obſtante conſuetudine, ex nova nimirum & juſta ratione. Vallenſis *hìc §. 3. n. 7.* add. Reiffenſt. *eod. t. §. 2. n. 40. & ſeqq.*

7. Aſt non valet ſtatutum, vel lex inferioris in foro præſertim Canonico contra legem ſuperioris. Can. cùm inferior 16. de major: & obed. ergò *neque conſuetudo?*

Statutum, & diſpoſitio inferioris ideo non valet; quia inferior non poteſt diſpenſare in lege ſuperioris, & ſic multò minùs eam tollere. Conſuetudo autem nititur tacito conſenſu Principis generaliter omnem conſuetudinem legitimè introductam approbantis, & ſic lex

ex ipſa quaſi illiùs voluntate tollitur, dum nimirum obſervantiam legis non urget.

8. *Sed etiam de conſuetudine dicitur quod legem non vincat L. 9. & fin. h. t. L. 32. C. quæ ſit long. conſu. ergo adhuc non datur conſuetudo contra legem?*

Textus iſti loquuntur de conſuetudine mala, & irrationabili, utì patet ex verbis in *d. c. fin. niſi ſit rationabilis.* Non obſtante, quòd ibi ſimul dicatur, magnam illius eſſe authoritatem, quod non videtur poſſe applicari conſuetudini irrationabili. Quia hactenus, donec à ſuperiore revocetur, eum ſaltèm habet effectum, ut excuſet transgreſſores legis humanæ à pœna fori externi, & plerumque etiam à reatu conſcientiæ, ſi fuerunt in bona fide. vid. P. Engel *hìc n. 12. & ſeqq.* P. Pichler *eòd. t. n. 7. & ſeq.* Vallenſ. *§. 3. n. 5.*

9. *Dictum, quòd non requirantur actus judiciales, cui tamen obſtat L. 34. ff. de LL. & c. 25. de V. S.*

Ex oppoſita *leg. 34.* plus non probatur, quàm quod actus judiciales ad fundandam, & probandam conſuetudinem optimè proficiant, non etiam, quaſi ad eam introducendam eſſent neceſſarii. In *cit. c. 25.* verò non eſt ſermo de jure Legali conſuetudinis, ſeu præſcriptione contra legem, ſed de jure proprietatis, & præſcriptione juris eligendi, ùt ex contextu apparet, & ſic ibi eſt caſus longè diverſus. Vel dici poteſt, quod ibi conſuetudo contradictorio judicio non obtenta ſolùm rejiciatur in allegatione partis, neutiquam verò attendantur actus judiciales in deciſione textûs, Franz. *ad tit. Inſtit. de Jure nat. & gent. n. 12.*

10. *Quantum tempus requiritur ad inducendam conſuetudinem?*

Si de ſtatu populari eſt ſermo, tunc nullum certum tempus requiritur, ſed ſufficit ſolus populi conſenſus. *L. 32. ff. de lege.* In ſtatu autem Monarchico non conveniunt DD. communiùs tamen obtinuit etiam hic non eſſe tempus determinatum, ſed id judicis arbitrio committi debere, eò, quòd id nullibi præcisè definitum reperiatur, ſed conſuetudo jam longa, jam longæva, ſubinde inveterata, & vetuſtiſſima in legibus appelletur. P. Pichl. *h. t. n 10.*

11. *Sed conſuetudo æquiparatur præſcriptioni, unde etiam in cit. C. fin. dicitur, debere eſſe legitimè præſcripta, ergò ad eam requiretur certum tempus, ſicut in præſcriptione.*

Conſuetudo non quoad omnia æquiparatur præſcriptioni, unde non proprie dicitur præſcripta, differt enim in multis: ſic in præſcriptione requiritur bona fides, & juſtus titulus, in conſuetudine non item. Conſuetudo inducit jus commune, præſcriptio autem facit tantùm jus inter partes. Vallenſis *h. t. d. §. 3. n. 6.* vid. cit. P. Pichler. *d. n. 10. h. t.*

12. *In quo conſiſtit tacitus ille conſenſus Principis, de quo dictum, & an hoc ipſo fortè neceſſario ſit ſcientia, & tolerantia ſuperioris in ſingulis particularibus caſibus?*

Hoc ipſo, quòd jura approbent omnem conſuetudinem legitimè introductam, cenſetur Princeps, & legislator tacitè conſentire in abrogationem legis à ſe latæ. Hinc non requiritur legislatoris ſcientia particularis,

ris, ſed ſufficit conſenſus ille generalis, qui etiam legalis, & juridicus appellatur. P. Pichler *h. t. n. 11.* Sic *in c. 1. de conſtit. in 6.* dicitur, quòd Papa plerumque ignoret particularia locorum Statuta, & conſuetudines.

13. *Quibus modis tollitur conſuetudo?*

Variis. I. Per legem poſteriorem. *arg. c. 1. de conſtit. in 6. & 9. h. t.* quæ ei clarè eſt oppoſita. *arg. L. 32. C. de Appell.* Si tamen lex ſit generalis non tollit conſuetudinem particularem, niſi ejusdem mentionem faciat, ut *c. 1. de conſt. in 6.* II. Abrogatur per aliam conſuetudinem contrariam ſuis requiſitis inſtructam. vid. Reiffenſt. *h. t. §. 8.*

TITULUS V.

De Poſtulatione.

1. *Quid eſt Poſtulatio?*

Eſt concors capitularium petitio apud ſuperiorem facta, ut certa aliqua perſona ob defectum jure ineligibilis diſpenſativè ad Prælaturam promoveatur, ità Vallenſ. *hîc n. 2.* vel, ùt alii dicunt, eſt petitio gratiæ ſuperiori facta de promovendo aliquem ad Prælaturam, ad quam jure communi propter defectum, vel impedimentum aliquod eligi, ſeu promoveri non poteſt. P. König *h. t. n. 2.* Poſtulatio enim præcisè innititur gratiæ, & hinc non fit injuria poſtulato, ſi poſtulatio à ſuperiore non admittatur. *c. 3. & 5. h. t.* nec poſtulatus poſtulationi de ſe factæ ſimpliciter conſentire poteſt, ſed tantùm ſub conditione, ſi nimirum à ſuperiore fuerit admiſſa. Aliquando tamen, ſi id neceſſitas, vel utilitas Eccleſiæ exigat, & poſtulatio ſecundùm formam juris concorditer facta ſit, tenetur ſuperior, ſi non jure actionis,

nis, ſaltèm per implorationem officii Judicis eam admittere, & cum poſtulato diſpenſare. P. Engel *hìc n. 3.*

2. *Quibus permiſſum eſt poſtulare?*

Poſtulare poſſunt omnes, qui eligere. *c. 1. in fin. & c. 4. h. t.* adeò, ut etiam illis competat jus poſtulandi, qui ex privilegio, cònſuetudine, vel præſcriptione habent jus eligendi. Abbas in *cit. c. 4. n. 4. h. t.* Non obſtante, quòd præſcriptio, & conſuetudo ſit ſtricti juris, nec plus cenſeatur præſcriptum, quàm poſſeſſum; & quòd conſuetudo, ac privilegium de caſu ad caſum non extendatur. Quia hoc fallit in iis, quæ ſunt neceſſariò connexa, ità, ut unum contineatur in altero tàmquam pars, prout accidit in poſtulatione. P. Pichler *hìc n. 4.*

3. *Qui poſſunt poſtulari?*

Illi, qui eligi non poſſunt, & tamen ſunt habiles ad promovendum, quales ſunt I. Laborantes defectu natalium. II. Laborantes defectu ætatis. III. Carentes adhuc Ordine ad Prælaturam præſcripto. IV. Reſpectu Prælaturæ religioſæ necdum expreſsè profeſſi. V. Vinculo ſpiritualis matrimonii ſuis Eccleſiis adſtricti, utì Epiſcopi confirmati (etiam titulares, ùt vocant, ſeu in partibus infidelium, propter idem ſpiritualis matrimonii vinculum, in cujus ſignum geſtant annulum,) Archi-Epiſcopi, & alii Epiſcopi Superiores Prælati *c. 13. 19. 20. 22. de Elect. & c. fin. h. t.* vid. Reiffenſt. *h. t. §. 2. per tot.*

4. *Qui non poſſunt poſtulari?*

Omnes illi, qui laborant impedimento, vel defectu tali, in quo Superior vel non poteſt, vel non ſolet diſpenſare, ut I. qui jure naturali vel divino ſunt inhabiles,

putà

putà amentes, furioſi, omninò rudes, & illiterati. II. Bigami, item ſpurii, ſeu ex damnato coitu nati. III. Temerarii violatores interdicti. IV. Falſarii. V. Simoniaci. VI. Infames ratione delicti. VII. Corpore vitiati, aut alia irregularitate indiſpenſabili laborantes. VIII. Religioſi mendicantes ad Eccleſiam ſæcularem Cathedrali inferiorem, nec non ad monaſteria extra ſuos ordines. *text. & DD. in c. 22. & 59. de elect. c. 10. de renunt.* cum ſimilibus P. Pichler *h. t. n. 6.*

5. *Quotuplex eſt poſtulatio?*

Duplex: alia *ſolemnis*, quando ad ſuperiorem petitio inſtituitur, ut diſpenſativè poſtulatum admittat. Alia minùs *ſolemnis*, ſeu *ſimplex*, ſi præcisè ſuperioris conſenſus requiritur: ut dum religioſus unius Monaſterii ad Prælaturam alterius ejusdem ordinis poſtulatur *c. 27. & 36. de elect.* Quæ poſterior tamen, non tam eſt poſtulatio, quàm electio, & nihil intereſt, an capitulares electionis, vel poſtulationis vocabulo utantur. P. Engel *hìc n. 9.*

6. *Quomodo poſtulatio differt ab electione.*

I. Electio eſt via ordinaria, poſtulatio extraordinaria. II. Poſtulatio innititur gratiæ, electio verò juri, hinc electo ſtatim jus quæritur ex electione, non item poſtulato, antequam poſtulatio fuerit acceptata, uti dictum in pr. III. Poſtulatio antequam præſentata eſt Superiori, mutari poteſt, non ità electio poſt publicatum ſcrutinium. *c. 58. de elect.* IV. In electione ſufficit, ut major pars capituli conſentiat in electum *cap. 42. de elect.* quod quidem etiam obtinet in poſtulatione, ſi concurrat cum alia poſtulatione, hoc eſt, ſi omnes capitulares quidem poſtulant

ſtulant, ſed diverſi diverſum, at verò ſi Poſtulatio concurrat cum electione, hoc eſt, ſi una pars capitularium poſtulet, v. gr. Titium, alia pars in via ordinaria eligat Cajum, tunc poſtulandus debet habere duas tertias, ùt ejus poſtulatio ſortiatur effectum. Vid. P. Engel *hìc num. 4. & ſeq.* add. Schmalzg. *h. t. §. 4. n. 19.* & P. Pichler *n. 10.*

7. *Poteſtnè aliquis eligi ſimul, & poſtulari?*

Non poteſt per *c. un. h. t. in 6.* ubi reprobantur formulæ: eligo poſtulando: poſtulo eligendo &c. Si tamen dubium ſit, an quis ſit eligendus, vel poſtulandus, valet hæc forma: eligo poſtulo, prout meliùs de jure valere poteſt, *d. c. un. in 6.* object. vid. apud Schmalzg. *hìc §. 4. 18.*

8. *Quæ forma, ſive ſolennitas requiritur in poſtulatione?*

Probabiliùs ea forma, & ſolennitas debent obſervari, quæ pro electione *in c. 42. X. de elect.* ſunt præſcriptæ. Electio enim, & poſtulatio ſunt inter ſe connexa, & tendunt ad eundem finem. P. Pichler *h. t. n. 8.*

9. *Quæ eſt pœna indignum aliquem poſtulantium?*

Indignum ſcienter poſtulantes indignitate indiſpenſabili (quales ſunt hæretici, criminoſi, infames, & alii de quibus ſupra) privantur ipſo jure pro ea vice poteſtate poſtulandi, vel eligendi. *arg. c. 7. de elect.* quod etiam extenditur ad illos, qui in litteris poſtulationis non exprimunt omnes defectus poſtulati *c. 20. de elect.*

elect. c. 1. & 2. de filiis Presbyt. in 6. vel cujus poſtulatio jam ſemel rejecta eſt. *c. 2. h. t.*

10. *Sed cùm conſtitutio c. 7. de elect. ſit odioſa, odia autem reſtringenda c. 25. de R. I. in 6. & cit. c. 1. ſolùm dicat, quòd Pontifex potuiſſet Canonicos privare, privatio non erit ipſo jure introducta?*

Conſtitutiones pænales etiam extenduntur, ſi unus caſus contineatur in alio, tanquam pars, qualiter poſtulatio in electione dict. verò *c. 1.* eſt intelligendum de ſententia declaratoria.

11. *Aſt ad quem in tali caſu pro illa vice ſpectabit jus providendi, ſeu poſtulandi, vel eligendi?*

Si omnes in poſtulationem indigni concurrant, ad ſuperiorem: cujus eſt admittere poſtulationem. Si autem omnes non conſenſerunt, ſpectabit ad hos, licèt ſint numero pauciores *c. 2. h. t.* ratio eſt: Quia alteri per alterum iniqua conditio non poteſt, nec debet inferri, & quia in delictis non cenſetur factum ab omnibus, quod à majore perperam geſtum eſt. Delicta enim ſuos tantùm debent tenere authores. Dignitates tamen illæ, in quibus poſtulationes, vel electiones factæ ſunt minùs Canonicè, & authoritate Papæ rejiciuntur, ſedi Apoſtolicæ ſunt reſervatæ. *Extravag. 13. inter com. de præb. & concord. german. §. 2.* P. Engel *n. fin.*

TI-

TITULUS VI.

De Electione, & Electi poteſtate.

1. *Quid eſt Electio?*

ELectio propriè dicta, eſt perſonæ idoneæ ad Prælaturam Eccleſiæ vacantis per vota eligentium Canonicè facta vocatio. *arg. c. 7. & 42. h. t.*

2. *Sed cur dictum propriè dicta?*

Quia in ſenſu latiori electio ſumitur etiam pro poſtulatione, præſentatione, nominatione, ac collatione.

3. *Quibus competit jus eligendi?*

Regulariter pertinet ad ſolos Capitulares viduatæ Eccleſiæ. *c. 1. & 4. h. t.*

4. *Cur dictum Regulariter ad ſolos?*

Quia poteſt etiam aliis Clericis extraneis competere. I. Ex privilegio S. Pontificis *c. 8. de conſuet.* II. Ex conſuetudine, vel præſcriptione. *c. 3. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* III. Ex fundatione, ſi Patronus Eccleſiaſticus ſibi jus eligendi reſervavit, *arg. 23. de jure patron. & c. 4. de condit. appoſ.* IV. Ex conſenſu unanimi Capitularium admittentium Clericum ad eligendum, *c. 8. & 40. cit.* V. Per devolutionem, ſi hi ipſi eligentes intrà tres menſes negligant eligere, tunc jus eligendi devolvitur ad ſuperiorem. *c. 41. h. t.*

5. *Poteſtnè etiam Laicis competere jus eligendi?*

Nullo modo, niſì habilitentur per privilegium à ſummo Pontifice, *arg. c. 17. de jure Patronat.* Ratio

tio; quia jus hoc eſt ſpirituale, quod non cadit in Laicos. Quare, ſi admittantur ſinè vi, aut metu, electio eſt irrita, & eligentes per triennium ab officio, & beneficio ſuſpenduntur, amiſſo etiam jure eligendi pro ea vice, electus verò ſic conſentiens redditur ineligibilis, *c. 43. & 56. h. t.* Quod procedit, ut neque conſuetudine neque etiam præſcriptione quantumvìs immemoriali jus hoc Laicis acquiri valeat. *cit c. 56. h. t.* ubi talis electio dicitur nullam obtinere firmitatem, & conſuetudo contraria reprobatur tanquam corruptela. Non obſtante, quòd præſcriptio immemorialis æquiparetur privilegio; Quia hoc non obtinet, quando præſcriptioni, vel conſuetudini reſiſtit jus, & ille, qui ſe in ea fundat, poſſeſſionis eſt incapax. Schmalzg. *hic §. 1. n. 5.* ubì etiam aliis objectionibus ſatisfacit.

6. *Sed habentnè omnes jus eligendi, qui ſunt de Capitulo?*

Non omnes, nam I. poteſtate eligendi non gaudent, qui non ſunt conſtituti in majoribus ordinibus. Trid. *Seſſ. 24. c. 4. de refor.* II. Suſpenſi ab officio, *c. 16. §. fin. h. t.* III. Excommunicati excommunicatione majori, *C. un. nè ſede vacant. in 6.* ità, ut ſi ſcienter admittatur excommunicatus, electio ſit irrita, *arg. c. fin. de Cleric. excom. & 39. h t.* quatenus tamen taliter excommunicatus hodiè ſaltèm poſt extrav. Martini V. *ad evitanda,* fuerit publicè denuntiatus, eò quòd electio ſaltèm activa non tam ipſius excommunicati, quàm Eccleſiæ favorem concernat. IV. Interdicti interdicto perſonali, & temerarii violatores interdicti, *c. 15. De ſent. excom. in 6.* V. Abſentes, & legitimè non impediti, *c. 42. h. t.* VI. Religioſi proprietarii per biennium carent voce activa Trid *ſeſſ.*

25. c. 2. de Regul. VII. Novitii *c. 32. §. in Eccleſia h. t.* VIII. Qui ex mendicantium ordine tranſierunt ad non mendicantes. *Clem. 2. de Regul.* IX. Religioſi vel Canonici translati ad Prælaturas alterius monaſterii, vel eccleſiæ, *c. 47. h. t.* plura de hoc art. vid. apud Reiffenſt. *§. 7. hic.*

7. *Suntnè etiam vocandi abſentes?*

Sunt vocandi *c. 42. h. t.* nisì ſint valdè remoti *c. 18. h. t.* Quòd ſi quis vocatus non fuerit, qui debuiſſet, poteſt agere de contemptu, & electionem irritare *c. 28. & 36. h. t.*

8. *Sed ſi fuerint legitimè impediti, posſuntnè conſtituere Procuratorem?*

Poſſunt vices ſuas uni, vel pluribus ex capitularibus, qui vocem activam habent, demandare, *c. 42. §. illud autem h. t. & 46. eod. in 6.* non tamen in ſcripto, nec de certa perſona, arg. Trid. *Seſſ. 25. c. 6. de Regul.* adde pleniùs de hoc differentem cit. Reiffenſt. *h. t. §. 8. per tot.*

9. *Intrà quale tempus electio eſt inſtituenda?*

Tempus electioni faciendæ in Eccleſiis Cathedralibus, & regularibus à jure præſcriptum eſt trimeſtre, ſeu tres menſes à die notæ vacationis, ultrà quos, ſi ſine legitimo impedimento differatur electio, jus eligendi pro ea vice amittitur, & devolvitur ad ſuperiorem, *c. 41. h. t.* In reliquis verò Prælaturis, Dignitatibus, & beneficiis tum electivis, tum collativis permittitur ſemeſtre, ſeu 6. menſes, *c. 2. de conceſ. prab.*

10. Se

10. *Sed quare in Cathedralibus, & Regularibus Eccleſiis brevius tempus præfigitur, quàm in aliis Prælaturis?*

Quia illis ex diuturniore vacatione majus immineret periculum damni, quàm in aliis. In Collegiatis autem ac aliis inferioribus Eccleſiis ſede quoque completa potiſſima jurisdictio in Clericos ſæculares competit Epiſcopo, per quem proinde illis faciliùs ſemper proſpici poteſt. P. Engel *hìc n. 12.* Pichler *n. 13.*

11. *Quibus qualitatibus debet quis eſſe præditus, ut poſſit eligi?*

In primis requiritur ætas, & quidem ad Epiſcopatum 30. anni completi *c. 7. h. t.* Trid. *Seſſ. de Refor. c. 1.* ad reliquas verò inferiores dignitates annus 25. inchoatus, *cit. c. 7. §. inferiora* Trid. *Seſſ. 24. de Reform. c. 12.* ad Abbatias monialium ſaltem 30 Trid. *Seſſ. 25. c. 7. de Regul.* II. Scientia ad Epiſcopatum, ut ſit Doctor, vel Licentiatus Theologiæ vel SS Canonum. Trid. *Seſſ. 7. c. 1. & Seſſ. 22. c. 1. de Reform.* III. Ordo ad Epiſcopatum, ut ſaltèm per ſex menſes priùs ſteterit in Sacro Ordine Subdiaconatûs, *c. 9. de ætat. & qualit. præf.* quod aliqui extendunt ad omnes ſacros ordines arg. Bullæ Gregorii XIV. quæ incipit: *Onus Apoſtolicæ.* Ad inferiores verò dignitates ſufficiunt minores Ordines, & ut intrà annum poſſit promoveri eligendus ad Sacerdotium *c. 7. §. inferiora h. t. c. 14. & 15. eod. in 6.* IV. Integritas fidei, famæ, & natalium; unde ineligibiles ſunt hæretici, & ex iis nati usque ad ſecundam generationem ex linea Paterna, & primam ex linea materna, nisì eorum Parentes ante mortem reſipuerint, *c. 2. & 15. de hæret. in 6.* (quæ tamen conſtitutio circa hæreticorum liberos

in Germ. & aliis partibus, ubi hæreſis liberiùs graſſatur, non videtur obtinere, modò ipſi boni ſint Catholici) Vitioſi, præſertim Simoniaci, ità, ut, ſi quid datum ſit pro electione procuranda electio ſit irrita. *Extravag. 2. de Simon inter com.* ſi quid promiſſum irritanda, *c. 27. eod.* Infames, *arg. c. 87. de R. I. in 6* illegitimi, etſi iſte defectus ſit ocultus, *c. 20. h. t.* Et plures alii defectibus ejusmodi Canonicis laborantes, de quibus fusè Reiffenſt. *h. t. §. 9.* Engel *eod. §. 2.* ubi *n. 23.* quærit, an bigama, vel corrupta poſſit in Abbatiſſam eligi?

12. *Sed quomodo ſit illud, quòd ſæpè magnorum Principum filii teneræ adhuc ætatis, & ordinum expertes aſſumantur in Epiſcopos, & â Pontifice confirmentur?*

Poteſt hoc fieri per diſpenſationem Pontificis & indultum eligibilitatis ab eodem conceſſum, quod etiam poteſtatem illius non excedit, ſi ſubſit gravis cauſa v. gr. magna Ecclesiæ utilitas. *Can. 8. diſt. 61.* Interim tamen tales Principes ad Prælaturas promoti debent ſuſcipere Sacros Ordines ſaltèm minores, & conſtituere officiales, ac adminiſtratores omnigenâ ſcientiâ, & peritiâ claros P. Pichler *h. t. n. 23.*

13. *Quid ſpecialiter requiritur in Regularibus?*

Requiritur, ut eligendus ſit ex gremio *c. 13. diſt. 61.* & emiſerit profeſſionem expreſſam, *c. 24. & 49. h. t. c. 29. eòd. in 6. Element. 1. eód.* nec ſufficit concomitans, *c. 37. h. t.* vid. P. Engel *hìc n. 19.*

14. *Sed*

14. *Sed nunquid ſimiliter videmus maximè in Gallia Abbatias, & Prælaturas conferri ſæcularibus, & non Religioſis in Commendam, vel Religioſo alterius ordinis?*

Id pariter non excedit poteſtatem S. Pontificis ſuper jus Eccl. eminentis. Quamvìs in Germania, ubi Regularibus libera relinquitur electio, non ſoleat, imò plerumque propter concordata Germaniæ nequeat Pontifex diſpenſare, ut Monaſterio præſit non Religioſus, vel Religioſus alterius Ord. religiosìs invitìs. P. Pichl. *hìc n. 23.*

15. *Quot modis fit electio?*

Tribus, I. per inſpirationem, eamque vel veram quæ fit per Spiritum S. quando nimirum certa perſona à Deo electa deſignatur, qualis fuit electio S. Matthiæ in Apoſtolum &c. & hæc legi humanæ non ſubjacet, nec confirmationem requirit. Vel quaſi inſpirationem, quando videlicet nullo præcedente tractatu, vel nominatione ſuper ſpeciali perſona eligenda, omnes Capitulares nullô exceptô in unum conclamant, & conſentiunt. II. Per compromiſſum, quando electores in aliquos compromittunt, ut ipſi eligant nomine omnium. III. Per Scrutinium, quando ſingulorum vota in Secreto recipiuntur à quibusdam *c. 42. h. t.* ubi tota forma Scrutinii habetur. Qua de re rurſum latè cit. Reiffenſt. *hìc* §. *3. 4. & 5.* Engel & alii paſſim.

16. *Quid obſervandum in Electione per Scrutinium?*

Poſteaquam Scrutatores vota ab omnibus Capitularibus

laribus ſecretò collegerunt, ſubitò ad publicationem, & collationem eſt procedendum, ut collatione facta is eligatur, in quem major, & ſanior pars conſenſerit. *cit. c. 42. h. t.*

17. *Poſſuntnè Electores publicatô ſemel ſcrutinio variare?*

Si electio facta ſit in concordia, ùt quia vel omnes vel major & ſanior pars in electionem unius conſenſit, non eſt locus variationi, *c. 58. h. t.* quia taliter electo jus jam eſt quæſitum, quod ipſi invito non eſt aufferendum. Si verò facta fuerit in diſcordia, ſive quia vota ità ſunt diſperſa in plures, ut nullus pro ſe habeat majora, tunc poſſunt, imò debent variare, vel ſi convenire non poſſint, electionis negotium per compromiſſum terminare. Ratio, quia in tali caſu prior electio nulla fuit, & invalida, & ſic nulli jus quæſitum fuerat. P. Pichler. *h. n. 36.*

18. *Sed nunquid in hoc poſteriore caſu habebit locum acceſſus minoris partis ad majorem, vel æqualis ad æqualem?*

Quando electio eſt celebranda juxta formam *c. quia propter 42. h. t.* utì accidit in Eccleſiis viduatis, non habet locum iſte acceſſus; quia publicatô Scrutinio electores jam ſunt functi ſuo officio, quatenus ſunt perſonæ ſingulares, & electionem compleverunt, ſive benè, ſive malè ſuffragati ſint, adeoque conſenſus poſtea ſuperveniens nihil operatur. *c. 29. h. t.* Loquendo verò de electione, in qua illa forma non eſt neceſſaria, velutì in electione alicujus in Canonicum, quamvìs publicatô Scrutiniô non poſſint variare Electores, ſi

quis

quis cæteroquin habilis in Scrutinio reportavit vota majora, ſi tamen priùs nemo habuit vota ſufficientia, valet tunc acceſſus minoris partis ad majorem, vel æqualis ad æqualem vid. Reiffenſt. *hic §. 12. n. 302. & ſeq* In Electione tamen S. Pontificis, item Abbatiſſarum locum habet ſimpliciter acceſſus. *c. 6. h. t. & c. 43. eod. in 6.*

19. *Quot vota quis habere debet, ut cenſeatur habere majora?*

Non ſufficit habere majora vota comparatione partis minoris, & coëlectorum, ſed requiruntur majora vota reſpectu totius Capituli: *c. 55. h. t. & c. 23. eod. in 6.* Unde, ſi Electores ſint 24. neceſſe eſt, ut ſaltèm 13. conſpirent in unum, nec ſufficit unus habeat 12. ſuffragia, alius 9. alius 3. In electione tamen S. Pontificis requiruntur neceſſariò duæ tertiæ. *c. 43. §. ſanè h. t. in. 6.* Quod aliqui etiam ad electiones Abbatiſſarum extendunt, minùs tamen rectè. Reiffenſt. *h. t. §. 6. n. 150.*

20. *Quid requiratur ad electionem per Compromiſſum?*

Ut omnes de Capitulo unanimiter conſentiant in Compromiſſarios, agitur enim de præjudicio ſingulorum *c. 30. & 42. h. t. c. 56. de R. I. in 6.*

21. *Poſſuntnè Compromiſſarii aliquem eligere ex ſe ipſis?*

Poſſunt, quia officium ſuum nemini debet eſſe

 damno-

damnoſum. *C. 30. h. t. in 6.* Imò unus ex compromiſſariis poſteaquam ab uno, vel pluribus Collegis ſuis ſe electum novit, ſibi ipſi dare ſuffragium, & ſic majora facere, ſuique electionem confirmare poteſt. *c. 33. h. t.* Non obſtante, quod in electione per Scrutinium id nemo facere valeat, & quòd ambitio in electionibus per Canones reprobetur, ad hæc enim reſpondet P. Pichler *hìc n. 45.*

22. *Obtinetnè adhuc forma compromiſſi in electionibus Regularium?*

Aliqui affirmant, eam eſſe ſublatam per Concil. Trid. *ſeſſ. 25. c. 6. de Regul.* Contrarium tamen alii rectiùs ſentiunt, abrogatio enim juris eſt odioſa. vid. P. Engel *hìc. n. 41.* add. Reiffenſt. *eòd. h. t. §. ult. n. 357.*

23. *Electione peracta, quid faciendum?*

Ante omnia, poſtquam aliquis ſufficientem votorum numerum nactus eſt, formandum, & ſolenniter promulgendum eſt Decretum electionis *c. 42. h. t.* hoc facto, debet electio ipſi electo, ſi abſens ſit, quàm primùm commodè fieri poteſt, præſentari, ejusquè conſenſus requiri, electus verò debet intrà menſem conſenſum præſtare, *c. 6. h. t.* Quòd ſi in ea ſit conditione, ut Superioris ſui licentiâ opus habeat, eam priùs obtinere debet, aliàs ſinè licentia conſentiens cadit jure ſuo *c. 27. h. t. in 6.* Hoc autem caſu menſis non à die electionis, ſed à tempore licentiæ obtentæ currere incipit. Engel *hìc n. 44.* aſſenſu præſtito debet confirmationem petere: deinde Conſecrationem, & Metropolitanus poſt conſecrationem Pallium. Utrùm autem

autem electus, qui occultô aliquô impedimentô laborat, citra manifeſtationem, talis impedimenti dignitatem oblatam, ſalvâ conſcientiâ acceptare valeat: vid. negantem Engel *h.t.n.45.* è contra affirm. Pichler. *eôd. h.t.n.55.*

24. *Intrà quod tempus, & à quo debet peti Confirmatio?*

Intrà tres menſes poſt conſenſum præſtitum electioni ceſſante juſto impedimento *c.6.h.t. in 6.* Jure quidem communi gradatim per modum appellationis à proximo ſuperiore, cui dignitas, vel Eccleſia electiva ſubeſt, ità, ùt confirmatio Abbatis ad Epiſcopum, vel ſede vacante ad Capitulum, Epiſcopi, ad Archi-Epiſcopum pertineat. Ut patet *ex Can. mos antiquus 6. diſt. 65. C. cum dilectus 32. h.t. Cùm olim 14. de major. & obed.* Hodiè verò per Regulam Cancellariæ 3. & Concordata Germaniæ Confirmatio Epiſcoporum indiſtinctè S. Pontifici eſt reſervata. Uſu autem receptum eſt, ut ſuper electione facta, conficiatur inſtrumentum publicum à capitularibus, vel ſcrutatoribus ſubſcriptum, & ſubſignatum, ex quo ſuperior, vel ſummus Pontifex de valore electionis informetur.

25. *Intrà quod tempus petenda conſecratio?*

Intrà tres menſes à tempore confirmationis obtentæ, aliàs fructus reſtituere tenentur, quòd ſi per ſex menſes negligentes fuerint confirmati, petere conſecrationem, ipſo jure privati ſunt dignitate. Trid. *ſeſſ. 23. C. 2. de Refor.*

26. *A quo debet fieri conſecratio?*

Epiſcopus jure communi ab Archi-Epiſcopo, vel cui ille commiſerit conſecrandus eſt: Archi-Epiſcopus ab omnibus ſuis ſuffraganeis *c. 6. & ſeq. de temp. ord.* Hodie verò ſicut confirmatio, ità & conſecratio Epiſcoporum eſt S. Pontifici reſervata, quæ autem in partibus delegari ſolet. Engel. *h. t. n. 56.*

27. *Quomodo & quando fieri debet conſecratio?*

Fit unctione capitis & manuum ſacro Chrismate ſolemnibus verbis additis. De jure in die Dominica Cantatâ tertiâ *Can. 1. diſt. 75.* & à tribus ſaltèm Epiſcopis *Can. 2. diſt. 66.*

28. *Conſecranturnè etiam Abbátes?*

Non, ſed illis tantùm impertitur benedictio, quæ fit manuum deprecatoria impoſitione *Can. 1. diſt. 69. Can. 74. Cauſ. 1. q. 1.* nec imprimit Characterem, unde etiam Abbatiſſis dari poteſt. *C. 13. de accuſat. Clem. 2. §. Statuimus de Statu Monarch.*

29. *Poteſtnè electus ante obtentam confirmationem adminiſtrationi ſe ingerere?*

Nullo modo, neque in ſpiritualibus, neque temporalibus etiam ùt œconomus. Quod ſi attentaverit, privatur jure ſuo. *c. 17. h. t.* *Extravag. 1. h. t. inter Com.* niſi hoc fiat vel de confirmatoris licentia, vel aliud ex privilegio, aut conſuetudine competat, prout *in c. nihil 44. h. t.* omnibus electis in concordia extra Italiam, quorum confirmatio ad ſedem Apoſtolicam ſpectat, indulgetur interim adminiſtratio in ſpiritualibus, ac temporalibus, ità tamen, ut nihil de rebus Eccleſiæ alienent. vid. tamen Engel *hìc. n. 51.*

30. Sed

30. *Sed quid, ſi jam confirmatus fuerit, ſed necdum conſecratus?*

Poteſt ea, quæ ſunt jurisdictionis v. g. corrigere, excommunicare &c. non autem, quæ ſunt ordinis, ut Clericos ordinare. Plura de hac materia, & in ſpecie de electione Prælatorum Regularium, nec non de elect. Summi Pontificis vid. apud P. Pichler. *h. t. §. 10. & 11.*

TITULUS VII.

De translatione Epiſcopi.

1. *Quid eſt translatio Epiſcopi?*

Est de una Eccleſia, quam quis obtinet, ſive Epiſcopus ſit, ſive alius Prælatus exemptus, ad aliam majorem authoritate ſuperioris ex cauſa utilitatis vel neceſſitatis facta translatio. Vallens. *hic n. 1.*

2. *Quare dicitur authoritate Superioris?*

Iſta neceſſariò requiritur, ſicut & cauſa utilitatis, vel neceſſitatis *Can. 34. & 35. cauſ. 7. q. 1.* Cùm enim per confirmationem ineatur inter Epiſcopum, & Eccleſiam ſpirituale matrimonium, non poteſt Epiſcopus ſinè cauſa ab Eccleſia ſua, cui ſemel deſponſatus eſt, divertere, vel ſeparari, quod ſi propria authoritate auſus fuerit, carebit utraque Eccleſia. *c. 3. & c. ult. h. t.*

3. Ad

3. *Ad quem ergo pertinet jus transferendi Epiſcopum?*

Ad ſolum Romanum Pontificem *per text in c. 1. & 2. h. t.* eſt enim translatio iſta de cauſis majoribus, quæ regulariter ad ſummum Pontificem ſunt perferendæ. Et quia inter Epiſcopum ſive Prælatum, & Eccleſiam ſpirituale quoddam matrimonium per electionem initur, per confirmationem ratificatur, & per conſecrationem conſummatur. *d. c. ult. h. t.* quod proinde non alia quàm S. Pontif. authoritate ſolvi poteſt.

4. *Cur autem ſummus Pontif. hoc matrimonium ſpirituale per conſecrationem conſummatum magis ſolvere poteſt, quam carnale conſummatum?*

Matrimonium carnale conſummatum Chriſtus induxit ad ſignificandam indiſſolubilem unionem Chriſti cum Eccleſia per carnem aſſumptam, & proinde ex ratione hujus ſignificationis habet omnimodam indiſſolubilitatem. At verò matrimonium ſpirituale etiam per conſecrationem conſummatum non habet hanc ſignificationem, uti nec matrimonium carnale ratum.

5. *Sed quomodo in c. 2. h. t. dicitur ſpirituale vinculum fortius eſſe carnali?*

Non dicitur fortius quoad omnimodam indiſſolubilitatem, quandoquidem variis modis ſolvitur, veluti per translationem, depoſitionem, renunciationem &c. ſed

ſed quoad alios reſpectus, putà, quia per matrimonium ſpirituale ſolvi poteſt carnale, ſaltèm ratum &c.

6. *Eſtnè iſta authoritas Pontificis neceſſaria ad translationem Epiſcopi tantùm confirmati?*

Utique, quia per confirmationem jam intercedit matrimonium ſpirituale ſaltèm ratum. Object. vid. apud Pichler. *h. t. n. 4.*

7. *Poſſuntnè etiam alii Prælati transferri?*

Poſſunt, ùt Cardinales *c. 25. de Præb.* Archi-Epiſcopi *c. 4. de Poſtulat. Prælat.* Abbates *c. 7 de Conſuetud.* Præpoſiti *c. 22. de elect.* Imò quicunque inferiores Beneficiati transferri poſſunt, *c. 4. de renunc.* & quidem de authoritate proprii Epiſcopi (*Can. 7 cauſ. 17. q. 2.* alia quædam circa hunc tit. vid apud Reiffenſt. *eôd. tit. §. 2.*

TITULUS VIII.

De Authoritate, & uſu Pallii.

1. *Quid eſt Pallium?*

EST Ornamentum Patriarcharum, Archi-Epiſcoporum, & interdum ex privilegio Epiſcoporum *c. 15. de præſumpt.* de corpore beati Petri ſumptum Paſtoralis officii plenitudinem conferens *c. 4. de elect. c. 3. h. t.* cujus formam vid. apud Reiffenſt. *h. t. n. 3.*

2. *Cur dictum de corpore beati Petri?*

Vel quia ſuper altare, & corpus beati Petri benedicitur, vel quia à Romana Eccleſia proficiſcitur.

3. *Quare additum, plenitudinem paſtoralis officii conferens.*

Quia electus ad Archi-Epiſcopatum, quamvis confirmatus, vel conſecratus ſit, Archiepiſcopum ſe tamen nominare, nec ea, quæ Archi-Epiſcopalis officii ſunt, exercere poteſt. *c. 3. h. t.*

4. *A quo petendum pallium?*

Olim quatuor Patriarchæ Principales ſcilicet Conſtantinopolitanus, Antiochenus, Alexandrinus, & Jeroſolymitanus poterant ſuis ſuffraganeis illud conferre, nunc ſedes iſtas occupantibus infidelibus confert illud ſolus Romanus Pontifex. P. Pichler *hìc n. 2.*

5. *Intrà quod tempus debet peti?*

Si ſit conſecratus tunc à tempore conſecrationis, ſi verò confirmatus, tunc à tempore confirmationis intrà tres menſes *Can. 1. diſt. 100.*

6. *An ergo Archi-Episcopus ante acceptionem pallii nihil omninò exercere poſſit?*

Diſtinguendum eſt inter actus proprios muneris Archi-Epiſcopalis, quales ſunt, viſitare Provinciam

con

convocare Conc. Prov. &c. Et inter actus communes omnibus Epiſcopis: Priores nullo modo poteſt exercere, quia necdum habet jurisdictionem Archi-Epiſcopalem ſaltèm in actu. Circa poſteriores ſubdiſtinguendum, an ſint actus minùs principales, & quos ſolet peragere ſtolâ tantùm indutus, ut eſt benedictio calicis, paramentorum, cœmiterii: an vero majores, quos non niſi Pontificalibus indutus exercere debet, prout eſt confectio Chrismatis, dedicatio Baſilicarum, ordinatio Clericorum, benedictio Abbatum, & Virginum &c. Illos rectè exercet, non item hos. vid. Schmalzg. *h. t. n. 6.*

7. *Quando licet uti pallio?*

Romano Pontifici ſemper, aliis non nisì certis diebus ſolemnibus *c. 4. & ult. h. t.*

Quo in loco licet uti pallio?

Romano Pontifici ubique, *dict. c. 4.* aliis in ſuis Provinciis, etiam exemptorum Eccleſiis, *Clement. 2. de Privil.* extra verò ſuam Provinciam uti non poſſunt *c. 1. h. t.* nec quidem ex conſuetudine *c. 5. h. t.* privilegiô tamen ſpeciali munitus poteſt accedente conſenſu ejus, in cujus Eccleſia utitur *cit. c. 5. h t.* vid. cit. Schmalzg. *h. t. n. 8. & ſeq.* ubi etiam ad contraria quædam reſpondet.

9. *An quis ſuum pallium poſſit alteri concedere?*

Non, quia eſt perſonale, & perſonæ cohæret, ideòque defunctus cum pallio ſepelitur. *c 2. h. t.* & ſi transfertur ad alium Archi-Epiſcopatum novum pallium impetrare debet, & licèt priori non utatur, in ſepul-

pultura tamen ipſi adjungitur. *c. 4. de Poſtul. in fine* Engel. *h. n. fin.* add. Reiffenſt. *eôd. tit. n. ult.*

TITULUS IX.

De Renunciatione.

1. *Quid eſt Renunciatio?*

Est ſpontanea beneficii, ſeu officii Eccleſiaſtici coram ſuperiore facta dimiſſio: unde ſi vi, aut metu extorta ſit, valet quidem, ſed eſt irritanda. *c. 3. de his, quæ vi* &c. vid. Schmalzg. *h. t. §. 1. n. 4.*

2. *Quotuplex eſt renunciatio?*

Duplex: *tacita*, quæ fit ipſo jure, ut ſi quis acceptet duo beneficia incompatibilia, cenſetur primo renuntiâſſe *c. 28. Præb. Extravag. 22. eôd.* vel in minoribus conſtitutus matrimonium contrahat. *c. 1. de Clericis conjugat. Expreſſa*, quæ fit verbis ad id accommodatis coram legitimo ſuperiore eam acceptante. Quæ rurſum fieri poteſt, vel purè & ſimpliciter, id eſt ſinè ullo pacto, conditione, modo. *c. 34. de Simo.* vel conditionatè, qualis eſt cauſa permutationis, vel cum reſervatione certæ portionis fructuum, aut penſionis, vel etiam reſervato regreſſu, ingreſſu, vel acceſſu, vel denique, quæ fit in favorem certæ perſonæ, utì videre eſt apud Schmalzg. *h. t. §. 1. n. 2. & 3.*

3. *Poſſuntnè omnes liberè reſignare ſua beneficia?*

Non; nam I. non poſſunt amentes, furioſi, impuberes ob defectum rationis: II. Novitii, nè ob dimiſſionem beneficiorum priùs forte obtentorum abſterreantu!

tur à regreſſu ad ſæculum, niſi reſignatio fiat intrà duos menſes profeſſioni proximos de licentia Epiſcopi, & Profeſſio ſequatur. Schmalzg. *hic. n. 15.* per text. in Conc. Trid. *ſeſſ. 25. c. 16. de reg.* III. Infirmi, quorum reſignationes jure ſaltèm novo non aliter valent, quàm ſi poſt reſignationem, ceſſionem, vel permutationem 20. dies ſupervixerint, ſecùs verò, ſi fiat, beneficia eorum non tam per reſignationem, quàm per mortem vacare cenſeri debent. *Regul. Cancel. de infir.* cit. Schmalzg. *d. loc. n. 16.* IV. Reliqui omnes, licèt fortè renunciare ſua beneficia per expreſſum non prohibeantur, ejusmodi tamen reſignationes non niſi de licentia legitimi ſuperioris, & causâ cognitâ validè fieri poſſunt. *c. 4. h. t.* Minor verò 25. annis, modò ſit major 14. annis, reſignare beneficium abſolutè poteſt, quia in beneficialibus cauſis habetur pro majore *c. fin. de judic. in 6.* ſi tamen inconſulta facilitate læſus fuerit, reſtitutione in integrum ei erit ſuccurrendum. idem Schmalzg. *n. 14.*

4. *Quid ergo Requiritur, ut Renunciatio ſit valida?*

Ut ſit facta ſpontè, & cum licentia ſuperioris. *d. c. 4. h. t.* de cujus ratione vid. Vallenſ. *h. t. n. 4.* Circa licentiam tamen patitur hæc regula fallentiam I. in Summo Pontifice, qui ſuperiorem non recognoſcit. *c. 1. h. t. in 6.* II. In iis, qui plenum jus non habent, utì ſunt electi, necdum confirmati. III. Qui habent jus litigioſum, ſi priùs non fuerunt in pacifica poſſeſſione; non tamen propterea beneficium ſic dimiſſum acquiretur litis adverſario, niſi probet juſtum titulum *arg. c. 1. de R. I. in 6.* licèt in curia potiùs collitigans quàm extraneus ſurrogari ſoleat, *Regul. Canc. de ſurrogandis collitig.* P. Engel. *hic n. 4.*

 IV.

IV. Inferiores beneficiati (ſecus eſt de Epiſcopo. *c. 10. h. t.*) petitâ, licèt non obtentâ, licentiâ ad Religionem tranſire poſſunt, quorum tamen beneficia non vacant, niſì ſecuta Profeſſione. Trid. *ſeſſ. 25. c. 16. de Regul.* utì ante dictum.

5. *Coram quali ſuperiore reſignatio facienda?*

Reſignatio ſimplex, & pura fieri debet coram ſuperiore, penes quem eſt poteſtas inſtituendi, & deſtituendi, hoc eſt qui non ſolùm poteſt conferre beneficia, ſed etiam deponere inſtitutos, qualis eſt Pontifex, Epiſcopus, & alii, quibus tale jus ex privilegio, vel conſuetudine competit. Conditionata verò non niſì coram Summo Pontifice. Ratio primi eſt, quia renunciatio habet vim deſtitutionis, ergo apud eum facienda, penes quem eſt jus deſtituendi. Ratio autem ſecundæ partis eſt: Quia ejusmodi reſignationes conditionatæ jure communi paſſim prohibentur, ùt conſtat *ex c. 8 de præb. & C. un. ut benefic. Eccl. ſinè dimin. conf. junct. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 7. de reform. & c. 1. de conceſſ. præb.* in jure autem communi ſolus Pontifex, & nullus inferior poteſt diſpenſare. vid. Pichler *hìc n. 12.* Reiffenſt. *§. 4. & 5. eod. tit. per tot.* Schmalzg. *§. 4* ſub hac tamen prohibitione non cenſetur comprehenſus ille, qui certam perſonam pro ſucceſſore c mmendat, quia talis commendatio non neceſſitat. vid. P. Pichler *hìc n. 13.*

6. *Quæ ſunt cauſæ, ob quas concedi ſolet, & poteſt licentia reſignandi?*

Sex enumerat Pontifex *in cap. 10. h. t.* de quibus vid. Engel *hìc n. 6.* eas verò Gloſſa comprehendit his verbis:

Debi-

Debilis, ignarus, malè conſciùs, irregularis,
quem mala plebs odit, dans ſcandala cedere
poſſit.

An verò ex aliis quoque cauſis fieri poſſit reſignatio, tractat Schmalzg. *h. t. §. 5. n. 35.*

7. *Dabiturnè in Reſignatione locus pœnitentiæ?*

Priusquàm à ſuperiore admiſſa eſt, poteſt pœnitere reſignans, quia tunc adhuc eſt res integra, nec ullius præjudicium vertitur. Poſt factam verò admiſſionem non utique, quia tunc jam incipit ſubverſari intereſſe ſuperioris, qui non debet illudi, pulchrè Schmalzg. *§. ult. n. 49.* Quod ſi quis per Procuratorem (prout facere poteſt) reſignavit, revocatio reſignationis non aliter valet, niſi ad procuratorem pervenerit re integra. *Clement. in h. t.* licèt ob favorem matrimonii ſecùs ſit in matrimonio *c. fin. de procurat. in 6.* Engel *hic n. 12.* add. Schmalzg. *§. 6. n. 41. & ſeq. h. t.*

8. *An è contra Epiſcopus, vel alius Beneficiatus invitus cogi poſſit ad renunciandum?*

Poteſt, ſi gravis cauſa ſubſit, v. g. ſi laboret irregularitate præſertim indiſpenſabili, vel ſit reus criminis, propter quod poſſit privari beneficio &c. utì videre eſt apud Pichler *hic n. 8.*

9. *Sed quid dicendum de Epiſcopo, qui vovit religionem, teneturne Epiſcopatum reſignare, & religionem ingredi?*

Tale votum valere, & teneri quantum in ſe eſt con-

ſenſum Pontificis requirere, docet Barb. *collect. doct. c. penult. de vot. n. 5.* vid. Engel *hic n. 7.* Schmalzg. *cit. §. 5. n. 36.*

10. *Quomodo Reſignatio facienda?*

Hodie ex Stylo curiæ Rom. & alibi paſſim obſervari ſolitô, ſolet, & debet fieri in ſcriptis oblata ſupplicatione, in qua petitur, ut eandem ſuperior admittat ex cauſis in illa expreſſis. Admiſſione verò facta, publicanda eſt in Eccleſia reſignata, de cujus modo & forma vid. Schmalzg. *h. t. §. 6. n. 40.*

TITULUS. X.

De ſupplenda Negligentia Prælatorum?

1. *Quid eſt Negligentia Prælatorum?*

ESt omiſſio ejus, quod de jure vel Conſuetudine, ratione ſui muneris facere debent. *Can. 1. & 2. diſt. 84.*

2. *Ad quem pertinet ſupplere Prælatorum Negligentiam.*

Ordinariè ad proximum ſuperiorem *c. quamquàm 18. de elect. in 6.* & ſi is negligens fuerit, ad ordine ſequentem, & ſic gradatim usquè ad Summum Pont. *c. 41. de elect.*

3. *Circa quas cauſas poteſt committi Negligentia?*

Plerumque, quatenus ad hunc titulum pertinet, in iis, quæ ſpectant ad jurisdictionem contentioſam, uti eſt adminiſtratio juſtitiæ, ſi ea ritè non fiat, vel quæ ſpe-

ſpectant ad jurisdictionem voluntariam, putà circa ordinationes, conſecrationes, benedictiones, beneficiorum proviſiones, abſolutiones, diſpenſationes &c. ùt benè obſervat Reiffenſt. *hic n. 6.*

4. *Qualiter poteſt, vel debet ſuppleri Negligentia Prælatorum in cauſis jurisdictionis voluntariæ.*

Variis modis, veluti I. devolutione juris ad Prælatum ſuperiorem uti fit, ſi ſint negligentes in beneficiorum proviſione, nimirùm intrà debitum tempus non conferendo beneficia, non inſtituendo, non eligendo, vel inſtituendo, aut eligendo indignum, ùt patet ex toto *h. t.* II. adjunctione coadjutoris idonei. *c. 2. eòd. in 6.* III. depoſitione ab officio vel privatione dignitatis. *c. 1. de off. Cuſtod.* IV. Excommunicatione. *Can. 101. cauſ. 1. q. 1.* vel alio ſimili modo pro varietate, & majoritate commiſſæ negligentiæ.

5. *Habetnè devolutio locum etiam in beneficiis Patronatûs?*

Habet, ſive ſint de jure Patronatûs Eccleſiaſticorum, ſive Laicorum, ſi nimirum proviſio debito tempore facta non fuerit. *text. in c. 2. 3. & fin. h. t.* Ratio autem eſt, quia non minùs in his, quàm in electivis, vel collativis diuturnior vacatio ſemper eſt damnoſa Eccleſiæ, & quia regulariter in proviſione beneficiorum ad ſuperiorem ſpectat ſupplere negligentiam inferiorum.

6. *Sed ſitnè univerſaliter in omnibus Collationibus devolutio ad immediatum ſuperiorem?*

Non ſemper, nam ſi Eccleſia ſit exempta, poteſtas

illi Eccleſiæ providendi pro ea vice devolvitur immediatè ad Papam, prout etiam hodie in plerisque Epiſcopatibus Germaniæ jus providendi, ab Electoribus neglectum non ad Archi-Epiſcopum, ſed ad Papam quoque immediatè devolvitur, propter Concordata Germaniæ, juxta quæ jus confirmandi Epiſcopos ad ſolum Pontificem pertinet: ergo etiam jus providendi in caſu negligentiæ, ex ratione generali, quòd jus hoc ob negligentiam capituli devolvatur ad eum, qui habet poteſtatem electum confirmandi. Pariter ſi electio quidem facta eſt intrà tempus, ſed electus fuerit indignus, vel forma. *cap. 42. de elect.* non fuerit obſervata, proviſio non ad proximum ſuperiorem, ſed vel ad ſolum Papam, ſi omnes electores peccaverunt, juxta *c. 18. d. t. in 6.* pertinebit, vel ſi non omnes peccaverunt, poteſtas eligendi manebit penes innocentes. Denique quando collatio pertinet ad Epiſcopum jure proprio, isque providere negligat, non Archi-Epiſcopus, ſed capitulum negligentiam ſupplebit *c. 2. de conceſſ. præb.* vid. Schmalzg. *hic n. 2. & ſeq.*

7. *Sed quid ſi nihilominus negligentes etiam poſt tempus lapſum fecerint proviſionem, an electio vel collatio valebit?*

Proviſio talis ipſo jure nulla eſt *c. 3. h. t.* quia poſt lapſum terminum non erat ampliùs poteſtas providendi penes eos. Si tamen electus, vel proviſus fuerit idoneus, reſponſum in *c. 4. eod.* talem proviſionem de benignitate tolerari poſſe.

8. *Quo-*

8. *Quomodo ſuppletur negligentia, ſi Epiſcopus fuerit negligens in adminiſtranda juſtitia?*

Non conveniunt circa hoc DD. aliqui enim exiſtimant jurisdictionem Epiſcopi ob negligentiam ejusdem extra cauſam appellationis non aliàs devolvi ad Archi - Epiſcopum in prima inſtantia, præterquam in caſibus à jure expreſſis, eò quòd jure Can. generaliter prohibeatur Archi Epiſcopus exercere jurisdictionem in ſubditos ſuffraganeorum, nisì in caſibus expreſſis, utì colligitur *ex. c. 1. h. t. in 6.* in qua ſententia eſt Schmalzg. *h. t. §. 2. n. 7.* Alii è contra tenent univerſaliter ex negligentiâ Epiſcopi, fieri devolutionem ad Archi Epiſcopum, cujus ſententiæ eſt P. Engel *hìc n. 7.* Tum, quia rubrica hujus tit. eſt generalis, tum, quia ratio legis id non minùs generaliter indicat, ut nimirum univerſim utilitati Eccleſiarum, & ſubditorum proſpiciatur, nè ex negligentia Epiſcopi damnum ſentiant. Neque obſtat *c. 1. cit.* quia non loquitur de Epiſcopo negligente, ſed delinquente, & cenſuris innodato, ut tunc nimirum ex culpa illius non fiat devolutio, quia hoc jure expreſſum non eſt. Unde potiùs probari videtur ſententia. P. Engel, quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. Minùs refragatur, quòd in pænalibus non ſoleamus argumentari à paritate rationis. Quia lex de ſupplenda negligentia Prælatorum non eſt præciſe pænalis, ſed utilitatem publicam reſpicit. vid. tamen Schmalzg. *loc. cit.* & Pichler *hìc n. 6.* add. Reiffenſt. *n. 9.* notabilem præterea differentiam obſervat *cit.* P. Engel inter denegatam, & protractam juſtitiam, in caſu denegatæ juſtitiæ ſtatim fit devolutio ad ſuperiorem. Quando autem judex

dex inferior tantùm negligit, & protrahit adminiſtrare juſtitiam, primò decernuntur à ſuperiore promotoriales, in quibus aſſignatur inferiori terminus, & certum tempus pro juſtitia adminiſtanda, & poſt illum terminum primùm jurisdictio devoluta cenſetur, quod & praxi conveniens eſt.

9. Sed quid juris, ſi Laicus velit Eccleſiæ, vel alicui Religioſo loco donare decimas à ſe poſſeſſas, & Epiſcopus nolit dare conſenſum, an hoc Archi-Epiſc. vel tantùm Summus Pont. ſuppleat?

Videtur quidem in *c. 17. de jure Patron.* ſtatui, id ad Pontificem pertinere, quia tamen in *cit. c.* nulla ponitur particula excluſiva, & aliàs regula eſt, quòd Archi-Epiſcopus ſuppleat negligentiam ſuffraganeorum, ideò rectiùs fortè cum P. Engel *hìc n. fin.* tenendum, non debere hoc quoque caſu excludi Archi-Epiſcopum.

TITULUS XI.

De temporibus Ordinationum, & qualitate Ordinandorum.

1. Quid eſt Ordinatio?

Eſt ritus conſecrandi perſonas Eccleſiaſticas, quô confertur gratia ad obeunda decenter munia Eccleſiaſtica.

2. Quid eſt Ordo?

Eſt Sacramentum novæ legis, quô confertur poteſtas ſpiritualis, eaquè ſtabilis conſecrandi Euchariſtiam

ſtiam, vel ad eum finem miniſtrandi Trid. *ſeſſ. 23. de Sacram. ord. Can. 3. & 4.*

3. *Quotuplices ſunt Ordines?*

Duplices, alii majores, qui & ſacri dicuntur, nempè Presbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatus, quamvìs hic antiquitus non fuerit inter majores numeratus *c. 9. de ætat. & qualit. ord. c. 7. de ſervis non ordinandis*, & alii minores, ſcilicet Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, & Acolytatus. Trid. *ſeſſ. 23. c. 1. de Sacrat. Ord.*

4. *Cur dicuntur tres primi Ordines Sacri?*

Ex eo, quòd arctiùs miniſtrum ſive perſonas ſervitio divino conſecrent; & quòd magìs proximè verſentur circa Sacra, habeantque votum caſtitatis annexum.

5. *Sed nunquid etiam prima tonſura eſt Ordo?*

Affirmant hoc ferè communiter Canonistæ, negant è contra Theologi, teſte Reiffenſt. *h. t. n. 10.* Pichler *n. 1.* Quæ poſterior ſententia verior videtur, ſaltèm ſi ordo ſtrictè ſumatur, eò quòd per omnem ordinem Eccleſiaſticum propriè dictùm conferatur aliqua poteſtas ad peculiarem actionem ſacram, & eccleſiaſticam, ùt colligitur ex Trid. *ſeſſ. 23. c. 17. de Sacram. Ord.* quod non facit prima tonſura, ſed per eam duntaxat aſſumitur aliquis ad Statum Clericalem, & deputatur ad functionem communem omnibus Clericis, ſcilicet ad Laudes DEO canendas, ſicquè magis tantùm eſt diſpoſitio quædam ad ordines, ſicut Novitia-

tus ad Profeſſionem. Schmalzg. *hic. n. 3.* ubi ad contraria reſpondet.

6. Eſtne Epiſcopatus ordo diſtinctus à Sacerdotio?

Diſcordant etiam in hoc Canoniſtæ, & Theologi uti videre eſt apud cit. Pichler. *h. t. n. 7.* quorum ſententias conciliat P. Engel *hìc n. 4.* ita, ut ſi nimirum Epiſcopatus ſumatur completè, prout ſupponit Ordinem Sacerdotalem non ſit ordo diſtinctus, ſecùs, ſi conſideretur incompletè, quoad particulares functiones aliis ſimplicibus Sacerdotibus non convenientes.

7. Sed quare ergo Canoniſtæ plerumque 9. Theologi verò 7. tantum ordines admittunt?

Hoc indè oritur, quòd Theologi tot tantùm ordines eſſe velint, quot ſunt diſtincti gradus in ordine ad miniſterium altaris. Canoniſtæ verò Ordines diſtinguunt habito reſpectu ad Hierarchiam Eccleſiaſticam: cùm itàquè tonſura prima ſpeciale aliquod miniſterium non conferat, & Epiſcopi inſpecto officio divino diſtinctum à presbyteratu ordinem non habeant: è contra verò in Hierarchia Eccleſiaſtica tam tonſurati, utpotè à Laicis diſtincti, quàm Epiſcopi reſpectu ſpecialis functionis, & dignitatis ſpecialem locum occupent, hinc iſti 9. illi verò 7. duntaxat ordines conſtituunt, vid. Vallens. *h. t. §. 2. n. 3.*

8. Quæ eſt materia & forma Ordinum?

Materia Ordinum in genere eſt ſignum aliquod viſibile

ſibile, forma verò conſiſtit in verbis, quibus ab ordinante in traditione materiæ expreſſis ſignificatur poteſtas cujusque Ordinis. Trid. *ſeſſ. 23. c. 3. de Ordin.* quæ autem ſit cujuslibet ordinis in particulari materia, & forma, tradit P. König *h. t. n. 32. & 34.* & Engel *n. 9.*

9. *Eſtné de neceſſitate Sacramenti Ordinis Contactus phyſicus materiæ?*

Curandum quidem ſemper eſſe, ut juxta ritum Eccleſiæ materia contingatur, communiter tradunt DD. & P. Engel hìc, ſi tamen contacta non fuerit, dummodo per Epiſcopum exhibita, probabiliùs videtur, ordinem nihilominùs rectè eſſe collatum, ex ratione, quia nec ex divina, nec ex humana lege habetur, contactum hunc phyſicum ad ſubſtantiam ordinis requiri. add. P. Pichler. *h. t. n. 8.*

10. *Quis eſt Miniſter Ordinis.*

Regulariter & ordinariè ſolus Epiſcopus, utì definitum eſt in Trid. *ſeſſ. 23. c. 4 de Sacram. ordinis* ſaltèm, ſi de ſacris ſive majoribus ordinibus loquamur. Primam enim tonſuram, & plerumque etiam minores ordines, non quidem ex vi ſui officii, ſed jure ſingulari à ſacris Canonibus iis conceſſo poſſunt etiam Abbates presbyteri, & benedicti uſum mitræ, & baculi habentes conferre, ùt conſtat ex *c. 1. diſt. 69. & c. 11. de ætat. & qualit. ord.* non tamen aliis, quàm ſuis ſubditis regularibus, id eſt Novitiis ſuæ Religionis, ſaltèm poſt Conc. Trid. nisì etiam quoad extraneos Epiſcopus licentiam ſuam conceſſerit. Non obſtante *l. c. 4.* quia ibi reſtringitur tantùm facultas Abbatibus jure

jure communi, vel ex indulto conceſſa, non etiam quæ eſt de licentia Epiſcopi, cum decretum illud reſpiciat ſolùm favorem ordinariorum cui renuntiare licebit. P. König *hic n. 7.*

11. *Sed an ſaltèm ex privilegio Summi Pontificis Abbas vel alius Sacerdos non Epiſcopus ordines ſacros conferre valeat?*

Negat hoc Zoës, *hìc n. 7.* ex eo, quòd major. ord. collatio ſit proprius actus ordinis Epiſcopalis, & quia in Trid. ſtatuitur, ut quilibet à proprio Epiſcopo ordinetur. Contrarium exiſtimat P. Engel *h. t. n. 2.* ex ratione, quòd licèt ejusmodi ordinationes ſint actus Epiſcopis regulariter reſervati, non tamen jure divino ità reperiuntur reſervati, quin ex poteſtate Papali, aliis etiam non Epiſcopis concedi poſſint. Concil. autem Trid. intelligendum eſt, quod ordinario jure ad Epiſcopos ſacrorum ordinum collatio pertineat. Ubi tamen hoc ipſum etiam tantùm ad diaconatum & ſubdiaconatum reſtringit, de presbyteratu enim communior ſententia refragatur, nec exemplum aliquod hujus conceſſionis extat.

12. *Quæ ſunt tempora ordinandorum, ſive quoties & quando in anno conferuntur ordines?*

Minores poſſunt quolibet die Dominico, vel feſto conferri; majores verò tantùm ſexies in anno ſcilicet Sabbatis quatuor temporum, Sabbato ſancto, & Sabbato ante Dominicam paſſionis *c. 3. h. t.* nisi vel ordinator vel ordinandus ex privilegio aliud obtineat, qua de re vid. plenè Reiffenſt. *h. t. §. 2. per tot.*

13. *Quid*

13. *Quid ſi quis extra dicta tempora ordinatus fuerit?*

Niſi ordinans habeat privilegium, vel ipſe ordinatus, tunc ordinatus ipſo jure ab ordinum ſuſceptorum executione ſuſpenditur. Bulla Pii II. *Cum ex ſacrorum.* Contra ordinatorem verò nec jure communi, nec in d. Bulla Pi II. reperitur cenſura ipſo jure ſtatuta, ſed per ſententiam tantùm inferenda. *c. 2. & 8. h. t.*

14. *Sed obſtat Concil. Trid. ſeſſ. 23. de Refor. c. 8. ubi ſuſpenſio per annum ordinatori infligitur?*

Locus iſte Conc. Trid. infligit quidem ibidem hanc pœnam ordinatori, ſed quia duas continet diſpoſitiones, unam ut ordinationes ſtatutis à jure temporibus ſolenniter celebrentur, alteram vero, ut unusquisquè à proprio duntaxat Epiſcopo ordinetur, & è contra pœna prædicta in ſecunda tantùm parte ſit adjecta, non item in prima, hinc meritò etiam ad ſecundum tantùm caſum ſcilicet ad ordinantem alienum ſubditum eſt reſtringenda, *arg. c. odia. de R. I. in 6.* obſtare quidem etiam videtur Conſtitutio Sixti V. *Sanctum & ſalutare.* ſed ea per aliam conſtitutionem Clementis VIII. *Romanum Pontificem*, eſt revocata. P. Engel hic n. 16.

15. *Poſſuntnè eodem die plures ordines conferri?*

De minoribus ſatìs exhibet praxis Germaniæ eos uno die ſimul omnes conferri poſſe: ex ſacris autem

tem ordinibus, non niſi unus uno die conferendus, & hic quidem ſolus, non etiam cum minoribus *c. 13. & 15. h. t.* Trid. *ſeſſ. 23. c. 13. de Refor.* Secus facientes incurrunt ſuſpenſionem, quam (ſicut & illam, quæ ob ordinatis extra tempora incurritur) quidam aſſerunt reſervatam S. Pontifici per *c. 8. & 13. h. t.* alii tamen probabiliùs tenent poſſe Archi-Epiſcopum ſaltèm tamquam delegatum ſummi Pontificis ab ea abſolvere *arg. c. 15. h. t.* prout docet P. Engel *hic n. 17 & 19.* Conſuetudinem tamen, ut uno die quatuor minores ordines cum ſubdiaconatu conferantur, licèt fortè contrariam juri communi, non tamen Tridentino multi excuſant à cenſura, idem P. Engel *hic d. n. 19. in fin.*

16. *Sed quale ſaltèm tempus inter unum & alterum ſacrum ordinem debet intercedere?*

Interſtitia iſta regulariter ſunt unius anni, ab uno ordine ſacro ad alium. Trid. *ſeſſ. 23. c. 11. 13. & 14* annus tamen iſte interſtitialis non debet mathematicè computari, ut præciſe contineat 365. dies, ſed Eccleſiaſticè v. g. de prima ordinatione quadrageſimæ ad eandem ordinationem anni ſequentis, licèt anno ſequenti quadrageſima citiùs veniat.

17. *An, & quis in interſtitiis diſpenſare poteſt?*

Non eſt dubium, quin ex cauſa in interſtitiis poſſit diſpenſari, prout quotidie fere diſpenſatur. Facultas autem iſta propriè ad Epiſcopum pertinet, utì patet ex Trid. *cit. c. 13. & 14.* unde Vicarius ejus Generlis hoc non poteſt facere, niſi ex commiſſione ſpecia

ciali veluti ſi Epiſcopus in remotis degat. Non etiam diſpenſant Abbates cum ſuis Religioſis, licèt quoad cauſam diſpenſandi ex eorum teſtimoniis Epiſcopus judicium ſuum formare debeat. Capitulum quoque ſede vacante, non nisì in iis caſibus diſpenſare poterit, in quibus literas dimiſſorias, vel alieno Epiſcopo licentiam ordinandi dare poteſt, utì paſſim notant DD. latè Reiffenſt. *h. t. n. 53. & ſeq.* Præthereà ipſe Epiſcopus cum ſuis tantùm ſubditis, non etiam cum alienis diſpenſare poteſt, quia diſpenſatio eſt actus jurisdictionis, qui non cadit in non ſubditos. Non obſtante, quòd talis ordinandus videatur in ſe prorogare jurisdictionem, ad quod reſp. Engel *hìc n. 20.*

18. *Quæ requiruntur qualitates in Ordinandis?*

Plures ſunt, ſinè quibus ordinatio vel eſt invalida, vel illicita. Ad validam ordinationem requiritur I. ut ordinandus ſit baptizatus *tot. tit. de presbyt. non bapt.* Trid. *ſeſſ. 23.* II. Ut ſit mas, non fœmina *c. 8. de converſ. conj. in fine.* III. In adultis conſenſus, & intentio ſaltèm habitualis *arg. c. 3. §. item quæritur de baptis.* Ad licitam verò I. Ut ſit confirmatus Trid. *ſeſſ. 23. de refor. c. 4.* II. Ut ſit capax rationis, & non minor ſeptennio *c. 4. h. t. in 6.* III. Ut non ſit illegitimus, obligatus ad ratiocinia, corpore vitiatus, infamis, vel alio modo irregularis IV. Ut ſit ſubditus ordinantis *Can. 1. diſt. 71.* V. Ut habeat legitimam ætatem, debitam ſcientiam. VI. Ut ad ſacros ordines promovendus oſtendat titulum honeſtæ ſuſtentationis vid. Schmalzg. *hìc §. 3. per tot.* add. Pichler. *eod. tit. n. 17. & ſeqq.*

19. *Quo-*

19. *Quomodo debet quis eſſe ſubditus ordinantis?*

Ordinandus debet eſſe ſubditus uno ex his quatuor titulis. Scilicet vel ratione originis, vel Domicilii, vel beneficii, vel familiaris cohabitationis. Trid. *ſeſſ. 14. de Refor. c. 2. & ſeſſ. 23. c. 8.* de quibus Engel *hìc n. 25. & ſeqq.* add. Reiffenſt. *h. t. §. 4. per tot.*

20. *Quis eſt Epiſcopus originis?*

Ille, in qua aliquis natus, ſeu oriundus eſt, ſive in qua Pater tempore nativitatis domicilium habuit. *c. 3. h. t. in 6.* Quòd ſi quis in tranſitu naſceretur, ejusmodi locus non attenditur, ſed ordinandus eſſet vel in loco domicilii actualis, vel beneficii, aut in loco originis paternæ, Conſt. Innocent. XII. *Speculatores.* In liberis illegitimis ſpectatur domicilium matris *L. 1 ff. §. 2. ad Municipal.* liberi expoſiti, ibi habent originem, ubi inventi, & educati, Judæi & pagani, ubi baptizati.

21. *Quis eſt Epiſcopus proprius ratione domicilii?*

Ille, in cujus diæceſi, in qui quis habitat, vel incipit habitare cum animo ibi perpetuò permanendi, nisì quid avocet quod jurejurando affirmare debet, Conſtit. *cit. §. tenorem.* quod ſi quis in duabus diæceſibus domicilium habeat, ab utroque ordinari poterit *c. 2. de Sepult. in 6.*

22. *Quomodo quis ſit ſubditus ratione beneficii?*

Si quis ab aliquo Epiſcopo obtinet beneficium *c. 3 h. t. in 6.* & licèt olim ſufficiebat beneficium etiam te-

nu-

nue, hodie tamen ex cit. conſt. Innocentii XII. requiritur, ut ex illo poſſit quis honeſtè ſuſtentari, abſque eo, quòd ex ſuo patrimonio aliquid addat; plura habens beneficia à diverſis, à quovis poteſt ordines recipere. vid. Reiffenſt. *h. n. 80.* & ſeq. & Schmalzg. *n. 40.*

23. *Quid eſt titulus familiaris habitationis?*

Eſt modus ſubjectionis, quo quis Epiſcopo fit ſubjectus, ſi ſcilicet Epiſcopus aliquem per integrum & completum triennium in ſua actuali ſervitio ſecum retinuit, ſuíſque ſumptibus aluit, ità tamen, ut hæc duo concurrant. I. Ut Epiſcopus eidem intrà menſem conferat beneficium ſufficiens ad honeſtam ſuſtentationem. II. Ut ordinandus ab Epiſcopo domicilii, vel originis teſtimoniales ſuper natalibus, ætate, & moribus adferat. Trid. *ſeſſ. 23. de Refor. c. 7.*

24. *À quo ordinandi Religioſi?*

Ab illo Epiſcopo, in cujus diæceſi ſitum eſt Monaſterium, licèt ſit exemptum *c. 3. h. t.* quod probabiliùs etiam obtinet in Novitiis, ut ſcilicet & hi in ea diæceſi ordinari poſſint, in qua agunt novitiatum. P. Engel *hìc n. 34.*

25. *Poteſtnè quis ordines à diverſis ſuſcipere v. g. ſubdiaconatum ab Epiſcopo originis, & Diaconatum ab Epiſcopo domicilii?*

Poteſt, cùm id non inveniatur jure prohibitum. Fallit tamèn in iis, qui à Summo Pontifice ordinati ſunt, qui ſinè ejus licentia non poſſunt ab alio Epi-

ſcopo ordinari, ob ſpecialem erga ſummum Pontificem Reverentiam. *c. 12. h. t. vid.* Engel. *hic n. 31.*

26. *Nullo ergò in caſu poteſt Epiſcopus ordinare alienum Subditum?*

Poteſt I. Si ordinandus habeat litteras dimiſſoriales. II. Si Epiſcopus proprius ſit ſuſpenſus, poterunt Clerici ordines à vicino Epiſcopo recipere, absque facultate proprii. *c. 2. h. t. in 6.*

27. *Quis poteſt concedere dimiſſoriales?*

Regulariter ſolus Epiſcopus, non etiam Prælati inferiores: neque Vicarius generalis, nisì de mandato ipſius, vel quando Epiſcopus abſens eſt *c. 3. h. t. in 6.* Capitulum autem Eccleſiæ Cathed. licèt olim ſede vacante eam quoque facultatem habuerit. *c. 3. cit.* hodie tamen eam ampliùs non obtinet, præterquàm in arctatis ratione beneficii certum ordinem intrà annum requirentis Trid. *ſeſſ. 7. c. 10. de Refor.* Arctatis verò probabiliter etiam annumerari poſſunt illi, qui aliam quamcunque honeſtam conditionem ratione ordinis habere valent, aliàs eam non habituri, ùt probat Engel *h. t. n. 37.* an autem, & qualiter Abbates & Prælati regulares religioſis ſuis, vel etiam ſæcularibus ſubditis ejusmodi literas concedere valeant? vid. idem Engel *eod. tit. n. 33.*

28. *Sed quid, ſi quis ordinatus ſit ab alieno Epiſcopo ſinè dimiſſorialibus?*

Ordinans à collatione ordinum per annum, & ordina

dinatus à ſuſceptorum executione, quamdiu proprio Epiſcopo videbitur, eſt ipſô jure ſuſpenſus. Trid. *ſeſſ. 23. c. 8. de Refor. c. 2. & 4. h. t. in 6. vid.* Schmalzg. *h. t. n. 65.*

29. *Qualis requiritur ætas?*

Olim diverſa fuit, ùt liquet ex *Can. 2. & ſeq. diſt. 77. Clement. final. de ætate, & qual. in ord. præfici.* Hodie verò licèt ad primam tonſuram & quatuor minores certa ætas non ſit determinata, nisì, quòd minori ſeptenniô nec primam tonſuram conferre liceat, ſub pæna ſuſpenſionis per annum, præterquàm, ſi religionem ingrediatur. *c. fin. h. t. in 6.* Ad majores tamen ordines ea nominatim eſt præſcripta à Conc. Trid. *ſeſſ. 22. c. 12. de Refor.* Et quidem ad ſubdiaconatum annus 22. ad diaconatum annus 23. ad Presbyteratum 25. ſufficit tamen dictos annos eſſe inchoatos, arg. à pari *L. 12. ff. de ſtat. hom.* Si tamen alicui dies deeſſet, non poſſet computare dies bis-Sextiles. Engel *infrà ad tit. de ætat. qual. & ord. præf.*

30. *Quid ſi quis ſit ante legitimam ætatem ordinatus?*

Recipit quidem characterem, eſt tamen ipſo jure ab executione ordinis ſuſpenſus: Jure quidem veteri uſque ad legitimam ætatem *c. vel non eſt. 14. h. t.* Jure verò recentiori per conſt. Pii II. *Cùm ex ſacror.* in perpetuum, donec abſolutionis beneficium conſequatur. Quæ ſuſpenſio licèt probabiliter non ſit reſervata, nihilominùs tamen nec proprius Epiſcopus licentiam dare poteſt miniſtrandi, donec ad ætatem legitimam pervenerit, quia eſſet diſpenſatio ſuper ætate con-

tra SS. Can. An autem & qualiter in tali ſuſpenſione ante abſolutionem miniſtrans inſuper etiam irregularitatem incurrat. vid. Engel *d. t. de ætat. qual. ord. præf.* add. Schmalz. *h. t. n. 61.*

31. *Qualis requiritur ſcientia ad ſuſcipiendos ordines?*

Trid. *ſeſſ. 23. c. 4. de Refor.* exigit, ut prima tonſura initiandi ſciant Rudimenta fidei, legere inſuper, & ſcribere. Minores verò ordines ſuſcepturi intelligant ſaltèm linguam latinam. *C. 11.* pro ſubdiaconatu, & diaconatu requirit, ut ad illos promovendi debitâ notitiâ ad illos ordines exercendos ſint inſtructi *c. 13.* à Presbyterandis autem requirit, ut poſſint docere neceſſaria ad ſalutem, & Sacramenta ritè adminiſtrare *c. 14.*

32. *Qualis titulus honeſtæ ſuſtentationis requiritur?*

Sufficiebat olim qualiscunque titulus ſeu medium ſe honeſtè ſuſtentandi, ſive Patrimonii, beneficii, hæreditatis paternæ, vel ſtipendii *c. 1. & 2. diſt. 70. c. 13. h. t. c. 14. & 23. de Præb.* Hodie tamen requiritur, ut promovendus ad ſacros ordines poſſideat pacificè beneficium ad honeſtam ſuſtentationem ſufficiens, vel habeat patrimonium paternum. Trid. *ſeſſ. 21. de Refor. c. 2.* Cùm tamen in Germania deficiant beneficia, uſus obtinuit, ut Clerici ad titulum menſæ ordinentur.

33. *Quid eſt titulus menſæ?*

Nihil eſt aliud, quàm patentes literæ, quibus Nobiles, Civitates, Monaſteria, vel Eccleſiæ Collegiatæ de conſenſu tamen capituli *arg. c. final. de fidejuſ. & c. 1. de ſolut.* & obligatione reali promittunt ex ſuis bonis ſuſtentare ordinatum, caſu quo ob ſenium, vel infirmitatem, aut alia ex cauſa, priusquàm in beneficio Eccleſiaſtico inveſtiatur. Ut tamen ſecurè à civitatibus recipiatur, requiritur, ut vel is in cujus dominio eſt locus, vel major pars civitatis conſentiat. Cùm aliàs civitas non obligetur. *arg. l. 27. ff. de reb. credit.*

34. *Sed quid, ſi Clericus cæteroquin non infirmus, aut decrepitus non poſſit acquirere beneficium, vel bonis ſuper quibus fundatur titulus, frui nequeat?*

In primo caſu, ſi ſe lectione miſſarum, vel alio honeſto modo alere poteſt, non eſt alendus ex titulo arg. à pari *L. 5. §. 7. ff. de agnoſcen. & alend. lib.* Quòd ſi ſe honeſtè alere nequeat, & titulus eſt generalibus conceptus verbis, alendus ex titulo: ſi verò particularibus in caſum tantùm infirmitatis, nec concedens perſuaderi poſſit, ut ex miſericordia alat, tunc Epiſcopus eum alere tenetur, & ſibi imputare, quòd ad ſimilem titulum ordinaverit arg. *c. 2. 4. 16. de Præb.* In ſecundo verò caſu alendus ab Eccleſia. arg. *Can. 70. cauſ. 12. q. 2.*

35. *Sed quid, ſi Clericus ob delictum ſuſpenſus, vel privatus eſt beneficio, aut verbaliter depoſitus?*

Contumaci deneganda ſunt alimenta, pænitenti verò probabiliùs eſt, prout docet Gloſſ. *in Can. fin. 30. diſt. 50.* relinquenda alimenta ex beneficio, ſi non integra, ſaltem in ſupplementum, in quantum ex lectione miſſarum, vel alio honeſto labore ea habere non poteſt, quòd ſi verò ſuſpenſus ab officio nullum habuerit beneficium, & pænitens fuerit, adhibenda diſtinctio ad antecedentem quæſtionem tradita.

36. *Quid requiritur, ut aliquis poſſit ad titulum Patrimonii ordinari?*

Licèt quantitas patrimonii non ſit determinata, requiritur tamen, ut ſufficiat ad honeſtam ſuſtentationem, fundeturque ſuper bonis immobilibus (vel quæ his comparantur, utì ſunt cenſus) quæ alienari non poſſunt, nisì de licentia Epiſcopi. Trid. *ſeſſ. 21. c. 2. de refor.*

37. *Poteſtnè aliquis etiam ad hæreditatem paternam futuram ordinari?*

Negatur hoc paſſim, eò quòd Concilium requirat, ut ordinandus verè patrimonium obtineat.

38. *Sed videtur obſtare, quòd fictione juris filius ſit quaſi dominus bonorum paternorum* §. 2. Inſt. de hæred. qual. & diff. *& aliunde Patri incumbat onus alendi filium?*

Cùm pater tantùm teneatur alere filium quamdiu vivit,

vivit, ſi præmoriatur, facilè evenire poteſt, ut ob juſtam exhæreditationem, vel æs alienum filius ſinè alimentis ſit, hinc meritò hæreditas futura eſt inſufficiens. Interim tenebitur pater filio aliquid in dotem, vel donationem propter nuptias ſpirituales de ſubſtantia ſua aſſignare, arg. *à pari L. fin. Cod. de dotis promiſſ.*

39 *Sed cùm conſtitutio Concilii Trid. tantùm loquatur de Clericis ſæcularibus, debentnè etiam Clerici Regulares aſſignare titulum?*

Clerici regulares in communi viventes, qui ſtabilitatem perpetuam non faciunt in ordine, debent titulum aſſignare. Pius V. in Bulla: *Romanus Pontifex*: quæ conſtitutio ex declarat. Card. etiam extenditur ad eos, qui ſcienter, & mala fide invalidam profeſſionem emittunt. Patres tamen Societatis ex Bulla: *Aſcendente Domino* Gregorii XIII. ſinè alio titulo ordinari poſſunt, quòd, ſi dimittantur, nec ſufficiens beneficium aſſequi poſſunt, tenetur Societas eisdem providere de alimentis, prout docet ex declarat. Sixti V. Barbos. *Collect. ad dict. c. 2. Trid.* vid. de hac materia Engel ad d. t. *de ætat. & qual. & ord. præf.* & Schmalzg. *h. t. §. 6.*

40. *Quas pænas incurrit ordinans, & Ordinatus ſinè titulo?*

Ordinans ſinè titulo tenetur ordinatum alere *c. 24. & 16. de Præb.* & ſi fecerit cum pacto de non petendis alimentis, ſuſpenditur per triennium â Collatione ordinum *c. 45. de Simon.* Ordinatus verò olim ſuſpenſus fuit ab officio. *Can. 1. & 2. diſt. 70.* id tamen per *c. 16. de præb.* eſt correctum Nec obſtat, quòd Concilium Trid. *ſeſſ. 21. c. 2.* pænas antiquorum ca-

 nonum

nonum innovaverit; ſiquidem per declarat. Card. deciſum eſt, quòd tantùm pænæ *c. 4. & 16. de Præb.* innovatæ ſint. Et ratio eſt, quia per talem ſuſpenſionem Clerico redderetur difficilior ſuſtentatio.

TITULUS XII.

De Scrutinio in ordine faciendo.

1. Quid & quotuplex eſt Scrutinium?

SCrutinium nihil eſt aliud, quàm examen de natalibus, ſcientia, ætate, & moribus ad ordines aſpirantium. Eſt autem triplex. Primum, quod foret inſtituendum uno menſe ante ordinationem. Trid. *Seſſ. 23. c. 5. de reformat.* quod tamen in Germania non obſervatur. Secundum inſtituitur feria quarta, vel alio die proximè ordinationem præcedente cit. *ſeſſ. c. 7.* Tertium in ipſa ordinatione, ubi interroganti Epiſcopo, num ordinandi ſint digni, reſpondebat Archidiaconus, ſcire ſe dignos eſſe, quantum humana fragilitas permittit, hodie tamen communiter reſpondet Aſſiſtens.

2 *Quid inquirendum in hoc examine?*

I. *Genus.* Unde excluduntur deſcendentes ab hæreticis, & eorum fautoribus usquè ad ſecundum gradum in linea maſculina, & primum in linea fæminina. II. *Mores* quos debet ordinandus per teſtimonium Parochi, & Magiſtri Scholæ probare. Trid. *Seſſ. 23. c. 5. de refor.* unde infamia ſive juris, ſive facti laborantes, item publicè pænitentes prohibentur ordinari. *cap. fin. de tempor ordin. Can. 55. diſt. 50.* III. *ætas*, & *doctrina*, de quibus *tit. præced.* IV. de *perſona*, an ſcilicet non ſit illegitimus, bigamus, corpore vitiatus. &c.

3. *Quam*

3. *Quam pœnam incurrit, qui ſubterfugiens ſcrutinium ordinandis ſe jungit, & ordines ſuſcipit?*

Jure antiquo *Can. fin. diſt. 24. & can. 55. diſt. 50.* talis, ſi ignotus ſit, quantumvis dignus, vel ſi notus, & indignus, jubetur deponi. Hodie incurrit ſuſpenſionem Summo Pontifici reſervatam, nisì delictum foret occultum Trid. *Seſſ. 24. de refor. c. 6.* an autem & quomodo ordinandus, qui ſolus novit in ſe defectum juris Eccleſiaſtici occultum, teneatur hunc defectum manifeſtare, vid. P. Pichler *hìc n. 5.* ubi negativè reſpondet.

TITULUS XIII.

De Ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui, vel ab excommunicato?

1. *Poteſtnè Epiſcopus renunciare Epiſcopatui?*

POteſt quidem, ſed non nisì ex gravi cauſa & accedente Summi Pontificis conſenſu, idque propter matrimonum ſpirituale, quod inter eum, & Eccleſiam intercedit, utì dictum ſuprà in *tit. de Renunc.* quod non alius, quàm Summus Pontifex reſolvit.

2. *Quotupliciter autem poteſt renunciari Epiſcopatui?*

Dupliciter I. loco tantùm, id eſt officio, & adminiſtrationi, quod fieri poteſt ob hoſtiles incurſiones, intemperim aëris. &c. II. loco, & dignitati Epiſcopali v. g. Zelo ingrediendi religionem.

3. *Poteſtnè ergò talis, qui Epiſcopatui renunciavit, adhuc ordines conferre?*

Diſtinguendum eſt, vel enim loco tantùm renunciavit, & poteſt de licentia ſaltèm alterius Epiſcopi validè, & licitè conferre ordines, ſive majores, ſive minores, cùm maneat Epiſcopus quoad habitum : aut verò renunciavit dignitati, & validè quidem ordines etiam majores confert. *c fin. h. t.* non tamen licitè; minores verò cum alterius licentia licitè, cùm & hos quandoque conferant, qui non ſunt Epiſcopi, v. g. Abbates, quòd ſi verò locô pulſus ſit ab hoſtibus citra renunciationem, poteſt tam propriis, quàm alienis ſubditis de licentia Epiſcopi conferre ordines.

4. *Quid juris in Epiſcopo excommunicato, hæretico, vel Schismatico.*

Etiam hi validè conferunt ordines, non tamen licitè, neque enim facit excommunicatio, hæreſis, vel Schisma, quin retineant characterem indelebilem, conſequenter ordinatio tenebit. Circa excommunicatos tamen hodie poſt Conc. Conſtant. obſervanda eſt Extrav. Mart. V. juxta quam excommunicatus non denunciatus, nisì fuerit notorius Clerici percuſſor, etiam in divinis vitandus non eſt. Quod ipſum nonnulli etiam ad hæreticos, & Schismaticos extendunt. Sed contrarium verius eſt, eò quòd hi jurisdictionem ex duplici cauſa amittant, ſcilicet hæreſeos, & excomm. unde licèt non eſſent vitandi tamquam excommunicati, ſunt tamen vitandi tamquam hæreticì. Zoes, *h. n. 4.*

5. *Sed dictis de valore ordinationis videtur obſtare* Can. 1. 2. & 3. cauſ. 9. q. 1.

Hi Canones loquuntur de hæreticis, qui nunquam fuerunt Catholici, aut certè hæc tantùm fuit quorundam antiquorum PP. opinio poſteriori Pontificum cenſurâ correcta, vid. Engel *hìc n. 6. & ſeq.*

6. *Quæ pæna ordinatorum ab Epiſcopo, qui renunciavit, vel ab excommunicato?*

Si quis ſcienter recipit ordines ab Epiſcopo reſignato, vel excommunicato, ipsô jure ſuſpenditur ab executione ordinum S. Pontifici reſervata, ſi verò ex ignorantia ſaltèm non craſſa contingat, poterit ordinati Epiſcopus diſpenſare, quæ autem ſuſpenſio, cùm non ſit cenſura, ſed tantùm quædam inhabilitas per diſpenſationem non abſolutionem aufferenda *c. fin. h. t.*

TITULUS XIV.

De ætate, qualitate & ordine Præficiendorum.

1. *Qualis requiritur ætas in præficiendis ad Beneficia?*

SIcut ſuprà in promovendis ad ordines diverſam pro diverſitate ordinum vidimus requiri ætatem, ità, & in ordine ad h. t. eſt varia pro varietate dignitatum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum. Et alia quidem requiritur in dignitatibus, & perſonalibus, alia in ſimplicibus, & alia in curatis beneficiis.

2. Qua-

2. *Qualis in ſpecie ætas requiritur in Dignitatibus?*

Ad Summum Pontificatum nulla certa ætas eſt præfinita, exiſtimant tamen DD. aſſumendum ad ſupremum hunc in Eccleſia gradum in ea ſaltèm ætate eſſe debere, in qua Chriſtus prædicare cæpit & cæteri Eccleſiarum Epiſcopi promoveri ſolent. Schmalzg. *hìc n. 1.* Ad dignitates autem ordinis Epiſcop. ùt ſunt Epiſcopatus, Archi-Epiſcop. Patriarchatus, jure communi requiruntur 30. anni completi. *c. 7. in pr. de elect.* prout ſub eod. tit. ſupra quoque jam aliquid inſinuatum eſt. Eadem ætas præſcripta quidem etiam eſt in Conc. Trid. Cardinalibus. S. R. E. *Seſſ. 24. c. 1. de reform.* ſed rigorem hunc temperavit Sixtus V. in conſtit. *Poſtquam de ipſis*, ubi in Cardinalibus diaconis major ætas non requiritur, quàm quæ ſufficit ad ſuſcipiendum intrà annum ordinem diaconatûs, ac proinde, ut ſit conſtitutus intrà annum 22. Circa alias dignitates Epiſcopali inferiores ſciendum eſt, quòd aliquæ habeant curam fori externi annexam, quales ſunt Abbatiæ, Præpoſituræ, Decanatus, Archi-Diaconatus &c. & aliæ quibus nulla cura animarum ſubeſt, veluti Cantoria, Cuſtodia &c. in iis requiritur annus 25. ſaltèm inchoatus *d. c. 7. §. inferiora de Elect.* & Trid. *cit. Seſſ. 24. c. 12.* in reliquis non attentâ diſcrepantiâ juris veteris juxta mox cit. Trid. requiruntur, & ſufficiunt anni 22. qui tamen probabiliter debent eſſe completi, quia Trid. dicit, ut non ſint minores 27. annis, qui autem 22. annum non complevit, minor eſt ea ætate.

3. *Quæ ætas debet adeſſe ad beneficia curata ſivè Parochialia?*

Ea ferè, quæ præſcripta eſt in dignitatibus Curatis, ſcilicet 25. ann. *cit. c. 7. de Elect.* quia in his Trid. nihil immutavit.

4. *Quæ viciſſim in Simplicibus?*

Quidquid ſit de jure antiquo: hodie univerſaliter in materia ætatis ſtandum eſt Trid. tamquam jure noviſſimo, quod *Seſſ. 23. c. 6. & Seſſ. 24. c. 12. de reform.* diſponit, ut nullus obtinere poſſit beneficium etiam ſimplex ante 14. ætatis annum. Unde hæc ætas requiritur & ſufficiet etiam ad Canonicatus Eccleſiarum Collegiatarum, quam ætatem nonnulli ad Canonicatus quoque Cathedralium Eccleſiarum ſufficere contendunt. Sed quia in his jure novo cit. Conc. Trid. expreſsè definitum eſt, ut ad ejusmodi dignitates, Canonicatus aut portionem nemo deinceps admittatur, nisì qui in ea ætate ſit, ut infrà tempus à jure ſtatutum ordine ad illam dignitatem, vel Canonicatum requiſito initiari valeat, in plerisque autem Eccleſiis Cathedralibus ſaltèm ſubdiaconi eſſe debeant, ideò promovendus ad talem Canonicatum debebit ad minùs ſaltem ann. 22. attigiſſe. Schmalzg. *hìc n. 5.* Quòd ſi tamen in fundatione cautum ſit, ut minores etiam 14. annis ad Canonicatus admittantur, nec certus ordo requiratur, non cenſebitur ejusmodi fundationi per hanc Conciliarem conſtitutionem eſſe derogatum. utì habet declaratio *in d. Trid. Seſſ. 23. c. 6.*

5. *Sed poteſtnè ſaltèm Epiſcopus in defectum ætatis diſpenſare?*

Non poteſt, ſed ſolus Papa. Ratio: quia ætas ad beneficia ac ordines ſtatuta eſt jure communi, Epiſcopus autem non poteſt relaxare jus commune Can. nisì id ſpecialiter

cialiter & expreſsè ei fuerit conceſſum. Schmalzg. *h.* *n. 10.*

6. *Qualis è contra ordo præficiendis e[…] neceſſarius?*

Certum eſt, quod nemo ſinè Clericatu, ſeu prim[…] ſaltèm tonſura ad beneficia promoveri queat. *c. e[…] literis 6. de trans. c. 2. de inſtit.* nam Laici omniu[…] beneficiorum ſunt incapaces propter ſpirituale officium[…] & miniſterium ſemper & ex natura rei beneficiis an[…]nexum *c. fin. de reſcript. in 6.* Nominatim verò a[…] Epiſcopatum requiritur, ut eligendus ſacro ſaltèm ſub[…]diaconatus ord. 6. menſibus ante ſelectionem initiatu[…] fuerit *c. 9. h. t.* & Trid. *Seſſ. 22. de refor. c. 2.* Ad ali[…] Prælaturas inferiores, ùt Abbatias, etſi non ſit neceſſa[…]rium, ut promovendus actu aliquem ſacrum ordine[…] habeat. *c. 10. h. t.* requiritur tamen, ut intrà annu[…] numerandum â die adeptæ poſſeſſionis ſacerdotium ſ[…]ſcipiat, aliàs ipsô factô privatus exiſtat. text, & Barbo[…] *in c. 1. h. t.* ubi id ipſum non tantùm ad Abbates, ſe[…] etiam ad Præpoſitos, Decanos, & Archi-Presbytero[…] extenditur. Idem ſtatuitur circa Priores conventual[…] in Clem. *nè in agro 1. §. cæterùm de Stat. Monac[…]* idemque pariter extenditur ad Parochos *c. 14. &* *31. de elect. in. 6.* Ad reliqua beneficia præſertim ſim[…]plicia nullus certus ordo requiritur, ſed ſufficit prim[…] tonſura. Licèt autem in beneficiis curatis ſtatutu[…] ſit, ut negligens intrà annum promoveri ad ordinem be[…]neficio annexum privatus ſit beneficio ipſo jure, u[…] dictum; In Canonicatibus tamen privatio iſta talit[…] non inducitur, ſed Canonico ejusmodi ſubtrahitur d[…]midia pars diſtributionum quotidianarum. & creſcen[…] contumacia per ſententiam demum privari poteſt. *Cle[…] 2. h. t.* Engel *hic. n. 36.*

7. Se

7. *Sed quid ſi aliquis receperit beneficium ſinè animo ſuſcipiendi ordinem ei annexum intrà tempus præſcriptum, & ſic cum intentione non manendi in ſtatu Eccleſiaſtico.*

In beneficio curatò certum eſt, quòd taliter promotus non tantùm graviter peccet in conſcientia, ſed etiam ad fructuum reſtitutionem, ſi poſtea beneficium non ſuſceptis ordinibus reſignet, tenetur *c. 35. de Elect. in 6.* In ſimplicibus autem v. g. in Canonicatu non conveniunt DD. eò, quòd lex pænalis non extendatur ultrà caſus expreſſos. Utramque opinionem conciliat Engel *hìc n. 37.* ut affirmantium ſententia procedat, ſi quis ab initio poſitivam, & fraudulentam intentionem habuerit, non ſuſcipiendi ord. ſed perceptis fructibus Canon. poſt aliquod tempus recedendi. Negativum verò, ſi quis non habuerit intentionem ſimpliciter non ſuſcipiendi, ſed tantùm differendi, usquedum à ſuperiore compellatur.

TITULUS XV.
De Sacra Unctione.

1. *Quid eſt Sacra Unctio?*

Eſt Sacri olei materialis dilibatio, ſeu delibutio ſecundùm formam ab Eccleſia traditam, Vallenſ. *hìc n. 1.* de cujus antiquiſſimo uſu, & obſervantia vid. Engel *h t. n. 1.*

2. *Quotuplex eſt Unctio?*

Duplex: *Exterior*, & *materialis*, quâ corpus inungitur. *Interior* & *Spiritualis*, quâ quis ad nitorem conſcientiæ conſervandum, & divinam gratiam adipiſcendam inungitur. Col. *ex c. un. h. t.*

3. *Qui-*

3. *Quibus, & quomodo impertienda unctio?*

Solent plerumque in Eccleſia inungi Papa, Epiſcopi & Sacerdotes, Imperatores, item & Reges, nec non baptizandi, confirmandi, infirmi, Eccleſiæ Altaria & Calices. Epiſcopi unguntur chriſmate ex oleo & balſamo confecto in manibus, & in capite: Sacerdotes ſimplici oleo benedicto. Imperatores, & Reges oleo inunguntur in brachio: priores quidem à S. Pontifice vel ejus delegato, poſteriores à ſuis Metropolitanis. Porrò unctio, quæ baptizandis, confirmandis, infirmis & Sacerdotibus adhibetur, dicitur Sacramentalis, aliæ verò ſunt non ſacramentales, Schmalzg. *hic n. fin.* an autem, & quomodo quatuor prædictæ unctiones ſint, vel non ſint de ſubſtantia baptiſmi, confirmationis &c. item an benedictio olei, vel confectio Chriſmatis poſſit committi ſimplici Sacerdoti? vid. apud Pichler *h. t.* & cit. Schmalzg. *eod. tit.*

TITULUS XVI.
De Sacramentis non iterandis.

1. *Quid eſt Sacramentum?*

EST inviſibilis gratiæ viſibilis forma *c. Sacrificium 32. de conſen. diſt. 2.* vel clariùs, eſt ſenſibile ſignum inviſibilis gratiæ ad noſtram juſtificationem divinitus inſtitutum. P. König *h. n. 1.*

2. *An, & quæ Sacramenta iterari poſſunt?*

Iterabilia ſunt, Pœnitentia *c. 12. de pænit. & remiſſ.* Evchariſtia. *Can. 13. diſt. 2. de conſecrat.* Extrema unctio. Trid. *Seſſ. 14. Can. 3.* Matrimonium *tot. tit. de ſecund. nupt.* Non iterabilia, baptiſmus

con

confirmatio, & ordo Trid. *Seſſ. 7. c. 9. de baptis.* ratio priorum: quia ea ſolùm conferunt gratiam facilè amiſſibilem, ideóque Sacramenti reiteratione recuperabilem: quoad poſteriora verò, quia hæc ultrà gratiam ſanctificantem etiam imprimunt characterem indelebilem. Trid. Seſſ. 7. *de Sacram. in Gen. Can. 9.*

3. Quæ ſunt pœnæ iterantium Sacramenta non iterabilia?

Si quis id ſcienter faciat, graviſſimè peccat, & nulliter agit, iteransque baptiſmum tum conferendo, tum recipiendo incurrit irregularitatem. Pars 1. conſtat indè, quia Sacramentum irreverenter tractat; Pars 2. ex eò, quià hæc Sacramenta ex natura ſua iterari nequeunt ſemel validè collata. Pars 3. probatur in *Can. 10. cauſ. 1. q. 7. & c. 2. de apoſtat.* utrùm autem ſicut in baptiſmo, ità etiam ex iteratione ordinis & confirmationis incurratur irregularitas, item an ab hac irregularitate excuſet ignorantia. vid. Engel *hic. n. 3.*

4. Quid autem, ſi dubitetur, an aliquod ex prædictis Sacramentis non reiterabilibus validè fuerit collatum?

Illud ſub conditione de novo conferri poteſt, imo ſi dubitetur de valore baptismi propter ſummam hujus Sacramenti, tum medii, tum præcepti neceſſitatem, repeti debet. Similis neceſſitas videtur exigere collationem conditionalem ordinis, nè nimirum contingat invalidè adminiſtrari Sacramenta. Pichler *hic n. 4.*

5. Sed quid ſi in collatione ejusmodi ordinis fuit aliquid omiſſum?

Si ſubſtantiale aliquid omiſſum fuerit, totum Sacramentum de novo conferri debet: quia deficiente ſubſtantia, & eſſentia Sacramenti, totum Sacramentum eſt nullum. Si verò quod omiſſum eſt, non ad eſ-

 ſentiam

ſentiam ſpectet, ſed tamen de præcepto fuiſſet ponendum id cautè ſuppleri, non verò totum Sacramentum iterari debet. *text. & DD. in c. 1. h. t.* ità Pichler *h. n. 2.*

6. Sed obſtat, quòd manuum impoſitio apud Sacerdotem non ſit mera cæremonia, ſed materia & ſubſtantiale quid illius ordinis, qua Sacerdoti datur poteſtas remittendi peccata, & tamen in c. fin. h. t. *dicitur ſupplenda?*

Textus iſte vel intelligendus eſt circa hunc paſſum de prima manuum impoſitione, quæ in prima particulari ordinatione ante traditionem calicis, & patenæ adhibetur, & mera cæremonia eſt. Vel ſi etiam de altera, per quam poteſtas abſolvendi traditur, eſſet accipiendus, ſic tamen totum Sacramentum ordinis proptereà adhuc non eſſet repetendum, ſed illa tantùm manuum impoſitio omiſſa ſupplenda, quia Sacerdotium ex duabus partialibus ordinationibus perficitur, quarum primâ cum traditione calicis, & patenæ datur poteſtas in corpus Chriſti verum, ſcilicet illud conſecrandi: per alteram cum impoſitione manuum poteſtas in corpus Chriſti myſticum, ſcilicet ligandi & ſolvendi, quæ poſterior licèt priorem neceſſariò ſupponat, poteſt tamen illa ſtare ſinè hac, prout Chriſtus ipſe utramque poteſtatem diverſis temporibus contulit, illam in cæna, iſtam poſt reſurrectionem. vid. Engel *hîc n. 6.* ubi etiam conciliat *c. 1. h. t.* cum *Can. 15. diſt. 23.* & pleniùs Reiffenſt. *h. t. n. 5. & ſeqq.*

TIT.

TITULUS XVII.

De Filiis Preſbyterorum ordinandis, vel non ordinandis.

1. *Quare iſte titulus de Filiis preſbyterorum inſcribitur, cùm tamen non tantùm illi, ſed alii quicunque illegitimi à ſacris ordinibus excludantur?*

QUia de illis h. t. potiſſimùm agitur, non tantùm quatenus illegitimè nati inhabiles ſunt ad ordines, ſed quatenus etiam legitimè nati non poſſunt obtinere beneficium, quod pater eorum immediatè obtinebat.

2. *Quare Filii Preſbyterorum arcentur ab obtinendis beneficiis Patrum ſuorum?*

De iis, qui illegitimè, hoc eſt, poſt ſuſceptum Sacrum ordinem ſacrilegè ex damnato coitu nati ſunt, etiamſi legitimati, & ad ordines diſpenſati fuerint, ratio eſt in promptu, ut videlicet paternæ incontinentiæ memoria à locis ſacris, quàm maximè removeatur. Legitimi verò ſivè ii, qui ante Clericatum ex uxore legitima nati ſunt, ideo nihilominus repelluntur, nè ſucceſſio quaſi hæreditaria in beneficiis introducatur. Engel *hìc n. 1.*

3. *Quæ eſt circa hunc paſſum differentia inter Filios Prsebyterorum legitimos, et illegitimos?*

Illegitimi non poſſunt in Eccleſiis, in quibus eorum Patres beneficium aliquod Eccleſiaſticum habent, vel habuerunt, obtinere quodcunque beneficium etiam diſſimile, nec in dictis Eccleſiis quoquo modo miniſtrare, nec capere penſiones ex fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt. Trid.

 Seſſ.

Seſſ. 25. c. 15. de Refor. Legitimi verò non poſſunt tantùm ſuccedere in beneficiis, quæ immediatè antea in titulum obtinebant eorum patres, ſecùs, ſi media aliqua perſona extranea interceſſerit. *c. 7. n. 13. & 17. h. t.* An verò, & qualiter non tantùm filius, ſed etiam pater, frater, vel nepos ab ejusmodi ſucceſſione in beneficiis arceantur? vid. Engel *hic n. 3. & ſeqq.*

4. *Annè ergo non tantùm Filii presbyterorum, ſed etiam alii quicunque illegitimè nati à ſuſceptione ordinum excluduntur?*

Omnes illegitimi ſunt ità irregulares, ut neque ad minores ordines neque, ſi fortè ordinati jam ſint, ad ullum beneficium Eccleſiaſticum promoveri poſſint, niſi prius habilitentur *c. 1.* X *& in 6. h. t.* ratio hujus prohibitionis, triplex aſſignatur. I. Reverentia ordinis Eccleſiaſtici. II. Deteſtatio criminis paterni. III. Timor, ne filii imitentur paternam incontinentiam. Pichler *h. n. 3.* Habilitantur autem quatuor modis I. per ſubſequens matrimonium *c. 1. & 6. qui Filii ſunt legit.* II. per reſcriptum Papæ, vel legitimationem eorum, qui poteſtatem legitimandi à Papa acceperunt. III. per profeſſionem religioſam, & IV. per diſpenſationem.

5. *Quis poteſt cum illegitimis diſpenſare?*

Ad beneficia ſimplicia minora, & ordines minores poteſt Epiſcopus *c. 1. h. t in 6.* ad majores verò, & beneficia curata, item ſimplicia majora ſcilicet Dignitates, Perſonatus, quibus etiam annumerantur Canonicatus Cathedralium Eccleſiarum *arg. c. 4. de præb. in 6. & c. 11. de reſcript. in 6.* diſpenſat ſolus Pontifex, vel quibus ex ſpeciali privilegio conceſſum eſt, ut Nunciis, legatis. &c. *c. 20. de Elect.*

6. *Sed*

6. *Sed quid ſi defectus ſit occultus?*

Tunc probabilior eſt, quòd Epiſcopus etiam ad majores Ordines diſpenſare poſſit. arg. Trid. Seſſ. *24. de Refor. c. 6.* cùm ſaltèm mediatè iſta irregularitas ex delicto oriatur, & diſpoſitio concilii ſit privilegium Epiſcopo conceſſum nemini præjudicans, adeóque latiùs interpretandum. *arg. c. 4. de præb. in 6. c. 15. de R. J in 6.* vid. Engel *hìc n. 9.* contrarium tenet Schmalzg. *h. t. n. 11.*

7. *Qualem effectum in ordine ad hanc materiam producit Profeſſio Religioſa?*

Per eam omnes illegitimi habilitantur, non tantùm ad ordines, ſed etiam in ordine ad beneficia ſaltèm ſimplicia, non verò ad Prælaturas ſui ordinis Religioſi. text. & DD. *in c. 1. & fin. h. t.* Ratio hujus conſiſtit in favore religionis, ſumma enim ratio eſt, quæ pro religione facit. Semel verò taliter legitimati perſeverant tales, etiamsì poſtea iterum ejiciantur, vel dimittantur, quia hæc reincidentia, de qua ſilent jura, gravis reputatur. Non tamen iſte effectus ſequitur ex ſolo ingreſſu in novitiatum, quia tribuitur ſolùm profeſſioni Religioſæ, Pichler *h. n. 7.* add. Schmalzg. *n. 7. & ſeq. h. t.* Ubi etiam tractant, an defectus Natalium obſtet quoque fœminis in ordine ad Abbatias, & Prioratus.

8. *Quid operatur legitimatio per ſubſequens matrimonium & reſcriptum.*

Legitimati per ſubſequens matrimonium habentur in omnibus pro legitimis. *c. 6. qui filii ſint legit.* Legitimati à Principe ſæculari, ad jura ſolùm, & officia civilia habilitantur. arg. *can. 1. diſt. 10.* Legitimati verò per

rò per S. Pontificem ad ordines, & beneficia promoveri poſſunt.

9. *Sed quid dicendum de expoſitis, ſeu in plateis, aliisvè locis repertis, vulgò* Findling-Kinder?

Volunt aliqui eos habiles eſſe ad ordines ſuſcipiendos, eò quòd in dubio pro legitimitate filii tamquam pro re favorabili præſumatur. Contrarium exiſtimat Engel *hic n. 5.* ex ratione, quod præſumptio in dubio deſumatur ab iis, quæ communiter ac quaſi certò accidunt, communiter autem ac quaſi ordinariè accidit, ut illi tantùm exponantur, qui ex illegitimis congreſſibus nati ſunt.

10. *Si quis impetravit diſpenſationem ad ordines, extenditurné etiam ad beneficia?*

Licèt diſpenſatio talis ſit ſtrictæ interpretationis, tamen probabiliùs ad ordines impetrata extenditur etiam ad beneficia arg. Trid. *ſeſſ. 21. de Refor. c. 2.* nec obſtat *c. 2. h. t.* Cum fundetur in doloſa ſubreptione, & licèt ordo & beneficium ſint phyſicè ſeparabilia, non tamen canonicè arg. *Trid. cit.* Engel. *hic n. 8.* adde Schmalzg. *eòd. tit. n. 14.* & quoad totam materiam Reiffenſt. *h. t. per tot.*

TITULUS XVIII.
De Servis ordinandis, & eorum manumiſſione.

1. *Qui dicuntur Servi?*

SErvi propriè dicti ſunt, qui contra naturalem libertatem alterius dominio ſubjiciuntur, quomodo autem

tem fiant, traditur *in* §. *4. Inſtit. de jure perſ.* impropriè verò dicti ſunt, qui obligati ſunt ad operas reales & perſonales ſuis dominis præſtandas, & homines proprij teutonicô vocabulô Leib-eigene dicuntur. Sunt autem vel adſcriptitii, eò quòd glebæ vel fundis colendis ſint adſcripti, vel originarii, eò, quòd nati ſint ex ſimilibus glebæ adſcriptis. Famuli verò conducti ſolùm abuſivè ſervi dicuntur.

2. *Poſſuntnè Servi ordinari?*

Servi propriè dicti validè, non tamen licitè ad ordines promoveri poſſunt. *tot. h. t.* niſi dominus expreſsè, vel tacitè conſentiat, tunc enim etiam licitè ordinantur, & hoc ipſo fiunt liberi. *Can. 20. diſt. 54.* & probabiliùs etiam ſervi originarii. *arg. c. 21. diſt. 54.*

3. *Quid ſi ſervus ſinè licentia Domini ordinatus fuerit?*

Sinè licentia Domini ordinatus in minoribus manet ſervus, nec gaudet privilegio fori, vel Canonis *c. 2. h. t.* Si verò majores ſuſcepit, fit quidem liber, ſed ejus promotor, ſi conſcius fuit ſervitutis, debet dare domino duos ſervos, vel pretium, unum ex juſtitia ante omnem ſententiam, alterum ex pæna poſt ſententiam. Si verò in bona fide fuit Ordinans, & ſervus in fraude, tenetur ſervus domino ſatisfacere, alium ſubſtituendo ſervum, aut ſi hoc non poteſt, redigitur in ſervitutem, quamvis Diaconus ſit | *Can. 9. diſt. 54.* Suſpenſúsque eſt ab ordine, & orbatus privilegio Clericali, licèt voto caſtitatis teneatur. Presbyter verò manet liber, peculium tamen, quod habet, cedit domino. *Can. 9. diſt. cit.* ſi nullum habet, tenetur domino quantum poteſt per ſacra miniſteria ſatisfacere. *Can. 10. cit. diſt.*

 4. *Quid*

4. *Quid, ſi religionem ingrediatur?*

Poteſt intrà triennium repeti, votis tamen manet obligatus, quòd ſi ſcivit monaſterium talem eſſe ſervum, debet ejus æſtimationem præſtare. Nec obſtat Regula 55. *de R. I. in 6.* quia ſolum procedit in illis, quæ pleno jure DEO ſunt conſecrata, & ab eo acceptata, quæ verò fiunt in præjudicium aliorum, DEUS non cenſetur acceptare.

5. *Quid de filiis familias?*

Quamvis honeſtum ſit, ut conſenſum Parentum requirant, tamen ſinè hoc licitè, & validè ordinantur. arg. à pari *c. 18. de Regul.* peculium tamen acquiſitum poſt Clericatum induit naturam peculii quaſi caſtrenſis. *Authent. Presbyter. c. de Epiſcop. & Cleri.*

TITULUS XIX.

De Obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.

1. *Qui dicuntur obligati ad Ratiocinia?*

QUi propter negotia aliena geſta tenentur ad rationes reddendas, quales ſunt procuratores, actores, executores &c.

2. *Poſſuntné obligati ad ratiocinia ordinari?*

Quamquam aliqui aſſerant adminiſtratores rerum privatarum depoſita adminiſtratione, etiam necdum rationibus redditis ordinari poſſe, probabilior tamen ſentit univerſaliter adminiſtratores non eſſe ordinandos, donec rationes reddiderint arg. *c. un. h. t.* niſi ſuffi-

ſufficientem cautionem præſtiterint arg. *L. 6. §. 1. ff. de muneribus, & honoribus*, aut curam miſerabilium vel Eccleſiaſticarum perſonarum geſſerint. arg. *Can. 26. diſt. 86. Can. 22. cauſ. 16. q. 7.* vid. Schmalzg. *h. t. n. 2. & 3.* Reiffenſt. *eôd. tit. n. 5. & ſeqq.* Ratio hujus prohibitionis conſiſtit partim in eo, nè contingat Eccleſiam indè infamari, vel litibus, aliisvé incommodis divexari: partim, quia taliter obligati ad ſacras functiones ſunt minùs apti propter curas ſæculares, & partim, nè ordinationes talium hominum cedant in præjudicium eorum, quibus obligati ſunt, per ordines enim conſequuntur beneficium competentiæ, vi cujus plena in illos executio fieri nequit Pichler *hìc n. 2.*

3. *Quid ſi quis ex alia cauſa v. g. empti, vel mutui ſit obligatus?*

Poteſt ordinari, nisì tamen timeatur lis movenda de dolo, tunc enim condemnatus redderetur infamis, *§. 2. Inſtit. de pœnis temerè litig. tot. tit. ff. de his, qui notantur infamiâ*, adeoque repellendus.

4. *Si quis contraxit ſponſalia, poteritné invita ſponſa ordinari?*

Quamquam utraque ſententia ſit probabilis, communior tamen eſt negativa, ex generali regula, quod cum alterius præjudicio nemo ſit ordinandus.

5. *Sed videtur obſtare, I. Quod religio non tantùm ſolvat ſponſalia, ſed etiam matrimonium ratum; II. à paritate, quòd votum non obliget in præjudicium melioris boni. III. ſponſalia habent tacitam conditionem rebus ſic ſtantibus* c. 25. de jureur.?

Sed reſpondetur ad I. Id eſſe introductum favore

Religionis, quod Clericatui non conceſſum. *Extra vag. 1. Joann. 22. de votis, & voti.* Ad II. ratio eſt, quia non cenſetur aliter acceptari à DEO, promiſſio ſponſaliorum verò acceptatur ſimpliciter. Ad III. *c. cit.* intelligitur de mutatione Caſuali, non voluntaria in præjudicium alterius.

6. *Quid juris, ſi quis rationibus obſtrictus de facto ordinatus eſſet?*

Ordinatio quidem procul dubio tenet, taliter tamen ordinatus deberet cedere bonis ſecundùm modum *c. Odoardus 3. de ſolut.* nempè ut ipſi relinquatur competens ſuſtentatio. Scienter verò talem ordinans in præjudicium creditorum, tenetur ſatisfacere locò ordinati.

TITULUS XX.

De corpore vitiatis ordinandis vel non.

1. *Qui dicuntur corpore vitiati?*

QUi debilitate, deformitate, aut impotentia membri, vel totius corporis laborant.

2. *Poſſuntné tales ad ordines promoveri?*

Si vitia ſunt apparentia, quæ magnam deformitatem corporis, vel faciei inducunt, ordinari non poſſunt *c. 2. 6. & 7. h. t.* Sivè talis defectus propriâ culpâ, ſive caſu contigerit. *Can. fin. diſt. 55.* Unde irregulares ſunt cæci, vel unum tantùm oculum habentes, etsì alter ſit fictitius *Can. fin. cit.* Luſci tamen ſi poſſunt legere ſinè deformitate notabili admittuntur. Surdi, & auribus privati *Can. 77. Apoſt.* claudi, ſi ſine ba-

iè baculo non poſſunt accedere altare. *Can. 10. cit. diſt. 55. & Can. 57. diſt. 1. de conſecrat.* qui una, vel utraque manu carent, ità, ut non poſſint calicem tenere. *C. 1. & 7. h. t.* qui tamen plures digitos habeet, quàm decem, vel ſinè unguibus, ſi id non paiat deformitatem, non eſſet repellendus. Quæ autem eformitas ſit ſufficiens, Epiſcopi arbitrio eſt determiandum *c. 2. h. t.* Religioſi exempti, licèt quoad oc ſubjecti ſint ſuis Prælatis, erit tamen in poteſtatè piſcopi ordinantis tale arbitrium admittere, vel rejiere.

3. *Quid dicendum de mutilatis, ſi mutilatio non cauſat deformitatem?*

Qui ſe ipſos ſinè cauſa mutilârunt in quacunque par-:, ſunt irregulares, etiamſi mutilatio iſta in partibus cretioribus fiat ad carnales concupiſcentias reprimenıs, ùt patet *ex Can. 4. 5.* & *9. diſt. 55. c. ſignifivvit 4. h. t.* & multò magìs ſi fiat ob finem alium mporalem v. g. ob ſonoram vocem retinendam, utì t in iis, quos vulgò Caſtratos appellamus, quemadodum tenet P. Engel *hìc n. 13.* nisì fortè caſtratio lis in infantia facta fuerit. Reiffenſt. *h. t. n. 31.* Si :rò ſinè culpa aut per violentiam mutilatio contige-:, dummodo non magnam deformitatem inducat, l ordines admittuntur. *Can. 7. diſt. 55.* quod autem mutilati partem abſciſſam debeant in collo portare, commentum eſt fæmineum.

4. Sad

4. Sed quod caſtrati ob ſonoram vocem non ſint repellendi probare videtur. I. Quia Canones cit. loquuntur de mutilatione ex indignatione, & aut indiſcreto Zelo facta. II. Licèt homo non ſit dominus, eſt tamen uſufructuarius membrorum ſuorum, conſequenter poterit rem uſufructuariam meliorem reddere. III. talis vox promovet cultum divinum, ipſisquè caſtratis affert magnam utilitatem?

Reſpondetur ad I. quòd ratio in cit. Can. ſit generalis, ſcilicet quòd tales ſint injurii, & inimici DEO. Ad II. uſufructuarius poteſt rem meliorem facere, ſinè mutatione tamen ſtatus prioris, & quatenus id gratum eſt Domino. *L. 7. & L. 11. ff. de uſufruct.* DEO autem non eſt talis melioratio accepta. Ad III. licèt promoveat cultum divinum, non tamen eſt ſimpliciter neceſſaria, & lucrum temporale eſt minùs bonum, quàm integra membra, cum corpus liberi hominis non recipiat æſtimationem *L. 1. ff. §. 5. &* *ult. ff. de his, qui effuderint, vel dejecerint* ad: Schmalzg. *h. t. n. 4.*

5. Quis poteſt diſpenſare in hac irregularitate?

Regulariter ſolus S. Pontifex, cùm id nullibi reperiatur Epiſcopis conceſſum, ſi tamen irregularitas illa orta eſſet ex delicto aliquo occulto, & abſciſſio ordinis ſuſcipiendi executionem non impediret, facultas diſpenſandi tali caſu competeret etiam Epiſcopo. vid. Trid. *ſeſſ. 24. c. 6. de Refor.* Reiffenſt. *hic n. fin.* Schmalzg. *eod. tit. n. ult.*

TITI-

TITULUS XXI.
De Bigamis non ordinandis.
1. *Quid eſt bigamia?*

BIgamia nihil aliud eſt, quàm ſucceſſiva matrimonii reiteratio. Quæ licèt quidem nullo jure (ſecùs c polygamia, quando nimirùm aliquis ſimul ac ſeel plures uxores ſibi ſuperinduxit) prohibita cenatur, quin imò liberum cuilibet ſit, ad ſecunda voa tranſire, uti patet ex tit. utriusque juris, civilis empè & Can. de ſecund. nupt. nihilominus tamen, uoad receptionem ordinum cauſat impedimentum uoddam Canonicum ſive irregularitatem, quæ proenit ex defectu Sacramenti, vel potiùs ex defectu perctæ ſignificationis Sacramenti matrimonii: nam maimonium fidelium ſignificat conjunctionem Chriſti am Eccleſia tamquam ſponſa, eaquè unica & immaılata, ad quam ſignificationem repræſentandam, biımus eſt ineptus, cùm non deceat, ut is aliis Sacraenta adminiſtret, qui ipſe in ſignificatione ejusdem ıtitur defectum *c. 5. h. t.*

2. *Quotuplex eſt Bigamia?*

Triplex, vera ſeu propriè dicta, interpretativa, & nilitudinaria.

3. *Quid eſt Bigamia vera, ſeu propriè dicta?*

Quam incurrit is, qui matrimonium ſucceſſivè cum abus verè, & validè contraxit, & utrumquè conmmavit. Unde, qui utrumquè non conſummavit, on cenſetur bigamus *arg. c. 5. h. t.*

4. *Quid eſt Bigamia interpretativa?*

Quæ contrahitur, quando quis revera quidem cum abus matrimonium non contraxit, ſecundum interpreta-

pretationem tamen juris taliter cenſetur contraxiſſe Quod tribus potiſſimum modis accidit. I. Dum qui viduam *Can. 13 diſt. 34. & c. 3. h. t.* vel aliter extr matrimonium ab alio corruptam duxit in uxorem, cum eaque matrimonium conſummavit. *Can. 9. & 10 diſt. 34.* II. Qui maritaliter cohabitat, ſive reddit debitum uxori ſuæ poſt adulterium ab ea commiſſum *Can. 11. & ſeqq. cit. diſt.* & III. Si quis de facto inea duo matrimonia, quæ tamen ob impedimentum aliquod dirimens de jure ſunt invalida, vel unum validum, alterum invalidum, utrumque tamen conſummatum *c. 4. & c. fin. h. t.* Ratio horum eſt, quia licèt in primo & ſecundo caſu maritus revera carnem ſuam non diviſerit in duas, interpretatione tamen juris deficit in utroque caſu vera ſignificatio ſacramenti matrimonii cùm & vidua, & corrupta, & adultera non ſit unica unici. In tertio vero caſu, quamvìs a parte rei non adſit defectus ſignificationis ſacramentalis, eò quòd ex ſuppoſito matrimonium ſive ſacramentum nullum fuerit, nihilominus tamen propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto adhuc cenſetur bigamus & conſequenter irregularis *d. c. 4. & c fin. h. t.* Non obſtat, quòd aliàs non præſtet impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum, quia hæc regula non procedit, ubi contrarium de jure nominatim eſt ſtatutum.

5. *Sed quid ſi maritus eam, quam duxit ignoraverit fuiſſe corruptam, vel uxorem de facto eſſe adulteram, aut uxor plane vi fuiſſet compreſſa?*

Adhuc tamen eſt bigamus, & irregularis, quia irregularitas iſta non in pænam contrahentis, ſed propter defectum ſignificationis Sacramenti eſt introducta quem etiam ignorans patitur vid. Engel *hìc n. 3.*

4. *Qu*

6. *Quid autem dicendum, ſi matrimonium tale cum vidua, vel corrupta contractum nullum fuerit?*

Nihil obeſt iſta nullitas, quia ſufficit intentio cum opere ſubſecuto *d. c. 4. & fin. h. t.* neque refragatur, quòd cit. juris loca loquantur de Clerico, de laico autem nulla talis juris diſpoſitio habeatur; quia ratio conſtitutionis ſcilicet intentio ſive affectus maritalis cum opere ſubſecuto utrobique eſt eadem. Zoës *h. t. n. 12.* quoad corruptam tamen exiſtimat P. Engel *hìc n.* ·. quòd ſi matrimonium cum ea contractum nullum fuerit, non tam ob impedimentum aliquod v. g. affinitatis, aut conſanguinitatis, ſed ob defectum conſenſûs, eaquè publicè ſemper pro Virgine habita fuerit, aliter contrahentem ab irregularitate probabiliter excuſari, eò, quòd Canones non quamcunque conjunctionem requirant, ſed eam, quæ eſt cum affectu maritali opere ſubsecuto, quod conſiderandum relinquo.

7. *Eſtné pro bigamo, & irregulari habendus, qui extra matrimonium à ſe defloratam duxit in uxorem?*

Minimè, quia nullo modo concurrit defectus ſignificationis Sacramentalis, cùm talis ſit revera unica unici, & matrimonium ſubſequens tollit aliunde omnem maculam, ac fictione juris perinde habetur, ac ſi copula in matrimonio contigiſſet, *c. tanta, qui fil. ſint legit.* Non obſtat *Can. 9. & 10. diſt. 34.* Ubi prohibetur ad ſacros ordines accedere, qui uxorem non vir-

virginem duxit, quia iſta loca intelligenda ſunt de corrupta ab aliis, Reiffenſt. *hic n. 21.*

8. *Quid autem, ſi quis extra matrimonium cum pluribus fornicatus fuerit, vel plures concubinas habuerit?*

Nec iſte eſt irregularis, per text. *in c. 6. h. t.* neque refragatur *Can. 2. diſt. 33.* quia imprimis ille canon eſt ſuſpectus Deinde, quia quidquid fortè hoc in paſſu fuerit de jure Canonico antiquo, talis tamen irregularitas ex concubinatu ſatìs ſublata intelligitur per *cit. c. 6. h. t.* Pichler *hic n. 3.* Non etiam obſtat, quòd taliter plùs faveatur luxuriæ, quàm caſtitati, quia hoc eſt merè per accidens, & bigamia, utì dictum non inducitur propter crimen, ſed propter defectum Sacramenti. Reiffenſt. *h. n. 18.*

9. *Sed quare potiùs eſt irregularis ducens corruptam, quàm ipſe corruptus?*

Hoc ideo eſt, quia ſicut motus ſpecificatur à terminis, ità etiam actus contrahendi matrimonium, & vitium corruptionis non cadit ſuprà ſe ipſum, ſed ſuper alterum conjugem. Unde, ſi etiam mulier eſſet capax ordinis, nubendo corrupto, fieret irregularis. Engel *hic. n. 6.*

10. *Quid dicendum, ſi quis in infidelitate corruptam duxit, vel plures uxores habuit poſtea autem convertatur?*

Diverſa fuit olìm ſententia S. Auguſtini à S. Hie-

r..ny

ronymo. *Can.* 1. *& ſeq. diſt.* 26. Hodiè tamen magìs recepta eſt, ſententia Auguſtini, affirmans talem eſſe irregularem, cùm hæc irregularitas non ex culpa, ſed defectu Sacramenti oriatur, & licèt ſit tantùm juris Pontificii, & Eccleſia non liget infideles, ligat tamen poſt fidem ſuſceptam, ſi defectus durat. Non obſtat, quòd homicidium commiſſum ante ſuſceptum baptismum non cauſet irregularitatem *c.* 8. *diſt.* 50. quia defectus ille non transmittitur poſt tempus baptismi, eò, quòd per baptismum omnia plenè dimittantur. Reiffenſt. *h. t. n.* 11.

11. *Quid eſt bigamia ſimilitudinaria?*

In quam incidit is, qui poſt ſacri ordinis ſuſceptionem vel votum caſtitatis in Religione emiſſum, attentat, & conſummat matrimonium etiam cum virgine. *Can.* 24. *cauſ.* 27. *q.* 1.

12. *Cur dicitur Similitudinaria?*

Quia eſt ad ſimilitudinem veræ introducta, eò, quòd talis cenſeatur contrahere, quaſi duo matrimonia, in ordinis ſcilicet ſacri ſuſceptione, vel voti emiſſione, quaſi quoddam ſpirituale, & alterum de facto carnale per conſummationem. arg. *Can.* 10. *cauſ.* 27. *quæſt.* 1.

13. *Quæ eſt pæna bigamorum ſinè diſpenſatione Ordinatorum?*

Inprimis Epiſcopus ſinè diſpenſatione bigamum ordinans incurrit ſuſpenſionem à collatione ordinis collati, & à celebratione miſſæ per annum. *c.* 2. *diſt.* 5.

Ipſe autem bigamus privatur uſu, & executione omniur ordinum *c. 2. h. t* & nec mortua uxore ad ſuſceptio nem, vel executionem ordinum ſinè diſpenſatione ad mitti poteſt, eò, quòd non vinculum matrimonii, ſe irregularitas eam executionem, vel ſusceptionem im pediat, quæ per mortem uxoris non tollitur. Dein de in minoribus conſtituti omni privilegio Clericali ipſ factô nudantur, adeò, ut non jurisdictioni fori Ec cleſiaſtici ſed ſæcularis ſubjecti ſint, & nec tonſuram nec habitum deferre poſſint *c. un. h. t. in 6.* In ma joribus verò conſtituti privilegia quidem non amittunt nisì deponantur, vel degradentur, irregulares tamen & ab executione ordinum ſuſpenſi manent, donec cun ipſis diſpenſetur. Ità Schmalzg. *hìc n. 12.* ubi etian notat pænas iſtas ad bigamiam ſimilitudinariam non extendi, quaſi ea non ſit proprie, ſed latè tantùm a impropriè bigamia.

14. *Quis poteſt diſpenſare in bigamia?*

Summus Pontifex, Epiſcopus non, nisì in ſimili tudinaria, vel, ſi caſus neceſſitatis ob penuriam Cle ricorum eveniat, & difficilis ſit acceſſus ad S. Pontifi cem; Trid. *ſeſſ. 24. c. 6. de Refor.* quod aliqui exten dunt ad bigamiam occultam etiam ſinè delicto. Re gulares non poſſunt diſpenſare cum ſuis Religioſis, ni sì habeant jurisdictionem quasì Epiſcopalem. vid. Reif fenſt. *h. t 28. & ſeqq.* adde Schmalzg. *eod. tit. n. 13. & ſeqq.* Pichler *h. t. n. 5.*

15. *Sec*

15. Sed videtur obſtare, quod in* c. 2. h. *t. dicatur: doctrinam Apoſtoli eſſe, nè bigamus ordinetur, ergò hac irregularitas erit juris divini, conſequenter Pontifex non poterit diſpenſare?

Dicta verba communiter intelliguntur de difficultate diſpenſationis. Nec enim omnia, quæ Apoſtoli tradunt, ſunt juris divini, nisì ſubjecta materia, aut verba inſinuent, quòd id à Deo acceperint. plura vid. apud authores mox citat.

TITULUS XXII.

De Clericis peregrinis.

1. Qui dicuntur Clerici peregrini?

QUi in remotis Regionibus ſunt ordinati.

2. Poſſuntné admitti ad miniſterium Sacrum?

Minimè, nisì de eorum ordinatione legitimè conſtet, per literas commendatitias, ſive formatas, vel per teſtes, aut alio modo *c. 1. & 2. h. t.* Trid. *ſeſſ. 23. de Refor. c. 16.* Exemptis etiam Epiſcopus tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatus, poteſt ſub pæna excommunicationis inhibere, nè Clericos peregrinos ad celebranda divina admittant *c. fin. h. t.* Pichler *hìc. n. fin.*

3. *Sed quid ſi quis litteras commendatitias perdidit, vel injuriâ belli exul factus eſt?*

Quod ſi alia adminicula concurrant, v. g. fama, bona converſatio, poterit ei ab Epiſcopo juramentum deferri, non obſtante *c. 2, h. t.* quia intelligitur de eo, qui potuiſſet habere litteras commendatitias. Cæterùm juſtam diſcedendi cauſam habentibus tenetur Epiſcopus dare commendatitias, nisì habeant beneficium reſidentiam exigens.

TITULUS XXIII.

De Officio Archi - Diaconi.

1. *Quis dicitur Archi-Diaconus?*

ARchi - Diaconus eſt Vicarius proximus Epiſcopi, omnem curam in Eccleſiis, Clericis, atque ordinariam jurisdictionem habens. Unde & oculus Epiſcopi, & Vicarius natus appellatur. vid. Reiffenſt. *hic n. 3. & ſeqq.*

2. *Quod eſt officium Archi-Diaconi?*

Spectato jure communi varium, & amplum fuerat, utì videre eſt paſſim apud Canoniſt. h. t. Sic enim eodem jure eſt Vicarius Epiſcopi primus in adminiſtratione tam temporalium, quàm ſpiritualium, debebatque viſitare diæceſin *c. 1. h. t.* licèt id poſtea per Trid. *ſeſſ. 24. c. 3. de Refor.* fuerit revocatum. Inſtituebat Abbates, & Abbatiſſas *c. 9. h. t.* audiebat cau-

cauſas ſaltem minores *c. 7. eod. &c.* At verò moribus hodiernis circa Archi-Diaconos, utì & Archi-Presbyteros, Sacriſtas, & Cuſtodes plurima in deſuetudinem abierunt, & quamvis in Eccleſiis manſerint horum dignitates, & officiorum nomina penes Canonicos Capitulares, functiones tamen pleræque præſtantur per alios, imò in quibusdam Eccleſiis neque nomen Archi-Diaconi extat. Et ſi fortè adhuc in uno, vel altero loco reperiantur, & jurisdictionem quandam exerceant, ea tamen ùt plurimùm reſtricta, & ultra diſtrictum, ſeu fines Archi-Diaconatûs non extenditur. Pichler *h. n. 3.*

3. *Quomodo differt Archi-Diaconus à Vicario Generali?*

I. Quòd Archi-Diaconus ſuum officium habeat à jure, alter ab homine. Unde etiam, utì dictum, Vicarius natus, ille verò Vicarius datus appellatur. II. Ab Archi-Diacono appellatur ad Epiſcopum *c. 7. de præb.* non item à Vicario generali, cùm Vicarii tribunal ſit ipſius Epiſcopi *c. 2. de conſuet. in 6.*

TITULUS XXIV.
De Officio Archi-Presbyteri.

1. *Quis dicitur Archi-Presbyter?*

QUi cæteris Presbyteris eminet, & præeſt, *c. 1. h. t.* eſtqué Archi-Diaconi ordine quidem major, jurisdictione tamen, ſivè dignitate minor. Engel *hic n. 1.*

2. *Quotuplex in jure eſt Archi-Presbyter?*

Duplex, Urbanus, & Foraneus, ſeu Ruralis: *Urbanus* appellatur, qui Presbyteris alicujus Eccleſiæ Cathedralis, vel collegiatæ præeſt. *c. 3. h. t.* *Ruralis*, qui in minore Eccleſia, tamquam paſtor præeſt reliquis Parochiarum Presbyteris *c. 4. h. t.* qui plerumque etiam Decanus ruralis nuncupatur.

3. *Quod eſt officium Archi-Presbyteri Urbani?*

Iſte quoque jure communi multas habet prærogativas. Sic exercet jurisdictionem fori interni, & habet curam animarum reſpectu omnium Presbyterorum ſuæ Eccleſiæ, quorum etiam debet eſſe confeſſarius. In abſentia Epiſcopi celebrat ſolennia miſſarum, inchoat cantum horarum, impertitur benedictiones ad lectiones &c. uti videre eſt apud Pichler *hic n. 2. & conſtat* ex *c. 3. h. t.* Verùm & hìc, uti priore titulo dictum partim conſuetudo, partim ſpeciales locorum ordinationes multa immutârunt, ità, ut in quibusdam Eccleſiis pariter nec nomen extet Archi-Presbyteri. In aliis Archi-Presbyter idem eſt cum Præpoſito, vel Decano Cathedralis Eccleſiæ. idem Pichler *cit. n. 2.*

4. *Quod eſt officium Archi-Presbyteri Ruralis?*

De hoc agitur *in c. fin. h. t.* ubi ſtatuitur, ut ſingulæ plebes ſuum habeant Archi-Presbyterum. Officium autem hoc in eo potiſſimum conſiſtit, ut tum plebis, tum Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, curam gerat, & ea quidem, quæ minora

ſunt,

ſunt, ſinè figura judicii diſponere, ac decidere; major[a] autem, & quæ ſinè cognitione, & definitione judiciali expediri nequeunt, ad Epiſcopum, ſive Vicarium ejusdem referre debeat. Unde patet, quòd ejusmodi Archi-Presbyter ruralis de ſe nullam jurisdictionem habeat, nisì quatenus ex conſuetudine contrarium obtineat, qualiter etiam explicandum eſt *c. 4. de arbitr. & c. 3. de off. Jud. ord.* vid. tamen P. König *h. t. n. 4.*

TITULUS XXV.
De Officio Primicerii.

1. Quis dicitur Primicerius?

PRimicerii dicti ſunt à cera, in qua olim apud Eccleſias pſallentium ordo notari ſolebat, in eáque illi primo loco ponebantur. Alio nomine appellantur Cantores ſive Præcentores.

2. Quod eſt ejus officium?

De hoc agitur *in c. 1. diſt. 25. §. ad primicerium*, & *c. un. h. t.* Ubi inter cætera ad eum ſpectare dicitur, ordinare ea, quæ ad cantum pertinent, & Clericos de iis edocere. Horum uſus etiam hodie non eſt adeò frequens, & ſi etiam in aliquibus Eccleſiis reperiantur, magìs tantum eſt titulus, & præbenda aliqua Canonicalis, quàm officium, & in multis, præſertim eminentioribus Canonicatibus officium hoc per Vicarios etiam Laicos (quos choraliſtas vocant) expeditur. Olim Primicerius etiam Magiſter Scholarum, & Scholaſticus appellabatur, ùt colligitur *ex c. un. h. t.* Verùm de jure Can. Trid. *ſeſſ. 23. de Refor. c. 18.*

Scholaſteriæ cura in Cathedrali præſertim Eccleſia jubetur committi graduato, vel aliàs ad inſtruendum idoneo, ut proinde officia hæc de eo jure non videantur eſſe neceſſariò annexa, ſed diverſis committi valeant, prout etiam in aliquibus Eccleſiis de facto ſeparantur. Interim ſicubi etiam eorum adhuc fortè eſt uſus, tunc titulus quoque tantùm ab aliquo Canonicorum retinetur, officium verò vix alicubi exercetur, propter copiam Univerſitatum, & Gymnaſiorum, in quibus ſcientiæ, & liberales artes multò faciliùs addiſcuntur. König *hic n. fin.*

TITULUS XXVI.

De Officio Sacriſtæ.

1. Quis Sacriſta, & quod ejus officium?

SAcriſta dicitur, qui Sacrorum vaſorum, & totiùs theſauri Eccleſiaſtici cuſtodiam habet, unde & alio nomine theſaurarius appellatur. *dict. diſt. 25. c. 1. in fine.* Secluſa conſuetudine Sacriſta nudum officium, nec aliquam dignitatem, nec perſonatum ex defectu jurisdictionis, & præcedentiæ obtinet. Imò in omnibus ferè Eccleſiis neque nomen Sacriſtæ, neque officium plenum eſt penes aliquem ex Canonicis, ſed tota ferè cuſtodia & cura hæc committitur æditiuis Sæcularibus, denen Kirchen-Pröbſten, vel ſimul etiam alicui Clerico tamquam Vicario cuſtodis, quem propterea vocant ſubcuſtodem, reſervata tamen inſpectione, & ſuprema curâ Sacriſtæ, vel cuſtodi principali.

TITU-

TITULUS XXVII.
De Officio Cuſtodis.
1. Quis dicitur Cuſtos, & quod ejus Officium?

CUſtos eſt quaſi miniſter Sacriſtæ ſecundùm Gloſſ. & Panorm. *ad rubr. h. t.* Et vi conſuetudinis ferè non diſtinguitur à Sacriſta. Imò uti priore tit. dictum, hodie in plerisque Eccleſiis nomen Cuſtodis, non verò Sacriſtæ uni ex Canonicis tribui ſolet. Officium ejus exponitur in *c. 1. & 2. h. t.* & plerùmque conſiſtit in cuſtodiendis linteaminibus, & utenſilibus Eccleſiæ, ac rei divinæ inſtrumentis minùs neceſſariis. Unde officium quoque Cuſtodis eſt merum miniſterium, & ſatis vile, adeóque nec dignitas, nec perſonatus. Plerumque tamen vel ex conſuetudine, vel ex particularibus ſtatutis tam Cuſtos, quàm Sacriſta, nec non Cantor (ubi eorum adhuc eſt uſus) dignitatem aliquam, & præeminentiam obtinent. Pichler *hìc n. 2.*

TITULUS XXVIII.
De Officio Vicarii.
1. Quis dicitur Vicarius.

VIcarius generaliter omnis ille dici poteſt, qui vices alterius gerit. Quô nomine, & quidèm vulgariter veniunt Cooperatores, & Vicarii illi, qui plerumque vel ab ipſis Parochis cum præſcitu, & licentia ordinarii in ſubſidium curæ animarum ſibi aſſumuntur, vel quandoque in defectu certi Parochi, vel Rectoris Eccleſiæ authoritate Epiſcopi ad tempus, vel in perpetuum exponun-

ponuntur, ac inſtituuntur, & Vicarii in divinis appellantur, de quibus (quoniam ad hos titulus iſte propriè non pertinet) vid. Reiffenſt. *hic §. 2.* & Schmalzg. *eod. tit. §. 1.* add. Pichler *§. 3* prout tamen hìc ſumitur, ſic Vicarius ille dicitur, qui vices Epiſcopi gerit in ſpiritualibus, vel temporalibus, vel utrisque ſimul, appellatúrque Vicarius jurisdictionis; & hic alius eſt generalis, alius foraneus.

2. *Quis eſt Vicarius Epiſcopi Generalis?*

Qui conſtituitur ab Epiſcopo cum generali poteſtate, ut ejus vices gerat in eodem loco, in quo ipſe ſedem habet, ac jus dicere ſolet.

3. *Quis Vicarius Foraneus?*

Qui in certa parte diœceſeos extra Civitatem ſedis Epiſcopalis, vel in oppidis per Epiſopum conſtituitur, ut ibi jurisdictionem exerceat.

4. *Quid intereſt, ſitné aliquis Vicarius Generalis, vel Foraneus?*

Multùm. I quòd commiſſio in reſcripto Apoſtolico facta Vicariis generalibus non extendatur ad foraneos. II. Vicarius generalis eſt in dignitate, non item foraneus. arg. *Clement. 2. de reſcriptis.* III. Vicarii generalis tribunal eſt ipſum tribunal Epiſcopi, & ideò à Vicario generali non ad Epiſcopum, ſed ad Archi-Epiſcopum appellatur. At verò à Vicario foraneo, qui ſeparatum tribunal habet, ad Epiſcopum appellari poteſt. Engel *hìc n. 5.*

5. Eſt-

. Eſtnè diſcrimen aliquod inter Vicarium generalem Epiſcopi, & officialem?

Putant aliqui, quòd officialis propriè ille ſit, cui intùm ſpiritualia committuntur: Vicarius generalis erò, qui præter ſpiritualia etiam temporalium habet dminiſtrationem. Sed nisì hoc in Epiſcopatu aliquo liter obtineat, ac adminiſtratio temporalium ac ſpitualium per Epiſcopum diviſa ſit, verius eſt, de jure ullam eſſe diſtinctionem adſtruendam, ſed utrumque ro eodem regulariter accipi debere, prout etiam ità jure paſſim confunduntur. Sic enim in *c. 3. de tempr. ordinat.* ille ipſe, qui antea dicebatur officialis piſcopi, paucis interjectis lineis vocatur ipſius in ſpitualibus Vicarius Generalis. vid. Reiffenſt. *hìc n. 59. ſeq.* Engel. *eôd. tit. n. 3.*

. Sed quomodo differt Vicarius generalis Epiſcopi à ſuffraganeo?

Suffraganeus conſtituitur in rebus ad ordinem Epiopalem pertinentibus, unde etiam appellatur Vicas in Pontificalibus. Vicarius generalis vero deputar tantùm ad jurisdictionem ſpiritualem contentiom fori externi. Quam ob rem quoque Vicarius jusdictionis nuncupatur, utì ſuprà dictum.

7. Qualis debet eſſe Vicarius?

Debet eſſe Clericus *arg. Can. 22. Cauſ. 16. q. 7.* ltèm 25. annorum *c. 7. §. inferiora de elect.* reim, & cauſarum forenſium peritus, *arg. L. penult. de judiciis.* Doctor, vel Licentiatus, ſaltèm in jure anonico, aut aliàs idoneus. Trid. *ſeſſ. 24. c. 16. de Refor.*

Refor. Laicus verò licèt non poſſit eſſe Vicarius, eò quòd Laicis non liceat tractare negotia Eccleſiaſtica c. 2. *de judic.* poteſt tamen eſſe aſſeſſor, vel Conſiliarius *arg. c. 1. de procurat. in 6.* item œconomus vic Reiffenſt. *hic. n. 68.*

8. *Poteſtnè etiam Regularis eſſe Vicarius?*

Poteſt de licentia ſui ſuperioris. Excipiuntur tamen Religioſi mendicantes, qui nec de conſenſu ſuorum ſuperiorum hanc dignitatem acceptare poſſunt. Clemen. 1. *§. ad prioratus de Regula.* Engel *hic n. 9.*

9. *Teneturnè Epiſcopus neceſſariò conſtituere Vicarium?*

Si diœceſis ſit ampla, ut Epiſcopus per ſe ipſum omnia expedire nequeat, tenetur ſibi Vicarium deligere ſecùs, ſi non ſit ampla, ut Vicarii operâ indigeat. Capitulum ſede vacante tenetur intrà octiduum, vel priorem Vicarium confirmare, vel novum eligere. Trid. ſeſſ. *24. c. 16. de Refor.*

10. *Quod eſt Officium, ac poteſtas Vicarii Generalis?*

Vicarius generalis Epiſcopi vi ſui officii habet juriſdictionem tam in foro externo, quàm interno eandem cum Epiſcopo, quoad omnia, quæ ſpeciali commiſſione non indigent. *c. 2. h. t. in 6.*

11. *Sed eſtnè hæc poteſtas ordinaria vel delegata?*

Eſt ordinaria, niſi ſpecialis ſit cauſa delegata, cum Epiſcopi & Vicarii ſit eadem jurisdictio, & tribuna

c. 2

. 2. *de conſu. in 6.* nec detur appellatio à Vicario ad piſcopum, uti à delegato ad delegantem. *c. 27. de fficio delegat.* nec obeſt I. quod Vicarius fungatur ice alterius, cùm non fungatur ex nuda commiſſione, d ratione ſui officii. II. quòd per mortem Epiſcopi jus jurisdictio exſpiret, cùm id ſit ſingulare, eò quòd na eademque ſit jurisdictio Vicarii, & Epiſcopi. III. Quòd hoc modo videatur dari dominium in ſolidum enes duos, contra *c. 55. §. 1. de appellat.* cum juris-ictio ſit apud Epiſcopum principaliter, & apud Vica-um vice Epiſcopi. vid. Pichler. *h. t. n. 4.*

2. *Ad quæ indiget Vicarius ſpeciali commiſſione Epiſcopi?*

Ad omnia, quæ vel ſpecialiter in jure ſunt excepta, el ardua, & magni præjudicii, ac quæ veroſimiliter piſcopus nollet ſinè ſuo præſcitu expediri. Sunt au-m excepta: I. Cauſæ criminales. *c. 2. h. t. in 6.* II. Matrimoniales, cùm inter majora & ardua numeren-ır *c. 12. de exceſſ. Prælat.* Trid. *ſeſſ. 24. c. 20. de efor.* III. Abſolutiones à caſibus Epiſcopo reſervatis. . 2. *de pænit. & remiſſ. in 6.* vel Papæ, à quibus piſcopus poteſt abſolvere tanquam delegatus: poterit ımen Epiſcopus in his caſibus Vicarium ſubdelegare xcepto crimine hæreſis. Trid. *ſeſſ. 24. c. 6. de Refor.* V. non poteſt conferre beneficia, vel ad ea præſentare *3. h. t. in 6.* licèt poſſit præſentatos inſtituere, non oteſt dare dimiſſorias, *c. 3. de tempor. ordinat. in* . V. nequit alium ſibi ſubſtituere Vicarium, cùm ju-sdictionem habeat alieno beneficio. *L. 5. ff. de juris-ict.* nisì in una vel altera cauſa *L. 12. §. 1. ff. de ju-iciis.* VI. non poteſt viſitare diæceſes *c. 6. de Officio rdinarii in 6.* vid. Engel *h. t. n. 10. & ſeqq.* Reif-

fenſt.

ſenſt. *eod. tit.* §. 4. *per tot.* & Pichler *hic n.* 5. & *ſeqq.*

13. *Quomodo poteſtas Vicarii generalis exſpirat?*

I. Per mortem, reſignationem, depoſitionem, v[el] translationem Epiſcopi *c.* 1. *h. t. in* 6. II. Si Epiſco[-] pus ſit excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictu[s] III. morte, reſignatione tacita, vel expreſſa ipſiu[s] Vicarii.

14. *Exſpiratne etiam, ſi alius conſtituitur?*

Non exſpirat, cùm nec verbis, nec factô fiat r[e-] vocatio, eo quod poſſint plures ſimul eſſe Vicarii g[e-] nerales: plura de ceſſatione hujus officii ſuppeditat ci[t.] Reiffenſt. *d.* §. 4. *h. t.*

TITULUS XXIX.

De Officio, & Poteſtate Judicis delegati?

1. *Quis dicitur Judex delegatus?*

JUdex delegatus eſt is, cui in una, vel pluribus cauſ[is] poteſtas cognoſcendi, & judicandi commiſſa eſt. Un[-] de practicè commiſſarii vocantur.

2. *Quomodo differt à Vicario?*

Vicarius (utì dictum tit. præc.) gerit vices alteriu[s] ſcilicet ordinarii in eodem loco cum tribunali, idemq[ue] judicium ac tribunal cum ordinario nec non jurisdicti[o-] nem ordinariam habere dicitur. At verò delegati[us]

eju[s]

jusmodi jurisdictionem ordinariam non habet, unde tiam à delegato non ad ſuperiorem, ſed ad delegan-em appellatur. *L. un. C qui pro ſua jurisd.*

3. *Quotuplex eſt judex delegatus?*

Delegatorum varia ſunt genera, ſeu ſpecies. Alii nim ſunt delegati à jure, quorum delegatio eſt clauſa Corpore juris, ut ſunt Epiſcopi in certis cauſis con-a exemptos, privilegiatos. Alii ab homine. Et hi el à ſupremo Principe, ſuperiorem non recognoſcente: el ab alio inferiore. Alii præterea univerſales, ſeu ad niverſitatem cauſarum, qui & mandatam jurisdictio-em habere dicuntur, alii ſpeciales, ſeu ad certam, el certas cauſas, qui ſimpliciter nomine delegatorum eniunt.

Quæ eſt differentia inter delegatum à jure, & delegatum ab homine?

Quòd eorum jurisdictio ſit in lege fundata, hæc ntùm per ſpecialem commiſſionem de facto expedia-ur. Unde citatus à delegato à jure teneatur ſimplici-er comparere, citatus verò à delegato ab homine tunc, uando ei exhibitæ literæ commiſſionis. Engel *hic n. 9.*

Sed qualis eſt illa jurisdictio, quam habent delegati à jure, ordinaria, aut delegata?

Delegata: quia non exercetur vi muneris, ſeu offi-c v. g. Epiſcopalis, ſed ex ſpeciali legis commiſſione. vid. Schmalzg. *h. n. 5.* advertendum tamen hìc eſt e P. Engel ad clauſulas illas, quæ plerumque circa ejusmodi delegationes juris exprimuntur. I. enim quan-doque

doque Epiſcopis defertur poteſtas cum clauſula : *au-thoritate Apoſtolica* vel *tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato*. Et hoc caſu Epiſcopus erit propriè delegatus ab eóque ad delegantem Pontificem appellatur. II. Ali-quando additur particula *etiam* v. g. ut procedere poſ-ſit etiam tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus, ùt in Trid. *ſeſſ. 6 de Reform. c. 4. & ſeſſ. 22. c. 10.* cujus particulæ eſt effectus, ut Epiſcopo cenſeatur data utra-que poteſtas, ordinaria, & delegata, quâ nimirum uti maluerit. III. quandoque removentur tantùm obſta-cula ordinariæ jurisdictionis, putà, cùm dicitur : *non obſtantibus privilegiis*, ùt in ſeſſ. *5. c. 2. N. quæſto-res* & *ſeſſ. 7. c. 5. & 7. de Reform.* & tali caſu non cenſebitur data delegatio, ſed revocata dun-taxat privilegia, & jurisdictio ordinaria reſtituta. IV. denique aliquando Epiſcopis datur ſpecialis poteſtas v. g. abſolvendi diſpenſandi &c. ſinè ullius clauſulæ adjectione ùt in Trid. *ſeſſ. 24. de Refor. c. 6.* Et tunc cenſebitur ta-lis poteſtas eis data ſpeciali jure ordinario.

6. *Qui poſſunt delegare ?*

Regulariter omnes judices ordinarii *c. 7. de off. jud. ord. in 6. & 5. L. 16. & ſeq. ff. de jurisd.* idque non tantùm Princeps, & Magiſtratus majores, de quibus nemo dubitat, ſed etiam minores contra Engel *hic n. 7.* quia & hi propriam habent jurisdictionem, quilibet autem id quod ſibi proprium eſt, etiam per alium exer-cere poteſt. Schmalzg. *hic n. 9.*

7. *Sed poteſtnè etiam delegatus ſubde-legare ?*

De delegato à Papa, vel alio Principe ſupremo non eſt dubium, quin ſubdelegare poſſit per text. *in c.* ...

c. ...

. *28. & c. fin. h. t. &* L. 5. C. *de jud. L. un. §. hæc. eneant C. qui pro ſua jurisd.* idque propter eminen-iam poteſtatis Principis, quem ad hoc delegatus re-ræſentat: niſi ſit electa perſonæ induſtria: quod fieri ræſumitur. I. In delegatione cauſæ arduæ, *cit. c. 3. .t. in fine.* II. Si in reſcripti verbis dicatur, *per ſe ſum* vel *perſonaliter.* III. Si nudum miniſterium u mera executio à Principe ſit commiſſa. Schmalzg. *.t. n. 10.* Delegati verò ab inferiore judice non poſ-int regulariter delegare, per *text. in c. cùm cauſam fin. de appell.* ubi hæc poteſtas ejusmodi delegatis ferioribus expreſsè denegatur; ibi: *cùm non niſi de-gatus à Principe cauſam alii valeat delegare.* eiffenſt. *hic n. 57.* Excipitur tamen, niſi aliquis ſit elegatus ad univerſitatem cauſarum, tunc enim non idem totam, ſed unam ſaltèm vel alteram cauſam, t articulum alteri poterit committere. II. Si id ei à legante tacitè, vel expreſsè fuerit permiſſum. cit. hmalzgr. *n. 11.*

8. *Quibus delegatur?*

Judices delegati poſſunt omnes eſſe, niſi lege, vel tura prohibeantur: prohibiti autem ſunt, qui qualita-ous his verſibus comprehenſis non pollent.

ber, mas, gnarus, cui ſit mens, integra fama,
tas, qui ſubſit committitur huic benè cauſa.

oinde excluditur. I. Servus. *L. 7. §. 1. ff. de re-pt. qui arbit.* II. Fœmina. *L. 2. ff. de R. J.* ignarus. *g. c. 1. de conſang. & affinit.* amens *§. furio-ſ. Inſtit. de inutilibus ſtipulat.* De minore 20. nis dubitatur, propterea quòd non poſſit eſſe arbiter mpromiſſarius, licèt partes conſentiant, *L. 41. ff. de cept.* qui arbitr. recept. Affirmat tamen Schmalzg. *h.*

 t. n.

t. n. 13. modò ſit major. 18 annis, & vel Princeps talem ſcienter dederit, vel partes in ipſum conſenſerint, aliàs delegatio erit nulla *c. 41. h. t. L. quidam 47. ff. de re judic.* De Laico verius eſt, quòd ad cauſas ſpirituales Eccleſiaſticas etiam cum Clericis de jure delegari non poſſint *per. c. 2. de Judic.* non obſtat, quòd in eos ſimul cum Clericis tamquam arbitros compromitti poſſit. *c. 9. de arbitr.* & quòd agere valeant Conſiliarios Eccleſiaſticos. Quia arbitrium ferre, ſicut & Conſiliarium agere non ſunt actus jurisdictionis ſpiritualis. Schmalzg. *n. 14. h. t.* non ſubditus, licet delegationem acceptare poſſit, cogi tamen nequit *c. 11. h. t. in 6.* prout poteſt ſubditus *c. 21. h. t.* Præterea, ut quis poſſit eſſe delegatus ſummi Pontificis debet eſſe conſtitutus in dignitate *c. 11. de reſcript. in 6.*

9. *Quæ cauſæ poſſunt delegari?*

Regulariter omnes, quæ competunt alicui jure proprio, & ordinario, ſcilicet vi ſui officii. Quæ verò competunt jure ſpeciali, & extraordinario v. g. privilegiô, delegari non poſſunt. *L. 1. ff. de off. ejus, cui mand. eſt jurisdict.* unde poſſunt delegari etiam ea quæ ſunt ordinis, modò is, cui demandatur, habeat ordinem competentem. Sic Parochus rectè delegat poteſtatem abſolvendi alteri Sacerdoti approbato. Epiſcopus ordinarius poteſtatem conferendi ordines alteri Epiſcopo, &c. Schmalzg. *n. 9. h. t.* De mero Imperio dubitatur, an id, præſertim jure Canonico delegari poſſit? Negat hoc Zoës. *hic n. 18.* ex eo præcipuè quòd hoc jure non videatur penes Eccleſiam eſſe merum imperium: quò facit, quòd jure civili certum ſit imperium merum delegari non poſſe *L. 6. ff. de offic. Procons. L. 1. de offic. ejus.* Sed quemadmodum non eſt verum jure Canonico non dari merum Imperium, ut dice

dicemus infrà *de Offic. jud.* Ità etiam alterum illud ſimpliciter negari non poteſt, ſed diſtinguimus cum P. Engel *in cit. h. t. de offic. jud. n. 27.* inter imperium merum, quod jure ordinario Magiſtratûs competit Epiſcopo: & illud, quod ex ſpeciali Privilegio, & commiſſione, vel delegatione datur Vicario Epiſcopi, vel Prælato inferiori. Hoc delegari non poteſt, tum quia non habetur jure ordinario, tum quia electa eſt perſonæ induſtria. Benè verò illud. Nec obſtat paritas ex jure civili, quia eô jure merum imperium erat ſpecialis conceſſionis. Unde, quia hodie ipſis bonis communiter eſt annexum, & tranſit ad quemcunque poſſeſſorem, ſic & eo jure moribus noſtris delegari illud poſſe, extra dubium eſſe videtur.

10. *Poteſtnè eadem cauſa ſimul pluribus delegari?*

Poteſt: utì patet *ex c. 16. h. t.* idqúe fieri poteſt vel in ſolidum, ſive ſimpliciter. Primo modo fit delegatio, quando datur cum clauſula: ut omnes aut duo eorum aut unus procedat. II. Quando aliquid ſimile ex reſcripto non apparet, quo caſu non valebit proceſſus per unum inſtitutus *c. 21. h. t.* vid. Schmalzg. *hìc n. 17.* Engel *eôd. tit. n. 16.*

11. *Quæ eſt poteſtas judicis delegati?*

I. Cùm jurisdictione delegata cenſentur omnia conceſſa, ſinè quibus cauſa commiſſa ritè expediri non poteſt. coll. *ex c. 1. 5. & 7. h. t.* II. delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa jurisdictionem habet ſuper Ordinarium, unde ſub diverſo reſpectu eſt ſuperior, & inferior. III. Delegatus S. Pontificis. poteſt non tantùm de cauſa cognoſcere, & decidere, ſed etiam ſententiam exequi *c. 7. h. t.* vid. Schmalzg. *h. t. §. 6.*

12. *Quod eſt officium judicis delegati?*

UtJudex delegatus ritè ſuo officio fungatur, requiritur. I. ut non procedat ante reſcriptum delegationis ſibi præſentatum. *c. 12. in fine de appellat.* II. Debet ſuæ delegationis fidem authenticam facere. *c. 21. h t. & c. 2. de dilat.* III. Formam factæ commiſſionis diligenter obſervare. *c. 22. de reſcript.* unde non poteſt in alia civitate, vel diæceſi nisì ad quam deputatus eſt, partes citare ſinè eorum conſenſû. *c. 11. h. t. §. in nullo.* Si tamen malitia adverſarii delegatus Papæ impediatur, poteſt alium locum eligere *c. 13. h. t. in 6.* IV. Debet admittere neceſſarias probationes, & rationabiles exceptiones. *c. 13. h. t.* Cùm ſuperior non cenſeatur velle præjudicare juri partium, aufferendo illis naturalem defenſionem. *c. 15. h. t.* V. Debet cauſam delegatam finire intrà tempus præſcriptum. *c. 4. h. t.* poterunt tamen partes terminum præfixum prorogare, nisì delegans prorogationem prohibuerit. *L. 2. §. 2. ff de judiciis* Vel terminus ſit præfixus ob favorem publicum, à cauſa verò ad cauſam, vel perſona ad perſonam nec de partium conſenſu ſuam jurisdictionem extendere poteſt. *c. 32. & 40. h. t.* qua de re vid. pleniùs cit. Schmalzg. *h. t.* §. 5. *add.* Reiffenſt. *eod. tit. §. 5.*

13. *Quomodo poteſtas delegati finitur?*

I. Revocatione, aut morte delegantis re integra *c. 20. h. t.* II. Morte delegati, nisì facta ſit delegatio ſub nomine dignitatis *c. 14. h. t.* III. Si delegatio ſit invalìda *c. 38. h. t.* IV. Lapſu temporis præſcripti *c. 24. h. t.* V. Si Judex delegatus per ſe vel per alium ſententiam executioni mandaverit. *c 9. h. t.* VI. Recuſatione ſuſpecti *c. 17. & 25. h. t.* vid. Reiffenſt. *hìc* §. 6. & Schmalzg. *ibid. §.* 7.

TIT.

TITULUS XXX.
De Officio Legati.
1 *Quis dicitur Legatus?*

LEgatus aliter in jure civili, aliter in jure noſtro Canonico accipitur. Jure civili legati olim dicebantur Vicarii Præſidum, & Pro - Conſulum, quibus ab ipſis Præſidibus, & Pro - Conſulibus jurisdictio mandata fuerat. *L. Vicarius 13. ff. de legat. & t. t. ff. de Offic. Procons.* Jure verò Canonico legati dicuntur Nuntii Apoſtolici, qui à S. Pontifice ad Reges, & Principes deputantur. Unde Legatus Apoſtolicus dicitur is, qui à S. Pontifice in certam Provinciam mittitur cum poteſtate adminiſtrandi negotia Eccleſiaſtica, quæ ſunt muneris Apoſtolici. Coll. *ex c. 1. & 4. h. t.* Engel *hìc n. 1.*

2. *Quotuplices ſunt legati?*

Legati Apoſtolici in triplici ſunt differentia, alii enim ſunt legati nati, qui hunc titulum ex ſingulari Papæ privilegio ſuæ dignitati annexum habent. Quales hìc in Germania eſt Archi - Epiſcopus Pragenſis, & Archi - Epiſcopus Salisburgenſis &c. Alii ſunt legati miſſi, qui mittuntur ad aliquam Provinciam, ſed non ſunt Cardinales, & communiter nuntii ſolent appellari. Ac demum alii de latere ſic dicti, quod in conſiliis & arcanis ſint ad latus Pontificis *c. 8. cum ſeq. h. t.* ſuntque è collegio Cardinalium.

3. *Quæ eſt poteſtas Legatorum in genere?*

Legati omnes habent jurisdictionem ordinariam, & concurrentem in Diæceſibus, & Provinciis ſibi commiſſis adeoque generaliter poſſunt omnia, quæ Epiſco-

pus ùt Ordinarius in ſua diæceſi, vel Archi-Epiſcopus i ſua Provincia, imò omnia, quæ poteſt Pontifex, ex ceptis iis, quæ S. Pontifici ſpecialiter ſunt reſervata. ù colligitur ex *c. 1. 2. 3. & fin. h. t. & c. 2. eôd. in* unde etiam non tam Legatis Pro-Conſulis, quàm pc tiùs ipſis Præſidibus & Pro-Conſulibus comparantu eorum verò auditores, quos tales legati conſtitue ſolent, iis potiùs accenſeri deberent. Engel *hìc n.* Quæ tamen poteſtas in Germania, præſertim circa co lationes beneficiorum, Epiſcoporum confirmationes, concurrentiam in prima inſtantia tum per Concord ta Germaniæ, tum per alia privilegia multùm eſt reſtr ɛta, utì videre eſt apud Engel *hìc n. 5.* ſpecialia auten quæ legatis de jure competunt, vel non competunt, vi apud Schmalzg. *h. t. n. 2.*

4. *Quæ eſt ſpecialis poteſtas legatorum de latere?*

Horum poteſtas dignitate, & authoritate cæter legatos longè antecellit, & præſente legato à latere a legati non poſſunt nec debent uti inſignibus, aut of cio ſuæ legationis, eò quod propter reverentiam m joris judicis ſuſpendatur jurisdictio minoris, per Gloſſ. *c. 8. h. t.* Inter cætera ipſo jure habet poteſtatem ju eandi exemptos, Abbatúmque exemptorum electior confirmandi *c. ſi Abbatem 36 §. 1. de Elect. in* quæ è contra aliis legatis nullibi invenitur conce Poteſt etiam conferre beneficia quæcunque ſuæ Prov ciæ, etiam ad ſedem Apoſtolicam devoluta *c. 1. 3. 4. h. t. in 6. & c. 2. de præb. in 6.* quod tamen r ſum in Germania propter concordata & alia privile non procedit. vid. Engel *hìc n. 5.* add. Schmalzg. *e tit. n. 4. & ſeqq.*

5. Qu

5. Quid poſſunt Nuntii.

Eorum poteſtas ferè tota dependet ex literis legationis, nam jure communi plùs non poteſt, quàm ordinarius Provinciæ, ad quam mittitur *c. 2. h. t. in 6.*

6. Sed quid, ſi miſſi ſunt cum titulo Nuntii Apoſtolici, cum poteſtate legati de latere?

Exiſtimant aliqui in ſpecie P. Pichler *h. t. n. 6.* cum ſimili titulo miſſos habere eandem poteſtatem quam habent legati de latere: contraria tamen ſententia quam tenet Engel *h. t. n. 7.* Schmalzg. *eod. tit. n. 7.* longè probabilior eſſe videtur, quòd nimirum vi iſtius clauſulæ non majorem poteſtatem conſequantur, quàm in quantum ipſis à Pontifice ſpeciali mandato conceſſum eſt. Iſte enim titulus de jure ſcripto eſt incognitus, & tantùm de Stylo curiæ uſitatus, conſequenter etiam de jure nulla ſpecialis poteſtas ipſi eſt adſcripta Et ſicut Vicarius Epiſcopi cum generali mandato conſtitutus, ut poſſit omnia, quæ Epiſcopus, Procurator, ut poſſit omnia, quæ Dominus, non tamen poteſt quædam majoris præjudicii, quæ Epiſcopus, vel Dominus non fuiſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus *c. 4. de procur. in 6.* Ita nec Nuntius, cui data eſt poteſtas faciendi omnia, quæ legatus de latere. Nec contrarium probat *L. 1. ff. de tutor.* quia ibi non dicitur, quòd vices Proconſulis aut Præſidis gerens, poſſit omnia, quæ Pro-Conſul, ſed agitur tantùm de datione tutoris, quem dare etiam legatus poteſt *d. L. 1. §. 1.* à particulari autem non rectè infertur ad univerſale. Pariter nihil evincit *c. 10. de privil.* ubi dicitur, quòd verba Papæ debeant aliquid operari. Operantur enim

relativè, quia ſe referunt ad mandatum, & Privilegium Pontificium, quod plerúmque in ampliori forma ejusmodi legatis expeditur.

7. *Quid prætereа eſt ſpeciale inter Legatos miſſos, & Legatos à latere?*

Quòd Cardinali aſſerenti ſe legatum credatur ſinè alia probatione, modo noſcatur eſſe Cardinalis. Inferiori autem Clerico, vel Prælato aſſerenti ſe Nuntium Apoſtolicum non habetur fides, nisì oſtenſis literis Papalibus. Text. & Gloſſ. *in c. fin. diſt. 97. c. 31. de off. del.* Ratio differentiæ eſt, quod Cardinales non ſolean à curia abeſſe ſinè officio Legationis. Engel *hìc n. 8.*

8. *Qualem poteſtatem habent legati nati?*

De jure communi non habent aliam, quam Archi Epiſcopi, ex privilegio tamen major plerúmque illi poteſtas competit, quæ quanta ſit, tenor Privileg inſpiciendus erit. Schmalzg. *hìc n. 8.*

9. *Quomodo finitur officium, & poteſtas legati?*

I. Translatione negotii ad Papam *c. 5. h. t.* II. P Revocationem, ubi tamen probabiliter jurisdictionem non amittit, priusquàm Provinciam excedat. *arg. l 3. ff. de off. Præſid.* III. Morte Legati, non item Pontificis, eò, quòd Legatus habeat jurisdictionem ordinariam *c. 2. h. t. in 6.* vid. Schmalzg. *h. t. n. 10. & fin.*

TIT.

TITULUS XXXI.
De Officio Judicis Ordinarii.

1. *Quis dicitur Judex Ordinarius?*

QUi habet propriam jurisdictionem, id eſt, quam jure ſuo, ſive jure Eccleſiaſticæ Prælaturæ, vel Magiſtratûs, quo fungitur, nomine exercet. *L. 5. ff. de jurisd. L. 1. de offic. ejus*, eóque pacto differt à legato, & quolibet alio, qui alieno nomine jurisdictionem exercet. Vallens. *h. t. §. 1. n. 1.*

2. *Quomodo acquiritur, ſive quis tribuit jurisdictionem ordinariam?*

I. Canon vel lex. *c. 9. h. t. L. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt. jurisd.* II. S. Pontifex, & alii Principes ſæculares. *Can. 33. cauſ. 2. q. 6. & Canon. 10. cauſ. 16. q. 7.* Nec non populus habens ſupremam poteſtatem, utì in Statu Democratico. III. Conſuetudo legitimè præſcripta *d. c. 9. h. t. c. ult. eôd. in 6. cum ſimil.* IV. Privilegium *c. 9. verſ. non enim infrà de judic.* quo modo Univerſitates, & Collegia licita, quæ leges, & Statuta condere poſſunt, ex privilegio, vel approbata conſuetudine Judicem ſibi deligunt ordinarium, veluti univerſitates Studiorum Rectorem Magnificum. Ipſi verò Judices ordinarii vel Magiſtratus S. Pontifice, aut Principe inferiores jurisdictionem quidem ſuam aliis mandare, aut delegare poſſunt, non tamen tribuere ulli jurisdictionem ordinariam *cit. Can. 33. cauſ. 2. q. 6.* idem Vallens. *loc. cit ſuprà n. 2.*

3. *Quis in ſpecie eſt Judex ordinarius?*

Judex ordinarius Eccleſiaſticus in ſpecie eſt omnis ſu-perior, & Prælatus Eccleſiaſticus, & quidem per emi-nentiam S. Pontifex, utpote qui eſt, & appellatur Or-dinarius Ordinariorum. *Can. 17. cauſ. 9. q. 3.* dein-de Cardinales, Patriarchæ, Primates, Archi-Epiſco-pi aliique tales Prælati, quilibet in ſua diæceſi, & Ec-cleſia *c. 1. h. t.* in ordine autem ad hunc titulum Judi-cis ordinarii appellatione propriè venit Epiſcopus, q[ui] hìc & aliàs paſſim ordinarius appellatur.

4. *Eſtné ille, qui jurisdictionem tantùm mandatam habet, ordinarius vel delegatus?*

Confundunt quidem plerumqúe DD. jurisdicti-nem mandatam cum delegata, conſequenter etiam eu[m] qui mandatam habet jurisdictionem, ùt plurimum [ju]-dicem delegatum appellant. Proprie tamen loquen[do] jurisdictio mandata tunc dicitur, quandò ea in unive[r]-ſum ad omnes generaliter, vel ſaltem ad omnes un[ius] generis cauſas committitur, puta quando quis ad tot[am] jurisdictionem ejus nomine exercendam, vel ſaltèm [in] omnibus cauſis civilibus tantùm, aut criminalibus ta[n]-tùm Judex creatur. *L. 16. cum L. ſeq. ff. de juri[sd.]* Cujusmodi mandatam jurisdictionem de jure Canoni-co habet Vicarius Epiſcopi, de jure verò civili le[ga]-tus Proconſulis. Delegatum verò propriè accipim[us], qui ad unam tantùm particularem cauſam termin[an]-dam Judex conſtituitur, isqúe in jure civili, quan[do]-que Judex datus, quandoque delegatus appella[tur] *d. L. 16. ff. & L. à Judice. C. de judic.* Engel *h. t.* *2.* Itaque mandata jurisdictio non tam eſt deleg[a]-

q[u]

quàm ordinaria, & conſequenter etiam Judex mandatam habens jurisdictionem non delegatus, ſed ordinarius rectè dicendus eſt: non quidem eo ſenſu, quòd jurisdictionem jure proprio habeat, ſed quòd hactenus ordinariè tamquam Judex adiri poſſit. Et quia jurisdictio, quam exercet, propria eſt mandantis, adeòque indubitanter ordinaria. idem Engel *n. 3.*

5. *Quid intereſt, ſitné aliquis ordinarius vel delegatus?*

Plurimùm I. enim delegatus ſecundùm dicta in *tit. de off. deleg.* qui non eſt S. Pontificis, cauſam ſibi commiſſam alteri delegare non poteſt, benè autem ordinarius. II. Judex ordinarius quamvìs jure ſaltèm Canonico ùt ſuſpectus recuſari poſſit, illæ tamen cauſæ, ex quibus delegatus poteſt recuſari, non ſemper ſufficiunt ad recuſandum ordinarium. III Delegatus ab aliquo alio quam S. Principe non poteſt exequi ſuam ſententiam *c. 4. de for. comp. & L. 15. ff. de re jud.* Ordinarius verò poteſt, & debet. IV. Citatus ab ordinario ſi dubitet de jure citantis, venire debet, & exceptionem ſuam proponere. *L. 5. ff. de Judic.* citatus verò à delegato non utique, nisì ſibi de delegatione priùs fides fiat, Gail. *lib. 1. obſ. 48. n. 17.* V. Quando jura aliquid committunt ordinariis locorum, tunc appellatione ordinariorum veniunt omnes habentes ordinariam jurisdictionem, nisì ex ſubjectà materia appareat, tantùm Epiſcopos intellectos fuiſſe. Gloſſ. *in c. 3. de offic. ord. in 6.* VI. denique delegatio exſpirat, ſi delegans re integra moriatur, non verò officium Judicis ordinarii *C. 2. de offic. legat. in 6.* Excepto Vicario Epiſcopi, & eô, qui mandatam jurisdictionem habet.

bet, ex ſpeciali ratione, quòd juxta dicta, jurisdicti
illa ſit propria mandantis, & conſequenter unà cum ipſ
exſpiret, ità Engel *h. t. n. 5.*

6. Quod eſt Officium Judicis Ordinarii?

De hoc dicemus in tit. *de major. & obed.* ubi d
ſingulorum Prælatorum Eccleſiaſticorum poteſtate &
jurisdictione agemus.

TITULUS XXXII.

De Officio Judicis.

1. Quis dicitur Judex?

JUdex dicitur, qui jus dicit, poteſtqúe deſcribi: quò
ſit perſona legitima, & vir bonus juris & æqu
peritus de negotiis cognoſcendi, pronunciandíque ju
habens, colligitur ex *c. 10. de V. S.*

2. Quotuplex eſt Judex?

Alius eſt ordinarius, alius delegatus, de quibu
ſuprà. Præterea alius criminalis, qui criminali, &
alius civilis, qui civili jurisdictioni præeſt. Aliu
quoque nationalis, qui & pedaneus dicitur, & nudam
tantùm cognitionem cauſæ habet, neque ſententiam
ferre poteſt. Hi, licèt ferè conſuetudine à foro re
ceſſerint, eſt tamen eorum aliquod veſtigium in com
miſſariis, & auditoribus ſedis Apoſtolicæ.

3. Poſſuntné omnes eſſe Judices?

Poſſunt omnes, qui non prohibentur: proh
bentur autem. I. Surdi, muti, perpetuò furioſi, e
quòd judicio careant. *L. 12. §. 2. ff. de judic.* I
Serv

rvi, quia publica munera ſubire non poſſunt *d. L. 12.* *2.* Si tamen ſervus communi opinione pro libero ıbitus Judicis munere functus fuit, ob utilitatem puicam ejus acta ſuſtinentur. vulg. *L. Barbarius 3. ff.* *offic. Præl.* quem textum DD. hìc extendunt comuniter ad alios etiam profanos & Eccleſiaſticos, ubi dex ſive fori externi, ſive interni ex cauſa aliqua illeimus pro legitimo habitus fuit, de quo vid. Zoës. *l ff. tit. 9. n. 7. & ſeqq.* III. Fæminæ ex eadem tione *d. L. 12. §. 2. & Can. 17. Cauſ. 33. quæſt. 5.* ıcipiuntur tamen illuſtres, & ſi jurisdictio caſtris, t bonis, in quibus fæminæ ſuccedunt, ſit annexa *c.* *de arbitris.* IV. Minor 25. annis, niſi ſit datus Principe, vel de conſenſu partium, tunc enim ſufficınt 18. anni *L. 57. in pr. ff. de re jud.* jure tamen nonico univerſaliter requiruntur 20. anni *c. 41. off.* *leg.* hodie quoque, ubi jurisdictio politica tranſit ad redes per ſucceſſionem, ea etiam ad pupillos, & ɔs quoscunque minores vel naturâ prohibitos transttitur per tutores, curatores, & adminiſtratores exerıda. V. Excommunicati, ſuſpenſi, & ſchismatici, *9. de off. jud. ord. can. 4. cauſ. 24. q. 1. c. 13. §.* *edentes.* Excommunicatio enim ſuſpendit quamnque jurisdictionem, *c. 1. de offic. Vic. in 6.* quòd nen hodie poſt Concil. Conſtant. non aliter obtinet, àm ſi fuerit publicè denuntiatus, vel notorius Clei percuſſor. VI. Infames infamia juris. *L. 12. §. 2.* *de judiciis L. 2. & 32. ff. de R. I.* quia judicem ere eſt dignitas, cujus portæ infamibus non patent. I. Illiterati, & qui carent ſcientia ad officium Judi requiſita, *Nov. 82. & pr Inſt. de offic. Jud.* lem tamen, & juris peritia abſolutè non eſt neceſſaria, dò per conſiliarios, & aſſeſsores poſſit ſublevari. vid. gel *n. 14.*

4. *Quod*

4. *Quod eſt officium Judicis?*

Officium Judicis eſt munus publicum cognoſcendi & definiendi res judiciô poſtulatas. P. König *hic n. 1* unde præcipuè in jure dicendo conſiſtit.

5. *Quotuplex eſt Officium Judicis?*

Duplex, nobile, & mercenarium illud eſt, quo nulli actioni deſervit, dum ſcilicet judex authoritat juris, vel æquitate motus aliquid facit, quod ordinaria actione non erat petitum, vel quia de ſtricto jui non competebat actio, fitqúe vel adjuvando jus com mune v. g. dum parti inopi deputatur Advocatus. *l. 4. §. ait Prætor ff. de poſtulando &c.* vel impugnai do jus commune, dum v. g. conceditur reſtitutio integrum *c. 1. & 2. de reſtit. in integrum.* Me cenarium ſic dictum, quod Judex ſuo modo videat obligatus, ſicut mercenarius ad impendendum ſuu officium actioni propoſitæ, & ſecundùm eam judica debeat. P. Engel *hic n. 21.*

6. *Poteſtné Judex ex Officio ſuo ſupplere, quæ à partibus omiſſa ſunt?*

Ea, quæ ſunt juris poteſt ſupplere. *L. un. C. ut quæ deſunt Advocatis &c.* non tamen, quæ ſi facti, ſaltèm regulariter, ne videatur aſſumere offici partium.

7. *Cur dictum regulariter?*

Quia & ea, quæ facti ſunt quandoque ſupplere teſt. I. Scilicet, ſi factum notum ſit judici ex ac vel publicè notorium. II. Si ſubſit periculum anir

...l favor boni publici, cauſæ piæ &c. III. Quando ...ocedit contra abſentem. vid. Schmalzg. *h. n. 23.* Pich-...l. *n. 9.*

8. *Quæ eſt obligatio Judicis?*

Ut merita, & momenta cauſæ diligenter diſcutiat, ...undùm æquitatem & jura ſententiam ferat. *Can. ...caus. 30. q. 5.* Unde omnis iræ, odii, amoris, ...l amicitiæ paſſio ab eo exulare debet. *Can. 79. ...cauſ. 11. q. 3. L. 19. §. 1. ff. de off. Præſid.* Prin...cipaliter autem obligatur ſecundùm allegata, & pro...bata judicare. *Can. 4. cauſ. 3. q. 7. c. 1. de ſent. & ...jud. in 6. L. 14. c. de jud.* Quare non poteſt re...gulariter ſequi ſententiam privatam, qua de re tamen ...l. Zoëſ. *ad ff. tit. de Judic. n. 48. & ſeqq.* Pich...l. *eod. tit. n. 6. & ſeqq.*

9. *Poteſtné Judex aliquando ferre ſententiam in favorem alterius?*

Non conveniunt in hoc DD. certum tamen eſt, ...qòd ſi favor ſit in jure fundatus, ùt cauſarum pia...rum, miſerabilium perſonarum, in dubio reorum, poſ...ſeſſorum, poſſit Judex cæteris paribus potiùs v. g. pro ...reo, quàm actore, pro cauſa pia &c. judicare, & de...cernere, *c. fin. de ſententia & re judicat.* Simili...ter etiam certum ferè apud omnes eſt, quòd ſi Judex ...penſa rei veritate judicet unam opinionem probabi...liorem eſſe alterâ, non poſſit probabiliore relictâ ſequi ...ſententiam minùs probabilem. Imò in favorem alte...rius ſententiam ferre relictâ probabiliore, damnatum ...eſt ab Innocentio XI. At verò, ſi utraque ſententia ...æquali probabilitate nitatur, tunc aliqui exiſtimant, te-neri

neri Judicem, vel partes ad transactionem, vel compromittendum in arbitros compellere, ſi res ſit indiviſibilis, vel ſi ipſa, aut pretium ejus eſt diviſibile, cuilibet partem æqualem adjudicare. Utì tenet Pichle *h. t. n. 5.* videtúrque pro hac opinione facere *text. in c. 2. de præſumpt.* contrarium tamen ſuſtinet P. Enge *hìc. n. 9.* poſſe nimirum judicem data utrinque æqual probabilitate amplecti quamcunque voluerit, etiam in favorem amici, ità tamen, ut favor non ſit motivum ferendi ſententiam, ſed tantùm in conſequentiam venia ex ratione: tum, quia ſuppoſita æquali probabilitat eligendo alterutram partem nihil contra jura agit, conſequenter non peccat contra juſtitiam: tum quia judex abſolutè tenetur ſententiam ferre, *Nov. 125.* & tranſactiones voluntatis tantùm ſunt, & non neceſſitatis, adeoquè ſuadendæ tantùm, non imperandæ: im ſubindè cautio illa Judici minùs honorifica eſt, qua (quod ſæpiùs accidit) videatur neſcire in cauſa ardu ſententiam ferre: dividere autem utrique adjudicand medietatem propterea poſſe non videtur, quia deb ferre ſententiam conformem libello, quæ talis non eſſet, ſi petenti totum, & probanti adjudicaret parten nec contrarium probat *cit. c. 2. de præſumpt.* cum i non dicatur rem litigioſam inter partes eſſe dividendar ſed ſolùm referatur exemplum Regis Salomonis int duas mulieres ſuper uno infante litigantes ex ſimulati ne judicium facientis.

10. *Poteſtné Judex accipere munera?*

Minimè, nè, quidem ab eo, qui juſtam cauſa fovet, eò, quòd juſtitia non ſit pretio æſtimabil, nec ſententiæ debeant eſſe venales *c. 11. §. inſuper*

ſcript. in 6. c. 10. de vit. & honeſt. Cleric. l. 18 de offic. Præſid. & auth. novo jure C. de pœna dic. Excipiuntur tamen eſculenta, & potulenta ſpontè oblata. vid. König *h. t. n. 25.* Pichler *eód. t. n. 10.*

11. *Sed quid dicendum de ſportulis?*

Jure civili ordinarius tantùm Judex eas accipere prohibetur, eo, quòd ſupponatur aliunde, ſcilicet à principe, republica, vel domino ſufficiens habere ſalarium. Delegatus autem, cùm nihil tale habeat, poteſt aliquid ſportularum nomine accipere. *Nov. 82. c. 9.* Quia nemo propriis ſtipendiis militare cogitur. At verò jure Canonico nec ordinarius, nec delegatus ſportulas exigere permittitur. *Cit. c. 10. de vit. & honeſt. Cleric.* eò, quòd in hoc foro ordinariè delegatio fieri ſoleat perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ ſufficientem ſuſtentationem ex beneficio habere præſumitur. Conſuetudine tamen, quaſi univerſali in utroque foro illud videtur eſſe receptum. Quam etiam valere, & tolerari poſſe adſtruit Engel *hìc n. 12.* eò, quòd ſportulas accipere jure tantùm poſitivo humano ſit prohibitum.

12. *Quotuplex eſt in Judice poteſtas?*

Duplex: una, quæ civilibus, & alia, quæ criminalibus cauſis deſervit. Illa communiter juriſdictio, vel mixtum imperium, hæc imperium merum appellatur. vid. Zoës *ff. de juriſd. n. 7. & ſeqq.*

13. *Quid & quotuplex eſt Juris-dictio?*

Jurisdictio in genere nihil eſt aliud, quàm pot(e)ſtas jure publico introducta, ut unicuique, quod ſuu(m) eſt, judicis officiô tribuatur, vel poteſtas publica ſt(a)tuendi de civili, & criminali negotio. Zoës *d. t. n.* In ſpecie verò, ſive quatenus opponitur mero Imp(e)rio, & dicitur mixtum imperium, eſt poteſtas, qu(æ) officio judicis mercenario expeditur, privatam utilit(a)tem reſpiciens. Et alia eſt ordinaria, alia delegat(a) alia civilis, alia criminalis, utì ex præmiſſis appare(t) alia præterea civilis, ſive temporalis, quatenus opp(o)nitur Eccleſiaſticæ, & ad cauſas merè civiles, ſive ſ(æ)culares, & temporales pertinet. Alia Eccleſiaſtic(a) ſive ſpiritualis, quæ circa cauſas ſpirituales, & Eccl(e)ſiaſticas exercetur. Alia contentioſa, alia voluntar(ia). Illa exercetur in invitos, quò pertinent omnia, quæ j(u)re actionis veniunt. Hæc in volentes, & non co(n)tradicentes, quò ſpectant diſpenſationes, abſolution(es) à cenſuris, & peccatis, adminiſtrationes Sacrament(o)rum &c.

14. *Quid eſt Imperium merum?*

Eſt poteſtas, ſive jurisdictio, quæ officio Judicis n(o)bili exercetur publicam authoritatem principaliter (re)ſpiciens. Vel ùt dicit Ulpianus *in L. 3. ff. de juri(sd.)* eſt jus gladii ad animadvertendum in facinoroſos h(o)mines. Hoc hodie plerùmque à practicis vocatur (Ju)risdictio alta, Germanicè: Die hohe Obrigkeit, o(der) Landgerichtliche Herrlichkeit. Item Blut-Geric(ht) cui opponitur jurisdictio baſſa, vel Vogteia, Nied(er)gerichtbarkeit, Vogteyliche, oder Hofmans-Gere(ch)tigk(eit)

gkeit, ſive uti hic in Auſtria eſt in uſu, die Grund-
nd Dorff-Herrlichkeit.

15. Cur vocatur merum?

Merum dicitur, quod principaliter conſiſtat in coër-
tione ipſa lege dictante pænam. *L. 1. §. 4. ff. ad*
nat. Conſult. Turpil. ad diſtinctionem mixti imperii,
uod jurisdictioni cohæreat, & uti dictum jus princi-
liter reddit partibus, controverſias definiendo, exe-
tio autem tantùm fiat à judice in caſu, quô partes
nt negligentes. Notandum autem hic eſt, quòd me-
m imperium certis diſtinguatur gradibus, quorum
s recenſet P. Engel *hic n. 17.* Primus continet
nam mortis naturalis. Secundus pænam mortis ci-
is, qua nimirum alicui jus civitatis Romanæ, & vi-
civilis auffertur, veluti deportatione, damnatione
metallum, aut ad perpetuos carceres. Et Tertius
as pænas non capitales, uti v. g. eſt fuſtigatio, re-
atio, bonorum publicatio &c.

16. Daturné de jure Canonico merum imperium?

Negat hoc abſolutè Zoës: *ad tit. de offic. Jud.*
eg. n. 18. eò, quòd hoc jure pæna gladii, & ſan-
inis nulli irrogetur, nec Eccleſia habeat gladium, ut
cidat, ſed, ùt vivificet. Contrarium ſuſtinet P. En-
h t. n. 18. ex ratione, quòd utique negari non
ſſit, penes Eccleſiam eſſe gladium ſaltèm ſpiritualem,
tà excommunicationis, quæ pænæ capitali compa-
ur, quia vitam ſpiritualem hominis tollit. Item
teſtatem degradandi, confiſcandi, corporaliter ca-
andi, & perpetuis carceribus mancipandi. Et li-

cèt fortè primus gradus meri imperii, ſcilicet ademptio vitæ naturalis deficiat, & ſic merum imperium ſecundùm omnem ſuam latitudinem penes Eccleſiam non reperiatur, exinde tamen non rectè ſequitur penes eam non eſſe merum imperium, ſaltèm ſecundùm aliquos gradus, cùm à particulari ad univerſale non rectè infeſatur.

17. *Competitné etiam Academiis?*

Ità hoc quoque adſtruit P. Engel *hic n. 29. per auth. habita. C. nè filius pro patr.* quæ generalis eſt, & Magiſtratui Academico in omni negotio jurisdictionem in Scholares attribuit. De noſtra univerſitate Viennenſi res dubio caret, propter privilegia ſpecialia eidem conceſſa, & hactenus quoad hunc paſſum in viridi obſervantia retenta.

18. *Quomodo acquiritur jurisdictio?*

Per legem, vel Canonem, deinde per ſpecialem Principis conceſſionem, vel Privilegium, item per conſuetudinem, vel præſcriptionem. P. König *n. 7. d offic. jud. ord.* an autem & quali tempore merum quoque imperium præſcribi valeat, vid. P. Engel *hic n. 2; & ſeq.*

19. *Poteſtné jurisdictio pactis privatorum acquiri?*

Non, quia jurisdictio eſt poteſtas publica, qu pactis privatorum non datur. *L. 3. c de jurisd. om. jud.* Poſſunt tamen privati jurisdictionem haber prorogare, quod 4. modis evenire poteſt. I. De perſona ad perſonam. II. De re ad rem. III. De lo ad locum. IV. De tempore ad tempus. Priori m-

lo prorogatur jurisdictio, quando litigantes libero ſuo conſenſu ſubjiciunt ſe judici, cæteroqui non competenti. *L. 18. ff. de jurisd. L. penult. c. de pactis*, ſive ſint expreſſè, ſive tacitè adeundo judicem ſcienter incompetentem omiſſa fori præſcriptione *L. 1. & 2. ff. de judic.* modò tamen à jure non ſit aliquis prohibitus, ùt ſunt Clerici, qui jurisdictionem Laici in ſe nunquam, Judicis autem Eccleſiaſtici incompetentis, non aliter, quàm cum conſenſu proprii ordinarii poſſunt prorogare *c. 12. & c. 18. de for. comp.* Secundo modo, ſcilicet de re ad rem quando judex certarum cauſarum jurisdictionem habens ex conſenſu partium de aliis quoque cauſis judicium aſſumit *c. 32. de offic. deleg. L. 74. §. 1. ff. de judic.* Tertio modo de loco ad locum prorogatur jurisdictio, quando delegatio facta eſt ad certum locum, partes tamen conſentiunt, ut & alibi jus eis dicatur *c. 11. §. in nullo de reſcr. in 6.* Et Quarto demum, quando partes tempus delegationi præſcriptum conſenſu ſuo extendunt. Engel hic *n. 30. & ſeqq.*

10. *Si cui venditur, vel conceditur caſtrum, cenſeturné etiam conceſſum merum, vel mixtum imperium?*

Diſtinguunt DD. an merum, vel mixtum imperium ſit annexum Caſtro, & tunc poterit poſſeſſor talis caſtri exercere jus gladii, & jurisdictionem. Quod ſi autem jurisdictio caſtro non ſit annexa, non tranſit ad poſſeſſorem. Ratio Primi, quià acceſſorium ſequitur principale. Ratio Secundi, quia ſeparatorum diverſa eſt ratio, nec uno vendito, vel conceſſo alte-

rum quoque venditum, niſi aliud actum ſit. vid. Enge *hic n. 26.* & Zoës *ad ff. tit. de juriſd. n. 34.*

TITULUS XXXIII.

De Majoritate, & Obedientia.

1. *Quid eſt Majoritas?*

EST prærogativa, quâ quis aliis eſt dignior, & ho norabilior. P. König *hic n. 1.*

2. *Unde Majoritas hæc deſumitur?*

I Ex dignitate, & jurisdictione *c. 8. de off. Ar chidiac. c. 11. h. t.* II. Ex ordine *c. 15. h. t.* III. E benedictione, & conſecratione *c. 12. & 15. h.* IV. Ex dignitate ordinantis, ſic ordinatus à S. Pont fice præfertur cæteris *c. 7. h. t.* V. Ex tempore *c.* *h. t.*

3. *Quis juriſdictione, & dignitate in Eccleſiaſtica Hierarchia cæteris præeminet?*

Papa, quippe ille Ordinarius Ordinariorum dic tur, habetque de jure communi concurrentem juri dictionem, cùm omnibus Prælatis Eccleſiaſticis, it ut quilibet prætermiſſo ſuo ordinario poſſit apud dem Apoſtolicam agere. *Can. 17. & 21. Cauſ. 9. q. 3.*

4. *O*

4. *Obtinetné etiam præeminentiam ſuper Principes ſæculares?*

Ingens, & valdè delicata eſt iſta diſceptatio inter oliticos, & Eccleſiaſticos, an Papa ſit major Impetore? in qua P. Engel *hìc n. 5.* poſt allatam triplim ſententiam judicium ſuum ſuſpendit. De præeminentia dignitatis declaratum eſt in *Can. 10. diſt. 69. c. 6. h t.* dignitatem Pontificiam eminere ſuper Imratoriam. De eminentia autem jurisdictionis communiter traditur, quòd Pontifici quidem competat jusdictio etiam temporalis ſuper omnes mundi Princis, ſed tantùm in ſubſidium ſpiritualis, quatenus eſt ceſſaria ad rectam Eccleſiæ, & animarum gubernaonem *arg. c. 13. qui filii ſint legitimi & c. 13. de diciis, ac. c. 7. de appellat.* vid. P. Pichler *ſuprà offic. judic. ord. n. 8.*

5. *Papa unde dictus, & à quo Papatus inſtitutus?*

Papa à græca voce papos, id eſt Pater Patrum ditur. Papatum verò jure divino in D. Petrum, & us ſucceſſores à CHRISTO Domino fuiſſe inſtiitum, fide Catholica credendum, & probatur ex ext. Joan. 21. & Matthæ. 16. vid. Engel *hic n. 2.*

6. *Quid habet ſingulare Papa præ aliis Prælatis Eccleſiaſticis?*

Quòd à nemine judicetur. Unde in judiciis nec ùt ſpectus recuſari, nec ab eo appellari poteſt, & ap-

pellantes à ſententia Papæ incidunt in Bullam Cænæ. Engel *hic n. 6.* Præterea S. Pontifex loquens ex Cathedra eſt infallibilis in decidendis fidei controverſiis, etiam extra Concilium generale, ùt pulchrè probat Pichler *d. t. n. 7.*

7. *Qualem poteſtatem habet S. Pontifex?*

Duplex communiter poteſtas adſtruitur S. Pontifici, una ordinaria, & alia abſoluta, quæ etiam plenitudo poteſtatis dicitur. Ordinaria dicitur ea, quæ jure eſt regulata. Abſoluta verò, quando Papa aliquid pro ſuo arbitrio contra SS. Canones ſtatuit, vel diſpenſat, ſed non nisì in caſibus extraordinariis, in quibus aliàs diſpenſari non ſolet, quâ proinde plenitudine poteſtatis non cenſetur uti, nisì ſit addita clauſula, *de plenitudine poteſtatis, vel non obſtantibus &c.* eò, quòd jura ſint fundata ſuper ratione, à qua recedere non ſolet ſine cauſa.

8. *Sed poteſtné Pontifex diſpenſare in jure divino?*

Communior diſtinguit inter jus divinum abſolutè, & de ſe omnes obligans, & obligans tantùm præſuppoſita voluntate humanâ, ùt in voto, juramento &c. In hoc poſteriori diſpenſare poſſe, concedit, cùm non fiat propriè diſpenſatio, ſed magìs relaxatio: in priori verò negat, eò, quòd diſpenſans debeat eſſe ſuperior lege, in qua diſpenſat. Clement. *2. in princ. de Elect.* declarare tamen poſſe jus divinum in hoc, vel illo caſu non obligare, admittit; in effectu verò parùm differt, ſive enim dicatur diſpenſare ſive declarare, ſem-

P

er oritur deobligatio à lege. vid. Engel *hîc n.*

9. *Obligaturné etiam Pontifex legibus Canonicis?*

Obligatur quidem, ſed vi tantùm directiva, & ſeundùm dictamen rectæ rationis, non autem coactiva, um nullum habeat ſuperiorem, cui obedientiam deeat *c. 20. de elect.* vid. ſuprà *tit. de conſtit. q. 17.*

10. *Qui proximum poſt Pontificem locum obtinent?*

SS. Romanæ Eccleſiæ Cardinales.

11. *Unde hi dicti, & quæ eorum Origo?*

Cardinales ſunt dicti à Cardine, nam ſicut ſuper ardinem volvitur oſtium Domûs, ità ſuper hos ſees Apoſtolica, totius Eccleſiæ oſtium quieſcit, & ſuentatur. Eugenius IV. in conſtit. *Non mediocri,* riginem ſuam videntur figuraliter habere à ſacerdotius, & Levitis antiqui teſtamenti, exemplariter verò quoad officium ab Apoſtolis, quoad nomen à Sylveſtro Papa. vid. Pichler *cit. tit. n. 3.* Schmalzg. *eòd. it. n. 12.*

12. *Quis poteſt creare Cardinales?*

Solus Pontifex, Imperatoribus tamen, & Regibus uandoquè jus nominandi certas qualificatas perſonas

competit, quibus deinde Pontifex Cardinalitiam dignitatem confert.

13. *Quot ſunt gradus Cardinalium?*

Tres. Alii ſunt Cardinales Epiſcopi. Alii Cardinales Presbyteri, & alii Cardinales Diaconi. Hodie ſunt numero 72. & ſinguli habent ſuos titulos, à quibus denominantur, veluti Hoſtienſis, Veliternus, Albanus &c. Numerus autem iſte eſt in arbitrio S. Pontificis, ità, ut eum vel augere, vel minuere poſſit Teſte Azor. apud Schmalzg. *n. 13. de off. jud. ordin.*

14. *Quæ ſunt prærogativæ, & poteſta Cardinalium.*

Habent ſummam poſt Pontificem Romanum præeminentiam. Unde etiam dicuntur Eminentiſſimi, & licèt non ſint Epiſcopi, ſunt tamen digniores Epiſcopis, Archi-Epiſcopis, & Patriarchis. Maxima verò eorum poteſtas, & officium eſt, quòd non tantùm orto Schismate Concilium convocare, & de eligendo vero Pontifice convenire valeant, ſed aliàs quoque mortuo S. Pontifice jus eligendi novum Pontificem hodie ſaltem penes ſolum Cardinalium Collegium reſideat uti videre eſt apud Engel *hic n. 20.* De conſuetudine quoque dicuntur habere privilegium, quòd ad mortem damnatos, ſi pileo ſuo tegant, liberare poſſint plura vid. apud Schmalzg. tit. de Offic. jud. ord. *n. 14 & ſeqq.*

15. Qu

15. Qui ſequuntur Cardinales?

Proximum poſt hos locum obtinent Patriarchæ, inde Primates, pòſt Archi-Epiſcopi, & demum [E]piſcopi.

16. Patriarchæ qui, & unde dicti?

Patriarcha nomen eſt græcum, quod ſummum Pa[tr]em, ſive Patrum & Epiſcoporum Principem denotat: ſunt autem illi Prælati, qui non unius tantùm Provinciæ, ſed totius Regni, vel Imperii Epiſcopis, & Archi-Epiſcopis præponuntur. *Can. 1. diſt. 80.*

17. Quotuplices ſunt?

Alii dicuntur majores, alii minores. Illorum (poſt [R]omanum Pontificem Baſilicæ Lateranenſis Patriarcham, & cæterorum Patriarcharum Principem) quatuor in jure numerantur: nimirum Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Jeroſolymitanus. Reliqui verò minores ſunt. Aquileenſis, Venetus, Æthiopiæ, & Jndiarum, qui autem, non niſi [no]mine diſcrepant à Primatibus. *Can. 2. diſt. 99.* unde [i]n jure ſtatuta de Patriarchis, de majoribus intelligenda ſunt.

18. Quæ Patriarcharum poteſtas?

Majorum poteſtas olim valdè ampla fuit, poterant [en]im Archi-Epiſcopis ſibi ſubditis Pallium conferre. De [ca]uſis illorum cognoſcere, eosque ex juſta cauſa deponere: Crucem non tantùm in ſuo Patriarchatu, ſed [u]bique ſummo Pontifice, vel ejus legato de latere non [pr]æſente, præ ſe ferre. *c. 23. & Clement. 2. de Privileg.*

leg. Verùm hodie occupantibus eorum Eccleſias paga nis, ſunt tantùm titulares.

19. *Qui ſunt Primates?*

Primates ſunt illi Archi - Epiſcopi, qui conſtitu ſunt ad regendas Metropoles, ſeu in alios Archi-Epiſco pos, & Epiſcopos non exemptos aliquam Jurisdi ctionem exercent. *c. 9. h. t.* qualis in Germania olir Magdeburgenſis nunc verò Salisburgenſis, in Italia P ſanus, in Hungaria Strigonienſis &c. eſt.

20. *Quæ eorum poteſtas?*

Jure communi confirmant Epiſcopos ſedi Apoſtoli cæ non immediatè ſubjectos: audiunt querelas adver sùs Archi-Epiſcopos, & negligentiam eorundem ſup plent, ad eosque ab Archi - Epiſcopis appellatur, u videre eſt apud Schmalzg. *cit. tit. n. 21.*

21. *Qui dicuntur Archi-Epiſcopi?*

Archi - Epiſcopi à græca voce Archos, quod pr mum, ſeu Principem denotat, dicuntur. Metropol tani verò à Metropoli, ſeu civitate, quæ aliarum Civ tatum, ſeu Diæceſium eſt quaſi mater. Sunt auten illi Prælati, qui ſupra Epiſcopos alios in officio, & ju risdictione eminent. *Can. 1. diſt. 12.* diſtrictus ec rum vocatur *Provincia*, Epiſcoporum verò *Diæceſis* vel civitas, aut Parochia Epiſcopi, ipſi quoque vocantu ſuffraganei, quod Archi-Epiſcopo in conciliis Provir cialibus, conſecrationibus ſuffragari jubeantur.

22. *Quam poteſtatem, & jurisdictionem habent Archi-Epiſcopi?*

Duplex in Archi-Epiſcopis reperitur ſuperioritas, a reſpectu ſuæ immediatæ diæceſeos. Altera reſpectu Archi-Epiſcopatûs. Vigore primæ habent eam jurisdictionem, eáque jura, quæ quilibet alii Epiſcopi in ſuis Epiſcopatibus. Vigore ſecundæ ſunt, & dicuntur Ordinarii omnium Epicoporum ſuæ Provinciæ, ideóque ſuper eorum cauſis de jure rectè cognoſcunt. *Can.* *Cauſ. 10. q. 3. c. 11. in pr.* & ibi Abbas *n. 2. de Offic. ord. & c. 1. eod. in 6.* nisì quòd jure novo Trid. *ſeſſ. 24. de Refor. c. 5.* cauſæ criminales ſint exceptæ: negligentiam quoque eorundem ſupplent, & electiones ſuorum ſuffraganeorum (quatenus S. Pontifici non ſunt reſervatæ) confirmant, congregántque Concilium Provinciale, qua de re P. Engel pluribus *hic n. 26. & ſeqq.*

23. *Sed habentné etiam aliquam jurisdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum?*

In hos nulla competit Archi-Epiſcopo jurisdictio, itèm in prima inſtantia *c. 11. de Offic. ord. c. 7. de ſent. excom. in 6.* paucis caſibus exceptis, de quibus Engel, *hic. n. 31.*

24. *Epiſcopi unde dicti?*

Epiſcopi dicti ſunt à græco verbo Epi- quod ſuper, & ſcopos, quod intentio ſignificat, unde in *Can. 11. Cauſ. 8. q. 1.* Superintendentes, & in *Can. 1. diſt. 21.* Speculatores appellantur: eò, quòd Clero, & populo præſint, & in certo diſtrictu diſciplinæ Eccleſiaſticæ curam gerant.

25. *Quo-*

25. *Quotuplex eſt poteſtas Epiſcoporum?*

Duplex: alia eſt ordinis, quæ dependet ab ordine & charactere Epiſcopali, & conſiſtit potiſſimùm i confirmando, ordinando, & conſecrando. Alia eſt jurisdictionis, per quam Epiſcopus conſtituitur Judex, & Paſtor Eccleſiæ.

26. *Quo jure poteſtas jurisdictionis Epiſcopis competit?*

Gravis eſt de hoc controverſia inter DD. an nimirum Epiſcoporum poteſtas immediatè ex jure divino an verò poſitivo humano deſcendat? prout videre e apud Schmalzg. *loc. ut ſuprà n. 26.* qui eam immediatè ab Eccleſia deſcendere contendit. Sed pugna hæ diſtinctionis fœdere facilè conciliatur: nam vel juris dictionem Epiſoporum conſideramus in Theſi, ac ſecundùm ſe, & eatenus utique immediatè à Chriſt eſt inſtituta, vel eam conſideramus in Hypotheſi qu ad certas diæceſes, & prout hic vel ille populus e ſubjectus Eiſcopo: et ſic deſcendit à S. Pontifice. Pa I. probatur ex actis Apoſt. *20. v. 28.* ubi Paulus a Epiſcopos, & Presbyteros Epheſinos inquit, *attendi vobis, & univerſo gregi, in quo Spiritus Sanctus v poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Pars II. conſt ex *Can. 18. Cauſ. 24. q. 1. Can. 1. diſt. 22.* ibi, omn Epiſcoporum cathedras, vel Eccleſiarum cujuslibet o dinis dignitates inſtituit Romana Eccleſia, & hôc mo intelligendum eſt, quod dicitur, quòd Epiſcopi in pa tem tantùm ſolicitudinis minimè etiam in plenitud nem poteſtatis ſint vocati, *Can. 12, cauſ. 2. q. 6.* vi Pichler *de Offic. ord. n. 15.*

27. *In quo conſiſtit Jurisdictio Epiſcopi?*

Si nomen jurisdictionis latè accipitur, prout etiam ..., quæ ſunt ordinis comprehendit, conſiſtit in lege ju...dictionis, & diæceſana: prima tenentur omnes Ec...eſiæ tam ſæculares, quàm Regulares in ejusdem diæ...ſi ſitæ, nisì ſint ſpecialiter exemptæ. *Can. 17. cauſ. ... q. 2.* à ſecunda eximuntur ipſo jure Eccleſiæ Regu...es, ſeu Monaſteria, etsì aliàs jurisdictioni ordinarii ...bjecta ſint. *Can. 1. cauſ. 10. q. 1. Can. 8. cauſ. ead. ... 3.* Capellæ tamen, & Parochiæ Monaſteriis incor...ratæ ſubjacent tam legi diæceſanæ, quàm jurisdictio...li, etſi monaſteria exempta ſint. Quod autem fallit, ... ipſæ Capellæ vel per præſcriptionem, aut conſuetudi...m, vel privilegium ſint exemptæ. Gloſſ. *in c. 18. de ...fic. Jud. ordin.* Schmalzg. *tit. de Offic. ord. n. 27.* ...d. quæ dicta ſunt ſuprà in tit. de conſtit. q. 20.

...8. *Quæ pertinent ad legem diæceſanam, & quæ ad legem jurisdictionis?*

Ad legem diæceſanam præcipuè pertinent, quæ ...nſiſtunt in recipiendo, ùt Cathedraticum, chari...ivum ſubſidium, quarta decimationum, quarta mor...ariorum, quæ & portio Canonica dicitur: Procura...ones, & ſimilia: quamquam omnes ferè iſtæ ex...ctiones in deſuetudinem hodie abierint, teſte quotidia... experientia, & dicemus infrà ad tit. de cenſibus. ...xceptis Procurationibus viſitationum, & charitativo ...bſidio P. Pichler *cit. tit. n. 18.* Ad legem verò juris...ctionis ſpectantia præcipuè conſiſtunt in dando, ſeu ...ciendo, ut I. cauſas cognoſcere, ſententias ferre *c. ... de off. Jud. ord.* II. Corrigere, & punire crimina ...bditorum pertinentia ad forum Eccleſiaſticum *c. 1. de*

de off. ord. III. Conferre beneficia *cit. c. 16.* item in quirere de canonica inſtitutione *c. 3. de off. in 6.* IV prædicare verbum Dei *c. 15. de off. ord.* Trid. *ſeſſ. 5. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 4. de Refor.* viſitare diæceſim. Trid. *ſeſſ. 24. c. 3. de Refor.* cenſuras ferre non tantùm ver bales, ſed etiam reales. *c. 7. de off. ord. in 6.* Conder ſtatuta, concedere indulgentias etiam pro exempti Item in pænis à ſe, vel ſuperiore latis diſpenſare. *c. 1. §. ad hæc de pænit. & remiſſ.* Trid. *ſeſſ. 24. c. 6. de Refor.* de quibus vid. Engel *h. t. n. 37. & ſeq.* Schmalzg. *de offi. ordin. n. 27. & ſeqq.*

29. *Quousque ſe extendit poteſtas Jurisdictionis Epiſcopi?*

Epiſcopus vi legis Jurisdictionalis generaliter po teſt omnia in ſua diæceſi, quæ Pontifex per totam Eccle ſiam, uti habet cõmune procardicon, & probatur ex *c.* *de Offic. Archi-Presbyt. & c. 16. h. t.* hinc poteſt omni ea facere, quæ paulò ante ad legem jurisdictionis ſpecta diximus, abſolutè & independenter à ſede Pontificia.

30. *Sed poteſtné etiam in jure communi diſpenſare?*

Volunt hoc aliqui univerſaliter ex dicta regula, n caſus aliqui ſpecialiter ſint excepti, ſed contraria opi nio, quam tuetur Engel *hic n. 48.* verior eſt, quòd n mirum poteſtas hæc Epiſcopis regulariter, & per non competat: eſt enim principium juris, quòd inferi non diſpenſet in lege ſuperioris, & quòd unumquo que eo modo diſſolvi debeat, quo colligatum eſt. N obſtat regula ſuprà dicta, quia intelligenda eſt cum ce ta ſubordinatione, & ſalvo jure ſuperioris. Dico aute *regulariter & per ſe.* Per accidens enim, vel ex co

ſu-

etudine, vel per Epikiam, & tacitum conſenſum, & ultò magis, ſi ipſum jus id eis tacitè, vel expreſsè ncedat, poſſunt in plerisque caſibus diſpenſare. Sic confuetudine diſpenſant in lege jejunii, & feſtorum: r epikiam, quando ex una parte eſt urgens diſpenndi neceſſitas, v. g. periculum animarum, ſcandam &c. quod moram non patitur: ex altera verò difilis ad Papam recurſus, vel notoria ſupplicantis paurtas ſubeſt: item quando dubium eſt, num opus ſit ſpenſatione Papali. Tacitè concedit ipſum jus, quan imperſonaliter dicit, *diſpenſetur*, *diſpenſari* poſ *diſpenſativè fieri poterit*, cùm enim per ſe clarum Pontificem in jure ſuo diſpenſare poſſe, per hujusodi verba, nè nihil operentur, cenſetur poteſtas dienſandi conceſſa Epiſcopis. Expreſsè autem, quando diſertis verbis concedit jus commune, ùt accidit in onc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 6. de Refor.* ubi generaliter dar Epiſcopis poteſtas diſpenſandi in omnibus irregularibus ex delicto occulto provenientibus, modò non oveniant ex homicidio voluntario, aut aliis detis ad forum contentioſum deductis. P. Pichler. *cit. . n. 16.*

1. *Sed quomodo hic intelligendum Trid. tantùm de irregularitatibus præcisè ex deli, an verò etiam aliunde v.g. ex bigamia, vel illegitimis natalibus, aut ex judicio Sanguinis juſto provenientibus?*

Sunt aliqui, qui cit. Trid. præcisè ad irregularitates delicto provenientes reſtringunt, à quibus autem cedit Engel *hic n. 50.* ex ratione, quod facultas dienſandi ſit privilegium nemini præjudicans, & tum

 Epi-

Epiſcopis tum diſpenſandis favorabile, conſequenter latiùs interpretanda, ut delicti nomine non tantùm veniat peccatum in genere morum, vel contra præceptum, ſed etiam defectus in virtute, perfectione, lenitate, & ſimilibus, ùt in bigamo, illegitimo &c. aliàs enim manifeſtè ſequeretur aliquod juris inconveniens, quòd nimirum delinquens ex delicto commodum reportaret, & eſſet melioris conditionis, quàm irregularis non delinquens. Nec obſtat, quòd Concilium faciat tantùm mentionem delicti, & non generaliter concedat diſpenſationem: nam Trid. non tantùm loquitur de irregularitatibus, ſed ſimul etiam cenſuris Papalibus, quæ ſinè delicto, & quidem mortali non incurruntur, ut propterea delictum cenſuras maxime reſpicere, & ad eas principaliter referri videatur.

32. *Sed quando dicitur delictum occultum? Item quandò cenſetur ad forum contentioſum deductum?*

Communior eſt, delictum tunc dici occultum, ſi arbitrio prudentis viri non ſit notorium apud pleros que, & aliqua ſaltèm tergiverſatione celari poſſit, licè fors per teſtes probari poſſit. Item ſi ipſa radix ſit oc culta. Et hinc cenſent, poſſe diſpenſare Epiſcopun in irregularitate, quam contraxit excommunicatus ce lebrans, quando excommunicatio eſt occulta, licèt ce lebratio ſit notoria. Pariter ſi delictum eſt occultun in loco, in quo diſpenſatio petitur, publicum verò, ut eſt commiſſum. Dummodò non amplius redeat ad lc cum ùbi eſt publicum, quia tunc ceſſat periculum ſcar dali. Ad forum vero contentioſum tunc ſinè dubi deductum cenſebitur delictum, quando quis ſuper e civiliter vel criminaliter jam eſt conventus. Vult autei

Eng

Engel hìc, quòd ſufficiat etiam ſola citatio, tum, quia regulariter per citationem dicatur judicium cæptum, *c. relatum 19. c. gratum. 20. de Offic. deleg.* tum, quia hôc ipsô jam periculum divulgationis apertè ſubeſt. ſi tamen judicium quoquo modo progreſſum non obtineret, actore fortè ab agendo deſiſtente, vel reo ex defectu probationum abſoluto, rediret facultas diſpenſandi ad Epiſcopum. Idem Engel *loc. cit.*

33. *Sed quid ſi Epiſcopus ipſe committeret delictum, quod diſpenſatione indigeret?*

Non poteſt quidem ſecum ipſo diſpenſare, cum nemo in ſe exerceat jurisdictionem, poſſet tamen per benignam Canonum interpretationem declarare ſe non eſſe obligatum. Conſultiùs tamen fecerit, ſi confeſſario poteſtatem ſe abſolvendi dederit. Idem Engel *n. 57. h. t.*

34. *Habentné etiam Epiſcopi aliquam jurisdictionem in Regulares exemptos?*

Non habent, nisì in quantum hæc eis in aliquo caſu à jure ſpecialiter conceſſa reperitur, prout in ſpecie conceditur Epiſcopis in Conc. Trid. *ſeſſ. 6. c. 3. & ſeſſ. 7. c. 14. de Reform.* quòd regulares exemptos etiam de licentia ſui ſuperioris extra clauſtra monaſterii degentes, ac delinquentes poſſint corrigere, & punire: quod tamen de propriè degentibus intelligendum eſt, hoc eſt de iis, qui longiore aliquo tempore. v. g. Studiorum causâ extra conventum, & monaſterium commorantur. Unde ſub hac conſtitutione non cenſebuntur comprehenſi eſſe illi, qui de licentia ſuorum ſuperiorum

rum per aliquot tantùm dies, aut etiam ſeptimanas, v. g. prædicationis, confeſſionum excipiendarum, vel etiam recreationis causâ hactenus foris exiſtunt. Sicut etiam in ordine ad hanc coërcitionem non cenſentur eſſe excluſi Abbates, & Prælati talium Regularium delinquentium, ùt benè advertit Reiffenſt. *tit. de offic. ord. §. 5. n. 111. & 115.* Plures alios ſimiles caſus recenſent DD. paſſim & videri poſſunt apud præcit. Reiffenſt. *d. §. 5 & §. 6. per tot.*

35. *Qui ſequuntur ordine Epiſcopos?*

Poſt Epiſcopos in Curia Romana proximi ſunt Prothonotarii Apoſtolici.

36. *Qui ſunt iſti Prothonotarii Apoſtolici?*

Tales olim dicebantur, qui Martyrum acta, & geſta conſcripſerant: hodiè autem eorum Officium eſt, ut annotent ea, quæ in publicis Conſiſtoriis geruntur, & rogati conficiant inſtrumenta publica.

37. *Qui, & quotuplices ſunt hodie, & quæ eorum privilegia?*

Sunt in duplici differentia, alii enim dicuntur *Participantes*, qui ſcilicet actu ſerviunt in Romana curia quorum olim erant. 7. hodie autem ex bulla Sixti V. ſunt 12, Et inter alia eorum privilegia eſt, quod præcedant Abbates, & alios Prælatos Epiſcopô inferiores in curia Romana. Alii ſunt *non Participantes*, ſeu titulares, qui præter nomen nullam habent dignitatem nisi eatenus, ut iis cauſæ papales delegari poſſint: conceditur ipſis quoquè, ut poſſint habitum Prælatorum rochetum, & mantelletum geſtare, & ſuper inſignibus ſuis pileo uti. Engel *hic n. 57. & ſeqq.*

38. *Quæ*

8. *Qualem præcedentiam habet Vicarius Epiſcopi Generalis?*

De jure ſede plena primum locum obtinet poſt
piſcopum , ſede vacante cedit Præpoſito, Decano,
el alteri, qui primam in Eccleſia Cathedrali ab Epiſco-
ali dignitatem obtinet ; præcedit autem Canonicos
eteros. Schmalzg. *h. t. n. 8.* & alii apud eundem.
onſuetudine tamen in multis locis contrarium obſer-
atur, ità , ut propter hoc Officium ſpecialem præce-
entiam non habeat. De horum Officio & dignitate
m ſuprà dictum in tit. de Officio Vicarii.

9. *Quid dicendum de Capitulo Cathedralis Eccleſiæ?*

Si collegialiter ſit congregatum reliquos Prælatos
piſcopô inferiores præcedit, nisì quidam inferiores
rælati, ex privilegio , vel præſcriptione anteponan-
ır ; Singulis verò Canonicis præferuntur Abbates,
: cæteri Prælati Schmalzgr. *hìc n. 7.* quam autem, &
ıalem obtineat authoritatem capitulum ſede vacante,
idebimus infrà ad tit. nè ſede vac.

40. *Qui ſunt Abbates, & quotuplices?*

Abbas nomen eſt hæbraicum, & Patrem ſignifi-
t : ſunt autem illi Prælati , qui Epiſcopô ſunt infe-
ɔres ; alii ſunt ſæculares : alii Regulares, quo reducun-
ır variarum Religionum Præpoſiti , ùt Generales , qui
ɔti ordini, Provinciales , qui Provinciæ , vel uni con-
egationi præficiuntur.

41. Quotuplex eſt poteſtas competens Regularium Prælatis & Præpoſitis?

Duplicem plerumque adſtruunt DD. unam Dominativam ſive domeſticam, aut œconomicam. Et alteram jurisdictionis, quæ iterum eſt, vel fori interni, vel externi, P. Pichler ſuprà *ad tit. de Offic. ord. n. 21.* Schmalzg. *ibid. n 32.*

42. Quid eſt poteſtas Dominativa?

Eſt jus quoddam Prælatis competens ratione voti obedientiæ, & traditionis ſui in Religionem radicaliter ortum, ad imperandum Religioſis ea, quæ ſunt conformia inſtituto Regulari, & ad utendum illorum operibus, prout ad Regularem diſciplinam convenire judicaverint.

43. In quo conſiſtit hæc poteſtas?

Conſiſtit, ut plurimùm, in gubernatione externa, & œconomia, & ſimilis eſt illi poteſtati, quam habet pater in filium. Dominus in ſervum. Unde vi illius poſſunt ſubditis ſuis regularibus imperare ea, quæ inſtituto ſunt conformia *c. 2. & 6. de ſtatu Monach.* Res, & bona Monaſterii adminiſtrare, eáque in-& extra judicium defendere. *c. 21. de reſcript.* atque omnia ea ordinare quæ ad cultum divinum, & Monaſterii utilitatem ſpectant. *Can. 9. cauſ. 18. q. 2.*

44. Quid eſt poteſtas jurisdictionis, & quomodo differt à Dominativa?

Poteſtas iſta, eſt poteſtas ſpiritualis, & Eccleſiaſtica ad claves Eccleſiæ pertinens, in quo etiam principaliter differt à dominativa, vid. Schmalzg. & Pichler *loc. cit.*

45. *Quid*

45. *Quid poſſunt Prælati vi poteſtatis juriſdictionis?*

Pro foro interno poſſunt abſolvere ſibi ſubditos, quibuscunque peccatis, & cenſuris, ſivè ab homine, ve à jure latis, ſpecialiter tamen non reſervatis. arg. *29. de Sent. excomm.* item ſuæ abſolutioni reſervare aſus aliquos, & graviora peccata. Pro foro externo erò poſſunt corrigere, punire, cenſuras ferre, incorgibiles ejicere. arg. *c. 10. de M. & O. 2.* diſpenſare votis, juramentis, regularibus obſervantiis, & aliis, quibus Epiſcopus diſpenſat cum ſuis ſubditis, quia reſpectu ſuorum ſubditorum religioſorum obtinent juſdictionem quaſi Epiſcopalem. arg. *à contrar. Can. 7. Cauſ. 18. q. 2.* Unde Epiſcopus quoad ea, quæ pectant ad diſciplinam, & obſervantiam Regularem omeſticam, ſe immiſcere non poteſt. *c. 5. de tempor. rd.* niſi fortè diſcretio Abbatis non ſufficiat *per c. 2. e ſent. excomm.* vel negligens ſit, aut alii ſint caſus, quibus Epiſcopo competit jurisdictio in Regulares tiam exemptos, qua de re vid. Schmalz. *cit. tit. de ffic. ord. §. 5. per tot.*

46. *An, & qualem poteſtatem habeant etiam Abbatiſſæ?*

Habent poteſtatem dominativam tantùm, ſive conomicam, & maternam, vi cujus nimirum poſſint regere, & adminiſtrare Monaſterium in temporabus, officia conferre, & aufferre, delinquentes corigere, & moderata caſtigatione punire. Poteſtatem utem juriſdictionis propriè dictam, & quatenus ad laves pertinet, non habent, quia hujus fæminæ jure ivino ſunt incapaces, adeò ut juxta communem neque

privilegio Pontificis ad eam elevari poſſint. Tamburin. *de jure Abbat. tom. 4. diſp. 32. q. 2.* poſſunt tamen etiam ſpiritualia præcepta ſibi ſubjectis imponere, quæ nimirum ad ſalutem animarum ſpectant, & regulæ conformia ſunt. Item poſſunt Clericos in beneficiis ſuis monaſteriis pleno jure incorporatis inſtituere, & ab Officio ſuſpendere. *c. 12. h. t.* quæ tamen inſtitutio non eſt authoriſativa, ſed tantùm collatio tituli, & poſſeſſionis, nec ſuſpenſio propriè dicta, ſed tantùm ſimplex præceptum, nè celebrent, & muneris ſui actus exerceant, cùm tam ſuſpenſio, quàm inſtitutio poteſtatem jurisdictionis præſupponat, cujus, uti dictum, fæminæ ſunt incapaces P. Pichler *eòd. tit. n. 22.*

47. *Habentné etiam Præpoſiti, aut Decani Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum aliquam jurisdictionem?*

Præpoſiti habent dignitatem, & jurisdictionem in ſibi ſubditos Barb. *J. E. V. L. 1. c. 28. n. 19.* Decani verò jure communi non habent: ſæpiùs tamen ex conſuetudine juxta Barb. *lib. cit. c. 26.* cum his verò Epiſcopum habere concurrentem jurisdictionem docet. Panor. *in c. 4. in 2. repet. de foro comp. n. 50.* Engel *hic. n. 62.*

48. *Habentné etiam cæteri Clerici inferiores aliquam præeminentiam?*

Habent, ſi ſcilicet alios dignitate, vel ordine præcedant. Unde Canonici Cathedralium Eccleſiarum cæteros Clericos præcedunt etiam ùt ſinguli, eò, quòd eis cauſæ papales delegari poſſint. *c. 11. de reſcript. in 6.* ipſi quoque ordinati à S. Pontifice cæteros præcedunt. *c. 7. h. t.*

49. Quid

49. *Quid dicendum de Regularibus?*

Non mendicantes præcedunt mendicantes. Barbos. *off. Epiſ. alleg. 78. n. 7.* & ex eo Engel h. t. *n. 64.* Mendicantes verò inter ſe, & etiam confraternitates Laicorum obtinent tunc præcedentiam, ſi ſunt in poſſeſſione juris præcedendi, quòd ſi nulla poſſeſſio probari poſſit, tunc illi habent prærogativam, qui priùs in illo loco Monaſterium obtinuerunt, & confraternitates, quæ priùs Sacris uſæ ſunt Gregor. XIII. apud Quarant: in ſumma Bullarii, verbo: *Præcedentia.* vid. Engel *h. t. n. 64. & ſeq.*

50. *Sed quis eſt Judex in ortis de præcedentia inter Clericos vel confraternitates controverſiis?*

Si controverſia eſt inter perſonas Eccleſiaſticas Epiſcopo ſuperiores, tunc Judex eſt Pontifex. Si inter inferiores, Epiſcopus. Trid. *ſeſſ. 25. c. 13. de regular.* Si verò lis eſt inter confraternitates Laicorum, & agitur in petitorio de ipſo jure præcedendi, eſt iterum Epiſcopus *c. 2. de Judic.* Si autem agitur in poſſeſſorio de quaſi poſſeſſione retinenda vel recuperanda, poteſt etiam Judex Laicus cognoſcere. Ratio quoad petitorium, quia ſicut proceſſiones, & deductiones funerum ſunt ſpirituales, ità, ut jus præcedendi in ejusmodi proceſſionibus & deductionibus. Quoad poſſeſſionem verò: quia eatenus præcedentia eſt merè quid temporale, ... Pichler *h. t. n. 6.*

51. *Quid eſt Obedientia?*

Eſt virtus moralis inclinans ad faciendum, quod jubetur, eò, quòd jubeatur. Reiffenſt. *h. t. n. 9.*

52. *Quibus debetur Obedientia?*

I. Summo Pontifici ab univerſa Eccleſia, & omnibus Chriſti fidelibus. *c. 2. & 4. & 6. h. t.* II. Cardinalibus à Presbyteris, & aliis clericis Eccleſiæ ſui titu ſubjectis *c. 11. h. t.* III. Epiſcopis à ſuis Diæceſanis in ii omnibus, quæ pertinent ad curam animarum. IV. Prælatis, & ſuperioribus Regularibus à ſuis Religioſis. V. Cuicunque legitimo ſuperiori, idqúe non tantùm, dum juſta præcipit, ſed etiam dum dubitatur de juſtitia præceptorum, nam licèt cum dubio practico operari non liceat, tenetur tamen ſubditus in tali caſu deponere dubium, cùm præſumptio ſtet pro ſuperiore, ut benè docet P. Engel *hic n. 66. & ſeq.*

53. *Sed quid, ſi plures habeat ſuperiores?*

Tenetur cuivis obedientiam præſtare in iis, in quibus ſubeſt. Unde Archi-Epiſcopo tantùm debetur obedientia à ſubditis Epiſcopi in caſibus, in quibus in eos jurisdictionem habet. Clericus verò habens duo beneficia in diverſis diæceſibus, ſi utrique Epiſcopo ſimul obedire nequeat, poteſt obedire illi, cui priùs obedientiam promiſit, vel à quo pinguius habet beneficium, arg. *c. 7. de teſt.* quòd ſi omnia paria ſunt, locus erit electioni, cui obedire maluerit. *L. 3. §. 4. ff. ad S. C Syllan.*

TITULUS XXXIV.

De Treuga & Pace.

1. *Quid eſt Treuga?*

TReuga teutonico vocabulo Waffen-Stillſtan dicta, eſt ſecuritas perſonalis ad tempus præſtita diſcor-

ordiâ nondum finitâ. Gloſſ. *in c. 1. h. t.* & in legi- dicitur fædus, vel induciæ. Vallens. *hic n. 1.*

2. *Quotuplex eſt Treuga?*

Duplex: Conventionalis, & legalis. Illa eſt, quæ pacto, & conventione partium provenit, eſtque gentium ſervanda. arg. *Can. 3. c. 23. q. 1.* Hæc, per legem, ſeu canonem introducta eſt, de qua tio fit *in c. 1. 2. & fin. h. t.* quæ verò vel nunquam recepta fuit, vel iterum abrogata eſt. Pichler *hic 1.*

3. *Quid eſt Pax?*

Eſt perpetua diſcordiæ peremptio voluntariè inter antes facta & ſic opponitur Treugæ, quatenus hæc tempus tantùm, illa verò in totum controverſiam :. Schmalzg. *hic §. 3. in pr.*

4. *Cum Pax ſit peremptio controverſiæ, ſive finis belli, quid ergo etiam eſt Bellum?*

Bellum eſt diſcordia Principum ſive rerum publicarum arma ſibi mutuò inferentium, idem Schmalzg. *h. n. 1.*

5. *Cur dictum discordia Principum?*

Quia diſcordia inter Principem, & ſubditos dicitur *Rebellio*, inter Rempublicam & ſubditos *ſeditio*, inter privatos *duellum*, vel *rixa*. Pichler *h. t. n. 2.*

6. *Quotuplex eſt Bellum?*

Bellum aliud eſt juſtum, vel licitum, aliud inju- ſtum

ſtum vel illicitum. Deinde aliud defenſivum, ali offenſivum. Schmalzg. *loc. cit. n. 2.*

7. *Quid requiritur, ut Bellum ſit juſtum?*

Duplex plerúmque in bello ſpectatur juſtitia. U in genere belli, quæ tunc obſervatur, quando bellu geritur à Principibus ſuperiorem non recognoſcentibu Inferiores enim ſinè conſenſu S. Principis bellum g rere regulariter non poſſunt, nisì in defenſionem, v contra ſubditos rebelles. *Can. 4. cauſ. 23. q.* Schmalzg. *h. t. n. 6.* Altera eſt in genere cauſæ, qua do nimirum bellum inſuper ex cauſa legitima pro pe ſecutione juris, vel injuriæ ſuſcipitur. Quòd enim i ter privatos eſt Judex, hoc inter Principes eſt gladiu Engel *hìc n. 4.*

8. *Eſtné etiam juſta Bellum gerendi cau ſa, ſi vicini Principis potentia creſcat, ac pr pterea cum tempore rei publicæ nocumentum metuatur?*

Negativè reſpondet P. Pichler *h. t. n. 5.* Si eni juſtè à Principe vicino inferatur bellum, non poteſt a ter propterea conqueri, eò, quòd utatur jure ſu quòd verò injuſtè metuatur inferendum, non eſt r tionabile, ſed magìs temeraria præſumptio, nisì con trarium jam evenerit, vel ſint indicia alia.

9. *Sed quid, ſi pars lædens offerat con gruam Satisfactionem, teneturné pars læſa deſiſtere à Bello?*

Probabiliùs eſt, quòd teneatur deſiſtere, cùm tu ceſſ

…et eſſe bellum juſtum, utpote ceſſante actione & …iria, quæ per dignam Satisfactionem tollitur. *In-ſt. quib. mod. oblig. toll.* Non obſtat, quòd Prin-ce… gerens bellum cenſeatur fungi officio judicis, qui n… tenetur à cæpta cauſa deſiſtere à punitione rei, q…mvis ſatisfactionem offerat pro delicto, nam in bel-lo non tantùm patiuntur hoſtes, ſeu rei, ſed etiam …liti Principis bellum gerentis: unde ſaltèm propter … Satisfactionem acceptare tenetur, Schmalzg. *loc. … n. 8. &* Engel *n. 11.*

10. *Licetné Principibus Catholicis præſertim diebus feſtivis bellare?*

Quòd liceat bellum defenſivum: imò & offenſi-vum, ſi tendat ad vindicandam injuriam (vid. tamen Schmalzg. *h. t. n. 2.*) ſuſcipere, dubium non eſt. …od autem etiam die feſto non tantùm neceſſitatis, …commoditatis quaque cauſâ illud gerere liceat, pro-…ur imprimis quoad cauſam neceſſitatis ex *Can. 15. …ſ. 23. q. 8.* quoad cauſam verò commoditatis *arg. … de feriis*, ubi permittitur captura piſcium die fe-…to, qui non niſì certis diebus veniunt, & ratio eſt, quod lex Eccleſiaſtica de ſervando feſto non obliget ob …num damnum emergens, vel etiam magnum lu-…n ceſſans: per DD. communiter *ad d. c. 3. de feriis.*

1… *Poteſtné, vel an teneatur Papa …incipibus bellantibus pacem imperare, aut cau-ſam diſcordiæ ſuâ ſententiâ termi-nare?*

Quidquid ſit de poteſtate, hactenus ſaltèm Ponti-fex

ſex ad id nec tenetur, nec, ut faciat conſultum e
prout hìc ex Molina rectè docet Engel *n. 6.* ex ratio
quòd id potiùs eſſet, aut eſſe poſſet cauſa multorum m
lorum, cùm, qui damnaretur, facilè in perniciem E
cleſiæ excanderet.

12. *Sed anné Princeps in tractatu paci damna ſubditis illata remittere valeat?*

Si bellum fuit juſtum, poteſt, etſi eſſent inviti
id pax Reipublicæ exigat, eò quòd cenſeatur utili
eorum negotium geſſiſſe, & aliunde etiam jus hab
in bona ſubditorum. Circa remiſſionem tamen quo
Eccleſias, & damna illis illata, notat P. Engel *h. t.*
12. ex Myns. eam fieri non poſſe ſinè conſenſu ſuperi
rum Eccleſiaſticorum, cùm de iis Princeps Laicus
ſponere nequeat.

13. *Anné in bello licitè etiam occidan tur innocentes, vel bona eorum ſinè peccato devaſtentur?*

Certum eſt, quòd ſi innocentes putà infantes, f
minæ, Eccleſiaſtici citra victoriæ diſpendium ſervari v
leant, ſalvâ conſcientiâ occidi, vel trucidari nequea
eò quòd innocentem occidere per ſe, & directè, i
trinſecè malum ſit. Quòd ſi verò victoria aliter ob
neri non poſſit, ùt v. g. ſi in navi bellica nocentes cu
innocentibus reperiantur, poterit hæc etiam cum i
nocentibus ſubverti, & ſic iſti per indirectum ſubmer
quia conceſſo fine principali, debet etiam eſſe conce
ſum id, ſinè quo finis ille haberi non poteſt, idem pr
portionaliter dicendum eſt de rebus, & bonis, utì v
dere eſt apud Engel *hìc n. 9.*

14. S

14. *Sed quid dicendum de advocatione infidelium pro auxilio?*

Generaliter id licere exiſtimat P. Engel *h. t. n. 8.* ſi bellum vertatur contra infideles, ſive inter Principes ex utraque parte Chriſtianos, eò, quòd unicuique licitum ſit conducere milites pro defenſione ſui, ac rerum ſuarum, & ſic quaſi inſtrumento juſtæ defenſionis eorum operâ uti. Dummodo periculum perverſionis, vel aliæ ejusmodi malæ circumſtantiæ non ſubſint. Contrarium tenet Zoës *ad ff. de juſt. & jur. n. 42.* & videtur obſtare illud Exod. *34. v. 12.* cave, ne unquam cum habitatoribus terræ illius pangas amicitiam & Deut. *7. v. 2.* non inibis fædus cum iis.

15. *Poteſtné Pax, & Treuga violari?*

Si nova ſuperveniat cauſa non eſt dubium, pacem violari poſſe, cùm omnis promiſſio intelligatur facta rebus ſic ſtantibus, & aliàs per pacificationem daretur ansa novas offenſas impunè inferendi, quod idem etiam de Treuga ſentit Gail. *de pac. publ. L. 1. c. 4. n. 46.* Contrarium tamen tenet Myns. *ſingul. obſer. cent. 4. obſ. 7.* eò quòd in treugis lapſus temporis præfixi exſpectari poſſit.

TITULUS XXXV.
De Pactis.

1. *Quid eſt Pactum?*

Est duorum, vel plurium in idem placidum vel conſenſus *L. 1. §. 2. ff. h. t.* Scilicet de aliquo dando vel faciendo, ut excludatur ſententia, vel opinio, in quam duo, vel plures conveniunt.

2. Quo-

2. *Quomodo differt pactum à pollici-tatione?*

Primò quia pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſſio *L. 3 ff. de polli* Deinde pactum ſtatim, ùt pe fectum eſt, jure naturæ producit obligationem: pol citatio verò non aliàs obligat promittentem, quam ab altera parte eſt acceptata *L. 2. §. 6. & L. abſen. 10. ff. de donat. L. 5. C. de contr. ſtipul.* unde an acceptationem promittens ſemper poteſt pænitere.

3. *Sed quare non etiam pollicitatio ſtatim obligat?*

Quia omnis obligatio eſt reſpectiva, & non n ex duorum conſenſu oritur, ergo donec pollicitat non eſt acceptata, non obligat.

4. *Sed ſaltèm hoc non procedit in fo Canonico propter* c. 3. h. t *ubi omne promiſſum jubetur im-pleri?*

Non eſt hac in parte inter utrumque jus ullum ſcrimen, neque obſtat. *c. 3. cit.* quia eſt intelligendu de promiſſione completa, id eſt acceptata, ſicut r gulariter verba legum accipienda ſunt cum effectu *L. §. 2. ff. quod quisq. jur.*

5. *Ex hoc ergo ſequeretur, quòd ſi qu v. g. abſenti per nuntium vel literas faceret pr miſſionem, & interim moreretur ante acceptati nem, promiſſio illa non valeret, nec hæres ad ea implendam teneretur, quod tamen videtur e contra* L. 6. c. de don. & c. 9. de off. deleg. in *item regulam, quòd hæres teneatur præ-ſtare factum defuncti?*

Verum hoc eſt per text. expreſſum *in L. 2. §. ff.*

ff. de donat. Nec contrarium probat *cit. L. Codi-*
a, quia licèt ibi dicatur donationes etiam per literas,
& nuntium fieri poſſe, non tamen ſimul aſſeritur eſſe
perfectam ante acceptationem, ſed tantùm valere etiam
inter abſentes *c. 9. cit.* loquitur de gratia, & privilegio
Principis, quod pleniorem habet interpretationem, quam
ſimplex privati pollicitatio. Deinde ibi tantùm fuit quæ-
ſitum, an gratia alicui conceſſa exſpiret morte conceden-
tis, unde poteſt accipi etiam de gratia jam perfecta,
hæres demum tenetur quidem præſtare factum defun-
cti, ſed non aliàs, quàm ſi illud fuerit validum, ac
perfectum. vid. Engel *hic n. 5.*

6. *Sed an ergo pollicitatio in nullo caſu valebit ante acceptationem?*

Valebit ſaltèm in duobus caſibus. I Si facta fue-
rit Eccleſiæ, vel cuilibet alteri piæ cauſæ, ùt docent
Canoniſtæ paſſim, quia cenſetur principaliter DEO
facta, à quo, ſi ſit bona, ad inſtar voti ſtatim accep-
tatur. II. Si ex cauſa aliqua v. g. incendii, ruinæ &c.
facta civitati aut Reipubl. *L. 1. §. 5. ff. de pollicit.* qui-
bus poteſt addi promiſſio dotis per literas, vel nuntium
facta. juxta *L. 9. §. 1. ff. de jur. dot.* ob favorem
illius.

7. *Quotuplex eſt Pactum?*

Pactum variè dividitur. I. In *publicum*, & *pri-*
vatum. Publicum eſt, quod fit ex cauſa publica, utì
de pace, treugis, confœderatione Principum. Priva-
tum, quod ineunt privatæ perſonæ. II. In *expreſ-*
ſum, quod fit verbis, vel literis, aut aliis ſignis, &
tacitum, quod elicitur ex præſumpta voluntate pa-

 ciſcen-

ciſcentium v. g. reddito chirographo, vel cautione cer
ſetur debitum remiſſum. *L. 2. §. 1. ff. h. t.* III. I
reale, & *perſonale*, hoc reſtringitur ad perſonas pa
ciscentium, unde ad hæredes non tranſit. Illud ve
rò tranſit ad hæredes, imò etiam ſucceſſores particu
lares *L. 17. §. 3. ff. eod.* an autem pactum ſit reale
vel perſonale colligendum ex mente, & verbis paci
centium *L. 7. §. 8. ff. eod.* IV. In *obligatorium*
quô contrahitur obligatio, & *Liberatorium*, qu
obligatio tollitur. V. In *nudum*, & *veſtitum.*

8. *Quid eſt nudum, & quid veſtitum?*

Nudum eſt, quod in nudi placiti finibus, ſeu
ſola conventione conſiſtit, nec nomen certi contract
v. g. mutui, emptionis &c. à jure habet, nec cauſa
nec aſſiſtentiam juris, ſcilicet, ut actionem produca
Veſtitum è contra, quod vel habet nomen certi co
tractûs, vel cauſa, aut juris aſſiſtentiam, Vallens. *h*
n. 3. atque hoc magis proprio nomine Synallagma
vè contractus appellatur Engel *h. t. n. 7.*

9. *Quid intelligitur nomine cauſæ?*

Negotium habile, v. g. traditio, datio, aut f
ctum aliquod, quod ex vi juſtitiæ commutativæ p
confirmationem legis producit obligationem valida
ut v. g. dum conventio inita ab uno adimpletur,
intentione, ut etiam alter eam adimpleat.

10. *Quomodo pacta veſtiuntur?*

Variis modis, veluti re, verbis, literis, & co
ſenſu, quando in mirum pactum aliquod vel tranſit
contractum realem per interventum rei, ùt accidit
mutu

mutuo, depoſito, pignore &c. vel verbalem, per ſolemnitatem verborum, ut ſit in ſtipulatione vel in literalem, per traditionem chirographi in literarum obligatione vel in conſenſualem per conſenſum certo modo explicatum, uti eſt in emptione, venditione, locatione, conductione &c. Præterea per ſpecialem legis aſſiſtentiam, quando quidem non tranſit in ſpecialem aliquem contractum, hactenus tamen eam habet de jure firmitatem, ut actionem producat, quale eſt pactum donationis *§. 2. Inſt. de donat. L. 35. §. fin. eod* Pactum dotis *L. un. c. de rei uxor. act.* Pactum de conſtituto §. *9. Inſt. de act* Pactum hypothecæ *L. 4. ff. de pignor.* & plura alia, de quibus Hanz *ad Inſt. de oblig. n. 27.* Denique per cohærentiam contractûs, quando nimirum pactum aliquod nudum adjicitur in continenti contractui, pacta enim in continenti adjecta contractui, inſunt contractui *L. 7. §5. ff. de pact.* & producunt actionem ſaltèm in contractibus bonæ fidei, & juxta plerosque etiam in contractibus ſtricti juris, qua de re vid. Gletle *ſelect. q. 1. per tot.* Extra hos autem & alios quosdam paucos caſus pactum nudum etiam geminatum de jure ſaltèm civili nullam producit actionem, ſed tantum prodeſt ad exceptionem, & propter obligationem naturalem impedit ſoluti condictionem. Zoës *ad. tit. ff. de pact. n. 57. & ſeqq.*

11. *Sed an non ſaltèm jure Canonico nuda pacta producunt actionem?*

Affirmat hoc P. Engel *h. t. n. 10.* ex ratione, quòd pactum nudum circa materiam gravem, & notabilem obliget in conſcientia ſub peccato, propter conſenſum

jure naturæ obſtringentem, Eccleſia autem & jus Ca nonicum judicet de peccato *c. 13. de judic.* igitur & tribuere debet actionem Negat è contra Schmalzg *hìc. n. 7.* & Zoës *eôd tit. n. 6.* propterea, quod ho nullibi in Canonibus ſtatutum reperiatur, non debe autem inter hæc duo jura ſinè textu adſtrui differenti *arg. c. 1. de novat* præterea eadem ratio obtinet jur Canonico quæ civili, ſcilicet, ut amputetur litium fre quentia, & nè oris noſtri libertas nimiùm reſtringa tur: ad contraria, reſp. idem Schmalzg. *ibidem add.* F König *h. t. n. 54.* Verùm ùt ùt omnia hæc ſe ha beant de jure communi ſcripto: Moribus certè ho diernis certum eſt, ex pacto nudo non minùs ac e ſtipulatione agi poſſe, quemadmodum pluribus demon ſtrat Strick. ad uſum moder. *h. t. §. 3.*

12. *Quid eſt Contractus?*

Eſt conventio ſpeciale nomen habens, vel eo defi ciente cauſam. Gletle. *tr. de pact. c. 2. §. 3. n. 1*

13. *Quomodo contractus diſtinguuntur?*

Alii ſunt veri, alii quaſi contractus: illi qui vero & reali contrahentium conſenſu perficiuntur. Hi q ficto tantùm ac diſpoſitione juris inducto conſenſu co ſtant. de quibus in *Inſt. extat tot. tit. de oblig. qu ex quaſi contr.* Item alii nominati, qui certum, ſpeciale nomen habent, ut emptio, venditio, & Alii innominati, qui certum nomen non habent, h bent tamen cauſam, uti ſunt illi vulgares quatuor nim rum, *do, ut des, do, ut facias, facio, ut des, fa cio, ut facias.* L. *5. ff. præſcript. verb.* Engel *h.*

n. 1

11. Quibus accedit tranſactio, & permutatio, de
ibus verò alibi.

14. Quid ſpeciale habent Contractus innominati?

Hoc, quod in contractibus regulariter ſit locus pœ-
tentiæ. *L. 3. §. 2. & 3. L. 5. ff. de condict. cauſ.
t.* idque etiam re non ampliùs integra, ſaltèm ex
rte dantis, ſecùs eſt in contractibus nominatis. *L. 5.
de obl. & act. vid.* Pichler *h. n. 22.*

15. Sed licetné univerſaliter in omnibus contractibus innominatis pœnitere?

Ponunt aliqui exceptionem, I. Si cauſa ſit favora-
is, qualis eſt cauſa pia, dotis, libertatis &c. II. Si
ntractus ſit juratus, aut aliàs pænitentiæ renuncia-
n. III. In tranſactione in qua regulariter nunquam
cus eſt pænitentiæ. Engel *hìc n. 12.*

16. Quomodo contractus alterius dividuntur?

Alii ſunt unilaterales, ſeu Analagmatici, in quibus
a tantùm contrahentium perſona obligatur. Alii
aterales, ſeu ſynalagmatici, in quibus utraque obli-
ur. Alii conſenſuales, verbales, literales, & rea-
, civilis, & juris gentium, de quibus in inſtitutis
ff. paſſim. Alii demum bonæ fidei. Alii ſtricti ju-
r,

17. Quid ſunt contractus ſtricti juris, & quid bonæ fidei?

Contractus ſtricti juris dicuntur, in quibus inte pretatio fieri debet ſecundùm id, quod expreſſis ve bis conventum eſt. Bonæ fidei dicuntur non ex ec quòd opponantur contractibus malæ fidei, cùm i omni contractu bona fides deſideretur. *L. 31. ff. depo* ſed ex eo, quòd in illis interpretatio fiat ſecundùm a quum, & bonum, etiamſi id verbis expreſſum non ſi quales ſunt commodatum, depoſitum, & omnes ca teri in *§. 28. Inſtit. de act.* enumerati, reliqui ver ibi omiſſi ſtricti juris nominantur.

18. Proceditné hæc differentia etiam de jure Canonico?

Putant rurſùm nonnulli jure Canonico nullam t lem adſtruendam eſſe differentiam, ſed omnes contr ctus eſſe bonæ fidei, tum propter *c. 6. de don.* ubi d natio dicitur, habere largam interpretationem, quà tamen jure civili ſtricti juris eſſe apud omnes conſta per *L. 22. ff. de donat.* Tum etiam quòd diſtincti iſta videatur eſſe mera ſubtilitas juris civilis. Aſt a firmative ſubſcribit Engel *hìc n. 20.* I. Ex eo, quò inter hæc duo jura ſinè textu non ſit adſtruenda diffe rentia. II. Quòd etiam hoc jure diſtinctio iſta ſat clarè referatur in *c. 2. de depoſ.* Nec contrarium pr bat. *c. 6. cit. de donat.* quia loquitur in caſu de don tione facta ad pias cauſas, & quidem à viro nobili, ul aliquis non præſumitur parcè ſeminare pro anima, i ſecùs adhuc ſit in aliis donationibus.

19. Qua

19. *Qualis præterea eſt præcipua differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti juris?*

Hæc notabilis : quòd contractus bonæ fidei, quibus dolus dedit cauſam, ſint ipſo jure nulli, ſaltèm ex parte decepti. *L. 7. ff. de dol. mal.* Contractus autem ſtricti juris mero jure valent, & competit tantùm decepto exceptio, ſi nondum implerit contractum, ſi verò jam implerit, & alia deſint remedia, actio de dolo malo tamquam ultimum ſubſidium. *L. 5. c. de inutil. ſtipul. & L. 36. ff. de V. O.* vid. Zoës. *loc. cit.* Ratio differentiæ conſiſtit partim in exuberantia fidei, partim verò quia in contractibus bonæ fidei requiritur conſenſus non tantùm in corpus, ſed etiam in cauſam, ſecùs ac in contractibus ſtricti juris Zoës *ad ff. de dol. mal n. 2. & ſeqq.* Dicitur verò dolus dare cauſam contractui, quando quis eô præcognito abſolutè non fuiſſet contracturus, unde ſi nihilominùs contraxiſſet, non tamen taliter, ſic dicitur incidere tantùm in contractum, & talis dolus neque contractus bonæ fidei, neque ſtricti juris annullat, ſed datur tantùm decepto actio ex eodem contractu ad damni reparationem. *L. 7. pr. ff. de dol. mal. & L. 13. §. 4. & 5. ff. de act. empt.*

20. *Quæ, & qualis obligatio oritur ex pacto, vel contractu?*

Conſtat in jure triplicem communiter adſtrui obligationem, una dicitur naturalis tantùm, altera civilis tantùm, & tertia civilis, & naturalis ſimul. Hôc

ſuppoſitô diſtinguendum eſt, vel enim pactum habet pro fundamento obligationis ſolum conſenſum cui lex nec aſſiſtit, nec reſiſtit, & conſurgit obligatio naturalis tantùm. Vel pactum agnoſcit lex, eique aſſiſtit, ut fit in contractibus, & pactis veſtitis & oritur obligatio naturalis, & civilis ſimul. Vel lex expreſsè reſiſtit pacto tamquam turpi, & contra bonos mores, & tunc nulla, nec civilis, nec naturalis obligatio oritur. Quòd ſi autem lex ſolam ſolennitatem juris conſideret, nulla ſubexiſtente naturali æquitate, prout accidit in obligatione literarum, tunc producitur obligatio civilis tantùm. Engel *hic n. 23.*

21. *Qui ſunt effectus iſtarum obligationum?*

Effectus obligationis naturalis præcipuus eſt, quòd licèt non producat actionem. *arg. L. 7. §. 4. ff. de pact.* producit tamen exceptionem. Deinde quòd naturaliter debitum ſolutum repeti non poſſit. *L. 10. ff. de O. & A.* Obligationis naturalis, & civilis ſimul, quòd pariat actionem, & ſi non elidatur per exceptionem, exactionem. *L. 27. §. 2. ff. de pact.* Civilis verò tantùm quòd pariat actionem, non tamen exactionem, cùm per exceptionem actio elidatur *§. præterea Inſt. de except.*

22. *Quid debet præſtari in contractibus, quando v. g. res in contractum deducta periit aut deteriorata eſt?*

Pro diverſitate, & natura contractuum ſubinde præſtatur dolus tantùm, ſubinde dolus, & lata culpa ſimul

…ul, ſubinde etiam levis, quandoque leviſſima ſimul. …ſus autem regulariter non præſtatur, ita DD. paſ… …n. Quid autem ſit dolus,& quid culpa, item caſus for… …tus vid. apud Engel *hic n. 23.* & Pichler *n. 19.*

23. *Sed quando in ſpecie dolus, vel culpa debet præſtari?*

Dolus in omni contractu eſt præſtandus, nec va… … pactum in contrarium. *L. 27. §. 4. ff. h. t.* niſi … dolo jam commiſſo, circa præſtationem culpæ ge… …alis regula traditur, quòd ſi contractus cedat in uti… …tem ſolius dantis, v. g. in depoſito, præſtatur tan… …n dolus, & lata culpa, quæ in contractibus dolo …nparatur. *L. quod nerva 32. ff. depoſ.* Si in uti… …tem ſolius accipientis, ùt in commodato, præſta… … etiam leviſſima. Si in gratiam utriusque, ut in lo… …o conducto, levis tantùm, non etiam leviſſima: … de hoc dicetur pluribus in Lib. 3. ubi de contracti… … in ſpecie agemus.

24. *Poſſuntné omnes paciſci, vel contrahere?*

Regulariter omnes, qui liberum conſenſum præ… …e, eumque manifeſtare poſſunt, & vel naturâ, vel … non prohibentur. Ratio eſt, quod jure naturali … inducendam obligationem plùs non requiratur, …m paciſcentium conſenſus liberè præſtitus, Pichler *h. n. 9.*

25. *Qui ergò prohibentur?*

Natura prohibentur infantes. *L. 1. §. 13. ff. de O. & A.* II. Mente capti, amentes, furioſi extra

 dilu-

dilucida intervalla *§. 8. Inſt. de inutil. ſtipulat.* III Surdi, & muti, ſi conſenſum exprimere nequeant Jure verò, & quidem Canonico Prælati, adminiſtra tores rerum Eccleſiaſticarum ſinè ſolennitatibus debi tis. *tot. tit. de reb. Eccleſ. alien.* Nec non Religioſ ſinè conſenſu expreſſo, tacito, vel præſumpto ſuorun ſuperiorum, cùm velle, & nolle non habeant *c. 2. d teſta. in 6.* Contractus aut pacta ex præſumpto, ve tacito conſenſu inita irritare poſſunt ſuperiores etian de re aliàs licita, quia habent poteſtatem dominati vam in ſubditorum voluntates. Jure civili ſervi *L. 14 ff. de O. & A.* ſaltèm ut civiliter obligentur. Iter Prodigi, quibus à Magiſtratu adminiſtratio interdict eſt, quia æquiparantur furioſis. *L. 6. ff. de V. O.* Deind Pupilli & Minores ſinè authoritate ſuorum tutorum, au curatorum *pr. Inſt. de auth. tut. & L. 3. c. in in reſtit.* Et præterea Filii Familias certis caſibus.

26. *Sed obligaturné pupillus ſinè authori tate tutoris contrahens ſaltèm naturaliter?*

Vulgaris, & anceps eſt iſta diſceptatio. Pro affi mativa videtur facere. I. Quod ad obligationem na turalem nihil plus requiratur, quàm verus, & delib ratus conſenſus, qualem utique pupillus ſaltèm infant major (de infante enim, vel infantiæ proximo certu eſt apud omnes, eum nullo modo obligari) validè e cit. II. Varia juris loca, ùt *in L. 21. ff. ad leg. fa cid. L. 44. ff. de ſolut. L. fin. ff. de jurej. L. 64. ad Senatus C. Trebell. L. 35. ff. de recept. arbitr. 43. de V. O. L. 3. §. 4 de negot geſt. L. 19. §. 4. donat.* quibus generaliter aſſeritur, pupillum ſinè tu toris authoritate contrahentem obligari. Negativa

è cc

contra ſuadent *L. 59. ff. de O. & A. & L. 29. & ff. de Con. ind.* cum ſimilibus, ubi perſpicuè aſſeri-, pupillum nec naturâ debere nec naturaliter obliga-

Pro conciliatione reſpondent plerumque DD. pu-lum obligari quidem naturaliter, id eſt, de facto pro-r conſenſum, qui revera ſubeſt, non autem jure na-æ, vel naturali, ſive in conſcientia & cum effectu, e, ùt alii dicunt, non obligari obligatione vera, efficaci, obligari tamen obligatione ficta, & ineffi-i, eò quòd conſenſus ille propter debile pupilli licium per leges ſit infirmatus, & irritatus, ità *anz ad Inſtit. de auth. tutor n. 15. & ſeq.* Glethe *ect. q. 21.* & noviſſimè Perill. D. Kees eôd. *tit. 10.* & ſic facilè ſolvuntur illæ leges, quibus adſtrui- obligationi pupilli accedere poſſe fidejuſſorem, ùt *L. 8. §. 6. fidejuſſ. L. 127. de V. O.* item, quòd ligatio pupilli poſſit deduci in novationem. Licèt m pupillus quoad ſe efficaciter non obligatur, effectu enus reſpectu ipſius irritato, manet tamen ſemper ligatio de facto, vi cujus ſaltèm alter eam in ſe reci-ens obligetur, imputare enim ſibi debet, quòd tali ligationi acceſſerit, vel eam in ſe receperit. Aliæ le-, vel etiam taliter diluuntur, vel explicari poſſunt caſu, quando pupillus factus eſt completior. vid. am Engel *hìc n. 30.* ubi in ſpecie *ad L. 25. §. 1. ff.* ando dies leg. ced. ſingularem quandam interpreta-nem habet,

27. *Proceditné etiam idem de minoribus?*

Circa hos eſt diſtinguendum, an ſermo ſit de obli-ione perſonali tantùm, an verò de obligatione, & nation rerum: deinde, an habeant curatores, nec nè.

nè. Perſonaliter poſſunt ſe obligare etiam curatores habentes ſinè illius authoritate. *L. puberes 101. de V. O.* quià curator datur rebus, & non perſonæ, ſi verò agatur de alienatione rerum & non habeant curatorem tunc poſſunt quidem contrahere circa res mobiles, salvo tamen beneficiô reſtitutionis in integrum. Circa immobiles verò, vel pretioſas opus habent decreto judicis. *L. 22. c. de adminiſt. tutor. vel Curat. L. 4. de præb. minor.* quòd etiam de illis, qui veniam ætatis impetrârunt, communiter intelligunt DD. per L. *3. c. de his, qui veniam ætat.* Curatorem verò habentes non aliter valide contrahunt, quàm Curatoris authoritate, & decreto Prætoris interveniente, ſaltèm in immobilibus & pretioſis. *L. 3. c. de in int. reſtit. minor. & t. t. C. de præd. minor.* Engel hìc. *n. 32.*

28. *Quid dicendum de filiofamilias?*

Filius impubes nè quidem authore patre ſe obligari poteſt. *§. 10. inſtit. de inutil. Stipul.* licèt id fecit ſit in pupillo reſpectu tutoris. Rationem diſparitatis quare nimirum pupillus authore tutore poſſit efficaciter obligari, & non item filiusfam. impubes authore patre? aſſignat Engel *hìc n. 35.* pubes verò poteſt quidem contrahere, ità tamen, ùt in peculio adventitio ordinario accedat conſenſus patris ſaltèm tacitus, *L. fin. §. 5. c. de bonis, quæ liberis.* In profectitio, ut ſaltèm cauſa patris paciſcatur. *L. 46. ff. de pecul.* quoad peculium verò caſtrenſe, vel quaſi, item adventitium ſaltèm extraordinarium non indiget conſenſu patris cùm hujus plenum dominium, & adminiſtrationem habeat. *L. 39. ff. de act. & O.* quid verò ſint, & quomodo diſtinguantur iſta peculia, vid. apud Engel *hìc n. 3.*

& Civiliſtas paſſim *in tit. Inſtit. per quas perſonas.* ad. P. Pichler. *n. 7.*

29. *Quomodo obligatur filiusfamilias ex mutuo ſinè conſenſu, vel præſcitu patris contracto?*

Regulariter non obligatur, idqúe beneficô S. C Macedoniani *L. 1. & ſeq. ff. & c. ad S. C. M.* Quod extenditur de jure civili, etiamſi ſit locupletior factus, vel pecunia mutuata adhuc exſtet poſt mortem patris per *L. 9. §. 2. ff. ad S. C. M.* quod ità introductum eſt in odium fæneratorum, utì videre eſt apud Zoës ad ff. *eôd. tit. n. 1. & 2.*

30. *Cur dictum regulariter?*

Quia plures ſunt caſus, quibus exceptioni huic locus non eſt, ut I. ſi filiusfamilias ſit miles, vel habeat bona caſtrenſia, vel quaſi. *L. fin. §. 1. C. ad S. C. M.* II. Si communi errore credebatur eſſe ſui juris. *L. 3. ff. eod.* vel ſe ſimulaverit patrem familias *L. 1. C. eod.* III. Si mutuum conſtiterit in alia re fungibili, ſinè tamen fraude. SCti. *L. 7. §. 3. ff. eod.* IV. Si pater conſenſerit. *L. 12. & 16. ff. eod.* vel ratum habuerit *L. 7. §. 15. ff. eod.* V. Si pecunia ſit converſa in utilitatem patris. *L. 7. §. 12. ff.* aut à patre negotiationi fuerit prepoſitus. *L. 7. cit. §. 11.* VI. Si ad probabilem modum in ſtudia, vel legationes ſit acceptum mutuum *L. 5. C. eod.* aut in eam rem, quæ patris oneribus incumbit, veluti ad dotandam ſororem. *L. 7. §. 2. ff. eod.* VII. Si pro alio fidejuſſit ſine fraude. *per d. L. 6. in pr.* VIII. Si cùm Paterfamilias eſt factus, partem debiti ſolvit. *d. L. 7. §. fin.* vel rem pignori dederit *L. 9. ff. eod.*

13. Sed

31. *Sed prodeſtnè hæc exceptio tantùm filiisfamilias?*

Non tantùm ipſis, ſed etiam eorum hæredibus, ſucceſſoribus. *L. 7. §. 10. ff. ad S. C. M.* nec non fid juſſoribus & mandatoribus. *L. 9. §. 3. eod.* nè quòd u viâ prohibetur, altera permittatur. Extenditur etiam filiasfamilias *d. L. 9. §. 2.* Item ad nepotes *L. pen. C. eo* propter eandem rationem. Nec intereſt, an hactenus ſi in poteſtate, vel ea liberati *L. 7. §. ff. d. t. 4.* quia ſatis ſemel illegitimè datum eſſe mutuum. Prodeſt deniq etiam Patri non tantùm filiô vivô, ſed & eô mortu *L. pen. C. eod. tit.* Zoës. *eòd. n. 4.*

32. *Habetnè exceptio hujus S. C. locum etiam in conſcientia?*

Negat hoc Fachin: *lib. 2. contr. c. 62. in fin.* p *L. 10. ff. ad S. C. Maced.* ubi dicitur, obligatio n turalis manere, *& L. 9. §. & ſeq. ff. eod.* ubi non dat ſoluti repetitio. Affirmat è contra Engel *h. t. n. 38.* Schmalzg. *eod. tit. n. 13.* ex ratione, quòd lex juſta foro fori, ſit etiam regulariter juſta in foro poli, & qu aliàs privilegium hoc foret ſine effectu, ſi ad id, à q illud abſolvit, ſtringeret lex conſcientiæ. Nec contr rium probat. *cit. L. 10.* quia quantumcunque veru ſit manere obligationem naturalem, ea tamen eſt ſi effectu, ſicut ea, quæ juxta paulò ante dicta eſt in p pillo: quô modô etiam ſolvitur *L. 9. cit.* quia enim m net in filiofamilias aliqua obligatio, licèt inefficax, id mirum non eſt, quòd ſoluti non habeat repetitionem præſertim, quia facta ſolutione deficit ratio Senatus Co ſulti. Accedit, quod iſta exceptio origine ſua ſit odio

& n

& non tam in favorem filiorumfam. quàm potiùs in odium creditorum introducta. Secùs ac eſt in exceptione ætatis in pupillis. Sed hoc ità, ſi filiusfam. ex pecunia mutua accepta non ſit factus completior, ſi enim hoc eſt, vel pecunia adhuc extaret, licèt in foro fori prædicta exceptio nihilominùs adhuc locum habeat, per text. apert. *in L. 9. §. 2. ff. d. t.* in foro tamen poli eam tali in casu filiofam. non opitulari, rectiùs exiſtimat P. Engel & Schmalzg. *loc. cit.*

33. Sed quid, ſi mutuans ignoravit SCtum?

Si ignorantia ſit ſupina & craſſa, certum eſt apud omnes talem non excuſari: ſi autem ſit inculpata, & tolerabilis rurſus exiſtimat P. Engel *h. t. n. 40* exceptioni eſſe locum per text. in *L. 7. & ſeq. ff. de igno. juris & facti.* quod maximè fortè procederet in iis personis, in quibus aliàs toleratur ignorantia juris, ùt ſunt minores. *L. 15. §. fin. ff. de minor.* mulieres, milites, ruſtici. &c. Hoc ipſum tamen idem Engel ibidem reſtringit ad eum caſum, in quo mutuans filiofamilias occaſionem mali non dedit, neque peccato ejus cooperatus fuit. arg. *L. 9. ff de J. & facti ignor.* ibi: ubì non eſt delictum. *item L. 2. c. de in jus vocando.* & rationem aſſignat, quòd ſciens malitiam peccati ex ſola ignorantia pænæ, â pæna (exceptâ cenſurâ) non excuſetur, juxta Mol. *tract. 5. de J. & J. D. 71. n. 9.*

34. Sed poteritnè filiusfam. renunciare huic beneficio?

Non eſt dubium, quin renunciatio ſimplex ſinè juramento non teneat, quia ea facilitate renunciat, quâ mutuum accepit, eademque manet creditoris improbitas,

bitas, in cujus odium hoc SC. eſt introductum, no etiam in favorem filiifam. Zoëſ. *d. t. 27.* De jurat verò non conveniunt DD. propterea quòd regularite omne juramentum ſervari debeat, quod ſinè ſaluti diſpendio ſervari poteſt. *c. 28. de jurej.* Invalidum ta men renunciat Zoëſ. *de loc. n. 28.* ex ratione, quo hoc juramentum vergat in præjudicium tertii, ſcilice patris, ſitque contra bonum publicum, cujus favor hoc SC. eſt introductum, non etiam filii, utì dictum vid. tamen etiam Engel *hìc n. 42.*

35. *Quomodo Tutores, Prælati œconomi & alii rerum alienarum Adminiſtratores paciſci poſſunt?*

Liquidum jus remittere non poſſunt. *L. 22. c. h. t* *L. 46. in fine ff. de adminiſtrat. tut* At in commo dum eorum, quibus ſunt præfecti rectè paciſcuntur, *l 28. §. 1. ff. h. t.*

36. *Sed quid juris in mutuo per ejusmod adminiſtratores & œconomos accepto?*

De civitate ſpecialiter conſtitutum eſt in *L. 1; ff. de rebus cred.* quòd non aliter obligetur ex tali mu tuo, quàm ſi pecuniæ in ejus utilitatem verſæ ſint, quo poſtea extenſum eſt ad Eccleſias & Monaſteria per *auth hoc jus porrectum C. de S. S. Eccl. & Nov. 120. c.* Idemque juris eſt in mutuo per tutores & Curatores co tracto; quia pupilli, Eccleſiæ & reſpublicæ in jure æqu parantur *L. 3. C. de jure reip.* Zoëſ. *ad ff. de reb. cre n. 46.*

37. Qu

7. Quid autem dicendum, ſi quidem ci-
itas, vel Monaſterium ad mutui acceptionem con-
nſerint, pecunia tamen caſu. v. g. furtô, aut
incendio apud Adminiſtratorem
perierit?

Ad hoc reſpondet P. Engel. *hic n. 43.* teneri Eccle-am, & civitatem: ex ratione, quòd ſufficiat pecu-iam ab initio legitimè eſſe datam, & quia jura præ-ipuè tantùm Eccleſiis, & civitatibus contra malitiam dminiſtratorum, non verò adversùs caſus fortuitos roſpicere voluerunt, & probat hoc *L. 17. ff. de in em verſô*, ubi hoc ità conſtitutum in domino reſpectu rvi.

8. Sed ſufficitnè ſolus conſenſus Civitatis,
el capituli, vel an præter hoc teneatur adhuc
nihilominus Creditor verſionem pro-
bare?

Nec requiri hoc in caſu verſionis probationem, ſed m civitatem, quàm Monaſterium ad ſolutionem talis ebiti abſolutè teneri, ſimpliciter adſtruit Zoëſ. *d. t. n. 3.* & Fachin *lib. 2. contro. 77.* arg. *c. penult. de fidejuſſ.* rg. à ſenſu contrario. Panort. verò *in d. c. de fidejuſſ,* olùm conſentit, ſi ſolutio poſſit fieri ex rebus mobili-us, negat autem, ſi ex immobilibus, pretioſis aliàs lienari prohibitis fieri debeat ſolutio, eò, quòd ejus-nodi rerum alienatio citra evidentem Eccleſiæ utilita-em, vel neceſſitatem non procedat, quæ non adeſt, bi de verſione non conſtat. Sententiam tamen Zoëſ. & Fachin, tamquam in æquitate fundatam præfert ngel *hic n. 44.* ex ratione, quòd durum foret, cre-

ditorem tali in caſu ad tam grave onus adhuc adſtringere, qui ab initio legitimè dedit pecuniam, qui plerumque etiam tamquam extraneus id tam facilè probare non poſſet, cùm è contra Eccleſiæ, vel capitulo magis incumbere videatur, adminiſtrationi Prælati, vel œconomi invigilare. Id quod etiam ità facilè concedi poteſt, quatenus Eccleſia, vel monaſterium de ſola verſione excipit. At ſi conſtaret pecuniam omninò non verſam, ſed ab œconomo, vel Procuratore fortè notoriè ad alienos uſus expenſam eſſe, non viderem Eccleſiam, vel monaſterium citrà dictam probationem ad ſolutionem condemnandam eſſe.

39. *Poſſuntnè omnes res in pactum deduci?*

Poſſunt regulariter, niſi fortè non ſint in commercio humano. §. 2. *Inſt. de inutil. Stipul.* vel aliàs pactum jure civili, aut Canonico reprobetur, prout univerſaliter reprobantur pacta contra bonos mores vel ad delictum invitantia. *L. 26. & 27. ff. de V. O.* pactum Advocati cum Cliente de quota litis, & Medici cum ægroto *l. 7. ff. mand.* pacta de ſuccedendo vel non ſuccedendo. *L. fin. ff. de ſuis, & legit. hæred. & L. 15. & 19. C. de pactis.* Pacta Simoniaca. *t. t. de Simonia*, & alia ſimilia plura, de quibus latè Schmalzg hoc *tit.* §. *3. per tot.* add. Reiffenſt. *eod. tit. §. 2 n. 58. & ſeqq. & §. 3. per tot.* Zoëſ. *ad ff. h t. n. 17 & ſeqq.*

40. *Poſſumusnè etiam tertio rectè paciſci?*

Regulariter quisque tantùm ſibi, & ſuis hæredibus *L. 17. § ſi pactus ff. h. t.* non etiam aliis paciſci debet

§. 19

r. 19. *Inſt. de inutil. Stipul.* unde Stipulatio tertio
facta non tantùm de jure civili per *cit. L.* ſed etiam
probabiliùs jure Canonico eſt nulla. *arg. c. 1. d. N. O.*
N. & c. 2. de uſur. in 6. utì docet Engel. *h. t. n. 16.*
Nisi quòd putet, ſtipulationem ejusmodi valere ſaltèm
ut pollicitationem abſenti factam ad eum effectum, ut
ille eam acceptare, vel ſi cauſæ piæ facta fuerit, revocari
propterea non valeat, per regulam, ſi actus non valet,
ut agitur, valeat, ùt valere poteſt. Non obſt. *c. 2.*
de uſuris. ubi licèt agatur de cauſa pia, tamen accepta-
tio requiritur: Nam Stipulatio, de qua ibi, facta qui-
dem fuit ex cauſa pia, non tamen cauſæ piæ, quæ diverſæ
ſunt.

41. *Nullo ergo in caſu licet paciſci tertio?*

Licet ſaltèm, ſi interſit ipſius paciſcentis. arg. §. 18.
Inſt. de inutil. Stipul. ubi tamen non intereſſe affectio-
nis, ſed pecuniarium conſiderandum, vel paciſcens ſit
in poteſtate ejus, cui paciſcitur *L. 17. §. fin. ff. h. t.* aut
generalis rei alienæ adminiſtrator exiſtat, utì tutor, Cu-
rator &c. *L. 22. c. h. t.* vel denique perſona publica.
e.g. Judex, Notarius *L. 1. §. 15. ff. de Magiſt. con-*
veni. idem Engel *d. t. n. 15.*

42. *Sed quomodo ſtante priore deciſione ſalvatur illud, quod dicitur* in L. 39. ff. de negot. geſt. *licere alienam conditionem etiam ignorantis & inviti meliorem facere?*

Ad hoc reſp. P. Engel *hìc. n. fin.* id tunc tantùm
procedere, quando id fieri poteſt absque eo, quod alius

 qui-

quidam per hoc oneretur, aut in obligationem induca tur, utì præcipuè fit in liberationibus v. g. in ſolution creditori pro debitore etiam invito facta, ubi nullus pe hoc oneratur, & creditoris tamen intereſt ſuum conſe quì. Secùs eſt quando agitur de obligatione inducend in favorem tertii, tunc enim, cùm ſtipulantis nihi interſit, non volebant jura tertium hoc modo poſſ onerari.

TITULUS XXXVI.

De Transactionibus.

1. Quid eſt Transactio?

TRransactio germanicè ein Vergleich, ein Ver trag dupliciter ſumitur, vel latè: prout denota omnem compoſitionem cujuscunque rei, aut negot etiam non litigioſi quomodocunque factam *L. 229. ff de V.* S. *c. 2. h. t.* vel ſtrictè: quatenus ſignificat com poſitionem, ſeu terminationem rei dubiæ, & litigioſ datô aliquô vel retentô initam. Et hoc poſteriori mo do ſumpta definitur: quòd ſit rei dubiæ, & controver ſæ conventa, & non gratuita deciſio. *L. 1. ff. L. 2. C 38. C. h. t. c. 7.* X *eod.*

2. *Quæ ſunt requiſita Transactionis?*

Ex data definitione apparet, quòd I. debeat eſ non gratuita, hoc eſt datô aliquô, vel retentô *d. L. 38* C. *h. t.* II. quòd debeat interponi ſuper re dubia, ho eſt, circa quam lis vel mota jam eſt, vel timetur mc venda *L. 2. C d. t.* unde ſi unum vel alterum deſi non eſt transactio propriè dicta, ſed vel amicabilis com poſitio, vel alius contractus innominatus. vid. Eng *hìc n. 2.* & Reiffenſt. *h. t. n. 11. & ſeqq.*

3. Qu

3. *Quotuplex eſt tranſactio?*

I. Alia eſt realis, quæ & ſucceſſores obligat: alia perſonalis, cujus obligatio tantùm tranſigentes ligat: alia jurata, alia non jurata: alia pænalis, cui nimirum pæna eſt adjecta, alia judicialis, alia extrajudicialis &c. Lauterb. *ad ff. h. t. §. 5. & duob. ſeq.*

4. *Eſtnè omnibus permiſſum tranſigere?*

Regulariter omnibus, qui plenam habent ſuarum rerum adminiſtrationem, easque alienandi poteſtatem. *arg. L. in re mandata C. mandati. Hinc* I. excluduntur pupilli & minores niſì conditionem meliorem faciant. *L. 5. §. 1. ff. de admi. tut.* idem eſt de prodigis. *L. 6. de V. O.* II. Tutorum, Curatorum, Syndicorum, & aliorum adminiſtratorum poteſtas tranſigendi à poteſtate alienandi deſumenda eſt, cum tranſactio ſit ſpecies alienationis *L. 1. §. 1. 9. ff. ſi quid in fraud.* conſequenter quatenus alienare non poſſunt, eatenus quoque nec tranſigendi poteſtatem habent. III. Procurator, niſì ſit in rem ſuam datus. *L. 13. ff. de pactis,* vel ſpeciale mandatum habeat. *L. 13. ff. h. t.* generale non ſufficit *L. 60. ff. de procurat.* niſì cum libera *arg. c. 4. de Procurat. in. 6. L. 58. ff. eod.* IV. Pater de bonis filii emancipati *L. 10. ff. h. t.* ſub poteſtate verò conſtituti, ſolùm de adventitiis ordinariis *L. 8. §. penult. ff. h. t.* V. Vaſalli hæredes fideicommiſſo gravati, & poſſeſſores Majoratuum absque conſenſu eorum, quorum intereſt, *L. 2. feud. tit. 52. vid.* Schmalzg. *h. t. n. 5. & 6.*

5. *Licetnè ſuper omnibus rebus tranſigere?*

Licet quoque regulariter, niſi alterutro jure prohibitum reperiatur: prout jure civili non licet tranſigere ſuper relictis teſtamentô, non viſis tabulis *L. 8. ff. h. t* item ſuper criminibus non capitalibus. *L. 18. c. h. t* nec non judiciis famoſis. *L. 4. §. fin. cum L. ſeq. de his, qui not. infam.* qua de re Zoëſ. *h. t. n. 21 & ſeqq.*

6. *Super quibus rebus jure Canonico prohibitum eſt tranſigere?*

I. Super re ſpirituali dato vel retento aliquo temporali *c. 4. & 9. h. t.* Compoſitio tamen amicabilis fieri poteſt dato ſpirituali pro ſpirituali exceptis beneficiis ſuper quibus nulla admittitur transactio oneroſa ſine authoritate ſuperioris inita. *c. 4. & ſeq. h. t.* eò quod ratione commodi temporalis beneficio annexi periculum ſit Simoniæ. II. Super jure Patronatûs. *c. 9. h t.* III. Super matrimonio diſſolvendo *c. 5. h. t.* Sponſalia tamen dubia transactionem non reſpuunt, cùm mutuo conſenſu diſſolvi poſſint. Kœnig *h. n. 12.* vid. Schmalz *h. t. n. 7. & ſeqq.* adde Reiffenſt. *hic §. 2. & 3. per tot*

7. *Qui ſunt effectus transactionis?*

Varii: I. quòd æquiparetur ſententiæ, & vim habeat rei judicatæ. *L. 20. C. h. t.* II. rebus, ac litibus incertis finem imponit. *C. 1. 10. eôd.* III. legitimè facta non poteſt reſcind, *L. 5. C. h. t.* nè quidem per reſcriptum Principis. *L. 16. C. eôd.* aut prætextu novorum inſtrumentorum. *L. 19. & 29. C. eod.* vid. rurſùn

ſum Schmalzg. *d. t. n. 15.* & Reiffenſt. *§. 4. eod. tit.*

8. *An, & qualis actio competit ex Transactione?*

Si ſtipulatio non interceſſit, nulla competit actio, ſed tantum exceptio *L. 17. c. h. t.* quia tunc non egreditur terminos pacti nudi, ex quo conſtat non dari actionem. Si tamen non præſtet conventa adverſarius, actioni priſtinæ, quæ non eſt ſublata, locus erit, quâ actor aut conſequitur id, quod ea debetur, aut quòd transactione continetur. *L. 28. c. eod.* Zoëſ. *ad ff. h. t. n. 49.* Si verò ſtipulatio interceſſit, ad promiſſum præſtandum, agitur actione ex ſtipulatu. *L. 6. & L. 33. c. d. t.* vel ſi pæna adjecta, agitur ad illam conſequendam, & ad data repetenda, vel transactionem implendam, ad utrumque enim agi nequit *L. 37. & L. 40. c. eod.* niſi pæna cum expreſſa clauſula adjecta ſit, ut qui priùs contractui ſtare renuerit ſalva nihilominùs manente obligatione pænam ſolveret *L. 16. & 17. d. t.* Lauterb. *ad ff. eod. t. §. 31.* ſi etiam nulla ſtipulatione interpoſita, alter contractum adimplevit, contra renuentem dabitur actio præſcriptis verbis, vel ad contractum implendum, vel ad intereſſe *d. L. 6. & d. L. 33. C. d. t.*

9. *Quomodo infirmatur Tranſactio?*

Variè, ut I. per juſtum errorem v. g calculi, niſi etiam de illo ſpecialiter tranſactum ſit. *L. un. c. de err. calculi.* II. Propter vim & metum per actionem quod metûs cauſa. *L. 13. c. h. t.* Idem eſt de dolo *L. 4. & L. 19. c. eod.* III. Propter falſa inſtrumenta, ex quibus tranſactio inita *L. pen. c. h. t.* IV. Ob mutuum conſenſum, unius enim non ſufficit. *L. 14. c. h. t.*

 10. Sed

10. *Sed anné etiam propter enormem læſionem?*

Negant hoc communiter DD. per *L. 78. §. fin. ff. ad SC. Trebell. & L. 65. §. 1. ff. de cond. ind.* eſt enim transactio bono publico introducta, quam etiam ob inſtrumenta noviter reperta reſcindi non convenit. *L. 19. & 29. c. h. t.* niſi manifeſta calumnia ſive dolus detegatur *d. L. 65. §. 1. de cond. ind.*

11. *Quid ſi læſio ſit ultrà dimidium, habebitné ſaltèm locum* L. 2. 6. *de reſcind. vendit.?*

Negativam propugnat Fachin. *2. contr. 26.* eò, quòd uti dictum tranſactio pro bono publico ſit introducta litium ſopiendarum cauſâ, & videtur id ſatìs apertè probare *cit. L. 78. §. fin. ff. ad SC. Trebell.* cui adſtipulatur P. Pichler *hic n. 7.* Affirmativam tamen tanquam æquiorem tenet Engel *h. t. n. 14.* Cùm æquitati ſit contrarium, ut quis cum alterius jactura locupletetur, & juſtitia commutativa exigat æquitatem inter contrahentes. Accedit, quòd eadem ratio vitandi damni, quæ pugnat pro reſcindenda venditione, militet etiam in tranſactione. Zoës. *ad ff. h. t. n. 47.* Interim non negat raró huic remedio eſſe locum, eò, quòd læſio non æſtimanda ſit à lite, ſed à dubio litis eventu.

12. *Poteſtné judex aliquem cogere, vel ei imperare tranſactionem?*

Non poteſt, nec debet hoc facere. *Nov. 124. c. 4.* quia

ia tranſactiones voluntatis ſunt, & non neceſſitatis, quia nemo tenetur cedere jure ſuo, nisì fortè jura triusque partis valde ſint obſcura, & intricata, vel pertimeſcatur turbatio pacis publicæ. P. Pichler *hìc* 4.

13. *Sed poteſtné ſaltem ſuadere, ſi alterius jura ſint clara?*

Negat hoc etiam P. Engel *hìc n. 15.* eò, quòd debeat dare cuique ſuum, nisì etiam hìc concurrant circumſtantiæ aliud ſuadentes, puta, quia timeri poteſt appellatio, licèt frivola, vel novæ lites, aut difficultates circa executionem ſententiæ.

14. *Obligantné pacta, & tranſactiones etiam ſucceſſores?*

Diſtinguunt communiter DD. inter ſucceſſorem hereditarium, & inter ſucceſſorem in officio, & dignitate. Ille utique obligatur, quia haeres tenetur praeſtare factum defuncti. Non item alter, eò, quòd ille non habeat cauſam, uel titulum ab anteceſſore, ſed à collatione aut inſtitutione Superioris, vid. Engel *hìc n. 17.*

TITULUS XXXVII.
De Poſtulando.

1. *Quid eſt Poſtulatio?*

POſtulare hìc nihil aliud eſt, quàm advocare, ſive deſiderium ſuum vel amici in jure apud eum, qui jurisdictioni præeſt exponere. *L. 1. ff. h. t.* unde licèt

 quan-

quandoque Procuratores, imò ipſi litigantes dicantu poſtulare, propriè tamen Advocatis convenit.

2. *Quis dicitur Advocatus?*

Advocatus (aliàs Patronus cauſæ, orator, v Cauſidicus dictus) dicitur is, qui pro altero præſent poſtulat, & ei authoritate, conſiliô, & operâ ſuâ i judicio aſſiſtit. Schmalzg. *hìc n. 2.*

3. *Qui poſſunt poſtulare?*

Regulariter omnes ſufficiente doctrinâ, & juris p ritiâ inſtructi. *L. 2. c. h. t.* nisì quis ſpecialiter pro hibitus reperiatur. *arg. L. 43. ff. de procur.*

4. *Qui ergò prohibentur poſtulare?*

Quidam prohibentur edictô Prætoris, ut minore 17. annis, propter defectum perfecti judicii, quo opu eſt in poſtulando. *L. 1. §. 3. ff. h. t.* mulieres, quia i non fert ſexûs verecundia, & quia advocare eſt mu nus virile. *L. fœminæ de R. I.* Infames, quia e honorificum. *d. L. 1. §. 4.* Alii lege, ùt Judices, & arbitri in ea cauſa, in qua judicant. *L. 6. c. h. t.* Alii judici ſententiâ, quos nimirùm Judex repellit, vel ob delictum vel ob contumaciam. *L. 5. & 7. c. h. t.* Alii Canone, ſcili cet religioſi ſinè conſenſu ſuperiorum, nisì pro cauſ Monaſterii. *c. 2. h. t.* Hodie plerorumque judicio rum uſu non alii ad munus advocandi admittuntur, quàm Doctoratûs, vel ſaltèm Licentiatûs gradu inſigniti, & non nisì immatriculati.

5. *Licetné Clericis advocare?*

Licet quidem, ſed non nisì pro ſuis Eccleſiis, contra Ec

cleſiar

...eſiam verò poſtulantes privantur ſuis beneficiis tam... ...nam ingrati *c fin. h.t.* quod idem obtinet in eo, qui ...uas habens Eccleſias uni contra alteram ſervit. Gloſſ. ...n *c.fin. cit.* niſi vel ſuperioris juſſus. *arg. L. 6. ff.h.* ... aut officii neceſſitas excuſet. *L. 6. §. 13. ff. quæ ut in... ...g.* Permittitur etiam iis advocare pro ſanguine junctis, ...ec non miſerabilibus perſonis *c. 1. & 3. juncta Gloſſ. ... t.* & hoc ùt plurimùm tantùm in judiciis Eccleſiaſticis. ... tribunali autem Laicorum nec non in cauſa ſangui...is ſaltèm pro actore contra reum, propter periculum ...regularitatis advocare iis penitus interdicitur *c. 1. & ... cit. & c. 9. ne clerici vel Monach.* Pichl. *hìc n.* ... add. de hac materia Schmalzg. *h. t. §. 2. per tot.*

6. *Quæ eſt obligatio poſtulantium ſeu Advocatorum?*

I. Ut merita cauſæ in judicio proponant. *L. 14. ... de Advocat. diverſ.* II. Ut à fallaciis, fraudibus, ...lſis allegationibus, aut perverſis interpretationibus ...ſtineant. *L. 14. §. 1. c. de judiciis.* III. Ut vitent ...onvitia, maledicta &c. *L. 6. §. 1. c. h. t.* IV. Ut ...es non protrahant, *cit. L. 6.* cauſam ſuſceptam dili...enter tractent. *cit. L. 14.* nec deſerant ſinè juſta cauſa. ... *13. §. 9. c. de judiciis.* V. Ut non accipiant im...odicum honorarium. *L. 5. c. h. t.* vid. Pichler *hìc ... 5.* & Schmalzg. *n. 17.*

7. *Quæ ſunt Privilegia Advocatorum?*

Alia ſunt perſonalia. Ut I. nobilitas. *L. 7. c. h. t.* ...nde Advocati dicuntur privilegium ſuæ nobilitatis ha...ere in corpore juris clauſum. II. Participatio privile-gio-

giorum militarium, iis exceptis, quæ militibus ob igno rantiam conceſſa ſunt *arg. L. 14. c. eod.* III. Immu nitas à tortura, carcere. *arg. L. 8. c. de quæſt.* item pa nis ignominioſis, ut fuſtigatione, ſuſpendio &c. *arg L. 16. §. 3. & L. 28. §. 2. & ult. ff. de pœnis.* IV Uſus vehiculorum in loco, ubi Princeps reſidet. *arg L. un c. de honorat. vehi.* Alia ſunt realia, qu refertur immunitas ab oneribus realibus, & perſonal bus. *arg. L. 6. c. de Profeſſ. & Med.* II. Exemptio recipiendis hoſpitibus, & militibus. *L. 6. de Advoca divers. jud.* III. Beneficium competentiæ. Plura v de apud Schmalzg. *h. t. n. 18. & tit. 4. L. 5.* Scota num Exa. juris *lib. 3. tit. 6. & ſeq.*

8. *Poſſuntné Advocati à Clientibus ſuis exigere Salaria?*

Immoderata, & exceſſiva non poſſunt exigere. *L. 5. c. h. t.* unde non erat ferendus ille Advocatus, qu ante aliquot annos pro una certa ſcriptura 10. millia flo renorum dari ſibi petiit, moderata autem illis deben tur, *d. L. 5. c. h. t.* & ſi pacto ſibi non proſpexerint implorató nobili Judicis offició tantùm Judex judicabit quantùm habita ratione laboris, dignitatis, ſcientiæ & difficultatis cauſæ arbitrio prudentis viri videbitur. *L. 1. §. 10. L. 4. ff. de variis, & extra cog.* de quo ta litis verò paciſci abſolutè prohibentur. *L. 6. c. h. t. & L. 53. ff. de pact.* eò, quòd talia pacta facilè invitent ad dolos & fraudes.

9. *Li*

9. *Licetné Advocatis orare cauſas dubias, & quid de defendenda cauſa minùs probabili?*

Poteſt imprimis orare dubias, ut cum communi docet Reiffenſt. in Theol. morali *Tr. 1. diſt. 3. n. 63.* modo non ſit cauſa apertè iniqua. Probabiliorem autem non tenetur ſequi, ſæpè enim probabilia ſunt vera, & magis probabilia falſa, & quod ab uno dubium, vel minùs probabile, aut etiam iniquum reputatur, alteri æquum, & juſtum perſpicitur, quia quot capita, tot ſententiæ. vid. Pichler *hìc n. 6.*

10. *Quis conſtituit pauperibus Advocatos?*

Iis judex deputabit advocatum, qui gratìs eis patrocinari debebit, ad quod etiam compelli poterit. *L. 7. c. h. t.*

TITULUS XXXVIII.
De Procuratoribus.

1. *Quis dicitur Procurator?*

PRocurator propriè eſt, qui ex mandato aliena negotia adminiſtrat. *L. 1. ff. h. t.*

2. *Quomodo Procurator diſtinguitur ab Advocato?*

Procurator ab Advocato differt, I. Quòd prioris officium ſit privatum, vile, & oneroſum. *L. 34. c. de decurio.* Advocati verò nobile, & publicum. *l. 4. de*

4. de Advocat. divers. jud. II. Procurator fit dominus litis *c. 1. de Procurat.* non item Advocatus, *l. 1. c. de erroribus Advocat.* III. Advocatus debet eſſe juriſperitus. *L. 11. cod. de Advocat divers. jud.* in procuratore non tam ſcientia, quàm diligentia requiritur. Solent autem hodie plerumque Advocati ſimul conſtitui Procuratores. Engel *h. t. n. 2.*

3. *Quotuplices ſunt Procuratores?*

I. Alii ſunt ſpeciales, ſeu ad certa quædam negotia *L. 1. & 63. ff. h. t.* Alii univerſales, ſeu omnium negotiorum, qui, ſi habeant liberam poteſtatem agendi, vel gerendi omnia, quæ ipſe Dominus in cauſa vel negotio poteſt, dicuntur univerſales *cum liber. c. 4. h. t. in 6.* II. Alii ſunt judiciales, qui conſtituuntur ad lites, & alii extra judiciales, qui negotiis vacant. *L. 33. & 43. h. t.* judiciales vel ſunt in rem ſuam, ſi ſcilicet Dominus ceſſit jura, & actiones, ut emolumenta ex lite pertinerent ad procuratorem. *L. 33 §. fin. & 55. ff. h. t.* ubi hoc ſingulare, quòd ſi per emptionem ſit conſecutus ceſſionem, non poſſit plùs exigere ab illo contra quem ceſſio eſt facta, quam ipſe revera ſolvit. *L 22. & 23. c. mandati.* Vel in rem alienam, ſi in utilitatem Domini negotia gerant.

4. *Qui poſſunt dare Procuratores?*

Omnes, qui non prohibentur prout in ſpecie dare prohibentur Procuratores excommunicati *c. fin. h. t.* nimirum ad agendum: ad defendendum enim dare poſſunt cùm defenſio ſit juris naturalis, conſequenter nemini adimenda *c. 7. de judic.* & qui liberam rerum ſuarum adminiſtrationem non habent, ut ſunt pupilli, & mi-

nore

res ſinè conſenſu tutorum, & curatorum. *L. 11. c. h. t.* eadem eſt ratio de prodigis. *arg. L. 6. de V. O. & 40. ff. de R. I.* plura vid. apud Pichler *hic n. 5.* adde Schmalzg. *h. t. §. 2. per tot.*

5. *Qui poſſunt conſtitui Procuratores?*

Conſtitui ſimiliter poſſunt omnes, qui non ſunt prohibiti. Sic minor 17. annis, nè quidem ad negotia conſtitui Procurator poteſt *c. 5. §. fin. h. t. in 6.* & ad lites, non niſi major 25. annis, quod jure quidem Canonico certum eſt per *c. 5. h. t. in 6.* eò quòd non habeat legitimam perſonam ſtandi in judicio, & quia judicium facilè poſſet fieri eluſorium per reſtitutionem in integrum. Jure tamen civile contrarium tuetur Zoës. *n. ff. h. t.* tum per §. *eadem lege Inſtit. ex cauſ. minum non lic.* tum quia annô 17. expletô admittitur ad poſtulandum, non obſtante fundamento contrariæ ſententiæ, quia id tantùm verum eſt, quando minor ſuo nomine comparet in judicio, non etiam quando alienis rebus præfectus eſt. vid. tamen P. Pichler *h. n. 8.* de aliis prohibitis vid. Engel *hic n. 6. et ſeqq.* et Schmalzg. §. *3. per tot.*

6. *In quibus cauſis conſtitui poſſunt Procuratores?*

In omnibus civilibus etiam famoſis *L. 6. § 2. ff. de his qui not. infam.* uti videre eſt apud Schmalzg. *h. t. n. 33.* In criminalibus ex parte accuſatoris non admittitur Procurator propter pœnam talionis, in quam inſcribere debebat accuſator, quæ non poteſt fieri in procuratorem, niſi pœna relegationis ſit minor *c. 5. h. t. L. 1. ff. an*

per

per al. cauſ. appell. Hodiernis tamen moribus indiſtin-ctè admittuntur, cùm pœna talionis ſit ſublata. vi-Pichler *hìc n. 9.* Ex parte verò rei abſentis non tan-tùm ad allegandas cauſas abſentiæ, ſed etiam defen-dendum admittitur procurator *c. 4. h. t. l. 3 c. de ac-cuſat.* ſi tamen reus ſit præſens, non admittitur pro-curator, nè judicium reddatur eliſorium. *c. 15. de ac-cuſat.* Schmalzg. *h. t. n. 21. & 22.*

7. Quid præterea requiritur, ut quis rit- officio Procuratoris fungatur?

Regulariter, ut quis poſſit in judicio agere, requi-ritur, ut ſit ſufficienti mandato inſtructus: nam geſ-â Procuratore falſo, vel qui legitimo mandato car-ſunt ipſo jure irrita *arg. c. 4. V. Nos verò h. t.* nisi ea do-minus ante ſententiam definitivam ratihabuerit *arg. 10. de R. J. in 6.* vid. tamen Zoëſ. *ad ff. h. t. n. 17.* p-reo verò abſente mandatô de jure non indiget, dum-modo præter cautionem de rato inſuper caveat judic-tum ſolvi *L. 40. §. 2. & L. 64. ff. h. t.* nam publicè in-tereſt abſentes defendi *L. 33. §. 2. eôd.*

8. Cur dictum regulariter?

Quia plures ſunt caſus, in quibus Procurator præſumpto mandato admittitur. I. Si dominus ſit pr-ſens, & non contradicat. *L. 18. ff. mandati.* II. habeat inſtrumenta ad cauſam pertinentia. *c. 34. de o-deleg.* III. Si ſint conſortes ejusdem litis. *L. 2. C. conſort. ejusdem lit.* IV. Si ſint perſonæ conjunctæ *L. ff. h. t.* V. Si maritus pro rebus uxoris agat *L. 21. h. t.* VI. Si Epiſcopus aut Prælatus bona, aut ju-Eccleſiæ perdat, vel defendere negligat, poſſunt Can-nici agere ſinguli pro iisdem absque mandato. *c. 1. reſtit. ſpoliat. c. 34. de teſt.* nam & ipſorum inter-

ja

ra Eccleſiæ ſalva ſervari. Gloſſ. *in c. 34. V. per except.*

9. *Qualem Procuratores habent poteſtatem?*

Hæc deſumenda eſt ex mandato, quod ſi generale ſerit non extenditur ad ea, quæ ſpeciali mandato indigent. Licèt Principalis dixerit, conſtituo te Procuratorem etiam in iis, quæ ſpeciale mandatum requirunt, eò, quòd in generali conceſſione non veniant ea, quæ quis pro ſimiliter non fuiſſet in ſpecie conceſſurus, vid. Schler *hìc n. 11.* Quòd ſi autem aliqua ſpecialia enumerâſſet Principalis, vel mandatum ſit cum libera, tunc procurator poterit etiam ea, quæ ſpeciale mandatum deſiderant, dummodo non ſint magni præjudicii. Engel *hìc n. 14.* ubi ex Bartolo tradit id etiam obtinere in literis credentialibus legatorum, quod nimirùm Principalis non obligetur, ſi legatus aliqua in præjudicium ejus geſſiſſet, nisì quædam expreſſa fuiſſent majoris momenti, & ut geſtis ab eo plena fides haberetur.

10. *Ad quæ exigitur ſpeciale mandatum?*

I. Ad cauſas criminales criminaliter intentas. II. ad juramentum Calumniæ. *Clement. 2. h. t.* III. ad juramentum litis deciſorium Adverſario deferendum, *c. 1. h. t. in 6.* IV. ad tranſigendum, paciſcendum, compromittendum, petendam reſtitutionem in integrum, *c. c. 4.* V. ad tractandam cauſam matrimonialem. VI. Ad donandum, debitum remittendum. VII. Ad beneficiorum renunciationem. &c. Schmalz. *h. t. n. 27.* Ratio horum omnium eſt, quòd omnes iſtæ cauſæ cen-

ſcantur eſſe de gravioribus, quæ nunquam in genera
mandato comprehenduntur.

11. *Poteſtné Procurator etiam alium ſi ſubſtituere?*

Ad negotia datus poteſt, exceptô matrimoniô (*fin. h. t. in 6.* ad lites verò datus, non aliter, quàm poſt litem conteſtatam, quia in uno, & altero caſu cen ſetur electa eſſe induſtria perſonæ : niſi in poſterior caſu datus ſit in rem ſuam, aut ſubſtituendi poteſtatem à Domino acceperit *c. 1. h. t. in 6. L. 8. 11. & 2. eod.* idem Schmalzg. *loc. cit. n. 36.*

12. *Quomodo obligatur Procurator domino, & qualiter iſte viciſſim Procuratori?*

Debet domino rationem geſtorum reddere, & qu conſecutus eſt, reſtituere. *L. 46. §. 4. ff. h. t.* ſi dolo vel culpâ damnum intulit, tenetur illud reſarcire *L. 1. & 13. C. mand.* quam in rem datur domino acti mandati directa, è contra tenetur quoque dominus Procuratori non tantùm expenſas factas ratione negotii geſti reſarcire. *c. 6. h. t.* etiamſi in cauſa ſuccubuerit, a ſinè culpa ſua inutiliter geſſerit *L. 56. §. fin. ff. mandati*, ſed etiam damna, quæ occaſione mandati direct paſſus eſt, reparare, idqúe per actionem mand. contrariam *d. L. 46. §. 5. h. t.* intellige, ſi ſalarium ordinarium non habeat procurator, ſi enim habeat, non act mandati, ſed locati locum haberet in utroque §. 1. *Inſt. de mand.* ratio horum deſumitur *ex L. 7. ff. teſtament. quemad. aperiant.* quòd nimirum nemo debeat officium ſuum damnoſum eſſe. Dico autem ca-

cal-

caſione mandati, nam ſi dum negotium domini gereret, naufragio, aut à latronibus ſpoliatus res ſuas amiſerit, dominus non tenetur *L. 26. §. 6. ff. mand.* quia hæc caſui imputanda, qui regulariter à nemine præſtatur. Non obſtantè, regula prædicta, quòd officium ſuum nemini damnoſum eſſe debeat; quia intelligitur quoad damnum directè ex officio, non ab extrinſeco proveniens. Engel *hìc n. 18.*

13. *Nocetnè verò dolus, vel culpa Procuratoris domino?*

Nocet. *L. 10. C. h. t.* imputet enim ſibi dominus, quòd de fideliore procuratore ſibi non proſpexerit. Et hoc adeò, ut adversùs acta per talem procuratorem non reſtituatur, ſed hactenus tantùm contra procuratorem actione mandati conſulere ſibi debeat, utì dictum. Si tamen procurator ſolvendo non ſit, putat Engel *hìc n. 27.* & Zoëſ. ad ff. *h. t. n. 22.* de æquitate ſaltem actionem reſtitui in adverſarium. *per. L. 7. §. pen. ff. de dolo & L. 8. §. 1. ff. mand.*

14. *Quomodo Officium Procuratoris exſpirat?*

Variè: veluti I. mutuo conſenſu utriusque, Procuratoris ſcilicet & Principalis. *L. 24. ff. h. t.* II. per revocationem re integra, re autem non integra Procurator revocari non poteſt, nisì juſta ſit cauſa, v. g. quia factus eſt inimicus domini, adverſarii hæres &c. *c. 2. h. t. in 6.* ex quibus cauſis etiam Procurator poteſt liberationem petere. *L. 8. §. fin. ff. h. t.* III. Morte Principalis re integra, ſi tamen mors ignoretur, acta etiam poſt mortem Principalis valent §. *10. Inſt. de mand.* idem eſt,

ſi procurator ignoret revocationem fuiſſe factam. *c. 33. de reſcript.* Quod tamen patitur fallentiam in matrimonio. *c. fin. h. t. in 6.* item in cauſa Eccleſiæ, & beneficiali: in his enim exſpirat mandatum per mortem Prælati vel Rectoris Eccleſiæ, etiam re non integra, & poſt negotium cæptum *Clement. ult. h. t.* IV. Morte ipſius Procuratoris. *L. 57. ff. de judic.* cùm cenſeatur electa perſonæ induſtria. Weſenb. *ff. h. t. n. 11.* V. Si dominus ipſe cauſam tractet etiam poſt litem conteſtatam. *c. 8. h. t. in 6.* plura vid. rurſum apud Schmalzg. *h. t. §. 7. per tot.*

TITULUS XXXIX.

De Syndico.

1. Quis dicitur Syndicus?

SYndicus propriè ille dicitur, qui alicujus univerſitatis communi mandato ejusdem cauſas adminiſtrat curat, & proſequitur *L. 1. §. 1. ff. quod cujusque univerſ. nom.* König. *hic. n. 1.*

2. *Quomodo diſtinguitur à Procuratore Adminiſtratore &c.?*

Differt à Procuratore, quòd hic conſtituatur à privatis, Syndicus verò ab aliqua univerſitate. Ab Adminiſtratore, quia Adminiſtrator præeſt rei pecuniariæ Syndicus cauſis litigioſis. Ab actore, quia hic ad unam tantùm cauſam conſtituitur. Syndicus ad omnes. Ab œconomo, ſeu diſpenſatore Eccleſiæ, quia huic res Eccleſiæ gubernandæ committuntur, Engel *hic n. 2.* Schmalzg *eod. tit. n. 1.*

3. Qu

3. *Qui poſſunt Syndicum conſtituere?*

Syndicum conſtituunt ſolæ univerſitates & communitates, non autem requiritur, ut omnes de communitate conſentiant, ſed ſufficit, ut duæ partes ex tribus ſint præſentes, & major præſentium pars conſentiat, arg. *L. 3. & 4. ff. eod. quod cujusque univerſ. c. 1. de his, quæ fiunt à majore parte.* Engel *loc. cit.*

4. *Qui viciſſim poſſunt Syndici conſtitui?*

Conſtitui poſſunt omnes, qui procuratores eſſe poſſunt, nec aliàs ſunt inhabiles: nec requiritur, ut ſint de univerſitate. *c. 9. de procurat.* Imo Syndicus Monaſteriorum non debet conſtitui unus ex Religioſis. *c. un. h. t.* nè per ſtrepitus forenſes à divino ſervitio abſtrahantur, quòd ſi tamen utilitas monaſterii expoſceret: putat P. König. *h. t. n. 3.* poſſe cum licentia ſuperioris in cauſa ſaltèm particulari admitti, *arg. can. 35. cauſ. 16. q. 1.*

5. *Qualem habet Syndicus poteſtatem?*

Eandem, quæ aliàs competit Procuratori cum libera. Unde omnia poteſt, quæ aliàs ſpeciale mandatum requirunt, nisì aliud in mandato ſit expreſſum. P. Pichler *hìc n. 4.* Schmalzg. *n. 6.*

6. *Quomodo finitur Officium Syndici?*

Iisdem ferè modis, quibus mandatum Procurato-

rium *cit. L. 6. in fin.* niſi quod morte conſtituentiu non exſpiret, quia communitas ſemper permanere in telligitur, *L. 7. §. 2. ff. quod cujusque univerſ.*

TITULUS XL.

De his, quæ vi metusvè cauſa fiunt?

1. Quid eſt Vis?

VIs propriè accepta definitur *in L. 2. ff. quod metu cauſ.* cui reſiſti non poteſt.

2. Quid eſt Metus?

Eſt inſtantis, vel futuri periculi cauſa mentis trep datio *L. 1. ff. eod. tit.*

3. Quotuplex eſt Vis?

Vis prout hìc ſumitur, alia eſt abſoluta, ſive præc ſa, alia non abſoluta, ſivè cauſalis, vel conditionalis. Il eſt factum aliquod ab extrinſeco, ſive coactio corporali ad quam paſſum nihil confert, nec concurrit, ùt, ſi al cui inevitabili violentia è manu aliquid eripiatur, aut g nua ante idolum curventur: & hæc abſolutè tollit v luntarium, & excludit omnem conſenſum. Hæc e violentia quædam compulſiva tantùm, quæ voluntariu ſimpliciter non tollit, illud tamen diminuit, ut aliqu det, vel faciat aliquid non daturus, neque facturus, vis exterior abeſſet.

4. Qu

4. *Quotuplex eſt Metus?*

Metus imprimis alius eſt *juſtus*, qui ab habente poteſtatem juſtè incutitur, ùt dum v. g. Epiſcopus fert vel intentat delinquentibus cenſuras, vel alius Magiſtratus carcerem, aut vincula. Alius *injuſtus*, quando nimirum is, qui aliquem percellit nullum jus habet: ùt dum latro, vel alius malevolus homo mortem, vel alia mala minatur, aut actu intentat, ut pecunias extorqueat. Deinde alius eſt *gravis*, qui ob grave aliquod malum. v. g. mortis, mutilationis, infamiæ &c. incutitur: ità, ut cadat in conſtantem virum. Alius *levis*, quando non imminent ejusmodi majora mala, vel ſi etiam intententur, non tamen, nisì ab homine, qui facilè ſperni, vel eludi poteſt. Alius præterea ab *intrinſeco*, & alius ab *extrinſeco* proveniens, ille, qui provenit à cauſa naturali non libera, putà à morbo, incendio, ruina, naufragio &c. Denique alius eſt metus, quem Juriſtæ vocant reverentialem, quem habent liberi erga parentes, uxor erga maritum, ſubditi erga dominum.

5. *Quis, & qualis Metus ponit juſtam excuſationis cauſam?*

Inprimis nullus Metus, quantumcunque graviſſimus excuſat aliquem pro foro interno à peccato reſpectu actûs jure divino, vel naturali prohibiti. Ratio, quia pro nullo metu debet quis, vel poteſt peccatum mortale committere, ut dicitur in *c.* ʿ. *h. t.* Imò ſi actus etiam tantùm lege humana ſit prohibitus, ſi tamen ex eo lex divina, vel naturæ læderetur, adhuc non excuſat. Unde non licet comedere carnes die veneris, ſi id petatur in contemptum authoritatis Pontificiæ, vel poteſtatis

 clavium

clavium, quia ſimul violaretur lex naturalis, & divina ut dictum in tit. de conſtit. P. Pichler *hîc n. 5.* Enge *n. 13. h. t.* Pro foro autem externo requiritur regulariter metus gravis cadens in conſtantem virum injuſtè incuſſus, nec ſufficit levis.

6. *Sed valentnè actus, vel contractus per metum geſti ipſo jure?*

Regulariter nullus actus, vel contractus per metum gravem celebratus, eſt ipſo jure irritus, ſed valet hactenus, & tantùm præbet reſciſſioni cauſam: quod probatur per *L. 21. in fin. ff. h. t.* ubi dicitur, *quamvis, si liberum eſſet, noluiſſem, coactus tamen volui*: unde colligunt communiter DD. quòd coacta voluntas ſit etiam voluntas. Huc facit, quòd dicitur *Inſtit. de except. in pr.* eum, qui metu coactus promiſit, jure civili obligatum eſſe. Objicitur quidem *L. 22. ff. quod met. cauſ.* ubi dicitur extortum ab eo, qui in carcerem detruſus, nullius eſſe momenti, & *L. 1. C. de reſcind. vend.* ubi venditio metu extorta, decernitur irrita. Sed reſpondetur, hoc tantùm eſſe intelligendum quoad effectum, non etiam quaſi ipſo jure actus eſſent nulli: minùs obſtat quòd metus videatur tollere conſenſum. arg. *L. 116. ff. de R. J.* nam hoc æquè duntaxat procedit quoad conſenſum liberum, non etiam abſolutum, reliquas object. vid. apud Pichler *hîc n. 12.* add. Schmalzg. *eôd. tit. n. 9. & ſeqq.*

7. *Quare dictum regulariter?*

Quia ſunt aliqui actus, qui ob metum gravem injuſtè incuſſum ſunt ipſo jure nulli, veluti I. Contractus matrimonii *c. 14. & ſeq. de ſponſal. & matrim.* II. Profeſſio religioſa *c. 1. h. t.* III. Promiſſio & conſtitutio do-

tis

is. *L. 21. §. 3. ff. quod met. cauſ.* & ſimiles alii, de
quibus Schmalzg. *h. t. n. 19.* Reiffenſt. *hic §. 3. per tot.*

8. *Proceduntnè dicta etiam de contractibus bonæ fidei per metum extortis?*

Nulla hic eſt differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti juris, ſive ille det cauſam, ſive incidat in contractum, eò, quòd nullibi in jure ſit expreſſa. Nec ad rem facit, quod dolus dans cauſam contractui bonæ fidei reddat illum ipſo jure nullum. Nam hoc ibi ità conſtitutum, non etiam hìc. Rationem autem differentiæ inter utrumque paſſum aſſignat P. Engel *hìc n. 3.* quòd nimirum in contractibus bonæ fidei conſenſus habeat implicitam conditionem: *ſi ita eſt, utì dicitur*, ergo ſi per dolum aliter ſit, deficit conditio, & conſequenter etiam conſenſus, in metu autem objectum conſenſus plenè ponitur, & tantùm coactio ad conſentiendum adhibetur, quæ coactio cauſat ſolùm involuntarium ſecundùm quid, non ſimpliciter. Non obſtat, quòd etiam in metu dolus inſit, quia hoc eatenus tantùm procedit, quatenus dolus in genere ſignificat omnem malignam alterius læſionem, non autem quatenus magìs propriè, & ſpecificè ſignificat callidam machinationem, alias object. vid. apud Zoës, *ad ff. h. t. n. 9. & ſeq.*

9. *Qualiter ergo, ſive quo juris remedio ſuccurritur metum paſſo?*

Diſtinguendum eſt, an metum paſſus, contractum, vel conventionem jam compleverit, nec nè. Primo caſu competit ei actio quod metus causâ, quâ petere à Judice

dice poteſt, ut reſcindatur contractus, & res tradita ſi reſtituatur cum fructibus, & omni cauſa. *L. 9. §. junct. L. 12. in pr. ff. h. t.* Secundo verò caſu exceptio ejusdem nominis, cui enim datur actio, ei etiam, & meritò quidem magìs concedenda eſt exceptio. *L. 156. §. de R. J.* vid. Schmalzg. *hìc. n. 24.* add. Pichler. *eo. tit. n. 13.*

10. *Sed quid, ſi actui per metum extorto accedat juramentum?*

Si ſinè ſalutis æternæ diſpendio ſervari poteſt, eô obligatur jurans, ità, ut nec exceptionem, nec actionem habeat *c. 3. h. t.* unde *in c. 8. de jurej.* dicitur juramentum etiam graviſſimo metu extortum ſervandum, dummodo id fieri poſſit ſinè peccato, & non vergat in præjudicium animæ, vel tertii. Poteſt tamen petere relaxationem à ſuperiore, vel judice Ordinario imò, etſi non petatur relaxatio, poteſt judex ex Officio illud relaxare, & metum paſſum in priſtinum ſtatum reſtituere. Schmalzg. *hìc n. 22. & ſeq.* quomodo etiam exaudiendum eſt *c. 28. d. t.* ubi innuitur juramentum extortum non eſſe ſervandum, ſcilicet mediante abſolutione, & relaxatione. Engel *hìc. n. 4.*

11. *Quid ſentiendum de metu reverentiali?*

Metus reverentialis ſecundùm ſe non eſt ſufficiens ad irritandos actus ex eo factos, nisì alia concurrant adminicula, v. g. aſperitas vultûs, indignatio, mala tractatio, importunæ preces. Coll. ex *Can. 8. cauſ. 20. q. 1. c. 11. de ſponſ. impub. & c. 2. de pact. in. 6.* & ratio eſt, quia aliàs plerique actus à liberis, uxore, vel ſubditis initi eſſent invalidi, aut ſaltèm reſciſſioni obnoxii

cùm

m facilè probare poſſent, ſe ob reverentiam contra- cere non auſos. Schmalzg. *h. t. n. 4. 5. & 6.* vid. oës *ad ff. h. t. n. 21.* ubi etiam ad quædam contraria ſpondet.

2. *Quænam requiruntur ad hoc, ut actus, vel contractus ex cauſa metus reſcindi, vel retractari valeat?*

Requiritur I. Ut metus ſit gravis cadens in con- antem virum. *L. 5. & 6. h. t.* cujus exempla re- runtur in *L. 3. 4. 7. 8. h. t. & L. 7. c. eôd. c. 1. 2. & 6. h. t.* Minor tamen metus ſufficit in muliere, uàm in viro, puero, quàm adulto &c. Engel *hìc n. 12.* . Ut metus ſit præſens, non ſuſpicio tantùm, quæ ana eſt. *L. 7. h. t.* Unde minæ non ponent juſtum etum, ſed adverſùs eas cautio potiùs de non offen- endo peti deberet, nisì tamen minæ procedant ab eo, ui eas exequi ſolet, & poteſt, ipſaque cautio ſperetur on pro futura. Engel *hìc n. 17.* III. Ut ſit incuſſus juſtè & per injuriam: hinc damnatus, ſi eligat duce- meretricem, ut liberetur à morte, tenet matrimo- ium. Zoës. *ad ff. h. t. n. 17.* IV. Ut ſit incuſſus b extrinſeco: hinc non eſt irritandum matrimonium etu mortis, vel timore inferni contractum cum con- ubina. Reiffenſt. *h. t. n. 29.* in ſe autem, an in libe- is ſuis patiatur quis metum, vel injuriam non refert. . *8. in fin. h. t.* idem eſt de uxore, aliisqué conſan- uineis. Zoës *ad ff. h t. n. 20.* V. Aliqui requirunt, t metus ad effectum actionis, vel exceptionis incus- us ſit directè ad extorquendum actum, vel contra- tum, conſequenter non eſſe reſciſſioni obnoxium con- ractum ob metum ex alio fine intentatum, ut notat Engel

Engel *h. t. n. 19.* contrarium tenet Pichler *eôd. tit.* 14. & Schmalzg. *n. 27. & ſeq.* ubi vid.

13. *Sed annè ei, qui metum fortè tantùm levem paſſus eſt, nullo juris auxilio ſuccurrendum ſit?*

Jure actionis & ex edicto Prætoris non habet remedium, quia ad actionem, quod met. cauſ. requiritur metus gravis, utì dictum. Æquitas tamen ſuad, ut ei ſaltèm per implorationem officii nobilis ſuccurratur. Ex ratione, quòd nemo debeat, cum alteris jactura, & injuria locupletari, nec ex delicto ſuo commodum reportare. Quò facit, quòd conſentiens ob metum levem ſit tantùm in culpa, alter verò in dolo, potior autem debet eſſe conditio illius, qui tantùm in culpa eſt, quàm qui in dolo verſatur. vid. Treutl. *vol. 1. diſp. 11. q. 27.*

TITULUS XLI.

De in integrum Reſtitutione?

1. *Quid eſt Reſtitutio in integrum?*

RESTITUERE in integrum in genere nihil aliud eſt quàm aliquem in priſtinum ſtatum reponere: unde Reſtitutio in integrum eſt in priſtinum ſtatum repoſitio, ſive redintegratio. *coll. ex L. 24. §. 4. ff. de minorib. L. 1. c. ſent. poſſ.* pleniùs verò deſcribitur, quod ſit remedium extraordinarium à Prætore introductum quô læſi in eum ſtatum, in quo ante læſionem fuerunt juſta, & probabili de cauſa per officium judicis reducuntur, ità *Com. & Coll. ex L. 1. & ſeq. ff. h. t.*

2 Quæ

2. *Quare dicitur remedium extraordinarium?*

Quia regulariter non datur, ubi aliud remedium extraordinarium læſo competit: Dico *regulariter*, quia quando remedium extraordinarium eſt pinguius ordinariô, & læſo magis proficuum, poteſt utrumque competere, arg. *L. 3. §. 1. ff. Nautæ, caupones.* P. Engel *h. n. 1.*

3. *Ex quibus cauſis datur hoc remedium Reſtitutionis in integrum?*

Ex variis: nominatim autem competit, & accommodatur hoc beneficium illis, qui vel ex cauſa metûs, ùt in *tit. quòd met. cauſ.* vel propter dolum alterius *tot. tit. ff. de dol. mal.* vel ex cauſa ætatis, de qua ſub *tit. ff. de minor. 25. ann.* vel ex qualibet alia juſta cauſa, ùt habetur *in tit. ex quibus cauſ. major.* læſi, ... circumſcripti ſunt. *L. 1. 2. & 7. ff. h. t.* Eſt enim Reſtitutio nomen generis, & eæ, quæ ex dictis cauſis tribuuntur ſpecies.

4. *Quid requiritur ad hoc, ut minor reſtituatur in integrum?*

Debet imprimis conſtare de ætate, ſi ab adverſario negetur. *L. 4. de in integr. reſt. minor.* deinde de læſione, ſive ea contigerit dolo adverſarii, ſive citra ejus dolum. *L. 5. & 8. c. de cauſ.* ſi quid autem ...ô, aut quod cuivis patrifamilias majori contingere potuiſ-

potuiſſet, acciderit, ceſſabit reſtitutio. *L. 11. §. 4.* *L. 24. §. 1. ff. de minor. 25. ann.*

5. *Ex quibus cauſis reſtituuntur majores?*

Varias enumerat Prætor in prima edicti ſui par, *L. 1. ff. ex quib. cauſ. maj.* in fine autem ſubjung clauſulam generalem, *ſi qua alia mihi juſta cau videbitur*, eò quòd multi evenire poſſint caſus, c deſiderent reſtitutionis auxilium, nec ſingulariter en merari potuerint. Hinc quoties æquitas reſtitutione ſuggerit, ad hanc clauſulam eſt recurrendum. *L. 2. in fin. ff. d. t.* in ſpecie verò cauſam juſtam reſtit. integr. in majore ponit abſentia reipubl. cauſâ, ide eſt, de alia qualibet probabili, vel neceſſaria abſenti ut, ſi abſit Studiorum cauſa, vel detineatur in vinc lis &c. Zoës. *ad ff. d. t. n. 4.*

6 *Daturnè hoc beneficium etiam hæredibus, & ſucceſſoribus?*

Datur per text. expreſſum *in L. 6. ff. de in inte reſtit*, etſi circumſcripti, aut læſi dici nequeant, c non contraxerunt, cùm reſtitutio detur in rem ipſa & ratione negotii geſti. Zoës. *d. t. n. 2.* vid. Schmal *h. t. n. 17.*

7. *Competitné etiam aliis edicto non expreſſis v. g. Eccleſiis, Locis piis &c.*

Competit etiam Eccleſiis, idque exemplo mir

ri

im *c. 1. h. t.* quia Eccleſiæ funguntur jure minorum. 3. *d. t.* Engel *hic n. 3.* add. Reiffenſt. *h. t. n. 32.* lem juris attribuunt communiter DD. Xenodochiis, ve Hoſpitalibus, item Collegiis Clericorum, & aliis iis locis, authoritate Epiſcopi confirmatis, quia & æc jure quaſi minorum funguntur, & per adminiſtra- ores reguntur. Schmalzg. *h. t. n. 2.* accommodatur iam reipubl. per adminiſtratores læſæ. Ex eadem ra- one. *L. 4. c. ex quib. cauſ. maj. & L. 3. c. de jur. eip.* Mulieres quoque, ruſtici, milites &c. qui ju- s ignorantia excuſantur, ad hoc beneficium recurre- poſſunt, ſi peritiores conſulere non potuerunt. En- el *hic n. 5.*

. *Reſtituiturné minor etiam contra minorem, vel Eccleſia contra aliam Eccleſiam, aut alium æque privilegiatum?*

Videtur non poſſe reſtitui, eò, quòd trita ſit juris gula, quòd privilegiatus non utatur ſuo privilegio ntra privilegiatum, ſed affirmatur communiter, ſi ni- irum unus ſit læſus, & alter lædens. per text. *in L.* 1. §. *fin. ff. de minor.* ubi hoc ità de minore, & *c.* *h. t.* ubi id de Eccleſia quoque conſtituitur. Ratio t, quia regulariter in omnibus cauſis potior debet eſ- conditio illius, qui certat de damno vitando, quàm us, qui agit de lucro captando, ad Regulam oppoſi- m reſpondetur, eam procedere, ſi par ſit utriusque uſa, puta, quòd uterque læſus ſit, ùt in *cit. L. 11.* *fin.* in altero exemplo, ubi non datur reſtitutio mi- ori contra minorem, ſi unus dediſſet pecuniam mu- am, & alter eam diſſipaſſet prodigè, quia tunc uter- que

que certat de damno vitando, ſecùs, ſi cauſa ſit verſa, imò tunc negatur ſuppoſitum, quod tali c concurrat privilegiatus cum privilegiato, quia læd pro hìc, & nunc non eſt privilegiatus, eò, quòd j læſis tantùm, non lædentibus ſuccurrant, pulchrè R fenſt. *h. t. n. 44. & ſeq.*

9. *Gaudentné minores beneficio reſtitut nis in integrum, etiam in cauſis ſpiritualibu v. g. matrimonio, profeſſione, ordinibus?*

Contra hæc non datur reſtitutio, & quidem in m trimonio, & profeſſione, quæ comparatur matrimo carnali propter indiſſolubilitatem, in ordinibus verò p pter characterem indelebilem, nec in ordinibus, Profeſſione quis poteſt dici læſus, cùm ſint de mel bono; niſì allegetur eorum nullitas, ex errore c ſubſtantiam, vel metu gravi, aut alia juſta cauſa, t enim Religioſus intra quinquennium à die Profeſſi computandum poteſt coram ordinario nullitatem e proponere. Trid. *ſeſſ. 25. c. 19. d. Reg.* vid. Engel *n. 23.*

10. *Quid dicendum de Clerico minore, inconſultò, & cum damno renunciavit beneficio?*

Negant aliqui tali caſu competere reſtitutionem, quòd in cauſis beneficialibus minor habeatur pro jore *c. fin. de judic. in 6.* ſed communius affirmat eò, quòd edictum Prætoris de reſtitutione mino generaliter emanaverit, à qua minor in reſtitution

ne

eficii nullibi, neque jure civili, neque Canonico in-renitur exceptus. Nec contrarium probat *c. fin. cit.* uia hoc non procedit univerſaliter, ſed tantùm in fa-vorabilibus v. g. ut tanquam major in judicio ſtare poſ-ſit. Engel *hic n. 21.* add. Reiffenſt. *h. t. n. 83.*

11. *Sed quid ſi beneficium reſignatum jam alteri fuerit collatum?*

Reſtituendum adhuc eſſe, docet Engel *hic n. 22.* per *L. 9. in J. R. & L. 13. §. 1. ff. de minor.* quibus legibus minor reſtituitur, etiam re non ampliùs inte-ra. Non obſt. *L. 24. §. 2. eòd. tit.* ubi re non inte-ra non datur reſtitutio, quia text. loquitur in caſu repudiatæ hæreditatis à minore, quam nunquam habuit, & ſic quando minor præcisè lucrum quærit. add. Zoës, ad *ff. de minor. n. 9. & ſeq.* Reiffenſt. *h. t. n. 85.*

12. *Prodeſtné beneficium reſtitutionis minoris etiam Majori, ſi is eſt conſors litis, vel negotii cum minore?*

Diſtinguunt DD. an cauſa ſit individua, an verò dividua: ſi eſt individua, reſtitutio minoris prodeſt etiam majori, ſecùs ſi eſt dividua. *L. 47. §. 1. ff. de minorib. L. un. c. ſi in com. eademque cauſ.* vid. Engel *hic n. 14.*

13. *Sed quid dicendum de fidejuſſore minoris?*

Refert, an ſola læſio cum privilegio ætatis præbeat

 cauſam

cauſam reſtitutioni, an dolus adverſarii, ſive an mino
præciſè ob lubricum ætatis læſus ſit, an verò dolo ad
verſarii circumventus. Poſteriore hoc caſu prodeſt re
ſtitutio etiam fidejuſſori. *L. 2. c. de fidejuſſ. minor*
quia rei cohæret. In primo verò ſubdiſtinguendum eſ
an fidejuſſor ſimpliciter acceſſerit, id eſt, non tanquar
pro minore, ſed tanquam alio quolibet majore: an ve
rò propter incertum ætatis, ac reſtitutionis, ſive con
templatione juris Prætorii: ſi prius? proderit ſimilite
fidejuſſori. *L. 51. ff. de procur. & L. 89. de acqu
hæred. L. 41. h. t.* Si poſteriùs non prodeſt. Rati
diſparitatis eſt, quia in hoc poſteriore caſu id ipſum i
inter contrahentes actum eſſe videtur, ùt nimirùm re
ſtituto minore ſolvat fidejuſſor, conſequenter eſt pro
viſio ſpecialis, quâ non debet fruſtrari creditor, nec i
necem ejus ſubveniri fidejuſſori. *L. 13. in pr. ff. de mi
nor.* vid. Zoës. *ad ff. eôd tit. n. 51.* ubi etiam ad con
traria reſpondet.

14. *Contra quos datur reſtitutio?*

Competit contra eos, cum quibus negotium g
ſtum eſt, & qui læſioni cauſam dederunt, eorumqu
hæredes. *L. 13. §. 1. h. t. & L. 6. & 7. c. eôd.* und
regulariter adversùs tertium poſſeſſorem non datur, e
quòd cum eo nihil geſtum ſit. Perez *ad Cod. ti
qui & adverſ. quos.* nisì ea, quæ ex edicto, quo
metus cauſa accommodatur, quia licet perſonalis ſi
eſt tamen in rem ſcripta *L. 9. §. fin. ff. eôd tit.* Zoë
ibid. *n. 27.*

15. *Sed an ſaltèm minor adversùs tertium poſſeſſorem reſtitui non poſſit?*

Non reſtituitur regulariter ex dicta ratione, quò

cùi

um tertio nihil ei negotii interceſſerit, quod tamen de-
arant DD. ut reſtituatur minor, etiam contra ter-
um. I. Si tertius ille rem minoris mala fide compa-
averit v. g. per interpoſitam ad id alterius emptoris
erſonam, uti eſt caſus in *L. 13. §. 1. ex L. 14. ff. de*
min. II. Si tertius ille fuerit quidem in bona fide, prior
amen emptor non ſit ſolvendo, *d. L. 13. §. 1.* aut
minor grande damnum pateretur. *L. 9. in pr. ff. eôd.*
it. vel aliàs ipſius interſit rem potiùs, quàm pretium
abere, putà, quòd res majorum ſuorum fuerit. *L. 35.*
. eôd. Zoës. *ibid. n. 56.*

16. An detur contra Parentes?

Ità hoc expreſſè affirmatur in *L. 2. C. ſi adverſ.*
em. jud. & L. 2. C. ſi adv. donat. ſed videntur hæ,
 aliæ ſimiles leges nominatim ſublatæ, atque corre-
æ eſſe, per *L. fin. c.* quibus & adverſ. quos. quæ eſt
na ex recentiſſimis conſtitutionibus Codici repetitæ
rælectionis inſertis, vid. Perez *d. t. qui & adv. qu.*
dd. Treutler *vol. 1. diſp. 11. & duab. ſeqq.*

17. Coram quo Judice petenda eſt reſtitutio in integrum?

Peti debet coram judice Rei ex generali regula, quòd
ctor forum Rei ſequatur. *L. 2. C. ubi & apud quem.*
Iodiernis tamen moribus teſte Zoës *ad. ff. h. t. n. 5.*
 pluribus Provinciis reſtitutionem in integrum conce-
it ſolus Princeps, aut ſupremum ejus conſilium, prout
 hic in Auſtria noſtra obtinet.

18. *Intrà quod tempus debet peti Reſtitutio?*

Olim erat annus utilis à tempore læſionis factæ computandus. *L. 1. ff. quib. ex cauſ. Maj.* hodiè verò eſt quadriennium, quod ab initio eſt utile, id eſt non currit juſtè impeditis, poſtea verò continuum. *L. fin. c. de temp. in integ. reſtit.* Atque olim quidem erat conſtitutum inchoandæ, & finiendæ reſtitutioni. *L. 6. c. eôd. Clement. XI. h. t.* Hodiè verò eam inchoâſſe ſufficit, teſte Stryckio *U. M. ff. h. t. §. 9.*

19. *Quando incipit hoc tempus, ſeu quadriennium?*

Minoribus currit à tempore adeptæ majorennitatis, majoribus verò à tempore læſionis. *L. ult. pri. c. de temp. in integ. reſtit.* Circa Eccleſias, & loca pia non conveniunt DD. P.Engel *h. t. n. 11.* cenſet quadriennium hoc incipere, primùm à tempore ſcientiæ, ſive læſionis cognitæ, eò, quòd aliàs non ſatìs proſpectum eſſet indemnitati Eccleſiarum, quæ ob continuam Officialium, & Adminiſtratorum mutationem non tam facilè in res ſuas inquirere poſſunt, & probare id videtur *c. 2. h. t. in 6.* arg. à ſenſu contrario facit. *c. 1. eòd. t.* ubi licèt quidem negetur Eccleſiæ reſtitutio poſt quadriennium, additur tamen, niſì rationabilis causa ſubſit. Contrarium tenet P. Pichler *hìc n. 14.* vide tamen Schmalzg *h. t. n. 40.* Quomodo autem tempus computari debeat, ſi major, vel minor ſuccedat minori, vel majori, videri poteſt Zoës *ff. h. t. n. 49.*

20. *Quis eſt effectus Reſtitutionis?*

Impetrata Reſtitutione debent omnia in ſtatum pri-inum reponi, & unusquisque jus ſuum recipere. *L. 4. §. 4. ff. de minor.* Ità, ut alter rem, alter pre-um recipiat.

21. *Sed quid dicendum de fructibus?*

Non eſt concors circa hoc DD. ſententia, aliqui nim ſimpliciter affirmant cum re etiam fructus reſtitui ebere, alii ſimpliciter negant. Optima fortè eſt ſen-entia media, quam tenent Pichler *h. t. n. 11. &* chmalzg. *eôd. tit. n. 49.* qui ſic diſcurrunt. Vel enim ſio contigit ex contractu aliquo, vel negotio gratui-, & lucroſô, quia minor vel Eccleſia aliquid incon-lto donavit, hæreditatem repudiavit, beneficium, el dignitatem reſignavit &c. Et tunc fructus (dem-is ſaltèm expenſis) reſtituendi ſunt cum ipſa re: ra-o eſt, quia hoc caſu contigit læſio, tum circa ipſam m principalem, tum etiam circa fructus: aut verò ſio contigit occaſione contractûs oneroſi, putà per nditionem, permutationem, & ſubdiſtinguunt: aut im læſio facta eſt principaliter in pretio, putà, quòd inoris vendita ſit res, Eccleſiæ, vel minori adeò for- non neceſſaria, aut verò in ſubſtantia tantùm, eò, òd pretium quidem juſtum ſit, hactenus tamen non pediat rem talem alienari. Priori caſu cum re ipſa, repetatur, etiam fructus ſaltèm parti pretii corre-ondentes reſtitui debent, quia minor v. g. læſus eſt on ſolùm in rei venditione, ſed etiam in pretio, & a parte fructuum, quos ſervâſſet, vel recepiſſet. Po-eriore autem caſu res ſola, & non fructus reſtitui de-ent. Ratio, quia ſic læſio non contigit in fructibus,

ſicut enim emptor ex re percepit fructus, ità potuit mi-
nor ex pretio, quod ponitur eſſe æquale conſequenter
lucrum æquale facere. Et hæc ſententia apertiſſimè
fundatur *in L. 27. §. 1. ff. de minor.* ubi JC. totam
ſuam deciſionem præcisè ad æqualitatem conatur redu-
cere, ut ille, qui reſtituitur, neque ſit in damno, ſed
nec etiam in lucro. Quòd ſi autem major aliquis ex
edicto de majoribus impetraverit reſtitutionem, tunc
juxta ſententiam præallegati Pichler procedendum fo-
ret, prout aliàs in materia fructuum proceditur circa
bonæ vel malæ fidei poſſeſsorem: ità nimirum, ut ſi
mala fide rem nactus fuerit, omnes fructus reſtituere
teneatur, ſi verò bona fide, ante litis conteſtationem
tantùm exſtantes, poſt litis verò conteſtationem uni-
verſos. *L. 22. c. de 2. V. & L. 25. §. 7. ff. de petit.
hæred.* cum ſimilib. ad contraria reſpondet idem *eod.
tit. n. 12.*

TITULUS XLII.

De Alienatione Judicii mutandi causâ facta.

1. *Quis dicitur alienare Judicii mutandi causâ?*

QUi propter litem, quam metuit, aut prævidet ſi-
bi ab alio movendam, rem in potentiorem, aut
difficilioris conventionis adverſarium malitiosè, ſeu ani-
mo vexandi alienat. Pichler *hìc n. 1.* & deſu-
mitur ex *L. 1. & ſeq. ff. nec non c.
2. h. t.*

2. Qu-

2. *Quale remedium competit læſo per talem Alienationem?*

Talis habet duplex remedium, unum ex jure ff. quod eſt actio in factum Prætorium, quâ Prætor ſuccurrit ei, in cujus fraudem alienatio facta eſt ad conſequendum omne id, quanti ſuâ intereſt, alienationem taliter factam non eſſe. Alterum jure Codicis, quod eſt actio in rem competens adversùs quoscunque poſſeſſores, ità Zoës. *ad ff. h. t. n. 2.* & patet *ex L. 1. L. 3. §. 3. & L. 4. §. 5. ff. h. t. L. un. c. h. t.*

3. *Poteſtné actor utroque hoc remediô experiri?*

Poteſt, ſi velit vel actioné in factum agere contra alienantem, vel actione in rem contra tertium *d. L. un. c. h. t.* quin & utramque ſimul intentare, quia tendunt ad diverſa, illa ad conſequendum intereſſe, hæc ad rem ipſam, & dantur contra diverſos, prior contra alienantem, poſterior contra poſſeſsorem. Schmalzg. *hìc n. 4.* Si tamen actione in rem priùs actum fuit adversùs tertium, & exactio ſecuta, is, qui alienavit, liberabitur, quia cum poſſeſsor rem, vel æſtimationem præſtitit, non intereſt ampliùs actoris. At verò, ſi alienans præſtitit quidem id, quod intereſt, adhuc poteſt contra poſſeſsorem agere, quia actio iſta ex parte alienantis eſt pænalis, pænæ autem exactio non perimit rei perſecutionem. *L. 95. §. 9. ff. de ſolut.*

4. *In quibus judiciis habent locum hæc remedia?*

Tam in realibus, quando nimirum alienata eſt re quàm in perſonalibus, quando ceſſa, vel alienata e actio ad rem, ſi per ejusmodi alienationem, vel ceſſi nem conditio debitoris fiat durior. Zoës. *d. t. n. 9.*

5. *Quid requiritur, ut duplex hoc remedium competat?*

Requiritur, I. Ut vel dominium, vel ſaltèm po ſeſſio rei ſit in alium translata, ſive titulo oneroſo, ſ ve lucrativo. II. Ut id fiat judicii mutandi causâ. II Propter judicium futurum, ſeu imminens, quia ſi ju dicium jam fuiſſet captum, alienatio rei litigioſæ eſſ ipſo jure nulla, & ſic actione hac opus non foret. IV Dolo malo, hoc eſt ea intentione, ut conditio acto ris fiat deterior. V. Ut fiat inter vivos, & non p ultimam voluntatem, quia tunc nemo cenſetur dolo agere. Colliguntur hæc ex *L. 1. 4. & 8. ff. h. t. & l 24. comm. divid.* P. Pichler *hìc n. 3.* & Schmalz *eôd. tit. n. 5.*

6. *Quid ſpecialiter conſtitutum eſt in hoc titulo jure Canonico?*

Primum eſt, quod juxta *c. 1. h. t.* vi reſcripti im petrati ante alienationem contra alienantem non tantù alienans, ſed etiam poſſeſsor rei alienatæ, ſi fraudis fu conſcius, coram judice delegato conveniri poſſit: lic aliàs reſcripta ad lites extendi non poſſint à perſonâ a perſonam. Alterum, quòd approbentur leges civil ali

ienarum litium redemptiones prohibentes, & nomiatim Clericis ſub cenſuris inhibetur, nè emant, vel edi ſibi faciant res litigioſas, & cauſas ſæculares, ut aicos actores in ſuum forum Eccleſiaſticum trahant, t patet ex *c. 1. & 2. h. t.*

TITULUS XLIII.
De Arbitris.

1. *Quis dicitur Arbiter?*

ARbiter ſumitur vel genericè, vel ſpecificè: genericè dicitur omnis ille, qui ad aliquod negotium æſtimanum, & terminandum ſive à jure, ſive ab homine aſſumiur. Specificè autem, & propriè accipitur pro arbiro compromiſſario, de quo potiſſimùm in præſ. tit.

2. *Quotuplices ſunt Arbitri?*

Alii ſunt neceſſarii, qui ex diſpoſitione legis, Caonis, vel ſtatuti localis conſtituuntur, exempla ſunt 1 *c. 39. de off. & pot. Jud. delegat. c. 11. eôd. in 6.* *fin. c. de Jud.* Alii ſunt voluntarii, ſeu compronißarii, quos partes ex ſuo beneplacito eligunt.

3. *Quid eſt Arbitrator, & num differat ab Arbitro?*

Solent quidem hi duo paſſim inter ſe confundi, propriè tamen loquendo Arbitrator eſt ille, qui ad negotia xtrajudicialia v. g. ad perficiendos contractus ea intenione aſſumitur, ut ſecundùm naturalem æquitatem impliciter & ſinè ullo ordine judicij pronunciet. Unle etiam preſſiùs loquendo germanicè Schiedmann, & ententia illius arbitramentum dicitur. Arbiter verò

Judex compromiſſarius ſive ein Schied-Richter, ſententia verò illius laudum, ſive arbitrium appellatur. Ab hoc verò differt rurſus Mediator, ſeu amicabilis compoſitor, quòd mediator det potiùs conſilium, quàm ut judicium, & ſententiam ſuam edicat, & nec partes tenentur ejus deciſionem ſequi, nec ille officium ſuſceptum proſequi. arg. *L. 13. §. 2. ff. de recept. arbitr.* vid. Pichler *hìc n. 3.*

4. *Quomodo differt Arbiter compromiſſarius à Judice?*

Pæcipua inter utrumque eſt differentia. I. Quia Judex publica authoritate conſtituatur, conſequenter ad id cogi poſſit. *L. 61. de Appellat. L. 3. §. 1. h.* Arbiter autem compromiſſarius privata. Judex habet jurisdictionem, unde ſententiam à ſe latam exequi poteſt, non autem Arbiter, utpote â privatis electus, arg. *L. 3. c. de jurisd. om. Jud.* Quare non poteſt teſtes cogere, contumaces punire, vel ſententiam executioni mandare. vid. Schmalzg. *hìc n. 2.*

5. *Quæ eſt diſcrepantia inter Arbitrum juris, & compromiſſarium?*

I. Arbiter juris, cùm conſtituatur ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, magìs compelli poteſt ad munus hoc ſuſcipiendum, quàm arbiter compromiſſarius, qui tantùm ſuſceptum proſequi tenetur *L. Labeo 3. ff. de recept. arbitr. c. 61. de appellat.* II. arbitri juris habent jurisdictionem quaſi ordinariam, at verò arbitri compromiſſarii nullam, ſed tantum cognitionem. III. ab arbitro juris non ſecùs, ac à ſententia Judicis appellari poteſt, quia ſunt veri Judices *c. 11. de officio deleg.*

nc

non etiam ab arbitris compromiſſariis *L. 32. §. 14. ff. de recept. arbitr. & L. 1. C. eôd.* Schmalzg. *h. t. n. 3.*

6. *Qui poſſunt compromittere in Arbitros?*

Omnes, quibus eſt permiſſum tranſigere. *c. 5. h. t.* Pichler. *hîc n. 4.* ſpecialia vid. apud Schmalzg. *eôd. h. t. n. 6. & ſeq.*

7. *Qui poſſunt eſſe Arbitri?*

Hôc officiô fungi poſſunt omnes, quibus non eſt ſpecialiter interdictum. *L. 7. ff. h. t.* utì ſunt v. g. ſervi, & mulieres *L. fin. Cod. h. t.* nisì mulier de jure communi, vel conſuetudine habeat jurisdictionem in ſubditos, utì Abbatiſſa. *c. 4. h. t.* vel ex privilegio Principis. arg. *c. 26. de V. Sig.* item Laici in cauſa ſpirituali. *c. 8. h. t.* & alii, de quibus Schmalzg. *h. t. n. 12.*

8. *Poſſuntnè plures in eodem negotio eſſe Arbitri?*

Poſſunt: communiter tamen conſulitur, ut plures numero impares eligantur, nè arbitrium ex paritate votorum reddatur eluſorium. *c. 1. h. t.* an autem omnes debeant præſentes eſſe, dependet ex forma compromiſſi: regulariter præſentes eſſe debent. *arg. L. 17. ff. h. t.*

9. *Quid*

9. *Quid juris, ſi Arbitri ferant ſententian, ſed votis diſparibus, & diſtinctis, v. g. unus co- demnavit Titium in 30. alius in 20. tertius in 10?*

Ex ſententia Ulpiani in *L. 27. §. 3. ff. h. t.* perſe- venda eſt ſumma minima, nam in hoc, eò quòd in majori, omnes conveniunt. vid. Pichler *hic n. 8.* N- tat tamen Engel *hic n. 2.* id non procedere, ſi differe- tia foret nimia. v. g. primus in 100. & tertius in 3. condemnaret, ſed tunc obtinere *L. 8. C. de Ju- diciis.*

10. *Quibus in cauſis compromitti poteſt?*

Ordinariè admittitur compromiſſum in iis tantù cauſis, quæ bona, & patrimonium noſtrum conce- nunt, ac de quibus tranſigere licet. Engel *hic n. 4.* Pichler *n. 6.* ſpecialia vid. apud Schmalzg. *eód. tit. n. 1.*

11. *Quomodo conſtituitur Arbiter com- promiſſarius?*

I. Nudo pacto. II. Per ſtipulationem. III. adjec- pœnâ ab eo ſolvenda, qui laudo non ſteterit. IV. Ad- jecto juramento, ſaltèm de jure Canonico *c. 2. h.* nam jure civili juramentum compromiſſo adjectum e nullum. *Nov. 82. c. 11.* Pichler *n. 2.*

12. *Quod eſt officium Arbitri?*

I. Ut officium ſuſceptum ante pronunciatum lau- dum invitis partibus non deponat, ſed debet liti finer

impo

mponere. *L. penult.* alioquin poterit à Judice ordinario ad proſequendum officium cogi. *L. 3. §. 1. ff. eod.* II. ebet ſervare formam Judicii (niſi partes voluerint, t de plano procedat) adeóque laudum in præſentia partium, quas ad hoc citare debet. *c. 10. eôd. in 6.* pronuniare: & quidem intrà tempus, & in loco determinato. Quòd ſi nec locus, nec tempus in compromiſſo determinatum, intrà tempus congruum, & in loco ubi compromiſſum. *L. 21. §. 10. ff. h. t.* dummodo non pronunciet die feriato, tale enim arbitrium eſt nullum, arg. *L. 3. C. de feriis.* vid. Pichler *hìc n. 9.*

13. *Quis eſt effectus prolati arbitrii?*

I. Quòd arbitrium imponat finem cauſæ, ità, ut ab a appellare non liceat, ſive iniquum ſit, ſive æquum. *L. 27. ff. §. 2. h. t.* niſi ſit dolo latum vel præjudicans Eccleſiæ *c. 2. 3. & 5. eôd.* II. acta coram Arbitro retinent vim probandi in quolibet judicio inter osdem compromittentes. *L. 5. §. fin.* C. *h. t.* III. Si ſtipulatione factum eſt compromiſſum, laudum parit ctionem ex ſtipulatu, vel incerti ad intereſſe. *c. 9. L. 27. cit. §. fin.* quòd ſi verò compromiſſum eſſet adjectâ œnâ, tunc oritur actio vel ad pænam, vel ad ipſam em conſequendam. *cit. c. 9. & L. 27. §. fin. cit. decernît* C. *de receptis.* nudô verò pactô conſtitutum, icèt quidem de jure non producat actionem, moribus amen eandem firmitatem habet, quàm ſtipulatione conflatum. Strick. *ad uſum mod. ff. de recept. arbitr.* §. 2. idem eſt. ſi compromiſſum ſit homologatum, ſcilicet, quia partes per decendium nihil movendo contra acuerunt, *L. 5. C. h. t.* Pichl. *hìc n. 10.* add. Schmalzg. *eôd. tit. n. 31. & ſeq.*

14. *Quid*

14. Quid ſi pars aliqua eſſet graviter læſ per arbitrium, cùm ei non competat appellatio dabiturnè ſaltèm reductio ad arbitrium boni viri, ſeu judicis ordinarii?

Conveniunt ferè DD. quod ab arbitramento pro pter quamcunque gravem læſionem peti poſſit reduct per *L. 30. ff. de oper. libert.* & rationem: quòd arbi trator, cùm non ſervet juris ordinem, faciliùs iniqua ſententiam ferre poſſit, quæ correctione indigeat. E gel *hìc n. 7.* Sed circa arbitrium, ſive laudum non e concors ſententia, uti videre eſt apud Schmalzg. *eô tit. n. 36.* placet illius ſententia media, diſtinguen ſcilicet, an arbitrium jam ſit tacitè, vel expreſ homologatum, an verò non: illo caſu non dabit reductio, *L. 27. §. 2. ff. de recept. arbitr. & L. c. h. t.* Altero verò caſu habet adhuc locum reduct *cit. L. 5. V. ſin autem c. h. t.* Atque ſic facilè co ciliantur jura circa hunc paſſum contraria, ut nimiru ea, quæ reductionem admittunt, procedant de arb trio necdum homologato, vel ſolo arbitramento, r liqua verò de arbitrio homologato. Pichler *hìc n. 1*

15. Sed quando habendum eſt laudum pro homologato in ordine ad hunc effectum, ut reductio ampliùs peti non valeat?

Diverſæ etiam circa hunc paſſum ſunt DD. ſente tiæ, aliqui enim reductionem usque ad 30. annos a mittunt, alii eam denegant poſt 10. dies, quam poſ riorem tenet Engel *hìc n. 8.* eaque praxi conformic & tutior ſaltèm, ſive certior eſſe videtur.

16. C-

16. Coram quo Judice petenda eſt reductio?

Putant aliqui petendam eſſe coram Judice, vel ſu-eriore arbitratoris, eò, quòd ſit quædam quaſi ſpecies ppellationis: ſed rectiùs alii ſentiunt, debere eam pe- coram ordinario, ſcilicet illo, coram quo aliàs agi ebuiſſet, ſi compromiſſum factum non fuiſſet; ex ra-one, quòd petitio reductionis ſit mera provocatio ad dicem competentem, qualis eſt judex rei ordinarius. id. Schmalzg. *hic. n. 58.*

7. Poteritnè autem aliquis à Judice reductionis, ſiquando illa locum habuit, appellare?

Videtur quidem fortè dicendum, quòd ſic: ex eo, uia judex talis abſolutè procedit ùt ordinarius, à quo atur appellatio, negat id tamen P. Engel *hic n. 10.* x ratione, nè detur reductionis reductio, & lis ex lite riatur. vid. tamen contrarium tenens Schmalzg. *h. t.* *39.*

8. Quid ſi compromiſſo adjecta ſit pæna, eneturnè petens reductionem eam perſolvere, & an illa quoque pæna cenſeatur commiſſa, ſi ſententiæ à Judice reductionis latæ controveniat?

In priori caſu videndum eſt an juſta fuerit cauſa re-uctionis petendæ, vel non: ſi primum? non tenebitur d pænam, per text. *in L. 132. ff. de V. O.* ſi ſecundum? nebitur *L. 122. § fin. ff. eôd. tit.* Alterô verò caſu pæna omnino

omnino erit commiſſa; quia compromiſſum ex prima p… tium intentione habet iſtum ſenſum, ut ſub pæna ſolv… tur, quidquid vel bonus vir electus, vel bonus vir … galis, id eſt Judex pronunciârit. Engel *hìc n. 11. & …*

19. *Quomodo officium Arbitri, & totu… compromiſſum finitur?*

I. Morte compromittentium etiam unius tantùm. *L. 27. 32. c. fin. h. t.* II. Morte Arbitri. *c 50. de t…* etiam unius. *c. 30. & 42 de off. deleg.* nisì priùs fu… appoſita manus, vel adjecta clauſula: *ſi omnes n… poſſint, arbitrentur reliqui.* III. Recuſatione … bitri tamquam ſuſcepti *L. 15. ff. de recept.* IV. Mu… compromittentium conſenſu, arg. *c. 1. de R. J.* V. La… temporis arbitrio præfixi *L. 32. §. 3. 11. & fin. ff… t.* VI. finita cauſa per ſententiam, *L. 19. ff. c. 11 eôd.* VII. Interitu rei *L. 32. cit. §. 5.*

FINIS LIB. I.



LIB…

LIBER II.

TITULUS PRIMUS.

De Judiciis.

1. Quid eſt Judicium?

JUdicium, prout hîc ſumitur, nihil aliud eſt, quàm legitima Controverſiæ, quæ inter actorem & reum intercedit, apud Judicem transactio ac definitio, ità Comm. & dicitur Judicium, quaſi urisdicium, ſive Jurisdictio, quod in eo Jus dicatur. Vallenſ. *hic n. 1.* alias diverſas Judicii acceptiones, vid. pud Schmalzgr. *h. t. n. 2.*

2. Quotuplex eſt Judicium?

Judicium aliud eſt ſæculare, cui præeſt Judex ſæularis, ſive Laicus: aliud Eccleſiaſticum, quod exeditur per Judicem Eccleſiaſticum: aliud Spirituale, in uo tantum Cauſæ ſpirituales vel illis annexæ tractanır: aliud temporale, quo Cauſæ merè temporales & rofanæ diſcutiuntur. Aliud poſſeſſorium, in quo agiır de poſſeſſione retinenda, vel recuperanda, quo pernent interdicta. Aliud petitorium, in quo de Proietate diſceptatur. Aliud ſummarium, in quo de lano proceditur neglectô juris ordine; aliud ordinaum, in quo ſecundùm præſcriptam Juris formam cau ventilatur. Aliud criminale, quando agitur ad pœam publicam; aliud civile, quando pœna Actori ap-

plica-

plicatur. Plures alias diviſiones vide apud cit. Schmalz *hic n. 5. & ſeqq.* add. Pichler *h. t. §. 2.* & Reiffen *n. 33. & ſeqq.*

3. *Quæ perſonæ conſtituunt Judicium*

Aliæ ſunt principales, ut 1. Judex, qui Cauſam dec dit. 2. Actor, vernaculâ der Kläger, qui in Crim nalibus dicitur Accuſator, Ankläger / cujus vices qua dóque ſubit fama, vel notorietas facti. 3. Reus d Beklagte. Aliæ minùs principales, ùt Aſſeſſores, A ditores, Notarii, Secretarii, tabelliones, Advocati Procuratores, &c. de quibus vid. Schmalzgr. *h. t.* *13. & ſeqq.*

4. *Quando incipit Judicium?*

Reſpectu Judicis, & in ordine ad ſpectandam illi Jurisdictionem, incipit ſtatim cum Citatione: Cita enim inducit præventionem & litis pendentiam. Cle *ult. ut lit. non cont.* Reſpectu partium verò, & in o dine ad litigantes, Judicii principium etiam hodie a huc proprie eſt litis Conteſtatio, de qua infrà *tit.* *lit. conteſt.* eò, quod per hanc demum quaſi contrah tur, & partes ad invicem in Judicio perſiſtere ſibi o ligentur. Strick. *ad uſ. mod. ff. h. t. §.* 4. ità ut neu adverſario diſſentiente recedere valeat. *L. 5. C. de o.* *a.* nisì velit, ùt temerarius litigator, in expenſas co demnari. *§. 1. Inſt. de pœn. temer. litig.*

5. *Quis et quotuplex eſt effectus Judici?*

Varius 1. perpetuat actionem, aliàs tantùm ce tempore competentem, *L. un. C. ex delictis defun.* Hinc actio injuriarum, quæ temporalis eſt, & intrà a num inſtitui debet, Judicio inchoàto fit perpetua. interrumpit præſcriptionem, *L. ult. C. de præſcr.*

vel 40. an. 3. imponit utrique litiganti obligationem, ſe ſiſtendi & finem litis exſpectandi, *L. 3. ff. de pecul.* 4. acta coram Judice competente tenent, & fidem quoque faciunt in alio Judicio, modo inter easdem perſonas, & in ordine ad eundem finem eundemque effectum producantur, arg. *c. 18. cauſ. 2. q. 1. & c. 2. de except. in 6.* 5. inducit novationem actionis, ità, ut res, quæ antecedenter ex contractu debebatur, nunc ex Judicato debeatur. *L. aliam. ff. de novat.* vid. Schmalzgr. *n. 77.*

6. Qui poſſunt agere in Judicio?

Omnes, qui legitimam in Judicio ſtandi perſonam habent. *L. 2. C. qui legit. perſ. ſtandi &c.* nec aliunde impediti aut prohibiti reperiuntur.

7. Qui ergò ſunt illi, qui in Judicio agere non poſſunt?

Regulariter in Judicio ſtare non poſſunt pupilli, & minores 25. annis ſine tutorum vel Curatorum interventu. *L. 4. C. de auth. præſt. & L. 2. C. qui legitimam perſ.* aliàs enim ſententia contra minorem indefenſum lata eſt ipsô Jure nulla. *L. 45. §. 2. L. 54. in pr. ff. de re Jud.* nisi veniam ætatis impetrâſſet, *L. 10. C. de appell. L. 5. C. de temp. in integr. reſtitut.* aut cauſa ſit ſpiritualis, ut matrimonialis vel beneficialis. *c. fin. h. t. in 6.* aut momentaneæ poſſeſſionis, *L. fin. C. qui legit. perſ.* item ſi ſententia lata in favorem illius fuerit. *L. 14. C. de procurat.* Schmalzgr. *hìc n. 26.* Et ideo ſi minor curatorem fortè non habet, dandus eſt ei curator ad lites etiam invito. *§. 2. Inſt. de Curat.* Minoribus aſſimilantur prodigi. König *h. t. n. 32.* Huc pertinent filii famil. circa quos tamen di-

ſtinguendum, contra quem agant, an contra Patrem an contra extraneum? cum patre ſi velit litigare filius familias: indiget conſenſu, ſivè veniâ Prætoris *L. 13. ff. de in jus voc.* ſi cum extraneo, conſenſu Patris opus habet, etiamſi major ſit 25. ann. *C. ult. fin. h. t. in 6.* ità, ut Judicium, quodcunque contra illum latum, ſit ipsò jure nullum. *L. 8. §. ſancimus de bon. quæ lib. & L. 1. §. fin. C. de annal. exc.* niſi agat in cauſis ſpiritualibus, aut ſuper peculio Caſtrensi vel quaſi, vel non ſui ſed alterius nomine actionem inſtituat, Schmalzgr. *hìc n. 28.* Demum jure Canonico ſpecialiter agere prohibentur excommunicati excommunicatione majore, *c. 7. h. t. cum ſimil.* etiamſi non ſint denunciati, non obſtante Bullâ Martini V. quia hæc iis in eorum favorem non patrocinatur. vid. cit. Schmalzgr. *hìc n. 32.*

8. *Quid dicendum de Religioſis?*

Religioſi absque Conſenſu ſui Superioris nec per ſe, nec per alium poſſunt ſuſcipere Judicium, arg. *C. fin. de ſepult. in 6.* quia nec velle nec nolle habent. Quod tamen fallit in pluribus Caſibus, quos refert Schmalzgr. *h. t. n. 38.* 1. ſi habeant aliquod beneficium etiam manuale, 2. ſi ex licentia ſuperioris abſunt à Monaſterio. 3. Pro conſervatione juris ſibi ex profeſſione competentis. 4. Quando accuſandus vel Judicialiter denunciandus eſt ipſe Superior *C. 11. de accuſ.* adeò ut inſuper in hoc poſteriore caſu expenſæ quoque de Monaſterio ſuppeditari debeant *d. C. 11 de accuſ.* add. P. König *h. t. n. 35.* ubi tamen monet, non eſſe Conſultum Religioſis, ut cum ſuis Prælatis contendant, eò quòd plerumque cauſa Prælati potentior eſſe ſoleat.

9. Se

9. *Sed poteſtnè Prælatus agere ſine Conſenſu Conventûs vel Capituli de bonis ad Monaſterium vel Eccleſiam pertinentibus?*

Poteſt regulariter, ùt probatur ex *Can 9. Cauſ. 18. q. 2. c. 21. de reſcript. c. 19. §. fin. de Elect.* & ratio eſt, quia Prælati habent liberam adminiſtrationem rerum ad Monaſterium vel Eccleſiam pertinentium; *dict. jurib.* omnis autem talis adminiſtrator poteſt agere de bonis adminiſtrationi ſuæ commiſſis, *L. 2. §. 2. C. de Jurej. prop. cal.* Excipiuntur tamen rursùs cauſæ arduæ. *c. 4. & 5. de his quæ fiunt à Prælatis*, & alii quidam particulares caſus, utì videre eſt apud Pichler *h. t. n. 10.* add. Schmalzgr. *eòdem tit. n. 39. & ſeqq.* König *hìc. n. 37.* an autem idem jus agendi competat Abbatiſſis, & cœteris regularium ſuperioribus, nec non Parochis & Rectoribus Hoſpitalium vel aliorum locorum piorum, vid. cit. Schmalzgr. *d. loc. n. 40.*

10. *Qui poſſunt conveniri in Judicio?*

Omnes quicunque ex contractu vel delicto ſe obligare vel obligari poſſunt, & ſpecialiter non prohibentur, quales rurſum ſunt pupilli & minores, qui ſicut ſine tutorum & curatorum conſenſu agere vetantur, ità, & ſine eorundem interventu conveniri non poſſunt. *L. 1. & 2. C. qui legit. perſon. L. 54. ff. de re jud. L. 24. C. de Procur. cum ſimilib.* quò etiam ex diſpoſitione juris communis ſpectant Magiſtratus temporales majores cum imperio, *L. 48. ff. h. t.* quod tamen hodie, ubi plerique ejusmodi Magiſtratus ſunt perpetui, non ampliùs obſervatur, teſte praxi & quotidianâ experientiâ, filius familias verò licèt ſinè conſenſu Patris exceptis præmiſſis caſibus, agere in judicio non poſſit, ha-

ctenus tamen ex omnibus cauſis (modò pubes ſit,) æqu
ac paterfamilias obligatur, ac per conſequens etia
tanquam paterfamilias actionibus perſonalibus, tam e
delictis quàm ex contractibus conveniri poteſt, *L. 5;
ff. de judic.* idemque etiam eſt in actionibus realibu
ratione peculii caſtrenſis, & quaſi, nec non adventit
irregularis, *arg. L. 4. §. 1. ff. de caſtren. pec.* quoa
profectitium verò & adventitium regulare ſolus pat
ſuſcipit actiones, *§. 1. in fin. Inſt. per quas perſ. cu
que acquir.* Lauterb. *ad ff. h. t. §. 31.* add. Schmalzg
hìc n. 28. Pariter excommunicatus, quamvis à fa
cultate agendi in judicio arceatur, conveniri tamen re
ctè poteſt; nè ex malitia ſua commodum reportet
an verò per ſe ipſum aut per Procuratorem reſponder
poſſit, vel debeat, vid. cit. Schmalzgr. *h. t. n. 36.* &
Pichler *hìc n. 11.* P. König. *n. 39. & ſeqq.*

TITULUS II.

De foro competenti.

1. Quid eſt Forum Competens?

Omiſſis variis acceptionibus, de quibus Schmalzg
hìc n. 1. forum, prout hîc accipitur, eſt in gener
locus, in quo judicia exercentur. *c. 10. de v. s.* quate
nus verò habet reſpectum ad perſonam, quæ jurisdi
ctioni illius loci immediatè eſt ſubjecta, dicitur forum
competens. Vallenſ. *hìc num. 1. & 2.*

2. Quotuplex eſt forum?

Forum imprimis aliud eſt *commune*, quod olim
Romani Imperii ſubditis Roma fuit, *L. 33. ff. ad mu
nicip.* hodie vero Clericorum, *arg. c. 20. h. t.* aliu
particulare, cui aliquis vel ratione habitationis, ve
alia de cauſa ſubjicitur, hoc autem aliud porrò eſt *Ec
cleſia*

cleſiaſticum cui præſidet Judex Eccleſiaſticus quà talis. Aliud *ſæculare*, cui Judex ſæcularis ſive Laicus ſimiliter quà talis præfectus eſt. Eccleſiaſticum ſubdividitur in *internum* & *externum*, hoc, quod etiam forum fori dicitur, eſt : quod ſe habet circa cauſas fori externi, in eòque Reus plerùmque ſecundùm allegata & probata abſolvitur & condemnatur. Illud verò, quod viciſſim forum poli, vel forum conſcientiæ, item forum DEI appellatur, *Can. ult. cauſ. 17. q. 4.* verſatur potiſſimum circa actus internos. Eſtque rurſum vel *Sacramentale*, ad quod pertinet adminiſtratio pœnitentiæ; vel *non Sacramentale*, ad quod pertinent ea, quæ extra ſacramentum exercentur, ùt dum diſpenſatur in votis, impedimentis matrimonii occultis &c. Porrò forum externum ulterius dividitur in *contentioſum*, in quo exercetur Jurisdictio in invitos, & ad invicem contendentes ; & *voluntarium*, in quo volentibus & non contendentibus Jurisdictio accommodatur, prout fit v. g. in collatione ordinum, ſacramentorum adminiſtratione, legitimatione, arrogatione &c. plures alias diviſiones, vid. apud Schmalzgr. *hìc n. 2.* Denique forum aliud eſt *competens*, in quo aliquis rectè conveniri poteſt, & debet, & aliud *incompetens*, in quo nec debet nec poteſt conveniri, Pichler. *h. t. n. 1.*

3. *Quibus modis quis ſortitur forum?*

Ordinariè quatuor modis, nimirum : ratione domicilii, delicti, contractûs, & rei ſitæ, *c. 20. h. t.* Reiffenſt. *hìc n. 15.* Schambog. *h. t. n. 4.* DD. commun.

4. *Quid & quotuplex eſt Domicilium?*

Domicilium in genere nihil aliud eſt, quàm locus, quem aliquis vel de facto inhabitat, vel ſaltèm inde or-

tus eſt. Et hinc dividitur in *domicilium natura* ſive *originis* : & in *accidentale ſeu habitation* Domicilium originis eſt, in quo Pater alicujus fu legitimus civis, ſive municeps vel incola vulgò Ji ſaß, Beyſaß, &c. *L. 1. 6. ff. ad Municipal. L. C. de Incol.* etiamſi alio in loco natus ſit. *L. 3. C. a Municip.* Illegitimè nati matris ſequuntur domic lium. *L. 1. & 9. ff. ad Municip.* Domicilium ve rò habitationis, in quo aliquis de facto commora tur & habitat. Et hoc iterum duplex eſt, unum ve rum & proprium, in quo quis habitat animo perpe tuò ibi manendi, niſi quid avocet. *L. 7. C. de In col.* Alterum quaſi Domicilium, quando quis in ali quo loco quidem habitat, ſed non animo perpetuò ib perſiſtendi.

5. *Quomodo conſtituitur verum Domicilium?*

Putant aliqui ſufficere ſolum animum, alii nudum habitationis factum, utì videre eſt apud Lauterb. *diſſert. de Domicil. n. 86.* Sed verius eſt, neque ſolum animum ſinè habitatione, neque ſolam habitationem ſinè animo ſufficere, ſed utrumque requiri, & coniunctim adeſſe debere; quod probatur manifeſtè per *L. 17. §. 13. & L. 20. L. 27. §. 2. ff. ad municip. L. 4. L. 7. C. de incol.* cum ſimilib. idem Lauterb. *loc. cit.* add. Engel *hìc n. 7.* & Pichler. *n. 60.* cum ſeq. ubi ad contraria quædam reſpond.

6. *Poteſtne aliquis in duobus locis habere Domicilium?*

Poteſt omnino, ùt patet ex *L. 5. L. 6. §. 2. & L. 27. §. 2. ff. ad municip.* modò tamen in utroque loco

loco æqualiter habitet, v. gr. in uno per hyemem, & in altero per æſtatem, Schmalzgr. *h. t. n. 13.* Lauterb. *citat. diſſ. n. 139.* Nec obſtat, quod aliquis duorum locorum civis eſſe non poſſit. Quia hoc imprimis non eſt verum, & contrarium firmat Wehner. *obſervat. pract. voce* Häußlich. Vid. cit. Lauterb. *d loco. n. 144.* Dein eſt plus eſſe civem quàm incolam vel ſubditum, unde licèt fortè aliquis non poſſit eſſe plurium locorum civis, non tamen ſequitur, quod nec plurium locorum incola vel ſubditus eſſe non valeat. Schmalz. *loc. cit.*

7. *Sed an ſola Domus vel prædii in aliquo loco poſſeſſio conſtituat Domicilium?*

Minimè: idque per *L. 17. §. 13. L. 27. §. 2. ff. ad municip.* adeò ut licèt quis majorem in aliquo loco habeat bonorum ſuorum partem, & ſeſe tanquam paterfamilias inſtruxerit, ſi tamen ibidem non habitet, ſivè ùt practici loquuntur, wann er es mit Rucken nicht beſitzet; Domicilium eo in loco haud cenſetur conſtitutum arg. *L. 7. C. de incol. L. 6. §. 2. L. 27. §. 2. ff. ad municip.* Lauterb. *d. loc. n. 145.* contrarium tenet Carpzov. *de proceſſ. execut. tit. 2. art. 1. n. 27. & ſeqq.*

8. *Quomodo autem probatur aliquis habuiſſe in aliquo loco Domicilium, ſi de animo non conſtet?*

Præſumitur hoc ſaltèm, ſi quis priſtinô domiciliô derelictô, vel rebus, quas alibi poſſidebat, venditis in alium locum migravit, ſeque & familiam ſuam eò tranſtulit, ac ibidem commoratus fuit. Item ſi ali-

quis decem annis continuis in aliquo loco habitav[it], & focum & lares ſuos ibi habuit, arg. *L. 27. §.* [...] *ff. ad municip. L. 2. C. ubi Senat. & L. 2. C.* [de] *incol.* & pluribus aliis de cauſis, de quibus Kö[nig] *h. t. n. 12.* modò tamen de animo contrario n[on] conſtet. Schmalzgr. *hic n. 11.* pulchrè Lauterb. *c[it.] diſſert. num. 102. cum multis ſeqq.*

9. *Qualiter ergo aliquis ſortitur foru[m] ratione Domicilii?*

Qui Domicilium habitationis in aliquo loco co-ſtituit, eo ipſo ſubjicitur etiam inferioribus illius l[oci] Magiſtratibus, & ibidem fit non quidem Civis pr[o]priè dictus (nisi Jus Civitatis, das Bürger-Rech[t], ſpecialiter impetraverit) ſed incola, ſive Beyſa[ß], Einwohner, aut uti hìc plerumque dicimus, Grun[d]hold. & probat *L. 7. C. de Incol.* in verbis: *cive[s] quidem origo, manumiſſio, allectio vel adoptio, incolas verò domicilium facit.* Et hinc coram il[lis] quoque tamquam Judicibus competentibus in prim[a] Inſtantia forum ſortitur & regulariter in omnib[us] Cauſis, in quibus illi Jurisdictionem habent, conv[e]niri poteſt. *L. 29. ff. ad municip. L. 19. §. 2. [ff.] de Judic. & C. 17. h. t.* & quidem non tantù[m] perſonalibus, ſed etiam realibus actionibus, de reb[us] quoque non tantùm ibi, ſed etiam alibi ſitis, *L. ul[t]. C. ubi in rem act. L. 2. C. de Jurisd.* & ſive ag[i]tur de rebus mobilibus (de quibus aliunde minus d[u]bium eſt) ſive de immobilibus vindicandis arg. *ci[t]. L. ult. ubi in rem actio*, præterea quoad action[es] perſonales nihil quoque refert, ſive illæ venerint e[x] Contractu, ſive ex delicto, ſive Contractus ſit init[us] & delictum commiſſum in loco Domicilii, ſive extr[a]

illum

lum, ſive reus ſit præſens ſive abſens, uti rurſum ·olidè exhibet Lauterb. *cit. diſſert. de domic. thes. 4. & 56.* ratio horum omnium eſt: quòd nimi-um forum Domicilii ſit generale, concurrens cum ·mnibus, nè aliàs nihil ſpeciale habere videatur. En-·el hìc *n. 14.* add. Schmalzgr. *h. t. n. 15.* Reiffenſt. *·odem n. 28. & ſeqq.* Pichler. *n. 42.*

·0. *Sed quid Juris, ſi in duobus locis aliquis habeat Domicilium?*

Tunc in omnibus illis incola dicitur. *L. 5. ff. ad ·nunicip.* ibidèmque pariter forum ſortitur ità, ut ·ı electione actoris ſit, in quo loco illum convenire ·elit arg. *L. 2. §. 3. ff. de eo quod certo loco.* Lauterb. *·. loc. th. 57.*

11. Fundatne etiam quaſi Domicilium forum?

Dubium non eſt, quin fundet Jurisdictionem fo-·i pœnitentialis, tribuátque Jus Parochiæ, adeò, ut ·alis ſubjiciatur Parocho illius loci, in quo hactenus ·abitat, non tantùm in ordine ad ſacramentum pœ-·itentiæ ibidem recipiendum, ſed poſſit etiam cœtera ·acramenta (excepto ordine) ab Epiſcopo vel Paro-·ho ejusdem loci recipere, ùt latè probat Sanchez. *·e matr. libro 3. diſp. 23. num. 12.* Engel *hic. ·. 8.*

·2. *Sed anne idem obtinet circa Jurisdictionem fori externi?*

Certum etiam eſt, quod in loco quaſi Domicilii ·ortiatur quis forum, & conveniri ibidem poſſit ſu-·er Contractibus & delictis inibi geſtis vel commiſſis, ·atio clara; quia tunc ſi non ratione quaſi Domici-

lii,

lii, ſic ſaltèm ratione delicti aut contractûs forum nanciſcitur. *C. ult. h. t.* Reiffenſt. *hìc n. 36.* difficultas ergo tantùm eſt de Contractibus vel de delictis alibi geſtis vel commiſſis. Negat hoc P. Engel *h. t. n. 10.* Saltèm ſi locus veri Domicilii non ſit valdè remotus, & actor ſine magnis ſumptibus et incommoditatibus ibidem agere poſſit, prout nimirum ſæpius accidit, quòd forenſes & peregrini propter debita alibi contracta in loco ubi reperiuntur, vel moram trahunt, arreſtentur, usque dum ſolvant, aut datis pignoribus vel fidejuſſoribus idoneè caveant. Gail. *l. obſ. 44. n. 20.* Ratio eſt, quia appellatione Domicilii non venit quaſi Domicilium. *L. 7. C. de incol.* ergo ſtatutum de Domicilio non eſt trahendum ad quaſi domicilium. Contrarium tamen tenet Reiffenſt. *hìc n. 30.* & Schmalzgr. *n. 17.* add. Pichler *h. t. n. 63.*

13. *Potéſtne hodie adhuc aliquis in foro originis conveniri?*

Olim unusquisque in eo poterat conveniri, etiamſi alibi domicilium habitationis conſtituiſſet, *L. 6. C. de incol.* erátque forum hoc tantæ, authoritatis, ut ei renunciari non potuerit, *L. 4. C. de municip.* Verùm hoc hodie amplius non obtinere paſſim teſtantur Doctores, ſed hôc ipsô, quòd aliquis alibi domicilium certum conſtituit, mox forum originis exſtinguitur, ut nec commodis nec incommodis ampliùs fovi valeat civis originarius. Gail. *Lib. 2. obſ. 36. n. 11.* etiamſi quis in loco originis deprehendatur. Franz. *ad ff. de judic. n. 26.* vid. tamen Strick. *ad uſum moder. ff. de Judic. §. 18.* ubi notat, illud hodie etiam adhuc abſolutè non exoleuiſſe, ſed toties hodie quóque adhuc aliquem in loco originis conveniri poſſe, quo

, quoties dubium eſt, an Domicilium ſuum alibi onſtituerit. Ità quoque, quando filius alibi ſeparaım Domicilium nondum conſtituit, forum originis, u Domicilii paterni agnóſcere tenetur, idem Strick. *id.*

14. *Quid Juris hodie eſt circa forum commune?*

Poterant non minùs etiam olim omnes Romæ ınquam in communi Patria conueniri, ùt conſtat ; *L. 33. ff. ad municip.* Sed & hoc hodie præſerm in Germania ampliùs non obtinet, teſte cit. Strick. *l.* §. *19.* eò quòd Roma ſedes Imperatorum eſſe deerit: & licèt aliqui putent, quod ubi Imperator, i Roma, adeòque in loco aulæ etiamnum hodie ıumquemque conveniri poſſe, tamen & hoc non vietur poſſe obtinere: ex ratione, quòd civibus in nnibus Germaniæ partibus beneficium primæ Inſtane ſit conceſſum, & legibus Imperii confirmatum, cujus proinde facultatem habent provocandi ad priam Inſtantiam, ſi in aula conveniantur. add. Schmalz. *t. n. 29.*

ſ. *Sed an non ſaltèm Clerici, vel etiam Laici in Cauſis ſpiritualibus hodie quoque adhuc Romæ conveniri poſſint?*

Affirmatiuè ad utrumque reſpondet Schmalzgr. *t. n. 27. & 28.* modò ibi exiſtant & juſtam caun, domum avocandi (prout eſt, ſi domi ad reondendum meliùs eſſent inſtructi, quàm in Curia omana) non habeant. Rationem primi reddit, ıòd Roma in ordine ad Clericos hodie adhuc communis

munis ſit Patria, communi Patre, ſcilicet Pont ibidem exiſtente; Ratio ſecundi, quia in Cauſis ritualibus Laici æquè ac Clerici ſummo Pontifici ſubjecti. add. Pichler, *hic n.* 58. & Reiffenſt. § *per tot.*

16. *Ubi & coram quo Judice vagi ſunt conveniendi?*

Hi ubique forum ſortiuntur, ubi deprehend tur, adeóque ibidem etiam rectè conveniuntur, tantùm ſuper contractibus & delictis ibidem geſſ vel commiſſis, ſed etiam de iis, quæ alibi geſſer vel commiſerunt. Reiffenſt. *hìc n.* 46. add. Stry *ad uſum moder. ff. de Judic.* §. 18. ubi docet etiam in foro originis conveniri, eóque evocari pc etiamſi ibidem de facto non reperiantur, ex ratio quod illud forum nunquam mutâſſe cenſeantur, adeó id pro Domicilio rectè habeatur.

17. *Quomodo res ſita tribuit forum*

Ratione rei ſitæ tenetur unusquisque reſpon coram Judice loci, ſive territorii, ubi res ſita eſt, text. expreſſ. in *C.* 3. *& fin. h. t. L. fin. C. ubi rem act.* etiamſi aliàs quoad perſonam ſuam ibi non ſit ſubjectus, & aliud forum recognoſcat, *C in pr. de privil. in* 6. *& L.* 19. *in pr. ff. de dic.* Schmalzgr. *h. t. n.* 50. ac ſive ibidem repe tur, ſive non; text. *in C. fin.* §. *ult. ut lit. conteſt. & L.* 2. *C. ubi in rem act.* Engel *hìc* 24. vid. Schmalzgr. *n.* 35. ubi ad Contraria reſp det, modò tamen actione reali agatur; nam actio ſonalis perſonam ſequitur, adeóque vel in loco micilii vel Contractus eſſet inſtituenda, idem Schmalgr. *hic n.* 51. König. *h. t. n.* 27. concordat quoad or

pr

axis fori Auſtriaci. Ratio verò horum omnium t, tum quia in actione reali potior rei, quàm perſonæ habetur conſideratio: tum quia in tali loco proatio Cauſæ expeditior, & executio ſententiæ facilior t: tum denique, quia non videtur juſtè detrecta- Judicium loci, cujus Jurisdictionem & protectioem res ibidem ſita experitur.

8. *Proceditne hoc indiſtinctè tam de rebus immobilibus quàm mobilibus?*

De immobilibus nullum dubium eſt, quin ibi, bi ſitæ ſunt, peti debeant. De mobilibus verò diinguunt plerumque Doctores, an res, quæ petitur, lis ſit, quæ hactenus in aliquo loco perſiſtit, vel ltem tranſitorie deprehenditur? veluti ſi quis cum ieo equo, vel alia ſimili re per civitatem iter faciat. rimo caſu tenetur reus reſpondere ibi, ubi res eſt. *. 19. §. 19. §. 2. verſ. at ſi quo. & leg. 38. in fin. de Judic. L. fin. C. ubi in rem act.* Secundò erò non item, ſed in Domicilio ſuo conveniendus eret. *cit. L. 19. §. 2do. de Judic.* quia tali caſu res on cenſetur conſtituta in loco, quæ tranſit. arg. *L. 1. §. 2. de uſu & uſu fre. legat. L. 78. §. fin. & . 86. ff. de Legat 3.* Interim tamen quia plerumue difficile eſt, rei Domicilium ſequi, uſu ferè ubiue obtinuit, ut res etiam tranſitoriè in loco, ubi eprehenditur, arreſtetur, ac tam diu detineatur, donec reus de Judicio ſiſti, & re ubi opus fuerit exhienda ſufficientem Cautionem præſtiterit. vid. Engel *c n. 17.* Pichler *n. 84.* add. Schambog *n. 17.*

19. *Sed*

19. *Sed annè Reus, ibi ubi res ſita eſt necessario conveniri debet, vel an etiam poſſit conveniri in loco Domicilii?*

Diſcors eſt circa hunc paſſum Doctorum ſententia. In puncto tamen Juris communiter obtinuit, quod in arbitrio actoris ſit, an Reum coram Judice Domicilii, vel rei ſitæ convenire velit, tum per *cita L. fin. C. ubi in rem act. & L. un. C. ubi de hæred.* tum per rationem, quod nimirum forum Domicilii ordinarium ſit, & generale, ac cum quovis alio concurrat. vid. Pichler *hic n. 87.* ubi ad contraria reſpondet. At verò in praxi & uſu forenſi etiam hic in Auſtria prævalet ſententia contraria. Ratio eſt, quia actio realis principaliter reſpicit ipſam rem: ergo merito ibi debet proponi, ubi res eſt.

20. *Quomodo forum acquiritur ratione Contractûs?*

Sicut ratione rei ſitæ tenetur aliquis reſpondere ibi, ubi res eſt, ità ratione Contractûs, vel quaſi contrahens ſubjicitur judici illius loci, in quo Contractus eſt initus, licet alibi Domicilium habeat, *c. ult. h. t. & C. 1. eod. in 6. L. 19. ff. de Jud.* Reiffenſt. *h. t. n. 80.* Pichler. *n. 75.* Idem eſt, ſi quis in aliquo loco promiſerit ſe ſoluturum, cum is iſte ibidem contraxiſſe videatur. *L. 21. ff. de O. & A.* Engel hic *n. 19.* ità tamen, ut et hic rurſus non excludatur forum Domicilii, ex ratione in quæſt. mox præced. alleg. Pichler *loco cit.* P. König *h. t. n. 42.*

21. *Sed obtinéntne dicta in omni Contractu?*

Non : ſed patiuntur fallentiam 1. in dote quæ n Domicilio mariti exigenda. *L. 65. de Judiciis;* :. Si aliter inter partes tacitè, vel expreſsè conven- um, & ſolutio in alium locum collata eſt. *L. 19.* §. :. *h. t.* 3. ſi quis ſciens cum advena ſtatim diſceſſuro ide habita de pretio contraxiſſet. *eâd. L. 19.* §. 2. *verſ. nam ubi.* niſi tamen ea intentione ad locum ſe ontuliſſet, ut ibi contraheret. dict. *L. 19. §. 2. verſ. it ſi quis ab eo* : aut advena ejusmodi ſit homo va- us & de fuga aut mutatione Domicilii ſuſpectus; unc enim contra eum in loco Contractûs rectè proce- eretur etiam per viam arreſti, ut vel reſpondeat, vel lonee caveat de judicio ſiſti. arg. *L. 2. §. 6. ff. de Judic.* aut ſi ex poſt ad locum Contractus reverta- ır, ibique ad tempus moretur, aut denique ſi quæ- iò ſit de eo, quod ſtatim in ipſo contractu eſt im- lendum, ut ſi pretio ſoluto nolit tradere rem vendi- ım. vid. Engel *hic n. 22.* 4. Fallit in Legatis; ſui licet in aliquo loco ante legationem contraxerunt, on poſſunt tamen de ejusmodi debitis durante lega- one conveniri, nisi noviter ibidem contraxerint. *L.* . §. *3. & ſeqq. & L. 24. ff. de judic.* 5. Merca- ores venientes ad nundinas non poſſunt conveniri ra- one debitorum alibi contractorum, benè tamen ropter debita in nundinis contracta, *L. un. C. de und.*

2. *Sed quid ſi contrahens in loco contractûs ampliùs non deprehendatur, poteritne eò evocari?*

Jure civili plerique tenent, Reum in loco Con-

R tractûs

tractûs indiſtinctè conveniri poſſe, etiamſi ibidem nc deprehendatur, ob generalitatem text. *in L. 19. §. ff. de Judic.* at verò jure canonico contrarium ap te deciſum eſt in *c. 1. §. contrahentes. h. t. in* quam poſteriorem ſententiam probat, eamque uſu f ri paſſim receptam teſtatur Strick. *ad uſum mode ff. d. t. de judic. §. 21.* non obſtante *cit. L. 19. 1.* Quia ibi imprimis non agitur de conveniendo a quo ex contractu, ſed de adminiſtratoribus & redde dis rationibus ob geſtam adminiſtrationem, ubi hoc e ſpeciale, quod in loco, ubi adminiſtratio geſta fui reddi debeant. *L. 1. C. ubi de ratiocin.* Dein ve ba illa: *neque ibi domicilium habeat*, non ide inferunt, ac verba: *etiamſi ibi non deprehendatu* poteſt enim aliquis Domicilium in aliquo loco non h bere, & tamen ibi præſens eſſe.

23. *Aſt quomodo exaudiendus Pontife* in cit. C. 1. h. t. in 6. *dum dicit: contrahent abſentes non poſſe invitos evocari ad locum Co tractûs & nihilominùs addit, quòd ſi citari co temnant, miſſio in eorum bona fieri poſſit?*

Volunt aliqui hoc abſolutè fieri poſſe, verù quia miſſio in bona eſt pœna contumaciæ, contum autem dici non poteſt, qui comparere non tenetu; Ideo non immerito amplecti poterit interpretatio Engel *hic n. 24.* exiſtimantis, textum hunc quoad ctam ſecundam Diſpoſitionis partem intelligi debere caſu, quo aliunde Jurisdictio citantis fundata eſ, ut Reum invitum vocare valeat, quod pluribus m dis accidere poteſt. 1. Uti paulò antè dictum, quis adminiſtrationem in aliquo loco geſſit. 2. cc-

contrahens ſe omnino ſubmiſerit Judicio loci contra- ctûs renunciando ſimul foro proprii Domicilii. 3. Si promiſerit ſe ſoluturum non tantum in certo loco, ſed etiam certo tempore v. gr. Viennæ in nundinis Pentecoſtalibus. Et 4. ſi in loco Contractûs ſemel comparuerit, ibíque præventus; vel litem conteſta- tus fuerit.

24. *Quomodo quis ratione Delicti fo- rum ſortitur?*

Eadem ferè ratio eſt delicti in aliquo loco com- miſſi, quæ Contractûs celebrati, unde non minùs de- linquens quoque ſubjicitur Jurisdictioni Judicis illius loci, in cujus territorio delictum commiſſum eſt. *. 14. & fin. h. t. C. 1. de raptor. L. 1. & auth. ua in provincia C. ubi de crimin.* Ratio autem onſiſtit, tum ut purgetur ſcandalum, & alii exem- lô pœnæ à ſimili delicto arceantur; tum ut vindicta ribuatur loco, qui per delictum offenſus & injuria af- fectus eſt: tum denique quòd in tali loco faciliores robationes haberi poſſint. Engel *hic n. 25.*

25. *Sed quis in hoc genere eſt propriè locus delicti?*

Ille in quo maleficium inchoatum vel conſumma- um eſt. *L. 1. C. ubi de criminib.* Hinc ſi aliquis uellam rapuit in unius Judicis territorio, in alterius erò violenter cognovit, de raptu rectè unus, & de upro alter rectè judicabit. Idem eſt, ſi quis in uno rritorio aliquem apprehendit, & in alio eundem ſpo- ivit, nam quoad capturam unus, & quoad ſpolium ter Judex eſt competens. P. König. *h. t. n. 57.* uòd ſi idem individuum ſcelus in uno territorio cœ- um, in altero perfectum ſit, ut ſi alibi exploſum ſit

ſclopetum, alibi occiſus homo; probabilius eſt Ju-
dicem utriusque loci concurrere circa puniendum hu-
jusmodi delictum, & dari locum præventioni. *d. l.*
1. C. ubi de crimin. idem König ibid. *n. 58.*

26. *Quid autem dicendum, ſi quis in confinio duorum territoriorum* auf der Gränz-Schaidung *occiſus reperiatur?*

Tres ſententias recenſet citat. P. König *hìc n. 5.*
Ipſe autem ſicut & P. Engel *h. t. n. 32.* mediam
quaſi quartam amplectitur, ſtatuendo utriusque terri-
torii Judici cognitionem, ac definitionem compete-
re, daríque rursùs præventioni locum, tum per *d. L.*
1. ubi de crimin. tum quia in dubio ſemper media
viâ incedendum. vid. tamen Schmalzgr. *hìc n. 6.*
Pichler *n. 66.*

27. *Quomodo procedendum Judici, ſi reus in loco delicti non reperiatur?*

Stando in Jure communi diſtinguunt plerumque
Doctores, an citatio ad eum adhuc in territorio ci-
tantis pervenerit, necne? ſi primum: poteſt contra
reum non comparentem procedere in contumaciam,
bona ipſius annotare, & in ea immiſſionem, aut ban-
ni aut excommunicationis ſententiam decernere *c. 1.*
h. t. c. 2. & ſeqq. ut lit. non conteſt. L. 1. C. de re-
quir. reis. Ratio: quia per citationem in territorio
factam, reus jam præventus, & ſubjectus eſt in or-
dine ad hanc cauſam. Si ſecundum: tunc citatio eſt
inutilis & ſinè effectu, quia extra territorium jus di-
centi impunè non paretur. Si tamen bona aliqua in
dn

dem ſita habeat, poterit ſaltem adhuc vel per edictum ad valvas, vel per litteras mutui compaſsûs citari ad hoc, ut compareat, & ſatisfactionem præſtet; ſi vero in termino præfixo non comparuerit, bona ejus ſimiliter annotari, in eáque immiſſio decerni. P. König & Schmalzgr. *hic n. 61.* add. Engel *eod. n. 37.*

28. *Potéſtne Judex vel ejus miniſtri fugitivum perſequi in alieno territorio?*

Per ſe & ordinarie non poteſt hoc facere, multò minùs capere reum in alieno territorio. *arg. c. fin. de Conſt. in 6. & L. ult. ff. de Juriſdict.* quia hujusmodi perſecutio & apprehenſio eſt actus Jurisdictionis neceſſariæ, quam regulariter nemo in alieno territorio exercere poteſt. Niſi fortè prædo, latro, graſſator, aut alius ſimilis perturbator reipublicæ fuerit; hos enim taliter perſequi permiſſum eſt, ut ſiſtantur illi Judici, ubi capiuntur; ut habet *Receſſ. Imp. auguſt. de anno 1559.* Pariter belli Dux milites ſui exercitûs fugitivos, maritus uxorem, Prælatus regularis ſuos Religioſos, ubicunque eos deprehenderint, capere poſſunt; *arg. L. 1. C. ubi quis de Curiali.* Unde dici ſolet, Prælatis totum mundum eſſe pro territorio contra religioſos fugitivos, Pichler *hìc num. 71.*

29. *Sed an ſaltèm erga litteras requiſitoriales ſivè mutui compaſsûs tenebitur Judex exiſtentem ad Judicem loci delicti remittere?*

Olim de jure Romano hoc debebat fieri, ùt patet ex

tet ex *L. 7. § fin. ff. de accuſ. L. 28. §. 7. ff.* *pœn.* cum ſimilibus. Hodie autem iſta remittendi n ceſſitas ubique ferè ſublata eſt, ità, ut quilibet Mag ſtratus delinquentem intra territorium ſuum depr henſum ob crimen etiam alibi commiſſum punire, pœnâ condignâ pleƈtere poſſit, & conſequenter r miſſiones ejusmodi non nisì ex urbanitate & benev lentia fieri ſolent, petitis inſuper literis reverſalibu quòd hæc remiſſio non ſit futura in præjudicium j riſdictionis judicis remittentis. vid. Schmalzgr. *h.* *n 64.* Excipitur tamen caſus, quo judex loci, u delinquens commoratur, minore præditus ſit poteſt te, quàm requiritur ad pœnam condignam inflige dam, ut ſi v. gr. hîc in Auſtria reus alicujus deli capitalis deprehendatur in territorio, cujus judex n habet Jurisdictionem criminalem, tunc enim tene eum ſiſtere Judici ſuperiori ſive dem Land-Gerich Herrn. Pichler *hic n. 72.* add. Strick. *ad uſum m der. ff. de judic. §. 26. & ſeqq.*

30. *Obtinéntne dicta de competentia f ri ex cauſa delicti etiam in foro Eccleſia ſtico, & circa perſonas Eccleſia ſticas?*

Omnino per text. & Doctores in *c. 14. h. t.* i etiam ſpecialis illa deciſio habetur, quòd judex l delicti poſſit ferre ſententiam & Clericum in ſua Di ceſi delinquentem pro gravitate delicti beneficiis eti alibi obtentis privare, ita tamen ut executio hujus ſ tentiæ fiat per Epiſcopum illius Diœceſis, in cujus neficia ſita ſunt Engel. *hic n. 33.*

31.

31. *Sed potéſtne Abbas alicujus Monaſterii Clericum alienum in ſuo Monaſterio delinquentem punire?*

Si non habeat Jurisdictionem quaſi Epiſcopalem non poteſt eum punire, quia tales Clerici ratione delicti non ipſi, ſed Epiſcopo ſubjiciuntur: Si tamen gravius fuerit delictum, & Clericus talis ſuſpectus ſit de fuga, poterit eum ſaltem capere ad hoc, ut illum ordinario ſuo præſentet. idem Engel *hic n. 34.*

32. *Súntne præter enumeratos 4. adhuc etiam alii modi ſortiendi forum?*

Sunt utique plures ſpeciales. Sic enim 1. Clerici, ſtudioſi, milites habent ſpeciale privilegium, ut non niſi coram ſuis Judicibus conveniri, ab iisque puniri, & plerumque etiam alibi capti ad eos remitti debeant; 2. Speciale etiam aliquod forum eſt ex *L. diffamari. C. de ingenuis & manu: & L. ſi contendat. 28. ff. de fidejuſs.* 3. Quandoque fit Judex competens per præventionem, prorogationem, reconventionem. 4. Ex qualitate Cauſæ; ut quia eſt Cauſa ſpiritualis, mixta, vel connexa. 5. Denique cauſæ feudales non niſi coram Judicio feudali tractari debent.

33. *Ubi ergò conveniendi ſunt Clerici?*

Clerici omnes, utpote exempti à Juriſdictione Laicorum Jure communi conveniendi præcisè ſunt coram Judice Eccleſiaſtico, ſive civiliter ſive criminaliter agatur, quemadmodum patet ex *c. 4. 8. & 17. de Judiciis. c. 4. 12. & 15. h. t. authent: Statuimus.*

tuimus. C. de Epiſcop. & Cleric. adeò ut Judex ſæ-
cularis præſumens jurisdictionem aliquam exercere i[n]
Clericos, cenſuras Eccleſiaſticas, ſive excommunica-
tionem incurrat. *c. 2. h. t. in 6. & c. 4. de immun.*
Eccleſ. in 6. Quod procedit non tantum de Clerici[s]
in majoribus, ſed etiam minoribus ordinibus conſtitu-
tis, imò & in habentibus tantum primam tonſuram
per Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 6. de reform. mod[o]
unam ex ibidem præſcriptis conditionibus obſervent
vid. Engel hîc *n. 42.* Habétque locum etiam in Re-
ligioſis ſive Regularibus omnibus utriusque ſexûs, li-
cèt ſint Laici converſi Ley-Brüder. *Can. 18. cauſ.*
11. q. 1. c. 5. 10. 33. de ſent. excomm. cum ſimilib.
Et juxta communem extenditur etiam ad eorum no-
vitios. Item ad Fratres & ſorores tertii ordinis S.
Franciſci & S. Dominici, ſi tamen habitum geſtent
& vivant in Communi, imò juxta multos, etiam
vivant in privatis ædibus, ſaltem quoad fœminas.
Idemque obtinet in Eremitis non Religioſis, in com-
muni tamen viventibus, & ſecundùm modum ab Epi-
ſcopo approbatum, vel ſi ſaltem voto paupertatis edi-
to, aut ſuſcepta obligatione habitum deferentes alicu[i]
Eccleſiæ vel Oratorio ſub obedientia Epiſcopi vel al-
terius Prælati deſerviant. Pichler *hìc n. 16.* Reiffenſt.
n. 190.

34. *Quid dicendum de Clericis conjugatis?*

Quod in criminalibus cauſis ipſi (& probabilite[r]
etiam eorundem uxores arg. *L. fin. C. de incol. & l.*
8 ff. de ſenator. cum ſimilib.) gaudeant fori pri-
vilegio ſatis conveniunt Doctores per *c. un. de Cleric.*
conjug. in 6. de cauſis vero civilibus negat Schmalzgr.
h. t.

b. t. n. 86. per *cit. c. un. d. tit.* Verùm quidquid ſit de jure Decretalium, hodie ſaltèm aliter dicendum videtur per *Conc. Trid. dict. ſeſſ. 23. c. 6.* ut probat Engel infrà *lib. 3. de Cleric. Conjug. n. 7.* modo tamen tales Clerici in ea ſint conditione, prout *cit. Trid. &* *d. c. un.* requirit, nimirum ut contraxerint cum unica & virgine, tonſuram ac habitum Clericalem deferant, & præterea ex deputatione Epiſcopi miniſterio alicujus Eccleſiæ deſerviant.

35. Gaudéntne etiam familiares ſive Domeſtici Clericorum eodem fori Privilegio?

Negat hoc iterum cit. Schmalzgr. *d. loc. n. 87.* tùm, quia hoc nullo jure cautum reperitur, tùm quia nec Clerici in minoribus conſtituti hoc Privilegio gaudent, niſi beneficium vel alia requiſita à Trid habeant, affirmativa tamen videtur eſſe Communior & praxi recepta, per *c. fin. de offic. archid.* ubi ſupponitur familiares Epiſcopi eſſe ſub jurisdictione illius. Nec obſtat ratio à Clericis in minoribus deſumpta: quia familiares non ratione ſui, & principaliter, utì Clerici, ſed acceſſoriè tantùm & intuitu Domini forum hoc hactenus ſortiuntur, igitur ſufficit eos hactenus in familia eſſe.

36. Sed quo jure exemptio iſta Clericorum eſt inducta, divino ſcilicet an humano?

Difficillima eſt iſta controverſia, aliqui enim tenent ſimpliciter eam ex jure divino poſitivo deſcendere, utì in ſpecie ſentit Engel hìc *n. 38. per text. in c. 30. de* *[ve]ris. & c. 4. de cenſib. in 6. Trid. ſeſſion. 25. c. 20.*

de Reform. Reiffenſt. *h. t. n. 220.* Alii e contra ill juri poſitiuo humano attribuunt, utì videre eſt ap cit. Reiffenſt. *n. 193. & ſeqq.* Schambog. *hìc n.* Schmalzgr. *num. 97.* optima fortè eſt ſententia med quam tenet cit. Schmalzgr. *n. 98. h. t.* & alii ab eo legati, dicentes exemptionem hanc Clericorum à fo ſæculari, immediatè quidem eſſe juris humani, origi liter tamen & initiativè deſcendere ex jure divino, co cord. P. Pichler. *hìc n. 18.* licet ſub aliis terminis; & deſumitur ex allegato *Trid. ſeſſ. 23. c. 6. de refor* ubi immunitas hæc dicitur conſtituta DEI ordinatio & Canonicis ſanctionibus. Ex ſanctionibus quid Canonicis, quatenus nimirum ex jure Canonico paſſ confirmata, & Privilegia ab Imperatoribus ſtatui C ricali conceſſa, recepta, & approbata ſunt. Ex D verò ordinatione, quia exemptio hæc originem & i tium ſuum ex jure divino trahit, & ad imitation legis antiquæ, quâ Sacerdotes & Levitæ à poteſt reliquarum tribuum exempti, Aaroni ſummo ſacerd & ejus ſucceſſoribus tantùm ſubjiciebantur, in no teſtamento introducta fuit. Contrariorum ſolution vid. apud eundem Schmalzgr. & Pichler loc. allegat

37. *Extenditne ſe hoc fori Privilegiu etiam ad res & bona Clericorum, ità ut ſuper quoque non niſì coram Judice Eccleſiaſtico conveniri valeant?*

Stando in jure communi verius & probabiliùs Clericos non tantùm ratione ſui & quoad perſon ſed etiam quoad res & bona ſua eſſe exemptos, p batur 1. ex variis utriusque juris textibus, præſer *ex Can. 2. can. 8. can. 42. & 43. cauſ. 11. q. 1. c. h. t. auth. ſed hodie, & auth. ſtatuimus C. de E*

ſcp.

ſcop. & Cleric. quibus abſolutè traditur, Clericos ad forum ſæculare trahi non poſſe, non diſtinguendo inter actiones reales & perſonales. Prob. 2. ratione, quia res & bona tanquam perſonæ acceſſoria ſequuntur conditionem perſonæ, juxta illud; quæ religioſis adhærent, religioſa fiunt, *L. 43. ff. de re vind. object.* vid. apud Schmalzgr. *n. 81. h. t.* & Pichler. *hic n. 23.* adde Reiffenſt. *h. t. n. 211. & ſeqq.*

38. *Ubi conveniendus eſt Clericus, qui ante ſuſceptum Clericatum contraxit vel deliquit?*

Communior ſententia diſtinguit: vel enim talis Clericus ante ſuſceptum Clericatum jam præventus eſt à judice ſæculari per citationem, aut litis conteſtationem, vel non. Si primum? reſpondere debet coram Judice ſæculari: Ratio; quia ubi Judicium cœptum, ibidem finiendum: *c. 19. h. t. & L. 30. ff. de judic.* Si ſecundum? conveniri debet coram judice Eccleſiaſtico: quia Privilegium ſuperveniens unumquemque regulariter eximit à priore onere, quo tenebatur, *c. 16. de privil. L. 15. §. 3. & L. 30. ff. de excuſat. tutor.* Schmalzgr. *hic n. 88.* Reiffenſt. *n. 262.* Quod præcedit, etiamſi ea intentione ſuſceperit Clericatum, ut ſe à jurisdictione ſæculari eximat; quia utitur jure ſuô, idem Schmalzgr. *loc. cit.* Notant tamen Doctores, quòd in cauſis criminalibus poſt præventionem procedat quidem Judicium Judicis ſæcularis, quoad pœnam pecuniariam vel confiſcationem bonorum, quoad corporalem verò committenda ſit coërcitio judici Eccleſiaſtico, vid. tamen Engel *h. t. n. 53. & ſeqq.*

39. Sed

39. *Sed an idem eſt vice verſâ, ſi nim- rum Clericus vel Religioſus Novitius in Cleric- tu aut Novitiatu delictum aliquod patra- vit, & poſtea ad ſæculum redie- rit?*

Videtur idem eſſe, quia hic delinquens in ſæcu- aſſumpto poſtea Clericatu judicandus eſt à judice E- cleſiaſtico, quia Clericus factus, & à jurisdictione ſ- culari exemptus eſt: tunc deſerens habitum Cleric- lem, judicari etiam debet à Judice etiam Laico, qu- Laicus effectus & poteſtati Laicali ſubjectus eſt. D- cendum tamen cum communi negativè; quia ad ga- dendum Privilegio attenditur ſtatus temporis, quo d- lictum patratum, *L. 1. in pr. ff. de pœn.* ſed quand- delictum commiſſum fuit, erat exemptus à jurisdicti- ne Laicali, ergò, non obſtat ratio dubitandi; qu- negatur paritas: nam Laicus transeundo ad Cleric- tum non tantùm mutat forum, ſed etiam ſtatum, u- de porrò inconveniens & multùm dedecens eſſet, eu- à judice ſæculari puniri, quod non eſt in altero caſ- Schmalzgr. *dict. loc. n. 89.*

40. *Quid ſi Clericus dimiſerit habitum vel in flagranti crimine deprehendatur, poteſt- à Judice ſæculari puniri, vel ſaltem appre- hendi & incarcerari?*

Clericus dimittens habitum, non quidem hoc ip- amittit Privilegium Clericale, nisi tertio ab Epiſcop- monitus non reſipuerit, *c. 25. & c. 40. de ſent. ex comm.* ſi tamen in flagranti crimine fuerit depr- henſus, & de fuga ſuſpectus ſit, poterit ſaltem à Jud- ce ſæculari apprehendi ad eum effectum, ut mox J- di-

lici Eccleſiaſtico ſiſtatur ac extradatur. Engel *hic n.* 18. add. Schmalzgr. *h. t. n. 91.*

41. *Poteſtne Clericus Privilegio fori renuntiare?*

Videtur hoc dicendum *primò* per *Can. 42. & 47. cauſ. 11. q. 1.* ubi prohibetur tantùm Clericos ad forum ſæculare pertrahi, pulſari, ſcilicet invitos, 2. quia Sixtus II. Papa legitur ſe ſponte purgâſſe coram Concilio authoritate Valentiniani Imperatoris congregato. Contrarium tamen certum eſt per ead. Jura alleg. & *c. 12. h. t.* Ratio ibi redditur, quia hoc Privilegium non eſt introductum in favorem ſingulorum, ſed in favorem ac reverentiam totius Ordinis Clericalis. Unde etiam hìc non habet locum regula: quòd favori ſuo unusquisque renuntiare valeat. ad oppoſita reſp. Pichler *hìc n. 27.* adde Schmalzgr. *h. t. n. 102. & ſqq.* ubi etiam refert pœnas renunciantium huic Privilegio.

42. *Sed an ſaltem Privilegio vel conſuetudine poteſt obtineri, ut Clerici conveniantur coram Judice ſæculari?*

De Privilegio ſummi Pontificis non eſt dubium, quin is poteſtatem hanc ſaltèm quoad certas perſonas vel cauſas poſſit concedere vel delegare cuipiam ſæculari Judici vel principi, prout ità hactenus multis Principibus conceſſiſſe legitur, utì videre eſt apud Reiffenſt. *h. t. n. 236.* De conſuetudine autem maximè dubitatur, eò quòd hoc Privilegium ſit juris diuini, utì dictum 1. & talis conſuetudo immediatè adverſetur libertati Eccleſiaſticæ paſſimque reprobetur in jure Canonico tanquam corruptela, *ut c. 8. & 17. de judic.* & quot annis *in bulla cœnæ.* Hoc tamen non obſtante

ſtante videmus ferè ubique Clericos maximè in cau
realibus debere reſpondere coram Judicibus ſæcula
bus. Imò hìc in Auſtria conſtat Abbates & Prælat
activè & paſſivè ſtare coram excelſo Regimine etia
in perſonalibus, quod etiam ad Parochos recognoſce
tes beneficia de jure Patronatûs Cæſarei die Kayſerlic
Pfarren extenditur.

43. *Aſt quo pacto aut fundamento pote nihilominùs hæc conſuetudo ſuſtineri?*

Hìc rhodus, hic ſalta! Tres tamen communit
ádferuntur rationes. Prima fundatur in jure ſuprem
advocatiæ Regibus & Principibus ſæcularibus in Eccl
ſias & perſonas, ac bona Eccleſiaſtica competente. S
cunda in Jure reſervationis: Siquidem Imperatores
Principes ſoliti ſunt in erectione Epiſcopatuum & m
naſteriorum ſibi reſervare & de facto reſervâſſe cenſe
tur cum conſenſu Eccleſiæ Jus exercendi Jurisdicti
nem in omnia bona Eccleſiis & Clericis eorúmque ſu
ditis attributa vel donata. Et tertia in tacito Conſen
Pontificis ejusmodi conſuetudines ſcientis, & non rec
mantis, Pulchre & ſolidè P. Pichler *h. t. n. 25. & 2*
ubi etiam ad contraria reſpondet.

44. *Quid dicendum de foro ſtudioſorum ac militum?*

Habent etiam hi ſpeciale fori Privilegium, vi c
jus ipſi quidem ſtudioſi, ac à fortiori Doctores & Pr
feſſores in aliquo ſtudio generali vel Academia imm
triculati non niſi coram Univerſitatis Rectore vel S
natu Academico *per auth. habita. C. ne filius p
Patr.* Milites verò coram Magiſtro militum D
ce aut Colonello vel eorum Auditore, per *L. 6. C.
jurisd. omn. Jud.* tum in Criminalibus, tum in Civ

l

us cauſis conveniri & accuſari poſſint. Vid. Schmalzgr. *hic 109. & ſeqq.* Pichler. *n. 31. & ſeqq. h. t.*

15. Gaudéntne hoc Privilegiô etiam ceſſatores vel Caſſatores, ſivè ii, qui otio tempus terunt, & plus temporis caſſationibus quàm ſtudiis impendunt?

Negant hoc multi, *per cit. auth. habita*, ibi: *ui causâ ſtudiorum peregrinantur*; alii tamen ommunius affirmant, dicentes Privilegium hoc tam iu durare, dum ob ignaviam eô priventur, & excluantur. Exemplô Clericorum & militum, qui pariter m diu fori ſui privilegiô gaudent, donec gradu ſuo ejecti, aut ſoluti ſacramentô, dimittantur, ùt de Clecis conſtat, *ex c. 10. de judic.* de militibus *ex L. n. ff. de re milit.* vid. cit. Schmalzgr. *n. 114.* & Pichr *n. 39. h. t.*

6. Sed potéſtne Magiſtrâtus Academicus Jurisdictionem ſuam exercere etiam in ſtudioſos Clericos?

Diſtinguunt Doctores an Magiſtratus academicus nnino conſtet ex ſæcularibus, uti apud acatholicos, verò prout apud nos Catholicos, ſit corpus mixtum ſæcularibus & Clericis. Primo caſu nulla competit jrisdictio, ſed tales Clerici eorum Epiſcopo loci eſſnt conveniendi. Secundo vero caſu, ùtùt aliqui eximent, in optione eſſe ſtudioſorum, maximè Clericorn, an coram Rectore, an verò Epiſcopo loci convenri malint, uſu tamen jam paſſim obtinuit, ut ſtudioſ etiam Clerici apud Conſiſtoria Univerſitatum conventur, & judicentur electione illa penitus ſublata, c Pichler. *hic n. 40.* vid. tamen Schmalzgr. *n. 119. h. t.*

47. Quid

47. *Quid ſpeciale habet forum Leg. diffa- mari*, C de inger. & manum?

Hoc habet ſingulare, quòd licet regulariter nem- agere cogatur, *L. un. C. ut nemo invitus ag. coga-* ex L. diffamari cit. tamen competit diffamatis hoc Pri- vilegium, quòd poſſint diffamantem invitum ad jud- cem citare, ut diffamationem probet, vel ſi in ea de- ciat, perpetuum ei imponatur ſilentium, Engel *hìc* *56.* Pichler. *n. 91.*

48. *Sed quis eſt hic Judex competens, ma- ximè ſi uterque, diffamans nimirum & dif- famatus ſint diverſæ Jurisdi- ctionis?*

Judex in hoc paſſu ſemper eſt ille, ſub cujus jur- dictione moratur diffamatus, adeòque diffamatus n- habet opus adire Judicem diffamantis, ſed immedia- eum citat ad ſuum Judicem, & is ibi comparere ten- tur, non obſtante regulâ, quòd actor ſequatur foru- rei. Ratio, quia in hac cauſa diffamans interpretatio- Juris cenſetur eſſe actor, vid. Schmalzgr. *hìc n 128*

49. *Habétne Citatio iſta ex d. L. diffama- ri locum ex omnibus cauſis?*

Videtur præciſè habere locum in ſolâ ſtatûs d- famatione, eò quòd de hac ſola loquatur, & ſit Pri- legium exorbitans, quod contra Juris regulas tam - cile extendi non debet, ſed dicendum remediô huic - cum eſſe in omni cauſarum genere. Eſto enim, quod citata Lex nominatim loquatur ſtatûs diffamatione, - tio tamen Legis, ut bonorum virorum fama con- malignorum obtrectationes ſarta tectaque conſervet, eſt generalis, cit. Schmalzgr. *n. 129.*

50.

50. *Sed quid ſi diffamans eſt Clericus?*

Tenetur nihilominus comparere coram Judice Lai-
i diffamati, ex dicta ratione, quòd videatur eſſe actor,
ctor autem indiſtinctè tenetur ſequi forum rei, idem
chmalzgr. *n. 130. hic.*

51. *Quid eſt beneficium Legis* : Si contendat 28. ff. de fidejuſſor.?

Vigore hujus beneficii (quod propterea priori eſt
nultùm affine,) poteſt unusquisque, qui ab alio timet
ibi litem movendam, pariter adire judicem proprium,
e implorando officium illius nobile, petere, ut adver-
rius cœteroquin etiam non ſubjectus citetur, ad eum
ffectum, ut citans poſſit proponere exceptionem ſuam,
eclaratque Judex ſe vel non eſſe debitorem, vel ſaltèm
gitimam exceptionem adversùs citatum ſibi compe-
ere, ſi nimirum citatus compareat, & exceptionem
lidere non poſſit; ſi verò non compareat, ut ei ſilen-
um perpetuum imponatur, vid. rursùs cit. Schmalzgr.
ic n 133. & ſeqq.

2. *Habétne etiam hoc remedium locum in omnibus cauſis?*

Conceptum quidem ſpecialiter eſt de fidejuſſore,
ui beneficium diviſionis competit, ex ejus tamen æqui-
ate generali extenditur etiam ad alios caſus, idem
chmalzgr. *loc. cit.*

53. *Quid eſt præventio?*

Præventio dicitur, per quam unus Judex jurisdictio-
em alterius cœteroquin competentis prævenit, ità, ut
te cauſæ præventæ ſe nequeat intromittere, Reiffenſt.
ic n. 165.

54. *Quomodo præventio inducitur?*

Per ſolam citationem, eámque etiam unicam, ſcilicet primam *text. & Gloſſ. in c. 19. h. t.* procedítq; hoc, etiamſi citatio ſolùm verbalis fuerit, nam adh... præferri in cauſæ cognitione debet, qui prius citav..., licèt poſtea alius citâſſet realiter, ſeu per captionem. Engel *hìc n. 52.* Schmalzgr. *n. 136.* vid. tamen negan... Reiffenſt. *h. t. n. 174.*

55. *In quibus cauſis eſt locus præventioni?*

In cauſis mixti fori, & illis, quarum cognitio d... verſis Judicibus concurrenter competit, Engel *hìc* ... *51.*

56. *Quæ requiruntur ad hoc, ut præventio dicatur legitimè facta?*

1. Ut citatio ſit valida, non facta à Judice incompetente, *L. pen. C. ne de ſtat. defunct.* niſì citat... ultrò compareat, & perſeveret in Judicio. 2. Ut citatio iſta pervenerit ad notitiam citati, ſolum enim Decretum Citatorium, antequam executioni mandatum ... citato intimatum ſit, non ſufficit ad præventionem. ... Ut in cauſa civili fiat ad inſtantiam ſivè petitionem partis Schmalzgr. *hìc n. 137.* Engel *n. 52.*

57. *Potéſtne Actor poſt citationem re... factam variare, eúmque coram alio Judice competente convenire?*

Diſtinguit hìc Schmalzgr. *n. 130.* vel enim reus ...tatus comparuit, vel contumaciter emanſit: ſi priù... locus eſt regulæ, *L. 30. ff. de Judic.* ubi Judicium c...ptum, ibi finiendum. Si poſterius? poterit coram a... Jud...

udice conveniri, neque audietur, ſi petat remitti ad Judicem, cujus citationem contempſit, niſi purgare velit contumaciam, & damna & expenſas ſolvere, nec non cautionem de Judicio ſiſti præſtare.

58. *Quid eſt prorogatio & quot modis fit?*

Prorogatio nihil aliud eſt, quam Jurisdictionis Judicis cœteroquin non competentis conſenſu partium ultra fines proprios extenſio: quando nimirum aliquis voluntariè conſentit in Judicem non ſuum, ſivè quando in ſe extendit Jurisdictionem Judicis, cui aliàs vel omnino non, vel ſaltèm in illa causa non eſt ſubjectus, Weiffenſt. *hìc n. 122.* quod fit quatuor modis. 1. De perſona in perſonam. 2. De re in rem ſive de cauſa in cauſam. 3. De tempore in tempus, & 4. de loco in locum, utì dictum ſuprà *lib. 1. tit. de off. jud. quæſt.* 7.

59. *Eſtne etiam adhuc hodie locus prorogationi?*

Negant hoc multi, aſſerentes prorogationis uſum hodiernis moribus omnino eſſe ſublatum, eò quòd hodie omnis Jurisdictio ordinaria cæperit eſſe patrimonialis & feudalis, átque Imperator Imperii Statibus conceſſerit privilegium, vi cujus eorum ſubditi nequeant coram alio Judice conveniri. Contrarium tamen exiſtimat Strik. *ad uſum moder. ff. de Jurisdict. §. 22.* & firmat uſus frequentiſſimus renuntiationis fori, de qua partes etiamnum hodie in Cautionibus & Contractibus ſæpiſſimè paciſcuntur. Er wolle cum renunciatione fori darummen ſtehen und hafften, thue ſich ſeiner ordentlichen fori und Inſtanz hiermit per expreſſum begeben, qualis renunciatio aliàs foret otioſa & fruſtranea,

nea , interim verò nihil vetat , quò magìs Domini
Dynaſtæ poſſint ſuis ſubditis prohibere, nè ad alienu
tribunal citati compareant , imò earum cauſas alibi
troductas pro qualitate rei ad ſe avocare , vid. Pich
hic n. 94. Sed hoc ità de prorogatione voluntaria
vè conventionali : de prorogatione enim legali , ſi
neceſſaria, quæ fit per reconventionem , (de qua in
3. infrà,) nemo dubitat , uſum ejus hodie adhuc eſſe
viridi obſervantia , cit. Strick. *locô ùt ſuprà.* Plura
hoc foro prorogationis vid. apud Schmal gr. *h. t.*
145. & *ſeqq.* add. cit. Pichler. *n. 96.* & Reiffenſt. *n. 13.*

60. *Quomodo competentia fori oritur e qualitate cauſæ?*

Competentia iſta reſultat vel quia cauſa , de q
agitur , eſt merè ſpiritualis , & Eccleſiaſtica , vel me
temporalis & profana : vel mixta ex ſpirituali & te
porali, vel quia cauſæ habent connexionem, vel demu
quia cauſa feudalis , utì dictum ſupra in quæſt. 32.

61. *Ubi ergò tractari debent cauſæ ſpiri- tuales & Eccleſiaſticæ?*

Cauſæ iſtæ, ſivè vertantur inter perſonas Eccleſ
ſticas, ſivè Laicas, præciſè ac privativè tractari debe
coram Judice Eccleſiaſtico, adeò ut ſi Judex ſæcularis
facto ſe immiſcuerit, poſſit ipſi per Eccleſiaſticum fi
inhibitio ſub cenſuris, *c. 2. & 3. de Judic.* Engel *l.*
n. 61. Proceditque hoc ſivè cauſa ſit merè ſpiritua
ſivè ſpirituali annexa : ùt puta ſi agatur de valore pr
feſſionis religioſæ , de obligatione voti , aut Juramen
de beneficiis Eccleſiaſticis , de electionibus Canonicis,
Jure Patronatûs , Sepulturæ ; item de Jure decimaru
de matrimonio & ſponſalibus , &c. Saltem ſi de

rund

undem cauſarum Jure directo & principaliter quæſtio
ſtituatur ; ſi acceſſorie tantùm veniant, vel lis ſuper
oſſeſſorio tantùm vertatur, poteſt plerúmque Judex
tiam Laicus cognoſcere. vid. Engel *hìc n. 62.* ſuper
ecimis tamen item ſuper jure Patronatûs hìc in Au-
ria immediatè coram Excelſo Regimine tam in peti-
orio, quàm poſſeſſorio actiones inſtitui debent, teſte
uotidianâ obſervantiâ.

2. *Proceditne hoc etiam in dubio, ſi v.g. ubitetur an hæc vel illa cauſa pertineat ad Co- nitionem Judicis Eccleſiaſtici vel ſæcularis, an eus conventus ſit Clericus vel non. Vel ſi ver- mur tantùm in quæſtione facti, putà an matri- monium ſit contractum, juramentum præ- ſtitum, &c.*

Affirmat hoc in utroque caſu P. Pichler *h. t. n. 45.*
& 46. per c. 12. de ſentent. ex comm. in 6. ubi in
pecie deciditur; quæſtionem, an aliquis ſit Clericus, de-
idendam eſſe à Judice Eccleſiaſtico tantùm. Videtur
amen in ſecundo præſertim caſu haud improbabilis eſ-
ſe ſententia contraria, maximè ſi judex ſummariè tan-
tùm procedat, & ſubſiſtat in merâ quæſtione facti, pe-
tendo ſibi, v. g. exhiberi literas ordinationis, ſivè for-
matas, vel teſtimonium copulationis, den Copulations-
ſchein, &c. ac quàmpriumùm circa valorem dubium
quod emerſerit, cauſam ſubitò ad Judicem Eccleſia-
ticum remittat, utì pluribus fortè dicetur infrà in *tit.*
de Ord. cognit. interim, vid. etiam Reiffenſt. *ſuprà*
de Judic. n. 66. & ſeqq.

3. *Quis eſt Judex competens in Cauſis mixti fori?*

In cauſis mixti fori datur locus præventioni, ità, ut

Judex præventus non poſſit ſe ampliùs intromittere negotium, & illud avocare ad ſe, minùs impedire pr venientem in cognitione & deciſione cauſæ, *L. 7. de judic.* Engel *hìc n. 67.* Pichler. *n. 54.* & dictum prà de for. prævent.

64. Sed quæ cauſæ dicuntur mixtæ?

Aliæ] ſunt Civiles aliæ Criminales. Civiles mix dicuntur, quæ vel originaliter ſunt ſæculares, prop certam tamen qualitatem ſpiritualem habent reſpect ad forum Eccleſiaſticum, quales ſunt contractus, q bus adjectum Juramentum, teſtamenta Laicorum, q bus inſerta legata pia, &c. Vel ſunt originaliter q dem Eccleſiaſticæ, ſed propter aliquam qualitatem te poralem dicunt quandam relationem ad forum ſæcu re; quorſum referri poſſunt cauſæ decimarum, Ju Patronatûs, ſi in hujuſmodi cauſis præcisè ſuper n ro facto, vel poſſeſſione, præſcindendo à petitorio ſceptetur. Criminales ècontra cauſæ mixtæ dicunt quæ verſantur circa crimina, quorum pœnæ ab ut que Jure tam Civili, quàm Canonico ſtatuuntur : ſunt blasphæmia, hæreſis, perjurium, uſuræ, con binatus, fornicatio, &c. Hodie tamen in criminil præſertim atrocioribus pœnæ Juris Canonici utpote r dicinales tantùm, non multum attenduntur, ſed v dicatio eorundem, ſaltem quoad Laicos, permitti Judici Sæculari, vid. Engel *hìc n. 71.* Reiffenſt. *num. 148. & ſeqq.* & dicetur infrà ad titulum de pœnis.

65. Si quis ob delictum eſt punitus in foro Eccleſiaſtico, poteritne etiam puniri à judice ſæculari?

Si pœna, quâ punitus eſt in foro Eccleſiaſtico, delicto proportionata, non poteſt à Judice Laico de puni,

puniri, *arg. L. 4. §. fin. ff. nautæ caup.* Secùs ſi pœna non fuit proportionata, prout juxta dicta plerúmque evenit in criminibus atrocioribus, vid. Engel *hìc n. 76.* & Reiffenſt. *n. 163.*

66. *Quæ cauſæ dicuntur connexæ?*

Quæ inter ſe ità ſunt colligatæ, ut cognitio unius neceſſaria ſit ad alteram ritè cognoſcendam, Schmalzgr. *ſuprà de Judic. n. 72.*

67. *Unde oritur hæc connexio?*

Connexio hæc oritur vel à perſonis, contra quas agitur, ùt ſi plures ſint cohæredes, tutores, ſocii, &c. Vel à re controverſa, de qua plures quæſtiones principaliter vel incidenter moventur, veluti ſi actum de divortio ex cauſa adulterii, deinde de reſtitutione & amiſſione dotis, &c. vel demum ex generalitate actionis, uti eſt actio tutelæ, negotiorum geſtorum ſuper rebus, vel negotiis in diverſis locis ſitis, vel geſtis, vid. Engel *hìc n. 78. & ſeqq.* add. Schmalzgr. *loc. cit. n. 73.*

68. *Ubi cauſæ connexæ diſcutiendæ?*

Regulariter coram eodem Judice, *arg. c. 1. de ſeq. poſſeſſ. c. 3. de reſcript. in 6. L. 10. c. de Judic.* ubi pro regula adſtruitur, cauſæ continentiam non eſſe dividendam. Ratio verò conſiſtit, tum in utilitate publica; nam intereſt reipublicæ lites contrahi, *d. L. 13. c. de Jud.* tum, nè partes ſuper eadem re vel cauſa in diverſis judiciis litigare cogantur, ac proinde cum diſpendio et temporis & ſumptuum in diverſos Judices diſtrahantur.

69. *Quare dictum regulariter?*

Quia hoc non ſemper nec neceſſario procedit, ſic

 enim

enim *primo* valet diviſio & proceſſus in diverſis Judiciis, ſi reus de Continentia cauſæ non excipiat, Engel *hic n.* 83. *Secundo*: Si Judex coram quo una ex connexis cauſis ventilatur, reſpectu alterius ſit incapax, tunc enim non tantùm poteſt, ſed debet dividi continentia: nam licèt connexio det Jurisdictionem, ſicut prorogatio, non tamen tollit incapacitatem. Unde ſi cauſa ſpiritualis, vel Eccleſiaſtica coram Judice Laico incidat, remittenda eſt ad Judicem Eccleſiaſticum, judicio civili interim pendente, *c. 5. qui fil. ſint legit.* & ſic in pluribus aliis caſibus, quos vid. apud Schmalzgr, *tit. de Jud. n. 75.* Præterea notandum hìc eſt ex Lauterb. *ad ff. tit. de quib. reb. ad eund. Jud. eat.* conjunctionem hanc cauſarum connexarum olim fuiſſe neceſſitatis. Hodie verò in arbitrio Actoris eſſe dicitur, utrùm cauſas conjungere, an dividere, & coram diverſis Judicibus inſtituere velit.

70. *Sed quis hîc eſt Judex competens?*

In cauſis, quarum connexio provenit ratione rei, vel actionis generalis, expeditum eſt, Judicem connexorum illum eſſe, coram quo vel jam cauſa eſt præventa, vel alius reſpectu rei vel cauſæ principalis eſt competens, hinc coram quo Judice inſtitutum eſt poſſeſſorium, coram eo etiam ventilari debet petitorium, *de L. 10 c. de Judic. c. 1. de cauſ. poſſ. & propr.* & rei vindicatio ibi proponenda, ubi priùs actum ad exhibendum. Pariter Judex Eccleſiaſticus, qui judicavit de divortio ex cauſa adulterii, judicare etiam poteſt de reſtitutione & amiſſione dotis, *c. 2. de donat. int. vir. & ux.* & coram quo actum de ſponſalibus, eorumque reſolutione, coram eo etiam agendum de reſtitutione arrharum & donativorum. Eodem modo negotiorum geſtor conventus ſuper negotio quod geſ-

ſit

it in loco, debet ibidem reſpondere ſuper eo, quod geſſit in alio: ſic denique Judex aditus per hæreditatis petitionem in loco ubi eſt major bonorum pars, cognoſcit etiam de bonis alibi exiſtentibus, ad eandem hæreditatem pertinentibus, Engel *loc. ut ſuprà.*

71. *Sed quid dicendum, ſi connexio oriatur à perſonis, quæ diverſos habent Judices, vel ſi v. gr. inter plures hæredes, vel ſocios actio famil. herciſc. vel comm. divid. inſtitui debet, vel plures correi diverſæ jurisdictionis conveniendi ſunt?*

Inſpecto jure communi videtur eſſe in arbitrio actoris, ubi cauſam malit prævenire, ita, ut reliqui non poſſint ad ſuum forum provocare, ſed teneantur propter cauſæ continentiam coram eodem Judice reſpondere per *Leg. 1. & 2. ff. de quib. reb. ad eundem Jud.* ubi non diſtinguitur an plures correi ejusdem vel diverſi fori ſint *& ibi Godefr.* in notis cujus ſententiæ eſt etiam P. Engel *hic n. 79.* Alii tamen communiùs tenent illum Judicem tali in caſu eſſe adeundum, qui reſpectu omnium correorum ſuperior eſt, ut, v. g hic Viennæ Excelſum Regimen, in Imperio Camera Imperialis, ità Gail. *lib. 1. obſ. 32. n 3.* Minſing. *Cent. 1. obſ. 4.* & Doctores paſſim *ad L. 1. & 2. cit.* quæ poſterior ſententia ſaltèm ad præcavendas ambages tutior eſt.

72. *Aſt qualis Judex eſt adeundus, ſi Clericus & Laicus ſint correi?*

In cauſa Civili diſtinguit Engel *h. t. n. 47.* an cauſa ſit dividua vel individua? Primo caſu putat utriusque correi Judicem proprium eſſe adeundum. Secundo au-

tem, cauſam coram Judice Eccleſiaſtico eſſe tractan-dam, quia dignius trahit ad ſe minùs dignum. Ve-rùm quia iſta ratio pugnat etiam pro caſu priore, & præterea continentia cauſæ regulariter non eſt divi-denda; ideo in utroque caſu idem probabilius dicen-dum, prout etiam Civiliſtæ hic non diſtinguunt, ſed Laicum correum in foro Clerici conveniri debere ſim-pliciter ſtatuunt. Brunem. *ad d. L. 1. & 2. n.* vid. Pichler *h. t. n. 101.* Hinc quia hìc in Auſtr. Abbates & Prælati juxta ſuperius præmiſſa activè & paſſivè immediatè ad Excelſum Regimen pertinent, meritò in facti emergentia, ubi lis contra Abbatem & alium Laicum foret intentanda contra utrumque, etiamſi Laicus aliàs ſit alterius fori, coram Excelſ. Regimine eſſet experiendum. Aliud eſt in Cauſa crimi-nali, nam etſi etiam hoc caſu multi Doctores ſentiant Clericum & Laicum correos criminis ab eodem Ju-dice, & quidem Eccleſiaſtico judicari debere. Pich-ler *hìc d. n. 101.* Quia tamen hodierna conſuetudi-ne raró, aut fere nunquam ſaltem in gravioribus de-lictis etiam mixti fori Eccleſia procedit contra Laicos, ideo praxi conformius eſſe exiſtimat Engel *loc. cit.* ut Clericus ad Eccleſiaſticum, Laicus ad ſæcularem Ju-dicem mittatur add. Schmalzgr. *h. t. n. 140.*

73. *Quis eſt Judex competens in Cau-ſis feudalibus?*

Cauſæ feudales ſivè quæſtiones ſuper feudis oc-currentes regulariter ad Dominum directum ipſius feudi den Lehen-Herren & ſubinde Pares Curiæ die Lehen-Männer ſive Vaſallos ejuſdem Domini perti-nent, ibíque in Curia vor der Lehen-Stuben tractari ac decidi debent, utì apud omnes conſtat & ſumitur ex *Lib. 1. feud. tit. 18. & Lib. 2. tit. 55. §. fin.*

74. Qu-

74. *Quare dictum regulariter?*

Quia quandoque cognitio in Cauſis feudalibus ad Judicem loci ordinarium pertinet.

75. *Quando ergo Dominus directus in cauſa feudali adiri debet?*

Tunc, ſi lis oriatur inter duos vaſallos ejusdem Domini, putâ: quia alter partem forte feudi petit, quam alter poſſidet, quo caſu ſolus Judex erit, etiam ſine paribus Curiæ. Engel *hìc n. 84.* vid. Schmalzgr. *ad tit. de Judic. n. 65.*

76. *Quando apud Pares Curiæ cauſa tractanda?*

Pares Curiæ tunc judicant, quando lis eſt inter Dominum & alium ipſius Vaſallum quâ talem, ùt quia fatetur quidem ſe eſſe Vaſallum, negat tamen Domino pro parte vel in totum ſervitia, vel quia negat feudum eſſe commiſſum. Ratio, quare hoc Caſu Dominus excludatur, eſt: quia nemo poteſt eſſe Judex in cauſa propria. idem Engel *hìc n. 98.*

77. *Quando adeundus eſt Judex ordinarius?*

Quoties lis oritur inter Vaſallum & extraneum; vel etiam inter Dominum & extraneum, v. gr. quia extraneus partem aliquam feudi tamquam propriam vindicat, aut ſervitutem, aut aliquid ſimile prætendit. Idem eſt, ſi lis vertatur inter Dominum & Vaſallum, ſed iſte negat ſe eſſe Vaſallum, vel Dominus Pares Curiæ non habeat. Ratio quare his quoque caſibus Dominus excludatur, eadem eſt, ſicut priùs, quia

quia nimirum eſſet Judex in cauſa propria & pro ſuo intereſſe, quod eſt contra Jura. Ratio vero quare neque Pares Curiæ admittantur, quia hi extra cauſam feudalem aliis negotiis extraneis ſe immiſcere non poſſunt. vid. Schmalzgr. *cit. tit. n. 66.*

78. *Procedúntne dicta de Judice feudali etiam ſi Vaſallus ſit Clericus & Dominus directus Laicus?*

Omnino *p. c. 6. & 7. h. t.* quia Dominus feudi habet in Cauſa feudali jurisdictionem ordinariam privativè quoad alios Judices, & ideo etiam Clericus Judicium illius recognoſcere debet, plura de hoc vid. apud Reiffenſt. *ad t. de judic. §. 5. per tot.*

79. *Quid Juris, & quis eſt Judex, ſi de ipſa fori competentia, ſive jurisdictione quæſtio oriatur?*

Ex univerſali omnium Doctrina, unusquisque Judex tam ordinarius, quàm delegatus poteſt cognoſcere, an ſit ſua Jurisdictio, & ſi cognoſcit ſuam eſſe, eam mandatis pœnalibus contra non obtemperantes defendere. Engel *hìc n. 96.* & probatur manifeſtè per *Leg. 5. ff. de judic.* L. 2. *ff. ſi quis in jus voc. L. un. ff. ſi quis jus dicent. & c. 2. de reſcript.* Non obſtat regula, quòd nemo in propria cauſa Judex eſſe debeat. *L. un. C. nè quis in ſua cauſ.* Quia hoc tantùm procedit quando agitur de intereſſe pecuniario, vel ſi ageretur de totali fundamento Jurisdictionis, ùt ſi quæratur, an certum territorium vel diſtrictus ad Jurisdictionem Judicis pertineat, ſecùs eſt circa Jurisdictionem in Cauſis particularibus, in quibus cogno-

cognoſcendis plùs oneris quàm commodi percipitur. Idem Engel *loc. cit.*

80. *Sed tenetúrne aliquis ſtatim comparere, ſi citetur à Judice non competente?*

Si incompetentia eſt notoria, ùt quia citatus munitus eſt privilegio in corpore juris clauſo, veluti Clerici Studioſi, vel Doctores, non tenetur comparere. *L. fin. ff. de jurisd.* ſi verô eſt dubia, vel citatus non habeat tale privilegium, debet eatenus comparere, ut exceptionem fori declinatoriam proponat. *c. 7. de privileg. in 6. & L. 5. ff. de Judic.* Engel *ut ſuprà num. 98.*

TITULUS III.

De Libelli Oblatione.

1. *Quid eſt Libellus?*

NOmine libelli venit in genere omnis ſcriptura: Prout autem eſt hujus loci, definitur, quod ſit brevis Scriptura claram actoris petitionem, ejusque cauſam continens. P. König. *hic n. 2.* & commun.

2. *Quæ ſunt partes præcipuæ Libelli?*

Hæ tres: nimirùm Narratio facti, medium concludendi, & ipſa concluſio. Engel *h. t. n. 1.*

3. *Quid obſervandum actori circa narrationem in libello ejúsque Concluſionem?*

Debet curare, ut factum dilucidè & perſpicuè cum circum-

circumſtantiis neceſſariis exponat, & quid, quale, quantum, à quo petat declaret concluſionemque ap ac ſecundùm actionis inſtitutæ formam & natura ipſi à lege tributam formet; qua in re omne artif cium libelli poſitum eſt, & in civilibus præſertim ca ſis potiſſimam partem efficit, quia ex eo actionis g nus inveſtigandum. Singula hæc requiſita vulgato il verſiculo comprehenduntur:

Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo,
Recte compoſitus quisque libellus habet.

Vid. Lauterb. *ad ff. tit. de edend. & ibi* Docto paſſim.

4. *Quid eſt medium concludendi & quotuplex?*

Medium concludendi nihil aliud eſt, niſi ca petendi, ſive jus, ex quo agitur: & eſt duplex, pr xima & remota, quæ pro varietate actionum eti variatur, nam in actione perſonali proxima eſt ob gatio, remota vero Contractus, vel quaſi, delictu vel quaſi, ex quo obligatio nata eſt. In reali actio cauſa proxima eſt dominium, remota titulus vel m dus, per quem Dominium translatum eſt. Schmalz. *hic n. 3.*

5. *Qualis cauſa exprimi debet in libello?*

In actione reali neceſſariò exprimenda eſt ca proxima, & licet utile ſit etiam addere remotam ſi de ea actor certus eſt, non tamen ſemper exped præſertim, ſi de ea ſit dubium. König *h. n. 38.*

pe-

perſonali exprimenda eſt cauſa remota, nam cùm eadem res pluribus ex cauſis poſſit eſſe debita, refert ſcire, ex quo titulo petatur, tum ut Judex conformem libello ferat ſententiam, tum ut reus deliberare poſſit, an velit contendere, vel ſolutionem præſtare. vid. Engel *hìc n. 3. & 4.* Schmalzgr. *n. 3.* & plenè Reiffenſt. *n. 11. & ſeqq.*

6. *Eſtne etiam neceſſe, ut nomen actionis in libello exprimatur?*

Jure Canonico certum eſt, hanc neceſſitatem non deeſſe, per *text. in C. 6. de Judic.* Jure verò Civili volunt aliqui nomen actionis eſſe exprimendum, per *L. 1. in pr. ff. de edend. L. 3. C. eòdem.* Sed verius eſt etiam hoc jure id abſolutè non requiri, modò libellus ità concipiatur, ut ex narratione facti & Concluſione erui poſſit, quo genere actionis agatur. per *L. 69. ff. de fidejuſſ. & L. 3. C. ad SC. Maced.* id quod etiam Praxis ſufficienter declarat. Leges autem quæ opponuntur explicandæ ſunt non tam de nomine actionis, quàm potiùs de apta Libelli conceptione. vid. Pichler *hìc n. 6.* Schmalzgr. *n. 2.*

7. *Poſſuntne plures actiones in eodem libello cumulari?*

Poſſunt, modò non ſint incompatibiles. *L. 11. ff. de jurisd.* quod utilitatis cauſa introductum eſt, ne plura judicia inſtitui neceſſe ſit, ubi omnia uno poſſunt abſolui. Dicuntur autem incompatibiles, quæ electivè tantùm concurrunt, & quantum una alteram tollit, vel contraria vel invicem præjudiciales ſunt. Exempla vid. apud Schmalzgr. *hìc n. 9.* add. Pichler *h. t. n. 7. ad ff. t. de edend.* §. *24.* & *tit. de O.*

de O. & A. §. 95. & ſeqq. De conſuetudine tamen, & in praxi fori auſtriaci cumulatio iſta non admittitur regulariter, adeò ut etiamſi plures obligationes ex eodem principio v. gr. mutui deſcendant; nihilominùs ex qualibet ſeparatim agi debeat, ut videre eſt apud Sutting. *obſ. 17. per tot.*

8. *In quibus Caſibus oblatio libelli eſt neceſſaria?*

Regulariter in omnibus Judiciis plenariis & ordinariis, in ſummariis verò ſicut & in brevioribus & levioribus cauſis non eſt ſemper neceſſe libellum ſcriptô trad: ſed ſufficit actoris petitionem coram Judice nudis verbis proponi, prout in praxi quoque ſæpiſſimè ità obſervatur, quod nimirum in ejusmodi caſibus ad nudam actoris petitionem reus citetur & ſine ulla prævia formalis libelli oblatione cauſa de plano decidatur. vid. Schmalzg. *hìc n. 11.*

9. *Quid agendum Judici ſi libellus ſit ineptus vel vitioſus?*

Si omninò ineptus eſt, ità, ut nec appareat, quid actor velit, nec jus agendi benignâ interpretatione inde colligi poſſit, talis libellus ex officio eſt rejiciendus. Idem eſt, ſi ex alia cauſa ſit vitioſus, quamvis ſubinde, ſi reus nihil opponat, vel clauſulam ſalutarem, putâ: *peto mihi juſtitiam adminiſtrari omni meliori modo & formâ &c.* contineat, toleret. Pichler *h. t. n. 9. & 10.*

10. *Quæ cauſæ reddunt libellum ineptum vel vitioſum?*

Plerúmque hæ quinque 1. ſi contineat contradic-

diſtionem 2. ſi ſit obſcurus. 3. incertus 4. generalis & 5. ſi alternativè conceptus. Schmalzgr. *n. 5. hic.*

11. *An nulli ſunt caſus, quibus etiam valet libellus alternativus ſive incertus vel generalis?*

Sunt plures, ſic 1. alternativa petitio ſuſtinetur in caſu *leg. 2. C. de reſcind. vend.* vel ad ſupplementum pretii, vel ad reſtitutionem rei. 2. quando incertum eſt, an res quæ petitur, adhuc extet, tunc enim disjunctivè peti poteſt vel res, vel æſtimatio. 3. quando petitur reſtitutio adversùs contractum, teſtamentum, ſententiam, poteſt enim concludi, ut vel contractus pronuntietur nullus, vel ſi valet, adversùs eum fiat reſtitutio &c. Libellus verò generalis recipitur 1. in actione tutelæ, negotiorum geſtorum, pro ſocio & univerſim, quando agitur Judicio ſive actione generali. 2. in petitione fructuum damnorum &c. 3. in petitione hæreditatis. Pichler. *n. 10. cit.* add. Schmalzgr. *n. 7. eod. tit.*

12. *Potéſtne actor libellum ſemel oblatum mutare vel emendare & quamdiu?*

Emendatio libelli (quæ hìc nihil aliud eſt, quàm declaratio, correctio, vel ſuppletio, quando nimirum ſalvâ libelli ſubſtantia, retentáque eâdem re petitâ & causâ petendi, circa accidentalia tantùm aliquid declaratur, additur vel detrahitur) ordinariè usque ad concluſionem in cauſa & ſententiam definitivam eſt permiſſa, mutare autem libellum (quod fit, quando ipſa libelli ſubſtantia variatur, veluti, quando repudiata priore causâ agendi, alia ſubſtituitur, vel novum actionis genus aſſumitur, aut res omnino diverſa petitur)

non niſi usque ad litis conteſtationem, & hoc inſup non aliter, quàm refuſis expenſis, permittitur, ità com munis, & concordat fori auſtriaci praxis, juxta Su ting. *obſ. 16.* vid. Reiffenſt. *h. t. num. 26. & ſeq.* Schmalzgr. *n. 13.*

13. *Qui ſunt effectus libelli oblati?*

Hi præcipui. 1. obligat actorem ad proſequenda cauſam, niſì reus ipſe conſentiat in ceſſationem. *aut qui ſemel. C. quomod. & quand.* 2. probat cont libellantem, quoad ea, quæ in libello ſunt aſſerta. *arg L. 13. C. de non num. pec.* 3. interrumpit præſcripti nem. *L. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* 4. à ci intimationis facit rem litigioſam, quò minus vend donari aut alio modo alienari amplius poſſit arg. *clem 2. ut lite pendente.* & 5. obligat Judicem ad fere dam ſententiam libello conformem. Pichler *hìc n. 1.* add. Reiffenſt. *n. 38.*

14. *Quid conſequitur ad libelli oblationem?*

Debet ejus copia reo exhiberi, ſive per Judice ſive per partem mediantibus apparitoribus, ſive E cutoribus pro varietate ſtyli curiarum, ipséque re deſuper citari ad reſpondendum. Quæ citatio ad eſt neceſſaria, ut ſine ea totus proceſſus ſit nullus, & juxta communem nec Papa nec Imperator ex pleni dine poteſtatis eam poſſit omittere, & dare ſententi partibus non citatis. Schmalzgr. *hìc n. 15.*

15. *Quid autem eſt citatio?*

Citatio eſt actus legitimus, quô quis mandatô dicis juris experiundi causâ in Judicium vocatur. gel *h. t. n. 9.*

16. Qo-

16. Quotuplex eſt citatio?

Quantum ad propoſitum alia eſt verbalis, quæ fit per nuntium verbis vel literis, alia realis, quæ per apprehenſionem & Capheram perficitur: & alia Edictalis, quæ expeditur per publicum edictum in aliquo loco affixum. Præterea alia ſimplex, alia peremptoria: illa eſt, quæ absque præciſa comparitionis comminatione & ulterioris termini denegatione concipitur: hæc, quâ præciſa comparendi neceſſitas imponitur, alias diviſiones vid. apud Schmalzgr. *n. 16. & ſeqq.* Reiffenſt. *43. & ſeqq. h. t.*

17. Quorſum citatio facienda?

Debet fieri ad Domum ſolitæ habitationis ipſius rei, & ſi citatus ſe occultet, & nec ipſe, nec ipſius familia citationem recipere velit, poterit eam nuntius vel portæ domûs affigere, vel in ipſa domo quoque modo deponere, talíſque citatio arctabit perinde citatum, ac ſi propriis manibus recepiſſet, Engel *hic n. 11.*

18. Cui credendum, ſi nuntius dicat citationem ſe legitimè inſinuâſſe, alter vero id neget?

Regulariter nuntio credendum propter fidem publicam, & Juramentum, quo plerumque ejusmodi nuntii ſunt obſtricti, vel ſaltem obſtricti eſſe debent. Si tamen citatus etiam ſit perſona fide digna, & ſpectatæ authoritatis, Juramentóque aſſereret nunquam ſibi citationem factam eſſe, huic magis quàm nuntio credi debere exiſtimat idem Engel *ibid. n. 12.*

19. Quando habet locum citatio realis?

Plerúmque in criminalibus tantùm Cauſis. In civili-

vilibus verò non aliter, quàm ſi reus vel in compa rendo eſt contumax, vel de fuga ſuſpectus, cit. Enge *n. 13.* Schmalzgr. *n. 17.*

20. *Quando Edictalis?*

Si reus citandus vel latitet, vel ſit vagabundus, ve contradictores ſunt incerti, ut in ſubhaſtatione vel in ventatione bonorum defuncti & univerſaliter quand reus aliter citari non poteſt, vid. Schmalzgr. *h. n. 18* & fusè de utraque citatione Reiffenſt. *§. 3. per tot. h. t*

21. *Quos operatur citatio effectus?*

1. Inducit litis pendentiam, ut nihil innovari poſſit 2. Operatur præventionem. *c. 19. de foro competent* 3. Perpetuat Jurisdictionem delegati, *c. 20. de offic delegat.* 4. Interrumpit præſcriptionem *L. fin. C. d annali except.* 5. Juxta aliquos perpetuat actiones quod tamen negat König *h. t. n. 98.* plura de citatio ne vide apud authores allegatos.

TITULUS IV.
De Mutuis Petitionibus.

1. *Quid hic per mutuas petitiones intelligitur?*

MUtuæ petitiones nihil aliud ſignificant, quàm con ventionem ex parte actoris & reconventioner ex parte rei, ut proinde hic propriè agatur de recon ventionibus.

2. *Quid ergò eſt reconventio?*

Ea nihil eſt aliud, quàm ſecunda conventio, ſiv reciproca petitio, quâ ſcilicet reus viſo actoris libell viciſſim aliquid ab eo petit. Reiffenſt. *hìc n. 2.*

3. *Ub*

3. *Ubi reconventio proponenda?*

Coram Judice Conventionis *L. 14. C. de ſent. & interloc.* ſive ille ſit ordinarius ſive delegatus *c. 1. h. t.* Schmalzgr. *hic n. 4.* ubi ad contraria reſpondet. Secùs eſt in arbitro. *p. c. 6. de arbitr.* Zoeſ. *ad ff. de re judic. n. 32.*

4. *Habétne locum in omnibus Cauſis?*

Habet regulariter, niſi aliquæ ſint exceptæ, *L. 1. ff. de extraord. cognit.* etiamſi aliàs non ſint connexæ, & actiones diverſæ v. g. una realis altera perſonalis, quâ inſtituitur reconventio. Pichler *h. n. 7.* Schmalzgr. *n. 9.*

5. *Quæ Cauſæ ſunt exceptæ?*

Primo excipiuntur Criminales, quia non relatione criminum, ſed innocentiâ reus ſe purgare debet. *c. 1. & 2. cauſ. 3. quæſt. 11. L. 4. ff. de publ. Jud.* 2. Cauſæ Executivæ, ut in debitis confeſſatis, item depoſito & commodato. *L. 11. C. de poſit. c. 2. de depoſ.* 3. Cauſa ſpolii, propter privilegium ſpoliati, qui ante omnia reſtituendus. 4. Omnes Cauſæ à Jurisdictione Judicis, coram quo facta eſt conventio, exemptæ, uti Cauſæ ſpirituales reſpectu Judicis Laici, Cauſæ feudales extra perſonam Domini directi & pares Curiæ. Pichler *n. 7. cit.* add. Reiffenſt. *n. 6. & ſeqq. h. t.*

6. *Quis poteſt reconvenire & quem?*

Reconvenire poteſt omnis ille, qui convenitur, modo facultatem agendi habeat. *L. 14. cit. & auth. & conſequenter C. de ſentent. & interloc.* hinc rectè excipiuntur excommunicati, banniti, & proſcripti, quia non poſſunt agere. Schmalzgr. *n. 5.* Similiter re-

conventio inſtitui regulariter poteſt adversùs quemlibet actorem etiamſi ſit alterius fori, cujus enim in agendo obſervat arbitrium, eum habere contra ſe Judicem in eodem negotio non debet dedignari. *d. L. 14. & auth. cit. C. de ſent. & interloc.*

7. *Sed potéſtne etiam Clericus reconveniri coram Judice Laico?*

Negant hoc multi ſpectato Jure Communi, in ſpecie Schmalzgr. *n. 6. & ſeqq.* Pichler *n. 3.* fundamentum eorum eſt, quia jura Canonica univerſaliter prohibent Clericum conveniri coram Judice Laico. *c. 2. 4. & 12. de foro comp.* ergò etiam non poteſt reconveniri, quia reconventio eſt ſecunda conventio. Deinde; quia ſi hoc fieri poſſet, tunc fieret ob tacitam prorogationem. arg. *L. 14. cit.* ſed Clericus neque tacitè neque expreſsè poteſt prorogare Jurisdictionem Judicis Laici. *cit. c. 4. & 12.* Ergò. Verum affirmativa eſt communior & in praxi certa, ùt probat Reiffenſt. *h. t. num. 27.* Ratio eſt; quia reconventiones utroque jure ſunt approbatæ, & Clerici nullibi inveniuntur excepti. ad oppoſita reſpondet idem Reiffenſt. *loc. cit.*

8. *Quis eſt effectus reconventionis?*

Duo principales, 1. prorogat Jurisdictionem ſeu inducit competentiam Judicis, ac facit, ut actor, licè aliàs non ſubjectus, quoad negotium reconventioni ſubjiciatur Judici conventionis. *cit. juribus.* 2. Pariſimultatem cognitionis ſive facit proceſſum ſimultaneum, ità, ut utraque Cauſa conventionis & reconventionis ſimul ſit ventilanda, & unâ ſententiâ terminanda. Pichl. *hìc n. 8.* add. Schmalzgr. *n. 12.*

9. *Quan*

9. Quando proponi debet reconventio, *ut dictos effectus operetur?*

Ad hoc ut reconventio producat effectum ſimultanei proceſsûs, neceſſe eſt, eam proponi in ipſo litis exordio, aut ſaltem ſtatim poſt litis conteſtationem *c. 1. h. t.* & *Clem. 2. verſ. verùm de V. S.* At verò quoad effectum prorogationis poteſt proponi usque ad Concluſionem in Cauſa *c. 3. de reſcript. & auth. & conſequenter C. de ſent. & interloc.* juncta *Nov. 96. c. 2.* Schmalzgr. *h. t. n. 13.* de praxi tamen ſimultaneitas illa proceſsûs rarò habet locum, & licet reus cum ipsâ exceptione reconventionem ſuam proponere velit, tamen hoc plerumque non admittitur, ſed tenetur eam ſeparato libello proponere, utì videre eſt apud Loüngartler. *in con. & diſcord. jure comm. & auſtr. tit. 16. de reconvent.* nisì fortè in debitis confeſſatis & liquidis.

TITULUS V.
De Litis Conteſtatione.

1. Quid eſt litis Conteſtatio?

EſSt Judicii conſtitutio facta affirmatione unius, & contradictione alterius. Engel *hìc n. 1.*

2. Quomodo & quando inducitur?

Per reſponſionem rei ad petitionem actoris, hoc autem fit dupliciter vel affirmativè vel negativè; affirmativè: quando reus fatetur quidem factum vel rem geſtam, negat autem actori exinde jus competere, & ſe condemnari poſſe. Negativè verò, quando ſimpliciter negat libellum actoris, dicendo; nego narrata prout

narrantur, & libellata prout libellantur in genere & ſpecie. Lauterb. *ad ff. tit. de Judic. §. 21.*

3. *Eſtne litis conteſtatio, ſi Reus ſimpliciter fateatur vel affirmet intentionem actoris?*

Minimè, nam tunc ceſſat tota lis & contradictio ac conſequenter etiam Judicium, adeò, ut ſententiâ quoque non ſit opus, ſed Judex executionem duntaxat decernere debeat: in confeſſum enim nullæ ſunt partes Judicis, quia jam habetur pro Judicato *L. 1. & L. 6. ff. de confeſſis.* Lauterbach. *d. t.* §. *21.* add. Reiffenſt. *h. t. n. 5. & ſeqq.*

4. *Sed quid ſi reus reſpondeat quidem ad actoris libellum, ſed dicat hoc ſe tantùm informationis causâ facere, & proteſtetur contra litis conteſtationem?*

Nullam etiam in hoc caſu eſſe litis conteſtationem docent communiter interpretes, eò, quòd ad omnem litis conteſtationem requiratur animus litem conteſtandi, ſaltèm implicitus, quem non cenſetur habere, qui proteſtatur. Dein quia per litis conteſtationem dicimur quaſi contrahere in Judicio, nemo autem invitus agere, vel contrahere tenetur. Lauterbach. *loc. ùt ſuprà* §. *16. in fin.* Pichler *hic n. 2.* pulchrè Reiffenſt. *n. 10. h. t.* in praxi tamen proteſtatio iſta tanquam actui contraria non attenditur, teſte Sutting. *obſ. 37. n. 4.* modò reus ad petitionem actoris reſpondeat.

5. *Eſtne litis conteſtatio in omni Judicio abſolutè neceſſaria?*

In omni Judicio ordinario litis conteſtatio & quidem

em formalis, ſeu ut alii dicunt, ſolemnis abſolutè de-
et intervenire; quia eſt fundamentum & lapis angu-
ris Judicii, ità ut eâ omiſsâ de rigore Juris vitietur
oceſſus & ſententia *c. un. h. t. L. 1. & auth. offera-
ur C. eod.* In Judicio verò extraordinario, & ſum-
iario, ubi proceditur ſimpliciter, & de plano, absque
gura Judicii, litis conteſtatio ſaltem ſolennis omitti
oteſt, & ſufficit quælibet Rei reſponſio, ut Judex,
idita utrímque parte judicet, quod ſibi æquum vide-
tur. *Clement. 2. de V. S.* vid. Pichler *hic num. 4.*
chmalzgr. *eod. n. h. t.*

6. Quis eſt effectus litis Conteſta-tionis?

Præcipui iſti, 1. quod per eam in Judicio quaſi
ontrahatur. *L. 3. §. 11. ff. de Pecul.* obligentúrque
rtes, ut neuter altero invito poſſit litem deſerere.
13. §. 2. & 3. C. de Judic. 2. per eam quoque
tiones temporales perpetuantur, ut durent 40. an-
s, & actiones pœnales incipiant tranſire ad hæredes,
contra hæredes. *§. 1. Inſtit. de perpet. & temp.*
7. 3. conſtituit Adverſarium in mala fide, ſaltem Ju-
lica in ordine ad interrumpendam præſcriptionem,
amittendos fructus. 4. Per eam Procurator fit
ominus litis. 5. Impedit libelli mutationem. P. En-
l *h. t. n. 6.* plures alios effectus recenſet Schmalzgr.
hic n. 8. & Pichler *n. 6.* add. Vallenſ. *§. 2.*
per totum.

TITULUS VI.

Ut lite non conteſtata non proceda-tur ad teſtium receptionem, vel ad ſen-tentiam definitivam.

1. *Quæ eſt ratio iſtius rubricæ?*

QUia, uti in priore titulo dictum, litis conteſtati eſt baſis ac fundamentum omnis Judicii ordinar, ergò hoc ipſo regulariter non valet teſtium recepti, nec ſententia inde ſecuta, quin imò utraque eſt ip Jure nulla & inanis. *c. 1. & 2. h. t.*

2. *Proceditne illa regula univer-ſaliter?*

Non: Sed fallit pluribus caſibus. 1. In Judiciis ſu-mariis, quia enim in his ſimpliciter ac de plano pr-ceditur, neque neceſſaria eſt litis conteſtatio, nec belli oblatio, hinc etiam in iis lite non conteſtata te-ſtes & aliæ probationes rectè recipiuntur. Schmalz *h. n. 2.* Reiffenſt. *n. 6.* 2. fallit etiam in judiciis or-nariis, quoties adeſt periculum, nè per mortem v abſentiam diuturnam teſtium ſpes & facultas teſtim-nii intereat, tunc enim lite necdum conteſtata va teſtium receptio *c. ult. §. 1. h. t.* vid. Reiffenſt. *hic* *7. & ſeqq.* Idem eſt 3. in receptione teſtium ad p-petuam rei memoriam, quando nimirum quis time, litem ſibi ſuper aliquo negotio movendam, & inte pariter fieri poſſet, ut eo tempore teſtium copia d-ciat. *cit. c. §. ſunt & alii h. t.* vid. Schmalzgr. *hic* *4. & ſeqq.* 4. Quando proceditur per viam inquiſiti-nis ex officio ſuper aliquibus exceſſibus, tunc poſſ etiam teſtes recipi abſque ulla litis conteſtatione. *c*

c. u.

ult. h. t. Non obſt. *c. 22. de ſent. & re jud. & c. 5. de purg. can.* quia procedunt de inquiſitione ſpeciali ad inſtantiam partis inſtitutæ. *cit. c. ult.* verò agit de inquiſitione facta ex officio. vid. Reiffenſt. *hìc n. 21. & ſeq.*

. *Habéntne modò dicta locum, ſive verſemur in Cauſis civilibus ſive criminalibus?*

Habent locum tantùm in Cauſis civilibus: in criminalibus enim nunquam recipiuntur teſtes ante litem conteſtatam, eò quòd in iis agatur de graviſſimo vitæ & ſanguinis præjudicio, ubi accuſatori tam facilè aliquid non eſt indulgendum, ſed is debet habere probationes præſentes, eáſque luce meridianâ, clariores, aliàs obtinet potiùs diſpoſitio *L. ult. C. de probat.* quòd præſtet nocentem dimittere, quàm innocentem condemnare. Fallit tamen, hoc etiam 1. niſì cauſa criminalis civiliter tantùm ſive ad intereſſe merè privatum & pecuniarium fuerit intentata. 2. Quando agitur de probanda Rei innocentia, cujus favore poſſunt teſtes quocunque tempore recipi. *arg. c. 41. de teſtib.* 3. Quando ſuper crimine aliquo proceditur per viam inquiſitionis ex officio. vid. Reiffenſt. *hìc n. 24. & ſeqq.*

TITULUS VII.
De Juramento Calumniæ.

1. Quid eſt Juramentum Calumniæ?

EST illud, quod ex Diſpoſitione Juris Communis præſtatur tam ab actore, quàm reo ſuper tota cauſa, quod bona fide, ſive credendo ſe habere juſtam cauſam litigandi, non autem animo calumniandi per decurſum

curſum totius litis agere, vel reſpondere velit. Rei-
fenſt. *hìc n. 2.* requiſita illius expreſſit Gloſſa his ve-
ſibus:

Iſtud juretur, quòd lis ſibi juſta videtur,
Et ſi quæretur, verum non inficietur.
Nîl promittetur, nec falſa probatio detur,
Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur.

2. *Quomodo differt à Juramento maliti & de veritate dicenda?*

A juramento malitiæ differt 1. quòd illud ſuper to-
ta cauſa, hoc verò non nisì ſuper particularibus arti-
culis, ob ſpecialem malitiæ ſuſpicionem exigatur. 2. Il-
lud non nisì poſt litem conteſtatam exigi poteſt, hoc
verò tam ante, quàm poſt litem conteſtatam *c. 1. &
2. h. t. in 6.* à juramento autem de veritate dicend-
differt in eo, quòd Juramentum Calumniæ ſit jura-
mentum tantùm credulitatis, alterum verò ſcientiæ &
veritatis. Reiffenſt. *n. 6. & ſeqq.*

3. *Qualem habet in Jure neceſſitatem?*

Jure communi juramentum hoc, ſi ab altera part-
exigatur, eſt de ſubſtantia proceſsûs Judicialis, ac pe-
ſe in omnibus Cauſis eſt præſtandum, ac ſi ab actor-
recuſetur, ille cadit lite, & reus eſt abſolvendus. S-
verò à reo, habetur pro confeſſo, utì pluribus viden-
eſt apud Reiffenſt. *h. t. §. 2. & 3. per tot.* adde Pich-
ler *h. t.* Dictum autem Jure communi, nam de Pra-
xi hujus inferioris Auſtriæ rariſſimus eſt ejus uſus, &
non nisì in Cauſis reviſionum & apud Conſiſtoria Ec-
cleſiaſtica in Cauſis appellationum adhuc præſtatur.
Plura de hoc juramento pro exigentia juris communi
videri poſſunt apud authores citatos.

TITU

TITULUS VIII.
De Dilationibus.

1. *Quid eſt Dilatio & quotuplex?*

Dilatio in genere eſt juſtum temporis ſpatium, quod ad actum aliquem Judicialem perficiendum conceditur Actori vel Reo, à Lege, à Judice, vel ex conventione partium. Unde dilatio alia eſt legalis, quæ lege absque miniſterio Judicis, aut litigantium conditur, alia Judicialis, quam dat Judex ipſe ex præcepto, ſeu permiſſione legis, alia conventionalis, quæ conventione partium competit. vid. Reiffenſt. *h. t.* *1.* Porrò dilationum Judicialium aliæ ſunt *Citatoriæ*, aliæ *Deliberatoriæ*, aliæ *Probatoriæ*, & aliæ *Executoriæ*.

2. *Quæ dicuntur Dilationes Citatoriæ?*

Quæ dantur citatis, & in jus vocatis, ut commodè pervenire poſſint ad Judicium.

3. *Quæ Deliberatoria?*

Quæ conceditur Reo, ut, viſo Actoris libello, ſecum deliberet, cedátne an contendat, & ſe inſtruat, quid Actori in Judicio reſpondeat. *c. ult.*

4. *Quæ Probatoriæ?*

Quæ dantur Actori ad ſuam intentionem & Reo ad exceptionem probandam.

5. *Quid Dilatio Executoria?*

Quæ impertitur Reo condemnato per ſententiam ad ſatisfaciendum.

6. Qua-

6. Quales terminos de jure conſtitutos habent iſtæ Dilationes?

Jure Communi pro Dilatione citatoria, ſi Citati eſt ſimplex 10. dies, ſi peremptoria, 30. ſtatuuntur *auth. qui ſemel. C. quomodo & quand.* Pro deliberatoria 20. dies poſt communicatum libellum. Pro probatoria 3. menſes, ſi ex provincia, in qua lis agitur, ſex verò, ſi ex aliena, & 9. ſi ex ultra marina petendæ ſint probationes. Engel *hìc n. 4.* Executoria demum regulariter habet 4. menſes *L. 2. & 3. C. de uſur. rei Jud.* Sed hæc omnia uſu & conſuetudine Curiarum longè aliter obſervantur, & pleræque dilationes hodie ſunt arbitrariæ, ac ſi quæ etiam determinatæ ſint, ex juſta tamen cauſa prorogari à Judice poſſunt, & quotidie prorogantur, modò durante adhuc termino dilationis conceſſæ petatur prorogatio vid. Pichler. *h. t. n. 3.* Vallenſ. *§. 2.* hìc & latè Reiffenſt. *§. 2. 3. & 4. eod. tit.* adde quoad Praxin forensem Auſtriac. Suttinger. *obſ. 25. per tot.*

7. Quis eſt effectus Dilationum?

Tres præcipui aſſignantur. Primus, quòd dilatio uni conceſſa etiam proſit alteri parti litiganti; adeò ut Reus neque re integra datæ ſemel dilationi renuntiare poſſit. Secundus: quòd excuſet à pœna & mora, eáque durante officium Judicis conquieſcat, adeò, ut ſi quid innovatum fuerit, ſit ipsô jure nullum. Tertius, quòd actum, qui in aſſignato dilationis termino fieri debuerat, perimat, ità ut pars poſtea comparens, non ampliùs audiatur, ſi Judex ad ultiora procedere poſſit, etiamſi prius non pronuntiet dilationem eſſe finitam vid. Schmalzgr. *hìc n. 22. & ſeqq.* Sed hic tertius effectus in praxi fori Auſtriaci rursùm tam ſtrictè non obſ-

bſervatur teſte quotidiana obſervantia. Plura de dila-ionibus ex tota hac materia vid. apud auth. cit.

TITULUS IX.

De Feriis.

1. Quid ſunt feriæ?

PRout ſunt hujus loci, ſunt dies ab actibus Judicialibus vacui, quibus nimirum forenſis ſtrepitus, & Ju-isdictionis exercitium conquieſcere jubetur. *c. 5. h. t.* ... *5. ff. eod.* Porrò hæ feriæ ſecundùm *c. 1. h. t.* fo-ent à veſpera in veſperam computandæ, uſus tamen btinuit, ut à media nocte usque ad alteram mediam octem computentur. Engel *hìc n. 14.*

2. Quotuplices ſunt feriæ?

Aliæ ſunt *ſolemnes* & *ordinariæ*, quæ vel ad Di-inum cultum, ùt ſunt dies feſti (quæ etiam dicuntur eriæ ſacræ) vel ad fructus colligendos (quæ profanæ ppellantur) ſunt inſtitutæ, ùt ſunt feriæ meſſium, & indemiarum. Aliæ dicuntur repentinæ, ſeu extraor-inariæ, quæ ſcilicet pro neceſſitate occurrente ab Im-eratore vel Rege indicuntur vid. Schmalzgr. *hìc n. 3.*

3. Quis poteſt indicere ferias?

Sacras univerſales per totum Chriſtianum orbem atuit ſolus ſummus Pontifex *c. 1. Diſt. 3. de conſ.* par-culares verò & pro ſua Diœceſi Epiſcopus (quæ etiam Regularibus aliàs exemptis obſervandæ ſunt, ex Con-itut. Concil. *Trident. ſeſſ. 25. c. 12. de Reg.*) cum onſenſu tamen Cleri, & populi. *c. fin. h. t.* vid. chmalzgr. *hic n. 14.* Hodie verò ex uſu Conſenſus opuli non requiritur Engel *hìc n. 6.* Principes ſæ-culares

culares ſolum ferias profanas indicunt. *L. 4. c. h. t.* n
item ſacras. *Conſtit. Innocentii Decimi Anno 16*
die 6. Octob. emanata, quæ incipit. *cum nuper.* R
fenſt. *hic n. 13.* & cit. Schmalzgr. *n. 8. & ſeqq.*
ad Contraria reſpondent.

4. *Quæ negotia & quales actus tempo feriarum ſunt interdicti?*

Imprimis in feriis ſacris prohibentur exerceri omn opera & negotia ſervilia & ruſtica, nec non mercatu, ſive nundinæ publicæ & ſolennes. *c. 1. & 3. h. t.* qu ad nundinas tamen legi huic conſuetudine omnium f rè locorum derogatum eſt. Pichler *hìc n. 9.* Engel *10. & 11.* Deinde in feriis tam ſacris, quàm profan interdictus eſt omnis ſtrepitus forenſis & actus Ju ciales contentioſæ jurisdictionis, adeo, ut ejusmo actus regulariter quoque ſint nulli & invalidi *L. 1. h. t. & C. fin. eod.* idem Pichler *n. 6.* add. Reiffen *h. t. n. 27.*

5. *Qualiter licet exercere opera liberali in feriis ſacris, præſertim ſi id fiat ex intentione lucri?*

Opera ejusmodi veluti ſtudere, docere, legere, ſcr bere, pingere &c. nunquam ſunt prohibita, neque o ficit intentio lucri, eò quòd lucrum vel merces no mutet naturam operis. Pichler *cit. n. 9. hìc.*

6. *Súntne etiam tempore feriarum inter dicti actus Jurisdictionis Voluntariæ?*

Minimè, ſaltem ii, qui de plano & ſine cognition cauſæ expediuntur, uti eſt conceſſio privilegiorum diſpenſationis &c. datio tutoris vel Curatoris, teſta

men

hentorum exhibitio & publicatio, manumiſſio, eman-
ipatio &c. text. & Doctores *in L. 2. ff. h. t.* ſi autem
ognitionem quandam requirunt, & ſic quaſi mixti
unt, veluti arrogatio impuberum, unio prolium, de-
retalis bonorum poſſeſſio, &c. rectiùs inter prohibi-
os reputari debent. cit. Pichler. *n. 7.* P. König *n. 10.*
h. t.

7. *Sed nullúsne eſt caſus, in quo etiam actus Jurisdictionis Contentioſæ tempore quoque feriarum validè & licitè exerceri poſſunt?*

Duo Caſus plerumque excipiuntur, nempe Caſus
neceſſitatis & pietatis: ob neceſſitatem licitè tractan-
tur actus tales Judiciales, quando eſt periculum in mo-
ra, nè nimirum vel actio vel res pereat, aut per dila-
tionem deterior fiat, nè teſtes poſtea comparere ne-
queant, nè reus vel debitor fugiat &c. *c. fin. h. t. &*
L. 10. C. eod. ex Cauſa pietatis rectè expediuntur Cau-
ſæ piæ, alimentorum futurorum, mercedum, pacis &
concordiæ &c. *arg. L. 43. ff. de relig. & ſumpt. fun.*
can. 17. cauſ. 22. quæſt. 5. idem Pichler *n. 6.* cit. Reif-
fenſt. *n. 37. & ſeqq.* plura alia & in ſpecie an ac quo-
modo die feriato valeat libelli oblatio, citatio, ejusque
inſinuatio, examen teſtium &c. vid. apud Schmalzgr.
h. t. §. 2. per tot. add. cit. Reiffenſt. *§. 3. per tot.*

8. *Poſſúntne partes feriis ultrò renuntiare?*

Si velint renuntiare feriis ſacris, non poſſunt hoc fa-
cere, ſed acta manent invalida. *c. fin. cit.* pactis enim
privatorum nequit juri publico derogari. At verò fe-
riis profanis, veluti meſſium, vindemiarum &c. quæ

 magis

magìs ad privatam utilitatem ſunt introductæ, vale renuntiare. vid. Reiffenſt. *n. 31. & ſeqq. h. t.*

TITULUS X.

De Ordine Cognitionum.

1. Quid eſt Ordo Cognitionum?

EST modus ſervandus à Judice in examine pluriu quæſtionum, quæ in eodem Judicio inter easde perſonas concurrunt. P. König *hic n. 1.*

2. Quis ergo Ordo ſervandus in diſcutiendis cauſis?

Tres communiter à Doctoribus ſolent aſſignari r gulæ. Prima eſt, quòd ea quæſtio priùs excutien ſit, quæ viam parat ad cognitionem alterius, ſic p ſeſſionis cognitio præmittenda eſt proprietatis cogn tioni, ut ſciatur, quis petitoris onera ſuſtineat, qu commodo poſſeſſionis fruatur. *L. 37. junct. L. 62. de Judic. L. 13. de 2. V.* Secunda, quod illa quæſt priùs terminari debeat, quæ alteram perimit, ſeu pr judicium gignit. Hinc ſi mulier judicio petitorio ag ad vindicationem mariti, ille autem excipiat de co ſanguinitate, prius eſt de exceptione conſanguinita cognoſcendum, quia hac probata prior quæſtio ſi petitio perimitur *c. 1. h. t.* vid. Vallenſ. *hic n. 3.* aliu exemplum ſuppeditat P. König *hic num. 7.* 3. Quo quæſtio major præferenda ſit minori, ſic cauſa crim nalis præfertur civili. *Can. 3. §. civil. cauſ. 3. quæ 11. & L. fin. C. de Ord. Jud.* quod tamen fallit, ſi c vilis præjudicat criminali *Can. 4. §. ſi crimen cauſ. quæſt. 11.* vel ſi actoris intereſt civilem prius dirim *L. 1. C. de appel.* Quòd ſi civili ab Actore præpoſi

Re

Reus opponat criminalem per modum exceptionis, utraque ſimul decidenda eſt *L. 3. C. de ord. Jud.* at ſi per modum actionis, criminalis præfertur, ſuſpenſa civili. *L. fin. C. de ord. Jud. & lege 37. ff. de Judiciis* vid. König *hic n. 8.* adde Reiffenſt. *n. 10. h. t.*

3. *Sed quid dicendum, ſi in Cauſam principalem incidat quæſtio de qua Judex Cauſæ principalis principaliter non poteſt cognoſcere?*

Diſtinguendum eſt, an ſolum non poſſit de ea principaliter cognoſcere, quia eſt tantùm incompetens reſpectu cauſæ incidentis: an verò, quia eſt incapax jurisdictionis in illo genere cauſæ. Si primum: Judex cauſæ principalis non obſtante incompetentia poterit cognoſcere de cauſa incidenti. *L. 3. C. de Judic. L. 1. C. de ord. Jud.* ubi Judex hæreditatis cognoſcit incidenter de cauſa Statûs, licèt de illa principaliter non poſſit cognoſcere. Ratio eſt, quia cauſa incidens tali caſu connexa eſt cum principali, cauſæ autem connexæ, ſi aliud non obſit, ab uno eodemque Judice ſunt tractandæ per dicta in titulo de foro competente. Si ſecundum: Judex cauſæ principalis ſuperſedere interea debet in cognitione cauſæ principalis, donec quæſtio incidens definiatur ab eo Judice, ad quem de Jure pertinet, ùt v. g. ſi quæſtio incidens ſit ſpiritualis vel Eccleſiaſtica. *c. 5. & c. 7. qui fil. ſint legit.* ratio diſparitatis eſt, quia incompetentia jurisdictionem tantùm reſtringit ad certum genus cauſarum, nec impedimentum ponit in perſona. Incapacitas verò jurisdictionem ipſi omnino denegat, & in perſona ejusdem impedimentum ponit. vid. Schmalzgr. *hic n. 8. & ſeqq.*

TITULUS XI.
De plus Petitionibus.

1. Quid eſt plus Petitio?

ESt inordinata Actoris poſtulatio aliquid ultra debitum à reo apud Judicem petentis.

2. Quando & quibus modis aliquid plus peti dicitur?

Quatuor modis, *re*, *tempore*, *loco*, & *cauſa*. *Re* plus petere dicitur, qui majorem ſummam vel quantitatem petit, quàm debeatur. *Tempore*, qui ante diem petit, vel ante conditionem obligationi adjectam, necdum verò exiſtentem. *Loco*, qui petit alio in loco, quàm convenit, ut ſolveretur. *Cauſa*, qui id, quod in genere vel alternatim debetur in ſpecie vel præcisè petit.

3. Quæ eſt pœna plus petentium?

Olim plùs petens cadebat tota cauſa *§. 33. inſt. de action.* poſtea autem rigor iſte ſublatus, & Constitutione Imperatoris Zenonis conſtitutum fuit, ut is, qui plùs tempore petit, inducias illius temporis, quod conatus eſt antevertere, duplicare cogatur, (ſ... luti ſi uno menſe petierit citiùs, quàm petere debuit, exſpectare tenetur per duos menſes, & inſuper lis expenſas reo ſolvere. Qui verò re, causâ, vel loco plus petit, ex Conſtitutione Juſtiniani condemnatur in omne damnum, quod ſua petitione reo intulit, & præterea debet pendere triplum ejus, quod ob majorem quantitatem libellis Conventionis comprehenſam viatoribus, hoc eſt executoribus ſportularum nomine pæ-

iti-

tandum fuit; vid. Doctores paſſim ad citatum *§. 33. de action.* Notat præterea P. Engel *hìc n. 4.* pœnas iſtas non incurri, ſi actor id malitioſè non fecerit, & cauſam juſtam erroris allegare poſſit. Imò in praxi pœnæ iſtæ plus petentium *§. 33. cit.* ampliùs non obſervantur, eáſque hodiernis moribus paſſim eſſe abrogatas, teſtatur Hoppius *ad Inſt. eod. §. 33.*

TITULUS XII.

De Cauſa Poſſeſſionis & Proprietatis.

1. *Quæ dicitur cauſa Poſſeſſionis, & quæ Proprietatis?*

CAuſa poſſeſſionis dicitur, in qua principaliter agitur de poſſeſſione, vel quaſi, veluti dum Actor contendit Poſſeſſionem rei controverſæ ſibi reſtitui debere præſcindendo interim, an ad ſe Jure Dominii pertineat, vel non? atque hoc appellatur Judicium poſſeſſorium: Proprietatis verò eſt, in qua Actor principaliter contendit ſe eſſe Dominum, vel quaſi, juris vel rei controverſæ, & hoc appellatur Judicium petitorium; utro autem judicio, poſſeſſorio vel petitorio agatur, ex concluſione libelli potiſſimum eſt intelligendum, nam ſi actor concludat adverſarium ſuum ſibi condemnari ad reſtitutionem rei, agit judiciô petitorio, ſi verò ſe Dominum rei pronuntiari petat, agit poſſeſſorio. vid. Vallenſ. *hìc §. 1. n. 1. & 2.*

2. *Quid eſt proprietas?*

Eſt Jus, de re aliqua plenè, ac liberè diſponendi, niſi id Jure aut conventione prohibeatur, ità Perillu-

ſtris Dominus Kees *in Comment. ad Juſtit. de re-rum diviſio. n. 26.*

3. *Quid eſt Poſſeſſio?*

Poſſeſſio eſt detentio rei corporalis, cum affectione eandem ſibi habendi. Perill. D. Kees. *Inſtit. de interdictis n. 60.* König *h. t. n. 3.* & colligitur *ex L. 1. §. 20. ff. de acquir. vel ammitt. poſſeſſ.*

4. *Quotuplex eſt Poſſeſſio?*

Triplex communiter adſtruitur, naturalis tantùm, civilis tantùm, ac naturalis ac civilis ſimul. Naturaliter poſſidet, qui rem tenet animo quidem ſibi habendi, ſed absque jure, & opinione Dominii. *L. 13. §. 1. ff. de publicia. in rem. act.* Civiliter poſſidet, qui rem detinet animo & opinione Dominii, id eſt rem ſibi ut ſuam habendi. *L. 6. §. 1. ff. de acquir. vel ammitt. poſſeſſ.* Naturaliter & Civiliter ſimul poſſidet, qui rem non tantùm corporaliter detinet, ſed etiam animo affectionéque Dominii, ita ut nullus alius eam aliquo modo detineat aut poſſideat. vid. Vallenſ. *hic §. 1. n. 7.* Poſſeſſio naturalis tantum ab aliis etiam appellatur poſſeſſio facti: & civilis poſſeſſio Juris; civilis verò & naturalis ſimul, poſſeſſio Juris & facti. vid. Reiffenſt. *h. t. n. 12. & ſeqq.*

5. *Quot modis agitur de poſſeſſione?*

Tribus, atque ità triplex eſt Judicium poſſeſſorium, nimirum adipiſcendæ poſſeſſionis, retinendæ, & recuperandæ. Vallenſ. *cit. §. 1. n. 11. h. t.* hæc verò remedia poſſeſſoria in jure dicuntur interdicta, ſive extraordinariæ actiones in factum. *pr. Inſt. & per rubr. ff. de interd. ſive extraord. action.* de quibus vid. cit.

Perill.

Perill. D. Kees. *d. t. Inſt. de interd.* & Civiliſtæ paſſim ibid. add. Vallenſ. *loc. cit. n. 12. & ſeqq.*

6. Quale remedium habet agens Judicio petitorio?

Vel agitur pro vindicatione rerum corporalium v. g. fundi, domûs, equi &c. & competit rei vindicatio; vel vindicantur res incorporales, ſive Jura, ſervitutes v. g. jus venandi, decimandi &c. & hoc caſu proditæ ſunt duæ actiones, unâ confeſſoria, quâ actor adſtruit tale jus ſibi competere, & ideo etiam illud probare debet, altera negatoria, quâ negat actor jus vel ſervitutem reo deberi, quod proinde reus debet docere & probare, de quibus rursùm Civiliſtæ paſſim *ad §. 1. & 2. Inſt. de action.* Schmalzgr. *h. n. 41.* Quòd ſi verò agatur ſolum de jure ad rem, ùt ſit in omnibus Contractibus, tunc competunt actiones perſonales ex iis deſcendentes.

7. Quid faciendum, ſi uterque litigantium ſe rem poſſidere contendat?

Communiter à Doctoribus ſequentes tradi ſolent regulæ. 1. Si utérque probat actus poſſeſſorios v. g. Juris decimandi, venandi &c. pronuntiandum eſt pro illo, qui probat antiquiorem poſſeſſionem, cum poſſeſſio recentior hoc caſu præſumatur vitioſa. *arg. c. 9. de prob.* 2. Si neuter probet antiquiorem poſſeſſionem, ille præfertur, cujus poſſeſſio eſt munita titulo. 3. Si in titulo etiam ſunt æquales, is obtinebit, qui produxerit teſtes numerô plures minus ſuſpectos. 4. Si omnia ſint æqualia, quod vix eveniet, Judex pronuntiabit ſecundum formam interdicti: Utì poſſidetis, ità poſſideatis. vid. Engel *hìc n. 6. & ſeqq.* add. Pichler *h. t. n. 28. & ſeqq.* ubi ad contraria reſpondet.

8. *Potéſtne Judicium poſſeſſorium & pe-titorium ſimul in eodem libello cumulari?*

Negant hoc multi propter *L. 3. C. de interd. & l. 13. C. de rei vind.* quibus juribus perſpicuè deciditu[r] cauſam poſſeſſionis prius eſſe determinandam antequa[m] ad cauſam proprietatis deveniatur, & dictum ſupr[a] de mutuis petitionibus: Contrarium tamen veriùs eſt, p[er] *c. 3. 4. ac 6. h. t. & L. 18. ff. de vi & vi arm.* ubi pen-dente rei vind. ſeu petitorio judicio reſpondet J. C. ni-hilominus rectè agi interdicto. *& L. 12. ff. de acqui. vel ammitt. poſſ.* ubi ſimiliter adſtruitur, non dene-gari interdictum, uti poſſidetis ei, qui cœpit vindica-re; Ratio conſiſtit in utilitate publica, ut lites dimi-nuantur, & ex duabus fiat una. Vallenſ. *h. t. §. 4. n.* Non obſtant leges in contrarium adductæ, quia rect[è] exaudiuntur in caſu, quo uterque litigantium & [de] poſſeſſione & de proprietate contendit, ità ut neut[er] eorum onus probandi dominium in ſe velit ſuſcipe[re] ſed in alterum rejicere. Nam tunc, quia ſciri non po-teſt, uter litigantium probare debeat Dominium, ide[o] eo caſu prius debet decidi poſſeſſorium, quàm petito-rium. At verò quando quis ab initio ſtatim ſuſcip[it] in ſe probationem poſſeſſionis & Dominii, ceſſat ill[a] incertitudo & ratio. Vallenſ. *cit. §. 4. n. 5. h. t.* [E]t hoc quidem in interdicto adipiſcendæ & recuperandæ, ſaltèm de Jure Canonico minus habet dubium propt[er] textum expreſſ. *in c. 3. & ſeqq. h. t.* minus habet d[u]-bium. vid. tamen Lauterb. *ff. de interd. §. 24. confe[r]* etiam Zoëſ. *ad ff. eôd tit. n. 7. & 8.* & Schmalzg[r.] *h. t. n. 60.*

9. S[...]

9. *Sed proceditne etiam hoc in interdicto retinendæ?*

Major circa hoc eſt difficultas, & plurimi tuentur negativam. 1. Propter repugnantiam, quam admittere videtur cumulans, quòd uter hoc poſſeſſorio affirmet ſe poſſeſſorem *L. 1. §. eſt igitur. ff. utì poſſid.* petitoriô verò agens videatur poſſeſſionem attribuere adverſario, aut ſaltem ei renuntiare. 2. Propter text. *in C. 5. h. t.* ubi tantùm fit mentio cumulationis petitorii cum poſſeſſorio adipiſcendæ & recuperandæ. vid. Menoch. *de recup. poſſ. remed. 3. num. 512. & ſeqq.* Lauterbach. *cit. tit. §. 25.* Dicendum tamen hoc interdictum cum petitorio rectè cumulari poſſe. per *c. 4. & 6. h. t.* ubi Pontifex indiſtinctè admittit cumulationem, quò facit *L. 12. §. nihil de acquir. vel ammitt. poſſeſſ.* ubi illi, qui cœpit vindicare, non denegatur interdictum, utì poſſidetis, quod eſt retinendæ, ut ſi poſt petitorium propoſitum proponi poſſit, non ſit ratio, cur & ab initio utrumque conjungi non valeat. Ad contraria reſpondet Zoëſ. *cit. tit. n. 10.* add. Pichler *h. t. n. 30.* & Schmalzgr. *ibid. n. 63.*

10. *Quid autem dicendum, ſi actor ab initio egit petitorio, in eòque deficiat, poteritne eô ſuſpensô recurrere ad poſſeſſorium, vel contra?*

Affirmativa in utroque caſu communius eſt recepta, modò adhuc non ſit in cauſa concluſum. per *c. 5. h. t. & L. 12. ff. de acquir. vel ammitt. poſſeſſ.* Ratio eſt, quòd Poſſeſſio nihil habeat commune cum proprietate, non enim videtur poſſeſſioni renuntiâſſe, qui rem vindicavit. *d. L. 12.* & multò minus petito-

rio, qui egit poſſeſſorio, ratio autem, quare hæc v riatio poſt concluſionem in cauſa jam cenſetur e renuntiatum ulterioribus probationibus, & cauſa ja dicitur penè deciſa. Zoëſ. *h. t. n. 8.* vid. Schmalzg *hic 69.* & Vallenſ. *n. 7.* ubi etiam ad contraria r ſpondent. Plura circa hanc materiam ſuppeditat ide Schmalzgr. *h. t.* & pleniſſimè Reiffenſt. *eod. tit. p totum.*

TITULUS XIII.

De Reſtitutione Spoliatorum.

1. Quid ſpeciale continet iſte titulus?

IN hoc titulo ſpecialiter agitur de remedio recupera dæ poſſeſſionis, licet enim priore titulo generali de cauſa poſſeſſionis actum fuerit, quia tamen cir reſtitutionem ſpoliatorum multa ſingularia occurrun ideo etiam ſpecialis iſte titulus rectè hic formatus fu Vallenſ. *hic §. 1. n. 1.*

2. Quis hìc ſpoliatus dicitur?

Qui vel vi, vel clàm de poſſeſſione rei alicujus co poralis vel incorporalis veluti beneficii Eccleſiaſti aut alterius juris ejectus, vel aliàs injuſtè privatus e nec intereſt an privatio, vel ſpoliatio iſta à privat vel etiam à Judice, vel Magiſtratu acciderit. *c. 7. h* neque enim Judici ſub fiducia Magiſtratûs quidqua contra Jus facere permittitur. *L. 32 ff. de injur.* ne de naſçatur occaſio injuriarum, unde Jura deſcendi *L. 6. C. unde vi.* Vallenſ. *h. t. §. 5. n. 1.* Schmalz *hic n. 15.*

3. Qu

3. *Qualia competunt remedia ſpoliato ad recuperandam poſſeſſionem?*

Spoliatus habet triplex remedium, unum ex Jure Civili, quod dicitur interdictum *unde vi*, & duo ex Jure Canonico ſcilicet primum ex *c. ſæpè contingit 18. h. t.* & alterum ex Canonico *redintegranda. 3. cauſ. 3. q. 1.*

4. *Quomodo & ad quid competit interdictum unde vi?*

Interdictum hoc datur ei, qui vi dejectus eſt, item hæredi ejus & cæteris ſucceſſoribus contra eum, qui per ſe, vel alium dejecit vel dejici mandavit, aut etiam dejectionem ratam habuit. *L. 1. §. 23. 44. juncto §. 12. & 14. ff. de vi & vi arm.* ad hoc ut ſpoliatus ante omnia reſtituatur in priſtinam poſſeſſionem. Vallenſ. *hic §. 1. n. 3.* Reiffenſt. *n. 7.* Competit autem tantùm ad recuperandam poſſeſſionem rerum immobilium. *d. L. 1. §. 4. & 6. de vi & vi arm.* nam ſi res mobilis per vim erepta ſit, interdictum hoc non accommodatur, ſed tunc recurrendum eſt ad actionem vi bonorum raptorum, vel furti, vel ad exhibendum *d. L. 1. §. 6.* niſi acceſſoriè cum fundo vel ædibus etiam res mobiles petantur. *L. 1. in pr. & §. 6. cit. L. 9. C. unde vi.* idem Vallenſ. *cit. §. 1. n. 2. h. t.* de hoc interdicto pleniùs & ex profeſſo tractant Civiliſtæ ad tit. *ff. de vi & arm.* ubi Zoëſ. & Lauterbach. add. Reiffenſt. *h. t. §. 1. per tot.*

5. *Quid, & quale eſt beneficium c. ſæpè 18. h. t.*

Beneficium hoc propriè & præcisè ex Jure Can. deſcendit, & introductum eſt in ſubſidium interdicti unde

de vi, nam cum per hoc interdictum non ſatìs fuera
conſultum ſpoliatis, eò quòd non detur contra ter
tium poſſeſſorem, etiamſi malâ fide poſſeſſionem na
ctus ſit. *L. 7. ff. de vi & vi arm.* Zoëſ. *eod. tit. n. 11*
ideoque ſæpiùs evenerat, quòd priores poſſeſſores amiſ
ſo poſſeſſionis commodo plerúmque totâ causâ cade
bant, ipsámque rei proprietatem amittebant, eò, quò
in rei vindicatione propter difficillimam dominii pro
bationem facilè defecerant. Hinc in *cit. cap. 18.* con
ſtituit Pontifex; quòd ſpoliatus poſſit agere ad recu
perandam poſſeſſionem adverſus quemlibet poſſeſſorem
ſpoliationis conſcium, ſivè is rem immediatè à ſpolia
to acceperit, ſive mediatè etiam à poſſeſſore bonæ fi
dei intermedio. Vallenſ. *§. 2. n. 1. & 2.* Ratio il
redditur: quòd nimirum multùm non interſit quoa
periculum animæ, an quis injuſtè invaſerit alienum
an ſciens injuſtè poſſideat: Dictum autem: *Spoliatio
nis conſcium* Nam hoc remedium non compet
adversùs eum, qui rem poſſidet ignorans eam vi inva
ſam, hoc enim caſu ceſſat periculum animæ ſive pe
cati, quòd ſine ſcientia non committitur, idem Va
lenſ. *loc. cit. n. 3.* & Reiffenſt. *n. 28. & ſeq.*

6. *Quid continet beneficium Can. redintegrandæ. Cauſ. 3. q. 1.*

Hoc beneficium latiſſimè patet, eſtque cœteris pl
niſſimum, datur enim adverſus quemlibet poſſeſſoren
quamvis ipſe non ſpoliaverit, nec etiam ſpoliationis
conſcius, ſed bonæ fidei poſſeſſor, & ſive cum vit
ſive absque vitio, ſive cum titulo, ſive absque titu
ad eum res pervenerit, ſive res mobilis ſit, ſive imm
bilis ſine ulla temporis præfinitione. *d. Canon. redi
tegrandæ, & ibi Gloſſ.* ad exemplum actionis qu
mets

metûs causâ, quæ coërcet non tantùm perſonam vim facientis, ſed datur etiam adversùs omnes eos, ad quos res pervenit. *L.9. §. ult. ff. quod met. causâ* Vallenſ. *hìc §.3. n.1. & 2.* Reiffenſt. *n.31. & ſeqq.* Cujus remedii etiam Civiliſtæ faciunt mentionem, illúdque praxi receptum & frequentiſſimum eſſe dicit Lauterb. *ad. ff. de vi & vi arm. §.22.* licèt in eo cum Gailio diſſentiat, quòd non admittat id etiam contra bonæ fidei poſſeſſorem competere. Sed contrarium de praxi tuentur Mynſing. *cent.3. obſ. 85. n.3. & ſeq.* Strick. *de action. forenſ. ſect. 2. memb. 2. §. 22.*

8. *Quæ ſunt pœnæ ſpoliantium?*

Primò: Spoliator ante omnia debet reſtituere rem oblatam, & quidem plenè, id eſt cum fructibus, damnis & acceſſionibus ac omni cauſa. *c.11. h.t. L.1. §.31.40. & 41. ff. de vi & vi arm.* Et ſi ſpoliator neget ſe res aliquas particulares abſtuliſſe, quas ſpoliatus prætendit, dabitur ſpoliato in defectum aliarum probationum juramentum in litem. *per L.9. C. unde vi.* Engel *hìc n.1. & 2.* Qui autem & quales fructus in ſpecie à quolibet poſſeſſore ſunt reſtituendi, vid. Civiliſtæ paſſim. *ad §.35. Inſtit. de R.D.* & Reiffenſt. *h.t. §.6.* Schmalzgr. *§.2. à n.38. usque ad finem hìc.* Secundò: Jure Civili ſpecialiter conſtitutum eſt in *L.7. C. unde vi*, quòd ſpoliator, ſi Dominus ſit rei per vim ablatæ amittat Dominium, ſi autem Dominus non fuerit, præter reſtitutionem inſuper rei æſtimationem præſtare debeat.

9. *Habétne autem pœna cit. L.7. C. unde vi: etiam de jure Canon. locum?*

Affirmat hoc P. Engel *num.14.* eò, quòd iſto jure nullibi

nullibi ſublata, vel immutata eſſe reperiatur, imò ſati clarè recepta eſſe videtur in *c. 2. cauſ. 16. q. 6.* cun hac tamen limitatione, quod in Cauſis quidem profanis Dominium propter violentiam perditum acquiratur ſpoliato: in beneficialibus verò beneficium per vin occupatum, quamvìs auferatur ab occupante, non pleno jure acquiratur ei, qui poſſidebat, niſì aliunde titulum habeat: idque ideo, nè detur vitioſus ingreſſus a beneficia, quæ ſine canonica inſtitutione obtineri noi poſſunt. *c. 1. de R. J. in 6.* Notat autem P. Engel loco alleg. præfatam conſtitutionem *d. L. 7.* quantun ad hanc pœnam ammiſſionis Dominii, vel præſtandæ æſtimationis hodie paucis in locis uſu eſſe receptam ſed magis pœnæ arbitrariæ tantùm locum eſſe: prou etiam hîc in Auſtria uſus illius amplius non extat, e quo ejusmodi violentiæ certâ duntaxat pœnâ pecuniariâ videlicet 150. flor. æſtimantur. vid. tamen Lauterb *ad ff. de vi & vi arm. §. 20.*

10. *Sed proceditne Diſpoſitio hujus tituli de reſtitutione facienda in omni ſpolio?*

Regulariter ſpoliatus ante omnia ſemper eſt reſtituendus. *c. 1. in fin. h. t. L. 1. C. ſi per vim. cum ſimi lib.* quod adeò verum eſt, ut ſpoliator non audiatu in ſuis exceptionibus, nec ſpoliatus teneatur reſponde re ad objecta, priusquàm adverſarius reſtituerit, quo vi ablatum eſt. *c. 7. in fin. h. t. L. 1. C. ſi per vim. L 7. C. ad leg. Jul. de vi publica.* licet de Dominio ex cipiat, hoc eſt, dicat ſe eſſe Dominum rei de cuju poſſeſſione Actorem dejecit. *c. 1. h. t. & c. 1. eód. in* unde in *c. 5. h. t.* dicitur, quòd etiam prædo reſtitu debeat. Vallenſ. *hic §. 4. n. 1. & 3.* Concordat praxis, ubi omnes ejusmodi exceptiones ad ſeparatum re mittuntur, & interea reſtitutio decernitur.

11. Se

11. *Sed quid ſi ex actis, documentis vel Confeſſione partis apertè conſtet, nullum jus competere ſpoliato, competere autem ſpoliatori?*

Reſtitutionem nihilominus eſſe faciendam propugnat quidem Fachin. *lib. 8. controv. cap. 16.* negativam tamen juri & æquitati magìs conformem eſſe dicit P. König *h. t. n. 6.* eámque defendit Zoëſ. *ad ff. de vi & vi arm. n. 17. & 18.* & ad Decretal. *h. t. n. 2. junct. n. 13.* probatur 1. per *c. fin. h. t. in 6.* ubi poſſeſſor ſpoliatus ab eo, pro quo eſt jus commune, nequaquam dicitur eſſe reſtituendus. 2. per *L. 31. ff. depoſ.* quæ vult Dominum rei depoſitæ concurrentem cum fure deponente præferendum eſſe. 3. per *c. 6. de cauſ. poſſ. & propr.* ubi conſtituitur, quòd ſi conſtet de Cauſa proprietatis, non ſit attendenda cauſa poſſeſſionis, fruſtraneum enim foret concedere reſtitutionem prædoni contra Dominum, cui mox eam reſtituere cogeretur, ad contraria reſpond. author. cit. loco alleg. add. Reiffenſt. *hìc n. 62. & ſeqq.*

12. *Quid debet probare ſpoliatus petens reſtitutionem?*

Hæc duo, quod nimirum ante ſpoliationem fuerit in poſſeſſione, & deinde quòd ſpoliatus ſit, prout deſumitur *ex c. 10. de offic. deleg. & L. 1. §. 21. ff. de vi & vi arm.* vid. Reiffenſt. *hic n. 54.* concordat praxis apud Sutting. *obſ. 13. per tot.* quomodo autem & qualiter poſſeſſio probetur vid. latè apud Schneidew. *ad Inſtit. §. 4. n. 45. & ſeqq. de interd.*

13. *Qui-*

13. *Quibus caſibus ceſſat, vel denegatur reſtitutio ſpoliato?*

Plures circa hunc paſſum afferuntur limitationes ſive fallentiæ, utì videre eſt apud Engel *hìc n. 4. & ſeqq.* & Reiffenſt. *§. 4. per tot.* Præcipuè ſunt: 1. ſi ex actis & documentis vel confeſſione partis manifeſtè conſtet nullum jus competere ſpoliato, competere autem ſpoliatori. Utì mox dictum *in q. 11.* vid. cit. Reiffenſt. *hìc n. 76. & ſeqq.* 2. ſi reſtitutio non poſſit fieri ſine periculo animæ, Exemplum eſt in cauſa matrimoniali, quando v. g. marito reſtitutionem uxoris petenti opponitur impedimentum dirimens matrimonii, tunc enim reſtitutio tantùm fit quoad cohabitationem & rem domeſticam, non etiam quoad thorum, donec cognoſcatur ſuper ejusmodi impedimento dirimente. *c. 13. h. t.* debet tamen uxor hoc caſu probationes habere paratas & in continenti, nam alias plenariè adeóque etiam quoad thorum eſſet reſtituenda *d. §. 13. §. pen.* non obſtante quod non minùs & hìc quoque animæ & peccati fornicationis periculum ſubeſſe videatur, nam ad hoc reſpond. alleg. Reiffenſt. *n. 89.* Idem eſt 3. ſi timeatur damnum irreparabile veluti ſi in eadem cauſa matrimoniali petatur reſtitutio uxoris, & illa excipiat de magna mariti ſævitia, tunc enim non aliàs reſtituitur, quàm ſi maritus de ea honeſtè tractanda ſufficientem præſtiterit cautionem, imò ſi tantum ſit viri odium & auſteritas, ut mulieri non poſſit ſatis eſſe cautum, non debet reſtitui, ſed usque ad ſeriam viri emendationem in loco honeſto ſequeſtrari *cit. c. 13. h. t.* Engel *hìc n. 8. & n. 9.* adhuc aliam limitationem in eadem cauſa adſtruit & plura circa hanc reſtitutionem in matrimonialibus vid. apud Schamb. *h. t. n. 16. & ſeqq.* 4. denegatur

quoque reſtitutio, quotiescunque jus commune aſſiſtit ſpoliatori, & reſiſtit ſpoliato, niſi ſpoliatus inſuper doceat de titulo. Exemplum deſumitur *ex c. 2. h. t. in 6.* ubi Canonici alicujus Eccleſiæ ſpoliati à Parocho decimis intrà fines ſuæ Parochiæ perceptis non reſtituuntur, ex dicta ratione. vid. rurſ. Reiffenſt. *hìc n. 8. & ſeqq.* ubi ad contraria reſpondet, plures limitationes pete ex Reiffenſt. *cit. §. 4.*

TITULUS XIV.

De Dolo & Contumacia.

1. *Quomodo ſumitur hîc dolus?*

DOlus in genere aliàs dicitur, omnis calliditas, machinatio, fallacia ad circumveniendum, fallendum & decipiendum alterum adhibita, ùt dictum *lib. 1. de pactis*, hîc tamen eatenus tantùm ſumitur, quatenus adhæret contumaciæ, & is in dolo eſſe cenſetur, qui in Judicio comparere vel reſpondere recuſat. P. Engel *h. t. n. 1.* ac proinde licet rubrica hæc duas quodammodo partes habere videatur, communius tamen pro una tantùm accipitur. Schamb. *hìc n. 1.* vide tamen etiam de dolo in genere hic tractantes Schmalzgr. Reiffenſt. & Pichler *§. 1. p. t.*

2. *Quid eſt contumacia & quotuplex?*

Contumacia hìc nihil aliud eſt, quàm ergà Judicem commiſſa inobedientia, eſtque duplex: vera vel ficta. Vera eſt, quando aliquis tribus edictis, vel unô peremptoriô pro tribus perſonaliter citatus, dicit ſe nolle venire, vel ſaltem cùm certum eſt citationem ad eum perveniſſe, in Judicio tamen non apparet. Ficta verò ſeu præſumpta, quando aliquis, qui perſonaliter

X utpo-

utpote latens, citari non potuit, per edictum publicum ad valvas vel domum ejus affixum citatus fuit & in termino non comparuit.

3. *Quibus modis committitur contumacia?*

Variis: 1. veluti non veniendo in Judicium, quando nimirum legitimè citatus non comparet. *L. 53. ff. de Jud.* vel comparet quidem, ſed non inſtructus. *arg. c. 6. h. t. & c. 1. §. fin. de appell. in 6.* 2. non reſpondendo, vel ſi reſpondeat quidem, ſed obſcurè, qui paria ſunt non reſpondere, & reſpondere obſcurè. *L. 11. §. 7. ff. de interr. injur. fac.* 3. in recedendo absque Judicis licentia infectô negotiô. *c. 4. h. t.* 4. in non jurando ad mandatum Judicis. *L. manifeſtæ ff. de jurej. junct. c. ult. de jur.* ubi idcirco actor recuſans juramentum ſine juſtâ causâ cadit ab actione; reus autem habetur pro confeſſo. 5. in non reſtituendo ad Judicis præceptum: quô caſu res manu militari aufertur *L. 68. ff. de rei vind. &* 6. in non exhibendo v. g. non reſtituendo pignus, vel non edendo rationes: ùt patet ex *L. 28. §. 1. ff. de appell.* quos caſus complectitur Gloſſ. *in c. ex litteris h. t.* ſequentibus verſiculis:

Non veniens, non reſtituens, citiusque recedens,
Nil dicens, pignúsque tenens, jurareque nolens,
Obſcuréque loquens, iſti ſunt jure rebelles.

vid. Reiffenſt. *hìc n. 45.*

4. Qui

4. *Quid requiritur ad hoc, ut aliquis in non veniendo pro contumace haberi valeat?*

Hæc duo. 1. trina citatio, aut una peremptoria à competente Judice facta, & citato legitimè intimata. 2. ut non adſit juſta cauſa, propter quam citatus comparere non potuit. *L. 53. cum ſeqq. ff. de re jud. & L. 8. & 9. C. quomod. & quand.* quod intelligendum in ordine ad effectum, ut poſſit contra eum procedi ad ſententiam, vel ad immiſſionem in ejus bona: Nam quoad expenſas & damna parti alteri in præfixo termino comparenti reſarcienda habetur omnino pro contumace, etiam prima vel ſecunda vice non comparens. Pichler *hìc n. 13.* Reiffenſt. *n. 62.*

5. *Habendúsne eſt pro contumace, qui non comparet horâ, vel die deſignatâ, comparet tamen ſeriùs vel die ſequente?*

Inſpecto jure communi non cenſetur eſſe contumax, quia illa die, licèt non ad horam determinatam comparet, eò, quòd tota dies citato cedat. *arg. §. 2. le V. O.* Eodem modo ſaltem de æquitate non tenetur Judex, etiamſi pars petat, condemnare ùt contumacem, qui mox altera die comparet. *c. 2. 4. de offic. deleg.* vid. Reiffenſt. *hìc n. 68. & ſeqq.* Pichler *n. 14.* De praxi tamen hoc rariùs obtineret, ſed ſi citatus Judice pro tribunali ſedente non ſit præſens, proceditur hoc ipsô in contumaciam, niſì juſta aliqua cauſa excuſet, quô caſu ſolent ad petitionem decerni novæ citationes ad purgandam contumaciam.

6. Potéſtne etiam actor fieri contumax?

Poteſt, non tantùm reus, de quo minus eſt d[ubium], ſed etiam actor: imò gravior eſt contumac[ia] actoris quàm rei, eò, quòd ipſe invitus, ille ſpontan[eè] ad Judicium veniat. Nec obſtat, quòd invitus nem[o] agere compellatur; quia hoc verum eſt re adhuc int[e]gra, & antequam actor libellum in Judicio porrexeri[t], atque citatio ad reum pervenerit. Schmalzgr. *hic* [n.] 41. add. Reiffenſt. *n. 78. & ſeq. h. t.*

7. Quæ ſunt pœnæ contumaciæ?

Variæ pro diverſitate caſuum. Sic enim contum[a]cia quandoque coërcetur litis damnô. *L. 53. ff. de jud.* quandoque mulctâ per judicem inflictâ. *L. 2. ff. [ſi] quis in jus voc.* ſubinde condemnatione in expen[ſas] *c. 6. h. t.* vel aliter Judicis arbitrio, ſi non ſit ſolve[n]do. *c. 5. h. t.* interdum ad Judicium invitus ducitur [&] incarceratur *L. 8. C. quom. & quand.* quandoque p[u]nitur rei ſequeſtratione. *c. 2. h. t.* interdum etiam e[x]communicatione afficitur *c. 3. ut lit. non cont.* & ſu[b]inde miſſio in ejus bona decernitur, uti videbimus [ti]tulo ſequenti. Vallenſ. *hic n. 4.* latè Reiffenſt. *§. 5. [&] per tot.*

8. Quæ cauſæ excuſant à contumacia?

Harum aliquot recenſentur in *L. 53. & 54. ff. [de] re judic.* veluti adverſa valetudo, majoris cauſæ [oc]cupatio, abſentia reipublicæ causâ, citatio ad tribu[nal] ſuperius, ætas pupillaris, vel minorennis, quô ſpec[tat] puerperium vel graviditas mulieris, tempeſtas, aut [in]undatio fluminis, prohibitio vel retentio proprii Magiſtrat[us] *L. 2. ff. ſi quis caution.* & aliæ ejusmodi plures. [Vid.] Schmalzgr. *hic n. 42.* Univerſim verò omnes cau[ſæ]

uæ acceſſum ad Judicem reddunt citato vel impoſſibi-
em, vel difficilem, excuſant à contumacia. Pichler
ic n. 13.

9. *Quomodo procedendum adversùs contumaces?*

Jure communi diſtinguendum eſt inter actorem & eum contumacem; deinde an lis jam ſit conteſtata, el non. Itaque ſi actor in die emiſſæ citationis non ompareat, & libellus quidem exhibitus, lis verò necum conteſtata ſit, evocabitur ad rei inſtantiam trius edictis, & ſi non comparuerit, anni ſpatium ei renquitur, quô finitô ſi in contumacia perſtiterit, erit ı arbitrio rei, an velit petere ſe ab inſtantia abſolvi um refuſione expenſarum & damnorum, vel negatiè litem conteſtari atque onus probandi in ſe ſuſcipe-e, & ità usque ad ſententiam definitivam etiam abſene actore procedere. Idem obtinet, ſi poſt litem coneſtatam actor contumax fiat, ità tamen, ut annô on exſpectatô Judex poſt citationem mox procedat ı cauſa principali usque ad ſententiam, & actorem ontumacem in expenſas condemnet. *L. properanum §. 2. C. de Jud. Nov. 112. c. 3.* Si verò reus quidem ante litem conteſtatam ſit contumax, tunc oterit actor petere immiſſionem in bona rei ex prio Decreto (de qua in tit. ſeq.) vel ſi bona non haeat, ut citetur realiter, arreſtetur vel excommunicear *c. 1. ut cit. non cont. L. 8. C. quom. & quand.* oſt litem autem conteſtatam datur electio actori, an iquo jam ex recenſitis remediis uti velit, an verò poùs cauſæ ſuæ confidens malit in ipſo negotio princiali procedere, teſtes & inſtrumenta producere & ſenntiam exſpectare, ità Engel *hìc n. 5. & ſeqq.* adde

 Schmalz-

Schmalzgr. *n. 43. & ſeqq.* & latè Reiffenſt. *§. 3. h. i per tot.* Sed circa hunc procedendi modum praxis variat, & in ſpecie annus ille actori poſt trinam citationem de jure conceſſus hìc ſaltem in Auſtria ampliùs non obſervatur. Unde uſus & modus cujuslibet tribunalis meritò erit obſervandus.

10. Eſtne contumax neceſſariò ſemper condemnandus?

Non ſemper, præſertim ſi lite conteſtata liqueat de intentione actoris vel rei; nam ùt loquimur abſentiam rei ſupplet præſentia Dei; & ideo ſi actor intentionem ſuam plenè probaverit, reus contumax condemnatur, ſin minùs abſolvitur. *cit. L. properandum 4. C. de Judic. L. 37. ff. eôd.* ob ſolam enim contumaciam reus actore non probante cauſa cadere non debet. vid. Sutting. *obſ. 1. n. 7.* circa reos tamen hîc in Auſtria per edictum ante aliquot annos publicatum noviſſimè cautum eſt, ut ſi quis poſt exhibitum ſibi ab actore libellum intrà terminum non reſponderit, & contumax fiat, hôc ipsô pro confeſſo habeatur, & actori in rem petitam ac expenſas litis condemnari debeat.

11. Potéſtne contumax appellare?

Verè contumax non appellat, *L. 1. C. quor. appellat. non recip.* imò nec ſupplicare poteſt Principi pro reviſione cauſæ. Schmalzgr. *hìc n. 56.* fictè autem ſive præſumptivè tantùm contumax poteſt appellare, vel reſtitutionem in integrum petere. *c. 18.* & ibi Abb. *n. 17. de ſent. & re jud.* vid. Reiffenſt. *hic n. 147. & ſeq.*

TIT-

TITULUS XV.

De eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ.

1. Quid eſt miſſio in bonorum poſſeſſionem?

EST Juſſio ſive Decretum Judicis, quô alicui bona alterius, vel eorundem poſſeſſio attribuitur.

2. Quotuplex eſt hæc miſſio?

Duplex, una ex primo, & altera ex ſecundo decreto.

3. Quando ad eam devenitur?

Plerumque ob contumaciam rei, quando is vel ſui copiam non facit, vel contumaciter ſolvere recuſat. *L. 2. in pr. & §. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur.* Hic in Auſtria uſus ejus potiſſimùm obtinet in executivis in denen Schuld-Sachen & primum Decretum apud Excelſum Regimen, & Judicium Provinciale Mareſchallicum dicitur Anſatz. Apud alia Judicia die Haupt-Spörr. Secundum verò die Einantwortung oder Urlaub und Commiſſion. Suttinger *obſ. 112.* juncta *obſ. 119.*

4. Quid Juris conſequitur actor ex miſſione in bonorum poſſeſſionem ex primo decreto?

Tunc neque dominium rei, neque etiam veram poſſeſſionem conſequitur, ſed tantùm detentionem: quia ejusmodi miſſio fit duntaxat rei ſervandæ causâ, ut eam cuſtodiat actor, dum interim veniat reſponſurus reus. *c. 1. h. t. & L. 9. §. 1. L. 12. quib. ex cauſ. in*

poſſ. Tribuit tamen hoc primum decretum etiam j pignoris Prætorii. *L. 2. C. de prætor. pign.* Suttin cit. obſ. 112. num. 8. ubi notandum, quòd jure vet miſſio unius Creditoris proderat omnibus Creditorib reliquis, etiam qui miſſi non erant, ità, ut ex hoc p gnore nemo alteri præferretur. *L. 12. in pr. ff. de re auth. jud. poſſid.* ſed hoc jure novo eſt immutatu per *Nov.* 1(?). *c. 4. §. 1.* concordat praxis, vi cujus o tinens priùs primum decretum den Anſatz oder Spe reliquis præfertur. Sutting. *loc. ut ſuprà.* junct. *ol 107.* Requiritur verò, ut primum hoc decretum ex cutioni realiter ſit mandatum, daß das Gut würckl angeſetzet, oder geſpörret worden ſeye. Aliàs præfert qui priùs executionem obtinuit, der den Anſatz od Spörr vorhero führen laſſen, etiamſi poſſeſſori n tradatur, prout quotidie practicatur, & teſtatur S ting. *cit. obſ. 107, n. 2.* & *per. tot.* impeditus tamen i mitti, habetur pro immiſſo, adeòque & executio f cienda, pro realiter facta, ſi debitor manu violen eam impediverit, idem Sutting. *obſ. 112. n. 4.*

5. Quando ſecundo decreto opus eſt?

Diſtinguendum rursùs eſt jure communi inter act nem realem & perſonalem. In actione perſonali op non eſt hoc ſecundo decreto, ſcilicet reo poſt miſſ nem non comparente intrà annum; quia tunc act elapſo anno, ſtatim, id eſt, abſque alio Judicis decr to conſequitur veram rei poſſeſſionem, in quam miſ eſt. *c. 1. h. t.* verùm in actione perſonali, quia re contumace intra annum non comparente, eô ann elapsô, non ſtatim acquiritur actori poſſeſſio rei, n quam miſſus eſt, opus eſt ſecundo Judicis decre ad hoc, ut veram rei poſſeſſionem conſequatur. *c. §. in aliis. ut lite non conteſt.* Vallenſ. *h. t. n. 3.*

6. It

6. At cur non ſimiliter opus eſt ſecundo decreto in actione reali?

Quia in actione reali actor dicit rem eſſe ſuam, idque propter contumaciam rei verum eſſe præſumitur; in actione verò perſonali actor tantum debitum allegat, & nullum jus circa rei poſſeſſionem, unde opus eſt ſecundo decreto, quô ipſi hæc poſſeſſio adjudicetur. Engel *h. t. n. 4.* confer Reiffenſt. *h. t. n. 31. & ſeqq.* Cæterùm & in hoc rurſus praxis multùm diſcrepat: imprimis enim annus ille, de quo mox dictum, juxta præmiſſa quoque *in tit præc.* ampliùs non conceditur, ſed obtentô primô decretô apud Excelſum Regimen, vel Judicium Provinciale Mareſchallicum nach erhaltenen Anſatz mox elapsô terminô 14. dierum ulterior Executio Anbott und Edict, & deinde poſt ſex ſeptimanas ſecundum decretum Urlaub und Commiſſion, apud alia Judicia verò, die Schätz- und Einantwortung poſt triduum; imò apud Prætorium der Käyſerlichen Schranen ſecundo ſtatim poſt intimationem factam die peti & impetrari poteſt: ùti conſtat ex praxi. Deinde apud præfatum Excelſum Regimen nec non Judicium Provinciale Mareſchallicum tum in actionibus perſonalibus, tum realibus utroque decreto opus eſt, plura de hac materia præſertim in ordine ad jus commune vid. apud Schmalzgr. & latè apud Reiffenſt. *h. t. per tot.* add. Lauterb. *ad ff. tit. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. & titulo ſeq.*

TITULUS XVI.

Ut lite pendente nihil innovetur.

1. Quid ſtatuitur per hanc rubricam?

HOc ſingulare, quòd nimirum lite pendente nih innovari, ſed omnia in eodem ſtatu permanere de beant, in quo erant tempore litis inchoatæ. Schamb *hìc n. 4.*

2. Quid eſt lis pendens, & quàm diu durat?

Lis pendens dicitur, quando inter duos vel plure mota eſt controverſia, & in Judicium deducta ſupe aliqua re: durat autem litis pendentia, donec ceſſe controverſia vel per ſententiam vel per transactionem aut aliam partium ceſſionem tacitam, vel expreſſam P. Pichler *hìc n. 1.*

3. Quando inducitur litis pendentia?

Per citationem à competenti judice legitimè factam & reo debitè inſinuatam, idem Pichler *hìc n. 2.* (colligitur *ex Clem. 2. h. t.* adde Reiffenſt. *h. t. n.* *& ſeqq.*

4. Quis eſt effectus litis pendentiæ?

Primus, isque præcipuus, quòd nimirum utì dictum litè pendente nihil ſit innovandum, & ſi quid attent tum, ſive innovatum fuerit, debeat in priſtinum ſt tum revocari, ac antequam revocetur, parte oppo nente impediatur proceſſus ad ulteriora, Engel *hìc* *6.* Secundus, quòd lite pendente poſſeſſor ſuæ poſſeſſi nis commodo non debeat privari, ſed æque durant lite ac priùs fructus ex re poſſeſſa percipere vale

Te-

Tertius, lite pendente reſcripta aut privilegia in præjudicium alterius impetrata non expreſſa mentione litis pendentiæ cenſentur eſſe ſubreptitia. Idem Engel *n. 2. & 3.* add. Reiffenſt. *h. t. n. 10. & ſeqq.*

5. An & qualiter alienatio rerum litigioſarum eſt prohibita?

Res & actiones litigioſæ lite pendente exceptis quibusdam caſibus univerſaliter prohibentur alienari. *can. ult. cauſ. 11. q. 1. c. 3. & 4. h. t. L. 2. & ult. C. de litigioſ.* ſi autem contra hanc prohibitionem de facto res, vel actio alienata fuerit, tunc Jure quidem ff. alienatio ſubſiſtit, & tantùm ope exceptionis infirmatur *L. 18. ff. de R. V. L. 1. §. fin. ff. quæ res pign. vel hypoth.* verùm de Jure novo Cod. alienatio ipſo jure nulla cenſetur *per L. 2. cit. & L. 4. §. 1. C. de litigioſ.* junctâ *L. 5. C. de legib.* Lauterb. *ad ff. eod. tit. §. 15.*

6. Qui ſunt caſus, quibus rei litigioſæ alienatio permittitur?

In *cit. L. ult. C. de litigioſ.* excipiuntur iſti caſus 1. Si alienatio fiat dotis vel ante nuptias donationis nomine. 2. Ex cauſa transactionis. 3. Quæ fit nomine diviſionis rerum hæreditariarum, vel per legati, aut fidei commiſſi cauſam, ut ſi actio vel res litigioſa alicui per teſtamentum vel codicillum ſit relicta: quibus addi poteſt alienatio neceſſaria v. gr. per bonorum publicationem, vel ſi res litigioſa tempore peritura eſſet, tunc enim datur licentia alienandi ſaltem ſub cautione idonea. cit. Lauterb. *d. t. §. 18.*

7. Quæ

7. Quæ ſunt pœnæ alienantis rem litigioſam?

Intereſt: an contrahentes ſciverint rem eſſe litigioſam, an non? qui non ſcivit, nullam incurrit pœnam ſicut nullam contraxit culpam, ſi uterque ſcivit, tun ſi alienatio eſt facta per emptionem, venditionem, emptor amittit pretium, & tantundem venditor debe conferre de ſuo, ac utraque quantitas fiſco applicatur res vero litigioſa manet in ſuo ſtatu, & nulli cedit. S alienans ſolus ſcivit, debet pretium reddere ignoranti ac inſuper tertiam partem pretii, vel æſtimationis rei reliquas autem duas partes fiſco inferre. Si deniqu ſolus accipiens ſciret, non modò debet reſtituere rem ſed etiam pretium perdit, fiſco applicandum; cit. *L ult. pr. & §. 1. C. de litigioſ.* vid. Lauterb. *ad ff. eôd tit. §. 19. & 20.*

8. Sed licétne ante litem inchoatam alteri jus ſuum vel actiones indiſtinctè cedere?

Actiones liquidæ, quovis titulo transferre licet controverſas donare quidem licet, non tamen vendere, & ſi venditæ ſunt pro levi pretio, reus condemnatus non tenetur plus ſolvere, quàm emptor pro lite expoſuit, ne lites ſopitæ reſuſcitentur. *L. 22. & ſeq. C. Mandati.* Potentioribus verò vendere actiones dubias, ſub amiſſione Juris, ſi quod venditor habet eſt prohibitum. *L. 2. C. ne liceat potentioribus.* Engel *h. t. n. 5.*

TITU

TITULUS XVII.

De ſequeſtratione Poſſeſſionis & fructuum.

1. *Quid eſt ſequeſtratio & quotuplex?*

SEqueſtratio eſt rei litigioſæ apud tertium (qui propterea ſequeſter dicitur) depoſitio: eſtque duplex, alia voluntaria, alia neceſſaria. Illa eſt, quæ fit partis utriusque conſenſu: Hæc verò: quæ fit per Judicem, idque vel ex officio, dum rem litigioſam mandat ſequeſtrari, vel ad petitionem partis unius, altera contradicente.

2. *Eſtne ſequeſtratio jure permiſſa?*

Sequeſtratio voluntaria ſemper eſt permiſſa; quia partes poſſunt ſibi ipſis, ſi volunt, præjudicare, remque litigioſam, donec lis decidatur apud tertium cuſtodiendam deponere. Neceſſaria autem ſive Judicialis regulariter eſt prohibita; quia proceſſus non debet inchoari ab executione, nec poſſeſſor durante lite poſſeſſionis commodo privari. *L. un. C. de prohib. ſequ.* vide Reiffenſt. *hìc n. 14. & ſeq.*

3. *Sed an & quibus caſibus ſequeſtratio etiam judicialis eſt licita?*

Poteſt pluribus caſibus eſſe licita, primò ſi poſſeſſio eſt valde litigioſa, & periculum eſt armorum. 2. Si reus Poſſeſſor eſt ſuſpectus de dilapidatione, ut quia eſt pauper, vel malè morigeratus, aut aliàs ſolitus eſt ſubſtantiam ſuam dilapidare. Si periculum eſt, nè res tempore Judicii deterioretur, aut pereat, & ſic in pluribus aliis caſibus, quos vide apud Reiffenſt. *n. 18. & ſeqq.*

4. *Quid*

4. Quid requiritur ad ſequeſtrationem ritè faciendam?

Ut Judex motu proprio, ſeu ex officio nobili pro cedat ad ſequeſtrationem, requiritur cauſa aliqua gra vis & publica v. gr. periculum armorum. Quand autem ex officio mercenario, ſeu ad petitionem parti ad eam procedit, tunc neceſſe eſt primò, ut Judici ſa tem ſummariè conſtet de jure petentis ſequeſtratio nem. 2. Ut fiat cum cognitione cauſæ & parte alter auditâ. 3. Ut ex parte ejus, contra quem petitur, ſ aliqua ſuſpicio dilapidationis, vel aliud ſimile pericu lum, idem Reiffenſt. *h. t. n. 37. & ſeq.*

5. Tranſitne poſſeſſio rei ſequeſtratæ in ſequeſtrum.

Minimè, ſive ſequeſtratio ſit neceſſaria, ſive volun taria, nisì aliud actum vel expreſſum fuerit. De ne ceſſaria omnes conveniunt, & ratio eſt, quia hæc f ſolummodo cuſtodiæ causâ. *c. 2. h. t. & L. 39. ff. a acqu. vel amitt. poſſ.* de voluntaria patet ſimiliter e eo, quòd non minùs & hæc ſit ſpecies depoſiti, nu lum autem depoſitum ex vi & naturâ ſuâ ſine expre ſa partium conventione transfert poſſeſſionem in de poſitarium, ſed ſolùm fit cuſtodiæ causà. *L. 1. L. 6. & 17. ff. depoſ.* vid. cit. Reiffenſt. *n. 42. & ſeq.* adde Pich ler. *n. 5. & 6.* ubi ad contraria & reſp.

6. Quomodo impeditur ſequeſtratio?

Impediri poteſt ſequeſtratio 1. ſi reus cautionem ſufficientem præſtet per pignora, vel fidejuſſores c judicio ſiſti, aut de re integra ac illæſa conſervand 2. Si is, contra quem petitur, doceat in continenti c jure ſuo. cit. Pichler *hic n. 4.* ubi præterea ex Harpr. c

con

ommuni notat partem, cujus res eſt ſequeſtrata, poſſe ex ea petere alimenta, & expenſas litis neceſſarias, ſi aliunde non habeat.

TITULUS XVIII.
De confeſſis.

1. Quid eſt confeſſio?

Prout hic accipitur, eſt ejus, quod ab adverſario intenditur in Judicio, vel extra illud aſſeveratio. Schmalzgr. h. t. n. 1. König: *eod.*

2. Quotuplex eſt confeſſio?

Confeſſio dividitur primò in Judicialem & extrajudicialem. Illa eſt, quæ fit in Judicio *c. 2. h. t.* Hæc quæ extra Judicium fit. Secundò, in ſimplicem, & qualificatam. Illa eſt, quæ fit purè, & ſine aliqua qualitate reſtringente aut excuſante, ut ſi quis fateatur ſe commiſiſſe crimen. Qualificata eſt, quando adjicitur aliquid reſtringens. v. g. homicidium eſſe quidem commiſſum, ſed propter neceſſariam defenſionem ſui. 3. in expreſſam & tacitam. Expreſſa eſt, quæ fit verbis, ſcriptura, vel aliô ſignô voluntatem ſignificante. Tacita eſt, quæ ex aliquo facto colligitur, vel à lege fingitur interveniſſe. Exempla ſunt in *lib. 5. ff. de his qui notant. infam. c. 32. de ſim. c. 7. de præſumpt.* & *c. 2, h. t. in 6.* 4. Confeſſio alia dicitur diſcreta, quæ fit cum expreſſione cauſæ, ex qua nata eſt obligatio. Alia indiſcreta: quando nulla obligationis cauſa exprimitur. P. König h. *t. n. 2.* & ſeq.

3. Quid operatur confesſio judicialis?

Confeſſionis Judicialis, ſi rectè facta eſt, varii ſunt effectus. 1. eſt pleniſſima probatio. *L. 5. c. transact.* omneſque probationes alias per teſtes, vel inſtrumenta

menta factas infringit. 2. efficit notorium *c. 5. de c[...] hab. Cleri : & mulier.* viamque appellationi præcl[...] dit. *c. 13. de apell.* 3. Actorem relevat ab onere pr[...] bandi vel ex toto, ſi nempe reus confiteatur omn[...] contra ſe propoſita, vel ex parte, ſi ex poſitionibus [...] articulis in libello contentis confiteatur ſolum aliquo[...] 4. Tollit præſumptionem juris & de Jure ità, ut co[...] tra hanc admittatur propria confeſſio, licet nulla al[...] probatio. 4. Recipitur etiam poſt concluſionem [...] cauſa, imò retractat ſententiam, licet jam tranſie[...] in rem judicatam. 6. Denique inter alios plures eff[...] ctus habet vim ſententiæ & rei judicatæ, ùt patet [...] *lib. 1. ff. de confeſſ. & lib. un. 6. eod.* ità, ut in co[...] feſſum nullæ ſint partes Judicantis. *Lib. 25. §. fin.* [...] *ad L. aquil. vid.* Pichler *hic n. 7.* add. Schmalzgr. [...] *20.* & *ſeqq.* Reiffenſt. *n. 62. & ſeqq.*

4. *Cur dictum ſi ritè facta eſt?*

Quia ut confeſſio judicialis prædictos ſortiatur eff[...] ctus, plura requiruntur, quæ Gloſſa *in cap. f[...] h. t.* his verſibus exprimit.

Major, ſponte, ſciens, contra ſe, jus ſit [...] hoſtis,
Certum, liſque, favor, jus, nec natura rep[...] gnet.

Itaque 1. confeſſio debet fieri à majorenni, nam fa[...] à minorenni vel nulla eſt, vel per reſtitutionem in [...] tegrum annullatur. *Lib. 6. §. 5. ff. h. t. ſponte*: N[...] ſi quis metu compulſus aliquid fateatur, confeſſio n[...] valet, vel ceſſante metu revocari poteſt. *Lib. 1. ff. [...] quæſt. 3. ſciens*, id eſt, ut confeſſio ſit facta cum p[...] no uſu rationis, non ex quadam paſſione prædomina[...] te. 4. *contra ſe*; quia confeſſio facta in favorem co[...]

fit[...]

tentis, nec in articulo mortis vim habet probationis .. *c. de prob. 5. ubi jus ſit*: videlicet coram Judice ompetente; facta enim coram Judice incompetente antum vim habet extra Judicialis *c. 4 h. t. 6. Ho-tis*: id eſt, ut Confeſſio Judicialis fiat præſente ad-erſario, vel ejus Procuratore, tutore vel Curatore. .. *6. §. 3. ff. h. t. & L. fin. §. 3. ff. de interrog. injur. ac.* aliàs enim non probat, ſaltem de puncto Juris Ci-ilis per jura citata. de æquitate tamen Canonica con-rarium tenet Engel *hìc n. 12. 7. Certum*: id eſt de re on dubia ſed certa, quia ſuper re dubia & incerta non oteſt fieri certa ſententia. 8. *Lisque*, id eſt, de re li-igioſa de qua videlicet eſt controverſia. vid. P. König *ìc non 15. 9. Favor*, id eſt non repugnans Cauſæ fa-orabili de Jure communi, ut ſi quis confiteretur con-ra valorem Matrimonii. *c. 5. de eo, qui cognovit.* o. *Jus nec natura repugnet*, hoc eſt, non debet eſ-e contraria juri, aut rerum naturæ, qualis eſſet, ſi quis alidè ſe profeſſum eſſe Religionem ante 16 ætatis an-um confiteretur, unde ſi quis fateatur ſe Titium oc-idiſſe, debet conſtare Titium eſſe occiſum. Quod ractici corpus delicti ſive viſum repertum appellant, & n omni proceſſu criminali ante omnia intervenire debet. /ideatur hæc requiſita plenè explicans Reiffenſt: *hic . 17. & ſeqq.*

. *Habetúrne confeſſus ità pro judicato, ut nulla ampliùs opus ſit ſententia?*

Ita hoc indiſtincte videtur dicendum ex *L. 25. it. ff. ad L. aquil. & L. 1. ff. ac L. un. C. h. t.* Rectius tamen cum communiori diſtinguitur inter auſas criminales & civiles. In criminalibus requi-itur ſemper ſententia definitiva, ſive confeſſio præ-edat litis conteſtationem ſive non, ut patet ex

Y *c. 2.*

c. 2. h. t. & L. 5. ff. de cuſtod. & exhibit. ſeor. In civi-
libus verò intereſt an confeſſio facta ſtante vel poſt li-
tis conteſtationem. Primo caſu non eſt opus ſententi-
ſed ſufficit præceptum judicis de ſolvendo, per *L. 21. ff.*
de Judic. & L. un. C. h. t. Secundo autem caſu deb-
intercedere ſententia per *c. 10. de transact. L. 3. &*
ff. h. t. Schmalzgr. *hìc n. 16. & ſeqq.* Pichler *n. 9.* u
ad contraria reſpondet. add. Reiffenſt. *n. 73. & ſeqq.*

6. *Eſtne opus ad hoc, ut confeſſio dicatu judicialis, quod ſit facta judice pro tribunali ſedente.*

Vult hoc P. Engel *hìc n. 13.* & videtur ſuadere r-
tio, ſiquidem ea communiter confeſſio judicial-
dicitur, quæ fit in Jure, *L. un. C. h. t.* Jus verò ib-
dem dicitur locus, in quo Judicandi gratiâ Judex ſed-
L. per ff. de J. & J. vid. tamen id negantem P. Kön-
h. t. n. 18.

7. *Quid dicendum: ſi confeſſio facta quidem ſit in Judicio, acta autem propter non ſervatum ordinem caſſata fuerint?*

Talis confeſſio adhuc pro judiciali habenda eſt. Qu-
ad valorem confeſſionis nullus proceſſus requiritu-
& poteſt aliquis ante litem inchoatam judicialiter co-
fiteri, proinde ſi Judicium & omnia acta judicialia ſi-
nulla, talis confeſſio ante Judicium coeptum, ſive a-
te litis conteſtationem facta cenſebitur, P. König *h.*
n. 19.

8. *Potéſtne confeſſio in Judicio facta revocari?*

Non poteſt regulariter: Quia confeſſus in Ju-
habetur pro Judicato, *L. fin. C. h. t.* niſì revo-

tio fiat in continenti, tunc enim ſi viderit aliquis ſe errâſſe, poterit ſe corrigere, & confeſſionem revocare *arg. c. 7. de teſtib. cogend.* Dicitur autem in continenti fieri revocatio, ſi non interponatur correctioni ſuæ intervallum, ùt loquitur *c. 7. cit.* quod Judicis arbitrio relinquendum. vid. Reiffenſt. *hìc n. 79.*

9. *Sed éſtne tunc opus probare errorem vel rem aliter ſe habere?*

Si revocatio fiat in continenti non eſt opus, ſed ſufficit præciſsè revocare, allegando errorem. Secùs ſi fiat ex intervallo, vid. Reiffenſt. *n. 78. juncto n. 78. juncto n. 80.*

10. *Nocétne confesſio Advocati vel Procuratoris principali?*

Diſtinguendum eſt imprimis, an Advocatus vel Procuratur ex mandato ſpeciali confeſſus aliquid eſt in præjudicium Domini: & tunc valet confeſſio, nec revocari poteſt, ùt per ſe patet & probatur ex *C. 2. de capell. monach.* & *c. 2. de ſent. & re Jud. L. 20. in pr. ff. de interrog in Jur. faci.* An verò inſtructus tantùm mandato generali ad agendum. Et tunc ſubdiſtinguendum eſt: aut enim ſpontè & absque ulla neceſſitate ultrò aliquid confeſſus eſt: aut verò confeſſio facta per viam contentioſæ Jurisdictionis, putà quia in Judicio interrogatus reſpondit. Primo caſu non præjudicat Domino, quia talis confeſſio cenſetur eſſe donatio, ſeu ultronea juris renuntiatio, qualis non tenet, ſi fiat absque ſpeciali mandato: eſtque pro hoc textus expreſſus in *L. 6. §. 4. ff. h. t.* qui de tali confeſſione communiter intelligitur. Secundo vero caſu nocet Domi-

 no,

no, quia ex neceſſitate officii debebat reſpondere. It
Reiffenſt. hîc *n. 90. & ſeqq.* Zoes. *ad ff. h. t. n. 7.*

11. Sed an Domino ſive principali in tali acſu nullum ſupereſt remedium?

Eſt utique, quia talis confeſſio per ipſum Dominum, vel etiam procuratorem poteſt revocari: idque vel in continenti (quod etiam in triduo fieri intelligitu *L. ult. C. de error. advoc.*) quô caſu non eſt opus aliâ probatione erroris, vel ex intervallo: modò in hoc caſu error probetur. Per dicta in *qu. 10. & 11.* vid. cit. Reiffenſt. *loc. alleg.* ubi idem taliter procedere tradit in confeſſione Prælati reſpectu Eccleſiæ, & tutoris vel Curatoris reſpectu pupilli vel minoris.

12. Valétne confeſſio à Judice doloſè ve fictè ſub ſpe impunitatis promiſſæ elicita?

Nihil probat iſta confeſſio, nec ex ea Reus poteſ condemnari, ſi eam (prout poteſt) revocaverit; qui eſt per injuriam ac illegitimè obtenta: ſi tamen com perta falſitate in ea perſeveraverit, tunc ex hac ratifi catione, ſive iterata confeſſione erit locus pœnæ ordi nariæ. Engel *hic n. 23.* & latè Reiffenſt. *n. 149. & ſeqq. h. t.* ubi J. contraria reſolvit.

13. Quid Juris in Confeſſione per torturam judicialem extorſa?

Confeſſio quoque iſta non probat, ſaltèm plenè nec præjudicat confitenti per text. & rationem in *L. 1 §. 23. ff. de quæſt.* niſi poſtero (vel ùt in pluribus loci utì hîc obtinet:) ſecundo vel tertio die ad banchu juris ſeu ad locum publici tribunalis reductus, & ext tormentorum conſpectum poſitus rurſùm confiteat

cr

crimen, factàmque confeſſionem ratificet. Requiritur autem, ut tortura legitimè proceſſerit, aliàs enim, etſi Reus confeſſionem repetat, imò millies Ratificet, nihil probat, nec præjudicat Reo. Ut ex Myns. notat Pichler *hic n. 10.* vid rurſ. Reiffenſt. *h. t. n. 137. & ſeqq.*

14. *Tenetúrne Reus interrogatus à Judice fateri veritatem, nempe debitum vel delictum ſuum?*

Communis & probata eſt reſponſio, quòd ſi Judex legitimè & ſervato juris ordine procedat, teneri Reum abſolutè fateri veritatem; quia juxta ſacras literas & rationem naturalem quilibet tenetur obedire ſuperiori legitimè præcipienti. Secùs eſt, ſi Reus non fuerit legitimè interrogatus: tunc enim ſaltem in criminalibus poteſt amphibologica locutione & artificio interrogationem Judicis elidere, ſicut interrogationem hominis privati, quia tunc Judex habet ſe inſtar privati, nec ei taliter jus interrogandi competit. Ut probatur ex *C. 17. 19. & 21. de accus.* & Reus écontra non mentitur, ſed tantùm gravi de cauſa veritatem tacet. Porrò in dubio & ubi non conſtat, an Judex legitimè interroget, faciliùs omnes concedunt, non teneri Reum contra ſe fateri, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis. Ità Engel *hic n. 20.* & Pichler *n. 17.* Quando autem Judex legitimè interrogare cenſeatur, tradit idem Pichler. *n. 18.*

15. *Sed an prior illa deciſio de Judice legitimè interrogante obtinet etiam in criminibus gravioribus & capitalibus?*

Volunt hoc aliqui, uti videre eſt apud Engel *loc. cit.*

cit. ſed benignior videtur eſſe ſententia contraria adſtruens Reum in ejusmodi delictis gravioribus pœnam mortis, vel æquivalentem inferentibus non peccare mortaliter negando crimen, quàm diu ſpes eſt evadendi, etiamſi juridicè interrogetur, quia præceptum humanum, quale eſt Judicis, non ſolet obligare cum tanto damno. Item argumentum à minori ad majus, quia nemo poteſt cogi ad dicendam veritatem contra ſuum conſanguineum. *L. 4. ff. de teſtib. L. 6. c. eod.* ergò neque contra ſe ipſum. Engel ùt ſuprà add. Pichl. *n. 19. & 20.* latiſſimè autem hanc totam controverſiam examinat Reiffenſt. §. *7. per totum. h. t.*

16. Qualem vim habet confesſio extrajudicialis?

Hæc fit vel literis vel verbis. De literali confeſſione trita eſt regula: Scriptura etiam privata plenè probat contra ſcribentem. *L. 11. & ſeq. auth. ſi quis C. qu. potior in pign. L. 26. §. fin. ff. depoſ.* etiamſi nulli teſtes acceſſerint: modò Scriptura legitimè fuerit recognita. *Arg. L. 21. in fin. C. ad Leg. Corn. de falſis.* Et ſiquidem ſit confeſſio obligatoria, habeat cauſam debendi, v. g. empti, mutui, &c. expreſſam. Aliàs enim ſaltèm plenè non probat. per text. *in C. 14. de fid. Inſtr.* concordat. praxis apud Sutting. *Obſ. 71. per tot.* Scriptura tamen liberatoria vel quittatoria expreſſionem cauſæ non deſiderat. Lauterb. *ad ff. h t.* §. 22. Verbalis confeſſio rursùs fit vel præſente & acceptante adverſario: & tunc juxta omnes habet vim plenæ probationis, quia cadit in promiſſionem. *d. L. 26. ff. depoſiti. & lib. 25. ff. de probat.* vel eo abſente: & hæc juxta plerosque tantùm ſemiplenè probat, alii tamen eidem etiam plenam tribuunt proba-

robationem, modò animô deliberato facta, & per uos ſaltèm integræ fidei teſtes probata ſit. Idem Lauerb. *d.t.* §. *23.* vid, iterum plene Reiffenſt. *hìc* §. *2. er tot.*

7. *Quid operatur extrajudicialis confeſſio in criminalibus?*

Non probat, ſaltèm plenè, nec ſufficit ad conlemnationem, ſed tantum facit indicium ad torturam, i indicia proxima concurrant. v. g. ſi quis de ejusmoli delicto ſuſpectus ſpontè illud confeſſus ſit, vel ſe jaʼtaverit, & hæc confeſſio, vel jactatio per duos teſtes probetur. Lauterbach. §. *27.*

18. *Quid dicendum de confesſione ſacramentali?*

Hæc nihil probat, ſive per Confeſſarium, ſive per uſcultantem reveletur, nam talis confeſſio non fit homini, ſed Deo. Engel hìc *n. 24.* Reiffenſt. *n. 132. & ſeqq.*

21. *Sed quid ſi per Schedam confesſionalem fuerit revelata?*

Nihil probat talis ſcriptura, nec Judex poteſt contra taliter denunciatum inquirere, vel eum punire neque comprehendere, Reiffenſt. hìc *n. 135.* idque ob reverentiam Sacramento pœnitentiæ debitam: & quia talis ſcheda à tertio, etiam Judice inventa inducit ſigillum, vel Sacramentale, vel ſaltèm naturale obligans inventorem ad non revelandum. vid. Schmalzgr. *h.t. n. 30. & ſeqq.* ubi ad contraria reſpondet: niſi pernicies quædam pertimenda foret. Tunc enim res quidem v. g. conſpiratio, incendium &c. detegi deberet,

non tamen perſona nominanda foret. Lauterb. *cit tit.* §. *30.*

Plura ad hunc titulum ſpectantia, præſertim d confeſſione Reorum, & interrogatione de ſociis crimi nis vide apud auth. cit.

TITULUS XIX.

De Probationibus.

1. Quid eſt probatio?

PRobatio eſt rei dubiæ apud Judicem controverſæ, per legitimos modos facta oſtenſio. P. Engel. *h. t n. 1.* König *eod. n. 2.*

2. Quotuplex eſt probatio?

Probatio dividitur in artificialem & inartificialem. Illa eſt, quæ arte & induſtria probantis comparatur, & ex ipſis viſceribus cauſæ, ſeu ex ipſo facto locis intrinſecis extrahitur. Inartificialis eſt, quæ accipitur extrinſecùs v. g. à teſtibus, Juramento &c. Utraque ſubdividitur, in plenam & ſemiplenam. Plena eſt, quæ ità probat, & Judicem informat, ut poſſit ex illa ferre ſententiam. Semiplena eſt, quæ Judici non facit plenam fidem, ſed tantum opinionem ingenerat, velutì ſi quid probetur per unicum teſtem omni exceptione majorem, vel per privatam Scripturam. Porro ex plenis aliæ dicuntur pleniſſima, & harum eſt uſus in criminalibus per *L. fin. C. h. t.* vid. Pichler *hic n. 2. & 3.* add. Reiffenſt. *n. 9. & ſeqq.* Schmalzgr. *n. 7. h. t.*

3. Cui incumbit onus probandi?

Generaliter is probare debet, qui dicit aliquid, vel affirmat in præjudicium alterius *L. 2. ff. & L. 1. C. de pro-*

robat. unde quia Actor plerumque affirmat, Reus
erò negat, regulariter onus probandi incumbit Acto-
, non verò Reo neganti. *L. 21. ff. h. t. L. 8. L. 23.*
. eod. quod adeò verum eſt, ut Actore non proban-
:, Reus ſit abſolvendus, & ſi nihil præſtiterit, id eſt
ullam probationem pro ſe attulerit. *C. fin. §. ſanè de*
ırejur. L. 4. C. de edend.

4. *Súntne caſus, in quibus etiam Reo incumbit probatio?*

Sunt plures: nam 1. ſi Reus excipiendo aliquid af-
rmat, tenetur ſuam affirmationem probare, quia ſic
xcipiendo Reus ſubit vices Actoris. *L. 19. ff. h. t.*
. Si pro Actore ſtet præſumptio Juris, in Reum trans-
ertur onus probandi. *L. 24. & 25. ff. h. t.* vel
ctor pro ſe habeat poſſeſſionem. 3. Si Judex legiti-
nè transferat onus probandi in Reum, illi v. g. defe-
endo Juramentum purgatorium in Judicio, quod eſt
nſtar probationis, nec recuſari poteſt. *C. fin. de Ju-*
ejurand. Item ſi Reus onus probandi ſuſcipiat.
. 1. de reſtit. ſpol. 4. Quædam perſonæ privilegia-
e relevantur ab onere probandi. Sic Creditor ur-
ens ſolutionem contra civitatem vel Eccleſiam, debet
robare pecuniam mutuò acceptam converſam eſſe in
tilitatem Eccleſiæ vel Civitatis. *C. 1. de Depoſ. c. 2.*
e ſolut. 5. In Judiciis diverſoriis & communibus, qua-
a ſunt, finium regundorum, familiæ herciscundæ, in-
erdictum uti poſſidetis, uterque tenetur probare; quia
terque eſt Actor & Reus. *§. retinendæ. 4. Inſtit.*
e Interd. c. ex literis 3. h. t. Schmalzgr. *hìc n. 28.*
eiffenſt. *n. 125. & ſeqq.*

5. Sed quid ſi Reus ſe fundet in negativa?

Vel 1. ſuam reſponſionem fundat in negativa qu litatis, ſi ſcilicet neget alicui ineſſe qualitatem, quæ e dem communiter & naturaliter, aut etiam accidental ter ineſt. v. g. Titium eſſe legitimum, potentem : uſum matrimonii, habere legitimam ætatem ad ord nes &c. vel 2. fundat in negativa juris v. g. Titium nc poſſe ordinari, teſtamentum eſſe nullum &c. vel 3. negativa facti prægnantis, quæ virtualiter in ſe cont net affirmativam v. g. Titium non renuntiâſſe ſpon beneficio. vel 4. fundat ſe in negativa facti veſtita ci cumſtantiis loci, temporis, perſonæ &c. ut ſi n get ſe Viennæ exſtitiſſe eo tempore, quo Actor affi mat. ibi eſſe commiſſum homicidium. Vel demum fundat ſe in negativa facti pura, id eſt non determin ta ad circumſtantias v. g. ſimpliter negando ſe occid ſe, contractum celebrâſſe. In primis quatuor caſib tenetur Reus ſuam exceptionem probare, non aute in ultimo. Ratio prioris eſt, quòd tales negativæ i cludant virtualiter affirmativas v. g. Titium eſſe ext matrimonium natum, exſtare legem aut Canonen cur Titius non poſſit ordinari, Titium renuntiâſſe co ctè, tempore homicidii commiſſi fuiſſe alibi. Rat verò poſterioris, quod de hoc procedat regula: qu per rerum naturam factum negantis probatio nulla ſ *C. 23. de Elect.* vid. Pichler *hic n. 5.* adde Lauter ad *ff. h. t.* §. *26. & ſeqq.* & Reiffenſt. *hic n. 43.* (*ſeqq.*

6. Quis eſt effectus probationis plenæ?

1. Juxta eam debet pronuntiari ſententia *c. cauſ. 3. q. 7. L. 6. §. 1. ff. de offic. præſid.* 2. p c

nen plenè probatum non ad purgationem Canoni-
n. *c. 12. h. t.* 3. Plenè probans non poteſt adſtringi
ttitur Reus ad Juramentum confirmatorium *c. 2.*
l. Pichler *h. t. n. 11.* P. König *eod. n. 30. &*
q. add. Schmalzgr. *n. 11.*

7. *Qualem vim habet ſemiplena?*

Licèt non faciat plenam fidem, faciat tamen ut Reo
ſſit indici purgatio Canonica, vel in eum transferatur
us probandi, vel Actori deferatur juramentum ſup-
torium, & hoc mediante fiat plena probatio. Quan-
que ſufficit etiam ad torturam, & multò magìs ad
uiſitionem faciendam. Imo nonnunquam ad ipſam
endam ſententiam: ſic propter ſemiplenam probatio-
m impedimenti Matrimonii, poteſt Judex per ſen-
ntiam inhibere, ne contrahatur matrimonium. *c. 12.*
Sponſal. c. 2. de conſang. Pichler. *loc. cit.* add.
hmalzgr. *n. 15. h. t.*

oſſúntne plures probationes ſemiplenæ conjungi ad faciendam unam plenam?

In Civilibus non admodum arduis, & ſi tendant
eundem finem, poſſunt taliter conjungi. *c. 13. h.*
c. 27. de teſt. c. 32. de ſimo. L. 5. c. de prob. Sic
æ præſumptiones, unus teſtis cum fama publica,
nam conſtituunt probationem. Dicitur autem in
vilibus: nam in criminalibus quando nimirum
pœnam corporalem agitur, & civilibus arduis,
n ſufficiunt duæ ſemiplenæ, nisì ſaltèm moralem
riant certitudinem. arg. *L. fin. C. de prob.* König
t. n. 5. 6. & 7. add. Reiffenſt. *hìc num. 98. &*
ſq.

9. Quot

9. *Quot ſunt ſpecies probationum.*

Sunt plures, & regulariter novem numerantur. 1 Eſt per evidentiam rei. 2. Per confeſſionem propriam 3. Per aſpectum ſive ocularem inſpectionem. 4. Per teſtes. 5. Per inſtrumenta. 6. Per Juramentum. 7. Per præſumptionem. 8. Per famam. Et 9. quandoque etiam fit probatio per ſculpturas lapidibus v. g. impreſſas quæ omnes ſequenti verſu exprimuntur:

Aſpectus, ſculptum, teſtis, notoria, ſcriptum,
Jurans, confeſſus, præſumptio, fama probavit

10. *Quid eſt ocularis inſpectio?*

Ocularis inſpectio vulgo ein Augenſchein eſt, quando Judex rem, de qua controverſia eſt, vel per ſe ipſum inſpicit, vel commiſſarios, aut alias perſonas ad eam inſpiciendam deputat. Engel *h. t. n. 10.*

11. *Quibus in cauſis locum habet?*

Non tantum in civilibus v. g. ſi agatur de confinibus, terminis mutatis vel mutandis. *tot. tit. ff. fin. regund.* novi operis nuntiatione, in controverſiis ædificiorum &c. ſed etiam in criminalibus, dum dubium eſt, an vulnus inflictum fuerit lethale, nec ne? idem Engel *hic n. 11.*

12. *Quam vim habet ocularis inſpectio?*

Ritè facta plerumque facit validiſſimam probationem. *c. 4. c. 13. de prob.* adeò ut locum habeat, casu quo lege vel ſtatuto, aliæ probationes non admittuntur, nec ſententia reſpectu illius tranſeat in rem Judicatam

am, ſed per aliam reſcindi poſſit, & debeat. vid. mmalzgr. *h. t. n. 18. & ſeqq.* add. Pichler *n. 14.*

13. *Quid eſt fama, & quomodo differt à rumore?*

Fama, prout eſt hujus loci: *Eſt communis homi-m alicujus loci de aliqua re ſermo, & publicum dicium, ex ſòla ſuſpicione certo tamen autho- proveniens.* Differt à Rumore, quòd hic ſit *par-ularis ſermo ſeu aſſertio ex ſola ſuſpicione & thore proveniens*, adeóque temeraria Vulgi vox. hler *h. t. n. 12.* Poteſt autem fama oriri vel à bo- & fide dignis perſonis, vel à malis & ſuſpectis de prio commodo, quæ poſterior non attenditur *c. 24. accuſat.*

14. *Qualem probationem facit fama?*

Fama per ſe & regulariter plenam probationem n facit, quia eſt ſæpe fallax, teſte experientia, & di- m unius facile ſequitur multitudo, ùt notat Ponti- *in c. 12. de purg. can.* In cauſis tamen civilibus, legitimè fuerit probata, plerumque facit ſemiplenam bationem, per *L. 3. §. 2. ff. & c. 27. de teſt.* vid. ffenſt. *ad tit. ſeq.* de teſtibus *n. 400. & ſeqq.*

1. *Quid nominatim requiritur ad hoc, ut fama ſaltèm ſemiplenè probet.*

Debet eſſe uniformis, ſolida, conſtans, & perpetua. 2. Debet originem habere à perſonis honeſtis & fide nis. 3. Debet eſſe legitimè probata, cit. Reiffenſt. *c. alleg. n. 393.*

16. *Quomodo fama probatur?*

Poteſt probari per teſtes duos vel plures probatæ fidei,

fidei, & integræ opinionis. Iſti autem debent jur deponere ſe audiviſſe à majore parte populi, id eſt il rum, qui ſcire poterant, & ad quos ſpectabat ſcire, ſaltem duas perſonas nominatim exprimere, à quib audiverunt, & quæ aſſeruerunt ſe vidiſſe, idem R fenſt. loc. ùt ſuprà *n. 394. & ſeq.* Pichler *hìc n.1*

17. *Facitne fama etiam in criminalibus ſemiplenam probationem?*

In ordine ad pœnam infligendam, nec plenæ, ſemiplenæ probationis vim habet, quia ad hunc ef ctum requiruntur probationes luce meridiana clarior *L. fin. C. de prob.* Schmalzgr. *hìc n. 24.* ſufficit tam ad inquiſitionem ſpecialem *c. 19. & 14. de accuſ.* item ad incarcerandum diffamatum, ſi de fuga ſit ſpectus, imò ſi vehemens ſit, aut aliis adminiculis juta ad torturam, juxta Carpzov. *p. 3. q. 120. n. 27.* de Jure Canon. inducit purgationem. *Can. 5. cauſ. q. 4.* Quandoque etiam dat facultatem infamatum officio & beneficio ſuſpendendi. *c. 10. de purgat.*

18. *Nunquam ergò facit plenam probationem?*

Facit quandóque præſertim quando factum eſt ar quum, occultum, probatu difficile, peccati peric obnoxium: ſic juxta *c. 2. de Conſang. & affin.* ad ſolvenda ſponſalia de futuro, & contrahendum ma monium ſola fama ſufficit. Ratio videtur eſſe ſcan lum evitandum, quod propter communem homin æſtimationem de impedimento dirimente facile or tur, item periculum, ne matrimonium nulliter & æſtuosè contrahatur. P. Engel *h. t. n. 20.* Plura probationibus & in ſpecie qualis debeat eſſe probat

&

ꝫ an ſemper requiratur plena: item de prævalentia
robationum in concurſu, nec non de tempore ſive
rmino probationum, ac reſtitutione in integr. adver-
us omiſſas probationes vid. apud Reiffenſt. *h. t. §. 3.*
. 6. & 7. per tot.

TITULUS XX.

De Teſtibus & Atteſtationibus.

1. Quid ſunt teſtes & quid eorum atte-ſtationes?

TEſtes ſunt perſonæ, quæ ad rei fidem faciendam ad inſtantiam partis à Judice vocantur, & examiantur. Atteſtationes verò ipſorum teſtium depoſiiones ſive aſſeverationes ſuper facto aliquo. Schmalzgr. *ic n. 1.*

2. Qui poſſunt eſſe teſtes?

Regulariter omnes, qui non prohibentur. *L. 1. §. 1. . h. t.* prohibentur autem aliqui in totum, idque vel natura, vel à lege aut Canone, & aliqui ſecundùm uid, qui communiter ad tres claſſes revocantur. Ad . pertinent, qui pro certis perſonis. Ad 2. qui conra certas perſonas. Ad 3. qui in certis cauſis teſtari equeunt.

3. Qui ſunt prohibiti in totum?

In totum teſtari non poſſunt 1. mente capti, furioſi, brii, infantes, utpote quibus nullum plenè eſt conſiium, quò ſpectant impuberes ſaltem infantiæ proximi ıxta communem. Proximi autem pubertati non videntur in totum repellendi, ut probat Lauterb. *ad ff. . t. §. 13. & ſeq.* & quòd ſaltèm poſt pubertatem poſſint

poſſint teſtari de iis, quæ in impubertate viderunt audiverunt, tradit Engel *hìc n. 13.* add. Reiffenſt. 77. 2. Arcentur à teſtimonio cœci à nativitate. a *can. 15. cauſ. 3. q. 9. & c. 37. h. t.* Item muti & ſ di ſimul; nam mutus aut ſurdus tantum, ſi diſtin ſcribere, aut mentem ſuam evidenti ſigno demonſt re poteſt, rejiciendus non eſt. Lauterb. *d t. §. 12.* Servi, non originarii vel adſcriptitii vulgò Leibeige ſed propriè dicti. *L. 7. ff. h. t.* Reiffenſt. *hìc n. 69.* *ſeq.* quibus tamen nequaquam annumerandi ſunt re gioſi, qui licet in aliquibus æquiparentur ſervis, teſt tamen poſſunt. *c. 51. h. t. c. 8. de dolo. & contu.* i tèm de ſuperiorum ſuorum conſenſu tacito vel expr ſo. Quòd ſi aliter fecerint, validum quidem eſt t ſtimonium, non tamen licitum. P. Engel *h. t n. 1* 4. A teſtimonio dicendo jure ſaltèm canonico excl duntur infames infamiâ juris. *c. 54. h. t.* Jure aute civili eos admittit Lauterb. *loc. cit. §. 18.* licèt fate tur eos eſſe ſuſpectos, nec omni exceptione major Porrò infames infamiâ facti nec civili nec canonico j re prohibitos eſſe cenſet idem Lauterb. ibid. vid. Re fenſt. *h t. n. 42. & ſeqq.* 5. Excluduntur perſonæ les, quales ſunt inopes, & mendici. *L. 3. ff. h. t.* n perſonæ ſint honeſtæ, de quibus nulla haberi pot ſuſpicio, pretio conducti. *c. 1. h. t.* 6. Excommu cati non tolerati ſive vitandi, qui ex officio ſunt pellendi. *c. 8. de ſent. excom.* tolerati verò tantù ope exceptionis removentur à teſtimonio dicend *arg. c. 13. de hæret: in 6.* vid. cit. Reiffenſt. *n. 4* *& 44.*

4. *Qui prohibentur teſtes eſſe pro certis perſonis?*

Tales ſunt 1. parentes & liberi pro ſe invicem *L.*

& L.

& L. 6. C. h. t. 2. Fratres & ſorores nec non alii conſanguinei, amici & affines *L. 4. & 5. ff. h. t. 6. 12. cauſ. 3. q. 5.* 3. Conjux reſpectu conjugis. *d. L. 4.* quod etiam ad ſponſum & ſponſam, imò ad concubinam & amaziam extendit Reiffenſt. *hìc n. 114.* 4. Denique univerſim reprobatur teſtimonium domeſticum, & teſtes quos aliquis ex domo ſua producit. *L. 3. C. h. t. & c. 24. eod.* vid. tamen declarationes & exceptiones apud cit. Reiffenſt. *§. 4. hìc per totum.* add. P. König *n. 13. & ſeqq.* & Engel *n. 24. & ſeqq. h. t.* De ſubditis licèt aliqui dubitent, communis & praxi recepta eſt ſententia, eos pro Domino rectè teſtimonium ferre, modò duo concurrant, 1. ut priùs ipſis relaxetur juramentum ſubjectionis quoad hunc actum particularem. 2. quòd non agatur de proprio eorum commodo & intereſſe. Engel *n. 29.*

5. *Quibus eſt interdictum teſtimonium dicere contra certas perſonas?*

1. Parentibus & liberis contra ſe invicem *L. 6. C. h. t.* 2. Conjugi contra conjugem. *L. 4. ff. h. t.* 3. Libertis contra Patronum. *L. 12. C. h. t.* 4. Vaſallis contra Dominum. *2. feud. tit. 33. §. 1.* 5. Inimicis capitalibus contra inimicos. *c. 19. de accuſ.* 6. Judæis, paganis & qui à fide defecerunt contra Chriſtianos & orthodoxas. *can. 24. & 25. cauſ. 2. q. 7.* 7. Sociis criminis *c. 10. h. t.* 8. Laicis in Cauſa criminali contra Clericos *c. 14. h. t.* 9. Advocatis contra ſuos Clientes ſaltèm in eadem Cauſa, in qua patrocinium præſtant. *arg. L. fin. ff. de teſt.* quibus accedunt tutores & curatores contra ſuos pupillos vel minorennes. P. Engel *h. t. n. 22.* conferatur tamen & hìc rursùs cit. Reiffenſt. *§. 5. & 6. h. t. per tot.*

6. *Qui ſunt teſtes inhabiles in certis cauſis?*

Reſpectu certarum cauſarum teſtes regulariter eſ nequeunt: 1. Minorennes 20. annis in cauſis crimina libus. *L. 20. ff. h. t.* niſi veritas aliter haberi non poſ ſit, aut agatur de probanda Rei innocentia, aut verſe mur in criminibus exceptis. Lauterb. *ad ff. h. t. §. 20* 2. Clericis & Religioſis interdictum eſt teſtimonium in cauſa ſanguinis. *can. 9. cauſ. 11. q. 1.* quando agitur de pœna irroganda contra Reum, ſecùs ſi pro innocentia Rei tamquam teſtes petantur. Engel *hìc n. 32.* 3 Non poſſunt eſſe teſtes fæminæ in teſtamentis ſolennibus *§. 6. Inſtit. de teſt. ord.* nec in cauſis feudalibus *lib. 2. feud. tit. 32. circ. fin.* in reliquis autem omnibus cauſis etiam criminalibus jure civili admittuntur *arg. L. 18. ff. h. t. & L. 20. §. 6. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Jure canonico eas in criminalibus repellit Engel, *n. 35. hìc*, cui tamen contradicit P. König. *n. 30. eod. tit.* add. Lauterb. *ad ff. h. t. §. 20. cit.* 4. Nemo eſt teſtis idoneus in cauſa propria. *L. 10. ff. h. t.* quando ſcilicet vertitur ipſius intereſſe, ſive pecuniæ, ſive honoris. *L. 1. ff. quand. appell.* vid. Lauterb. *d. t. §. 21 & 22.*

7. *An & quomodo aliquis de Collegio vel univerſitate poteſt eſſe teſtis in cauſa Collegii, vel Univerſitatis?*

Communior diſtinguit, an cauſa reſpiciat utilitatem totius communitatis, vel directè utilitatem ſingulorum. In primo caſu, admittunt ſingulos de communitate teſtes eſſe idoneos, non autem in ſecundo. Ratio eſt, quòd hoc modo eſſent teſtes in cauſa propria. P. König

nig *hic num. 32.* Engel *n. 37.* add. citat. Lauterbach. *§. 23.*

8. *Proceditne hoc etiam de Religioſis & Eccleſiaſticis communitatibus?*

Regulares & Eccleſiaſtici ſunt teſtes idonei in cauſa ſuæ Eccleſiæ, non tantùm, quando Eccleſia indirectè ſentit aliquod commodum, ſed etiam quando directè, ſumitur *ex c. 12. 38. & 51. h. t.* & ratio eſt, quòd res Eccleſiæ revera non ſint ſingulorum, & plerique ſacerdotes ſint, quibus major fides quàm aliis adhibenda eſt. Fallit tamen hoc 1. ſi alii teſtes extranei adſint *arg. c. 26. de jurejurand. in fine v. deficientibus aliis.* 2. In Clericis & Religioſis, qui ſunt procuratores Eccleſiæ. *c. 6. h. t.* vid. de hoc plenè Reifenſt. *h. t. §. 7. per tot.*

9. *Súntne tamen aliqui caſus in quibus teſtes cæteroquin inhabiles admittuntur?*

Qui non à natura, ut furioſi, mente capti, ſed tantum à lege vel canone ſunt inhabiles, pluribus in caſibus admittuntur, utì videre eſt apud Pichler *hic n. 15.* ic 1. generaliter quando veritas aliter haberi non poeſt, admittuntur teſtes aliàs minùs idonei. 2. In criminibus exceptis, qualia ſunt crimen læſæ Majeſtatis, æreſis, Simoniæ &c. 3. Pro innocentia Rei. Hinc xor in cauſa criminali teſtis pro innocentia mariti eſſe oteſt. 4. Quando agitur de peccato vitando v. gr. npediendo matrimonio ratione conſanguinitatis *c. 22. . t.* tunc enim parentes & conſanguinei admittuntur. ariter, quando agitur de ætate liberorum, nam hanc æ cœteris optimè noſſe præſumuntur. *L. 16. ff. de*

prob. 5. ſi tantùm producatur ſummariè, & non r quirantur probationes exactæ. 6. probant cont producentem *can. 3. caus. 4. q. 3. in fin.* de qu vid. Engel *hic n. 41.* & Schmalzgr. *n. 140.* N tat autem cit. Pichler in fine & Doctores paſſim i an nimirum & quantam fidem in ejusmodi caſibus t ſtis aliàs inhabilis, vel minùs idoneus mereatur, pl rumque Judicis arbitrio eſſe committendum. arg. *L. inpr. ff. h. t.*

10. *Quo tempore teſtis debet eſſe idoneus*

Tempore depoſitionis & examinis, unde infam aut aliud impedimentum ſuperveniens, teſtimoniu non reddit invalidum. Schüzius *in compend. a ff. h. t.*

11. *Quomodo teſtes ſunt producendi?*

Actor ſive Reus, cui incumbit probatio, debet pete à Judice admitti ad probandum, & dari ſibi terminu probandi, quo aſſignato Judici nominat teſtes, & articul format, ſuper quibus ſinguli è teſtibus examinandi ſun quibus adverſario communicatis poteritis excipere co tra perſonas teſtium, aut articulos. Erit autem in arbitri Judicis, an prius velit admittere probationem exceptio nis ſuſpenſo interim examine, vel còntra, dilata proba tione exceptionis examinare teſtes *c. 7. h. t.* Quod verò nihil poſſit excipere, poterit ſaltèm ſua interr gatoria addere, quæ ob periculum ſubornationis no communicantur producenti teſtes, ſunt tamen æqu his, ac ſuper articulis teſtes examinandi, ut ſi forte te ſtes à producente ſint ſubornati, id ex interrogatori adverſæ partis Judex faciliùs deprehendat. Latè Va lens. *h. t.* §. 2, *per tot.* add. Schmalzgr. *eod. tit. n. 94.*

94. & in ordine ad praxin forenſem Sutting. *obſ. 53. & duab. ſeq.* Ex quo etiam notandum, quòd de praxi Auſtriaca exceptiones contra perſonas teſtium ante examen non admittantur. *Obſerv. 57.*

12. *Debétne ad receptionem teſtium pars adverſa citari?*

Regulariter debet citari, ut videat teſtes recipi, & jurare. Quòd adeo verum eſt, ut depoſitio teſtis parte adverſa non citata ſit nulla. *c. 2. h. t.* Dictum autem *regulariter*, nam plures caſus, in quibus hæc citatio non requiritur, recenſet Pichler *h. t. n. 22.* Schmalzgr. *eod. n. 182.*

13. *A quo teſtes vocandi in Judicium?*

Notat P. Engel *h. t. n. 1.* non convenire Doctores, an à Judice, vel à producente ſint vocandi, propter text. *in L. 3. §. fin ff. h. t.* Praxis tamen obtinet, quòd à Judice ſoleant citari. Quod ſi alterius ſint juriſdictionis, Judex proprius teſtium per litteras mutui compaſsûs (ut vulgo dicitur) requiritur, ut vel teſtes mittat ad locum litis motæ, ipſe eos examinet ſuper articulis & interrogatoriis, & deîn depoſitiones teſtium clauſas, ac ſigillo munitas remittat. P. König. *h. t. n. 37.* P. Engel *eod. n. 2.*

14. *Cujus ſumptibus teſtes ſunt producendi?*

Producendi ſunt ſumptibus producentis, Sutting. *cit. obſ. 55. n. 15.* licet enim teſtis productus nihil poſſit exigere pro dicenda veritate, cum hanc dicere ex juſtitiâ teneatur, ne tamen obſequium alteri exhibitum ſibi ſit damnoſum, ſumptus itineris aliasque expenſas

à ſe factas exigere poteſt. *c. 11. §. proferendo de r-ſcript. in 6.*

15. *Dictum quod Adverſarius debeat c-tari, ut videat teſtes jurare, quando ergo & quid jurare debent?*

Regula eſt: teſti non jurato nulla habetur fide *c. 51. h. t.* debent autem teſtes jurare ante atteſtati-nem, quòd amore ſolius veritatis moti ſine odio, am-citia vel commodo inducti veritatem ſecundùm co-ſcientiam fideliter aperire velint ad articulos, & i-terrogatoria ſibi proponenda. *c. 5. c. 39. & 51. h.* quòd fit in præſentia utriusque partis & Judicis *c. h.t.* poteſt tamen ex tribunalium praxi ſubſequi jur-mentum poſt atteſtationes, præſertim ſi teſtes ſciverin ſibi poſtea jurandum: imo ex voluntate utriusque pa-tis remitti poteſt, nisì cauſa ſit matrimonialis, ſpiritual criminalis, ubi vertitur bonum publicum, aut periculu animæ. Conſuetudinem verò, quâ indifferenter omn-bus teſtibus hoc juramentum remitteretur, cenſet Engel. *h. t. n. 44.* ex Gail. corruptelam eſſe.

16. *Quomodo teſtes jurare debent?*

Forma hujus juramenti ordinaria eſt, ut juretur co-poraliter, tactis SS. Evangeliis *can. 20. cauſ. 3. q.* Epiſcopi tamen teſtes ſolum jurant propoſitis & inſp-ctis SS. Evangeliis & tacto pectore *c. fin. de Jur-jurand.* & *Auth. ſed Judex C. de Epiſcop & Cleric.* quòd Doctores etiam extendunt ad ſ-cerdotes, Pichler *h. t. n. 24.* Quòd ſi verò hi ipſi pr-ſtant juramentum fidelitatis vel profeſſionem fidei emi-tunt tangere debent SS. Evangelia. Porrò in plu-bus Germaniæ locis (prout hic quoque in Auſtria t-ſte praxi quotidiana & Sutting. *Obſ. 56.*) perſonæ

luſtr

luſtres non comparent perſonaliter, ſed absque juramento ſolum ſub fide ſua nobili (& ſi obligentur quaſi ſub juramento) per ſcripturam deponunt, & depoſitiones ſua manu ſubſcriptas, & ſigillo munitas judici transmittunt. Engel *n. 43.* Pariter etiam valetudinarii jurant in domo ſua coram commiſſario *c. 8. h. t.* ubi etiam notat, hodie in Germania paſſim obtinere, ut teſtes non tangant Evangelium, ſed mares tribus digitis anterioribus, fœminæ vero, manu dextera ſupra ſiniſtram pectoris partem poſita jurent. concord. praxis. apud Sutting. *Obſ. 55. cit. n. 8. vid.* inſuper circa hunc totum paſſum Reiffenſt. §. *14. per totum hic.*

17. *Quomodo teſtes ſunt examinandi & eorum depoſitiones recipiendæ?*

Poſt Juramentum prædictum, dimiſſis partibus examinantur teſtes ſinguli nempe ſeorſim, ac privatim. *c. 52. h. t.* ab ipſo Judice ſaltèm in cauſis criminalibus, vel ab ejus delegato. *c. 8. h. t.* ſunt autem diligenter examinandi teſtes de omnibus convenientibus circumſtantiis tam juxta articulos, quàm interrogatoria, quæ ſi forte à parte contra quam teſtes producuntur, facta non eſſent, vel minùs ſufficientia, ea Judex ex officio debet ſupplere & de ſingulis circumſtantiis prudenter inquirere, & præcipuè de ratione depoſitionis v. g. unde hoc ſciat, an fuerit ipſe præſens &c. *c. 37. h. t. c. 9. de prob.* Dicta autem teſtium debent in Protocollum fideliter referri, & dein teſti prælegi, & quæri, an ità dixerit &c. tandem imponitur teſti ſilentium, ut nulli ante publicationem revelet ſuum teſtimonium, ne alii teſtes poſſint ſubornari, quod ſecretum de praxi dicaſteriorum juramento ſolet inſeri. P. Engel *h. t. n. 46.* add. Reiffenſt. *hic* §. *15.* ubi in ſpecie de Interroga-

toriis ſuggeſtivis vitandis. Conferatur etiam Sutting
cit. *Obſerv. 55. per tot.*

18. *Quoties teſtes ſuper iisdem Articulis producere licet?*

Regulariter permiſſa eſt tantùm ſecunda, & ter
productio, non etiam ulterior, niſi qui quartam pr
ductionem poſtulat, affirmet juramento, ſe eam do
malo non petere, neque teſtificata aliquo modo dic
ciſſe, ſed quòd, quos producere de novo deſidera
prius habere nequiverit. *c. 15. & penult. h. t.* vi
Reiffenſt. *hìc n. 445.*

19. *Quomodo & quando Depoſitiones teſtium publicantur.*

Teſtibus examinatis, ſi partes ulteriori productio
ni renunciant, Judex eas citat ad audiendas atteſtatio
nes, eisque præſentibus vel per contumaciam abſent
bus teſtium aſſerta manifeſtat. Delegatus verò ten
tur eas ſignatas mittere ad delegantem, ut coram h
fiat publicatio; publicatione facta copia atteſtationu
communicatur partibus; rotulus verò in original
vulgò die Zeugen-Auſſag apud acta reſervatur. *c. 1.* a
Prob. P. König *h. t. n. 55.* circa praxim vid. Suttin
Obſ. 75.

20. *Qui ſunt effectus Publicationis?*

Publicationis hujus P. König *h. t. n 56. & ſeq*
tres enumerat effectus. 1. eſt, quòd contra perſona
teſtium excipere ampliùs non liceat *c. 31. h. t.* niſi for
tè poſt publicationem cauſa ſuſpicionis primò innote
ſcat, aut facultas excipiendi ſit reſervata. Item ſi ju
ramento confirmet, quòd malitiosè non excipiat. *Di*
c. 31

c. 31. 2. quòd ſuper iisdem articulis, vel directè contrariis non liceat eosdem, vel alios teſtes producere propter periculum ſubornationis. *c. 17. & 25. h. t.* concord. praxis apud Sutting. *cit. Obſ. 75. n. 2.* Notat tamen P. Engel hìc *n. 50.* quod ſubinde ex juſta cauſa publicatis etiam atteſtationibus iidem, vel alii teſtes de novo recipi & examinari poſſint, v. g. ſi propter negligentiam Judicis vel Commiſſarii aliquid fuerit omiſſum, vel priores depoſitiones deperditæ, aut Judex ex officio pro meliori ſua informatione eos repetere velit. Idem dicendum in cauſis matrimonialibus, & aliis, quæ non tranſeunt in rem judicatam, ùt ſunt criminales. vid. de hoc plenè Schmalzgr. *n. 122. & ſeqq. h. t.* 3. Demum effectus eſt, quòd teſtimonia legitima recepta in eadem cauſa & inter easdem perſonas plenam fidem faciant coram quocunque Judice. *c. 11. & L. fin. C. h. t.* vid. etiam ſuper hoc pleniùs cit. Schmalzgr. *n. 118. & ſeqq.*

21. *Quot teſtes requiruntur ad legitimam & plenam probationem?*

Regulariter duo juxta illud: in ore duorum vel trium conſiſtit omne verbum. *Matth. 18. & Lucæ 17.* nisì Lex vel canon plures in aliqua cauſa requirat: uti requiruntur in teſtam. 7. in codicillis 5. &c. vid. Reifſenſt. hìc *n. 231. & ſeqq.*

22. *Quando teſtes reprobantur?*

Reprobatio iſta fit vel per exceptiones contra perſonas teſtium ex cauſis jure probatis, quæ ſecundum dicta jure comm. ante examen ſunt proponendæ, vel per exceptiones contra eorundem examen, ſi nimirum circa illud aliquis defectus intervenit, puta, quòd ſint

recepti à Judice incompetente, quòd non juraverit, quòd non ſecreto, ſed omnes ſimul edixerint, utì v dere eſt apud cit. Schmalzgr. *133.* vel denique per e ceptiones contra eorum depoſitiones & edicta, qu duæ poſteriores reprobationes plerumque poſt public tionem atteſtationum proponi ſolent. Confer circa hu paſſum latè Reiffenſt. §. *17. h. t. per tot.*

23. *Quæ exceptiones depoſitionibus te ſtium potiſſimùm opponi poſſunt?*

Variæ pro facti emergentia, vulgares ſunt, quò teſtis v. g. deponat tantùm de auditu aliquo, aut d credulitate ſolum, quod depoſuerit non veriſimilia, v contraria ſibi vel aliis. Quod variaverit, quod ſi unicus, ſingularis &c. utì rursùm videre eſt apu Schmalzgr. *hìc n. 134.*

24. *An & quam fidem meretur teſtis de auditu alieno?*

Regulariter nihil probat *c. 47. h. t.* excipiuntur ta men plures caſus. v. g. ſi articulus ſit de fama conce ptus, vel difficilis probationis, eò quòd excedat me moriam hominum, plures caſus vid. apud Schmalzgr *h. t. n. 111.* pariter teſtis deponens per verbum *cred vel non*, nihil probat, niſì accedant aliæ præſumptio nes. vid. P. König *h. t. n. 51. & ſeq.* add. Schmalzgr *hìc §. 11. per tot.*

25. *Quid dicendum, ſi teſtis non veriſi milia, vel contraria depoſuerit?*

Si teſtis contraria ſibi deponat, ſcilicet, ſi in un reſponſione aliquid affirmet, & id ipſum in altera ne get, nihil probat. Idem eſt, ſi non veriſimilia depo na

nat, v. g. dicendo ſe nôſſe homicidam à facie, cum tamen hoc in tenebris fuerit commiſſum. Quod idem etiam dicendum eſt, ſi teſtis vacillet & variet, aut planè aſſerat ſe falſum dixiſſe. P. Engel *h. t. n. 55. & 56.* quis autem dicatur teſtis contrarius & vacillans, & quid dicendum, ſi teſtes ad invicem ſint contrarii vid. iterum Reiffenſt. *§. 10. h. t.*

26. An & quam fidem meretur teſtis unicus?

Teſtis unius depoſitio regulariter non probat, neque ſufficit ad deciſionem cauſarum in quacunque dignitate ſit conſtitutus. *c. 10. & 23. h. t. junct. c. 3. §. Jurisjurand. cauſ. 4. qu. 3. & L. 9. §. 1. C. h. t.* facit tamen ſemiplenam ſaltèm probationem, item ſufficit ad inquirendum & citandum imò ad torturam. Reiffenſt. hìc *n. 247. & ſeqq.* Præterea ſunt etiam caſus, in quibus quandoque plenê probat veluti ſi deponat contra producentem. 2. ſi de nullius agatur præjudicio. 3. ſi agatur de impediendo peccato. 4. Artifici creditur cenſuram & Judicium ferenti in ſua arte, ſi plures haberi non poſſint. 5. Interpreti, qui contractum confecit. 6. Illis, qui jurato alicui officio deputati ſunt, quæ officia eorum concernunt. P. Engel *h. t. n. fin.* & plenè de unius teſtimonio cit. Reiffenſt. *hic §. 8. à d. n. 247. usque ad fin.*

27. Quid Juris circa teſtes ſingulares?

Triplex plerúmque reperitur ſingularitas, inter teſtes. Una obſtativa ſeu adverſativa: altera diverſificativa, & tertia cumulativa ſive adminiculativa. De qua vid. P. König. *hìc n. 71.* Teſtes ſingulares ſingularitate obſtativa nihil, nec ſemiplenè probant, propter contra-

trarietatem & repugnantiam. *c. 9. de prob. & ibi Glo*, *V. Singulares.* Singulares verò ſingularitate diverſificativa probant ſaltem ſemiplenè, & ſufficiunt ad quirendum, imò ad torquendum, idem ferè eſt de teſ bus ſingularibus ſingularitate cumulativa. Imò l maximè in civilibus cauſis plerumque etiam plenè pr bant. cit. P. König. *loc. ut ſuprà.* & latè Reiffen. §. *9. per tot. h. t.*

TITULUS XXI.

De Teſtibus cogendis?

1. *Poſſuntne teſtes cogi ad dicendum teſtimonium?*

POſſunt regulariter, nisì quidam ſint privilegiati. *c. h. t. & L. 19. c. de teſt.* Ratio eſt, quia intereſt re publicæ veritatem manifeſtare. *L. 22. C. de teſt.*

2. *Quæ perſonæ hoc in paſſu ſunt privilegiatæ?*

1. Parentes contra liberos & viciſſim. *can. 3. parentes. cauſ. 4. qu. 3. L. C. de teſt.* 2. agnati & cognati, item affines contra ſe invicem *L. 4. ff. eod. tit.* 3 uxor contra maritum & viciſſim. *L. 4. cit.* & omne illæ de quib. *tit. præc. qu. 4. & 5.* niſi forte veritas al unde haberi non poſſit. vid. Schmalzgr. *hic n. 3. & ſeq.* Reiffenſt. *hic §. 2. per tot.*

3. *Proceditne dicta deciſio tam in civilibus, quàm criminalibus cauſis?*

De cauſis civilibus non eſt dubium, per *c. 1. 2. 6 & 7. h. t.* in criminalibus autem ſaltem criminalite inten

ntentatis negant aliqui invitum quempiam ad teſti-
nonium dicendum cogi poſſe, propter *c. 10. h. t. & L.*
. §. *10. ff. de his qui ùt indign.* Dicendum tamen
um P. König hìc *n. 10.* & in his poſitam deciſionem
rocedere *arg. c. 4. c. 8. & 9. h. t.* deinde jure civili
ertum eſt in cauſa criminali teſtibus invitis teſtimo-
ium imponi. *L. 16. & L. pen. C. de teſtib.* ergò etiam
e jure Canonico, quia inter hæc duo jura ſine textu
xpreſſo non eſt inducendum diſcrimen. ad text. appoſ.
eſpondet idem König loc. alleg.

4. *Quid ſi aliquis juraverit ſe non velle teſtimonium dicere?*

Non obſtat hoc juramentum, utpote contra bo-
os mores & utilitatem publicam commiſſum. arg. *c.*
8. de R. J. in 6. & facit textus expreſſe *in c. 4. h. t.*
ngel *hìc n. 3.* add. Reiffenſt. *cit.* §. *2. hic n. 43.*

5. *Sed quid ſi aliquis ſub ſecreto tantum aliquid novit?*

De ſecreto Sacramentali expeditum eſt, taliter con-
edita nullo modo revelari poſſe. *c. 13. de exceſſib.*
rælat. circa ſecretum verò naturale intereſt, an ali-
uis tacitè ùt obſtetrix, medicus, &c. vel expreſsè ſe-
eti cuſtodiam in ſe receperit? an vero non? primo
ſu iterum cogi non poterit propter fidem datam, &
ſecreti commiſſi vinculum naturale; benè verò ſe-
cundo. vid. Pichler *ſuprà de teſtib. n. 30.*
& Schmalzgr. *eod. n. 74.*

TITULUS XXII.

De fide Inſtrumentorum.

1. Quid eſt inſtrumentum?

INſtrumentum in generali ſua acceptione ſignific omne id, quod cauſam inſtruit, atque ità, & teſt & teſtimonia Inſtrumenti nomine veniunt. Propr verò & prout hujus eſt loci, accipitur pro qualib Scriptura, quæ fidem rei, quam continet, Judici faci & cauſam inſtruit *L. 1. ff. h. t. Vallens. hic* §. *1. n.* P. König *n. 2.*

2. Quotuplex eſt inſtrumentum?

Inſtrumentum aliud eſt publicum, quod publi authoritate, vel à perſona publica ad id deſtinata ve luti Notario publico eſt confectum. Aliud privatum quod ſolùm inter privatas perſonas ſinè ulla alia ſoler nitate authoritate publica eſt confectum. Vid. Va lens. *hic* §. *1. per tot.* Utrumque vel eſt Originale v Exemplar. Originale eſt primum & principale Inſtr mentum vulgò Haupt-Brief. Exemplar eſt, quo ex Originali deſcribitur, ac ſi id rurſus fiat authoritat publica, dicitur authenticum, ein beglaubte Abſchriff Si verò à privato ſimpliciter copia vel exemplar ein Co pey oder Abſchrifft. Pichler hìc *n. 3. & 4.* Deinde aliu etiam dici poteſt Judiciale, aliud extrajudiciale. Pri mum: quod in Judicio, ſecundum: quod extra Ju dicium tractatur.

3. Quæ eſt differentia inter inſtrumen ta publica & privata?

Differunt vel maximè quoad fidem faciendam

nan

iam inſtrumentum publicum plene probat de eo quod iſpoſitivè continet, ſive pro producente, ſive contra roducentem, *c. 2. h. t.* Inſtrumentum verò privatum egulariter fidem non facit ſaltèm pro ſcribente. *L. 5. um ſeq. C. de probat.* vid. Vallens. *h. t.* §. *2. per tot.*

4. *Quæ Scripturæ ſive inſtrumenta dicuntur publica?*

Ad Inſtrumenta publica, ſeu quæ plenam faciunt dem, & plenè in judicio probant referuntur: 1. Scripturæ à Notariis publicis ſolemniter & legitimè conctæ. *c. 2. h. t.* 2. Scripturæ quæ publico & auentico ſigillo v. g. Principis *c. 9. h. t.* Epiſcopi *c. 7. probat. c. 3. eod.* Civitatis vel alterius Communitis ſunt munitæ. Præter ſigillum autem plerumque iam requiritur ſubſcriptio illius, cujus eſt ſigillum, vel tèm quòd in litteris exprimatur voluntate ſigillantis e appoſitum. Præterea ſigillum debet eſſe notum & tegrum ſaltèm tunc, quando agitur de præjudicio rtii *c. 6. h. t.* vid. Engel *eod. n. 18.* 3. Inſtrumenta blica ſunt Scripturæ ex archivo publico deſumptæ. uthent. *ad hoc c. h. t.* 4. Quæ fiunt apud acta, id coram Magiſtratu. 5. Pro Inſtrumento publico retatur Protocollum & acta judicialia. *Engel hìc n. 16.* inter Inſtrumenta publica etiam referuntur Libri nſuales Civitatum, Cammer-Steuer, und hl-Bücher, P. König *h. t. n. 11.* Item juxta alis Steuer und Zahl-Bücher, libri Collegiorum ficum, die Zunfft-Bücher, libri Parochiales, die uff-Todten-und Hochzeit-Bücher, &c. vid. Reiff ſt. *h. t. n. 127.* 7. Denique etiam Scripturæ priorum, modo præter ipſos principales tres integri es ſe ſubſcribant, pro publicis reputantur, plenè pro-

probant; adeò, ut jure ſaltèm communi habens hy-
pothecam tali inſtrumento ſibi conſtitutam præferatu
illi, qui eam ſimplici tantùm Chirographo conſtitui
quamvìs hic prior tempore, ille poſterior ſit. P
text. & Doctores *in L. 11. C. qui pot. in pign.* quo
tamen in praxi hìc non obtinet.

5. *Quam habent fidem Inſtrumenta publica?*

Prout ſupra *in q. 3.* præmiſſum, habent plenam fide
& plenè probant, non tantùm ſi in originali prod-
cantur, ſed ſi etiam ſint copiæ, ſive exemplaria au
thentica, modò erga originalia recognoſcantur. Ali
ſinè originalibus regulariter nullam fidem faciunt. *c.*
h. t. juncta L. 2. ff. eod. Vallens. *cit.* §.
n. 1. hìc vid. plenè de hac vi probationis Reiffen
h. t. §. *2.* ubi de fide protocolli atque exemplariun
& §. *3.* ubi de fide ſigilli & aliis illud concernentibu
nec non §. *4.* ubi de fide archivi & ſcripturarum in e
repertarum.

6. *Quæ ſunt requiſita inſtrumenti publi-ci à Notario confecti?*

Ejusmodi inſtrumenta plura habent requiſita & ſ
lennitates: & alia quidem requiruntur ex parte Perſon
ipſius Notarii: alia ex parte materiæ, alia ex par
formæ.

7. *Quæ requiruntur ex parte Notarii?*

Ex parte ipſius Notarii requiritur 1. ut ſit legitim
creatus. 2. ut ſit à partibus rogatus, idque vel in prin
cipio vel in fine inſtrumenti exprimatur. 3. ut neg-
tio de quo teſtatur fuerit corporaliter præſens, aut pa
tes inter quas negotium eſt geſtum, coram Notari

qui

quaſi de novo omnia repetant. *Novel. 44. c. 1.* Engel *hic n. 7.* add. König *n. 20. h. t.*

8. *Quid autem ſunt Notarii publici?*

Notarii publici ſunt perſonæ publicæ id eſt ab habente poteſtatem eos creandi deputatæ, & Sacramento obſtrictæ, ut rationes & acta in formam publicam redigant. Pichler. *h. t. n. 7.*

9. *Quis habet poteſtatem eos creandi?*

Summus Pontifex, ac alii ſummi Principes, & Magiſtratus ſuperiorem non recognoſcentes. Ex Privilegio tamen poteſt etiam aliis, uti Comitibus Palatinis vel ex conſuetudine, uti Epiſcopis, Principibus inferioribus pro ſuo tamen tantùm territorio hæc poteſtas convenire.

10. *Eſtne aliqua differentia inter Notarios creatos à Summo Pontifice vel Imperatore, & creatos ab inferioribus Principibus?*

Communiter hæc à Doctoribus ſtatuitur, quòd creati à Summo Pontifice vel Imperatore poſſint ubiqué, & omnis generis, id eſt tam in ſpiritualibus quàm temporalibus inſtrumenta conficere. Pichler *h. t. n. 7.* Qui verò creati ſunt ab inferioribus Principibus tantùm in territorio ſuorum Principum, & quidem creati ab Epiſcopo tantùm in ſpiritualibus, creati verò à Principe ſæculari tantùm in temporalibus inſtrumenta conficere poſſunt. Engel. *cit. n. 6.* Notat tamen idem Engel *n. 5.* in hac quæſtione plerumque ad locorum conſuetudinem eſſe reſpiciendum, hinc in Camera Imperiali, & alibi paſſim, Notarii etiam Cæſarei non recipiun-

tur, niſì priùs fuerint probati & immatriculati. Cæterum vid. de hoc pleniùs Reiffenſt. *h. t. n.* 259. & *ſeqq.*

11. *Quæ ex parte materiæ?*

Ex parte materiæ ad valorem inſtrumenti deſideratu[r] 1. Ut fiat ſuper tali actu, qui à voluntate humana, id e[ſt] libera partium diſpoſitione dependeat, & nullam cauſ[æ] cognitionem requirat. Exemplum vid. apud Engel *h.* [*t.*] *n.* 8. 2. ut actus ille ſuper quo conficitur, ſit per ſe licitu[s] hinc non valet inſtrumentum continens injurioſum vel famoſum libellum, vel contractum uſurarium, a[ut] ſi fiat ſuper artificum illicitis pactionibus & conſpirationibus, putà nè alter opus ab altero cœptum perficiat & P. König. *n.* 28. & 3. ut tota rei geſtæ ſeries cum clauſulis & circumſtantiis debitis enarretur. *L. 11.* (*C.*) *qui potiores in pig.* ſcilicet quis debeat, cui, qui[d] & ex qua cauſa debeat. *Novell. 47. & L. 25. ff. de pro[b.]* vid. cit. Engel. *dict. n. 8. & ſeqq.* add. P. König *n.* 26. & *ſeqq.*

12. *Quæ requiruntur de forma ſive ſolennitate?*

1. Ad formam talis inſtrumenti requiritur Invocatio SS^mæ. Trinitatis. 2. Annus à Nativitate vel Incarnatione Chriſti Domini. 3. Nomen Pontificis, Imperatoris, Principis ac Domini, in cujus territori[o] conficitur inſtrumentum. 4. Jndictio Romana, die Römer-Zinß-Zahl de qua latè Gloſs. *in c. 6. h. t.* 5. Menſis & dies, add. Schambog. *n. 7. h. t.* 6. Locus generalis, & ſpecialis putà deſignatio domùs, in qûa confectum eſt inſtrumentum. 7. Poni debet nomen & cogno[men]

cognomen teſtium, non tamen requiritur, ut ſint rogati, excepto teſtamento, vel ſe ſubſcribant, aut ſigilla apponant. Demum Notarius manu propria ſe ſubſcribere, & figuram ſui Notariatûs (habent enim certam imaginem, cum aliquo lemmate) apponere debet: addendo quâ authoritate an Cæſarea, vel Pontificia ſit Notarius. Engel *cit. n. 8. & ſeqq.* König *n. 29. & ſeqq.*

13. *Si quid ex his ſolemnitatibus eſt omiſſum, eſtne inſtrumentum vitioſum?*

Ità hoc dicendum per conſtitutionem Maximiliani de An. 1512. qua ſolennitates prædictæ in legem ſcriptam tranſiiſſe videntur, & licèt circa hoc Doctores non conveniant, prout in Inſtitutis paſſim traditur. Invocationem nominis divini non eſſe de ſubſtantia Inſtrumenti publici. Harpr. *ad proëm. n. 5.* Conſultum tamen ſemper eſt, ut ſaltèm ad præcavendas impugnationes ſolennitates ipſæ à Notariis obſerventur, propter dictam conſtitut. Imperialem. Engel & König *loc. alleg.*

14. *Quid requiritur ad hoc ut Scripturæ ex archivo aliquo deſumptæ plenè probent?*

Primò debet tale archivum eſſe publicum, hoc eſt erectum ab eo, cui jus archivi habendi competit. Quâ duntaxat competere ſolet Prælatis Eccleſiaſticis majoribus putà Epiſcopis, horúmque ſuperioribus, nec non Principibus ac Dominis ſæcularibus, qui in ſuis territoriis exercent Jura Imperii & regalium. 2. Quod ſcriptura illa, de cujus fide agitur, in publico illo archivo poſita inter ſcripturas authenticas vel pro authenti-

cis habitas. Et 3. quod conſtet ſcripturam illam eſ archivi publici ſive quòd talis ſcriptura inde deſumpt ſit corroborata teſtimonio officialis ſeu Archivarii au Cancellarii (qui olim Commentarienſis dicebatur) atte ſtantis talem ſcripturam in archivo extare & aſſervar Reiffenſt. *h. t. n. 102. & ſeqq.* Archivum autem ni hil aliud eſt, quàm locus publicus, in quo ſolent re poni ſcripturæ publicæ & authenticæ. Pichler *h. num. 14.*

15. *Sed quid dicendum de archivis Mo naſteriorum, civitatum & perſonarum illuſtrium, quibus jura regalium non competunt?*

Talibus archivis & conſequenter etiam libris, ſcri pturis, aliisque documentis indè deſumptis regularite nulla authoritas competit, & conſequenter neque libi ejusmodi vel ſcripturæ v. g. Grund-Bücher, Regiſte Urbar &c. plenam fidem faciunt: *cit.* Reiffenſt. *n. 114 h. t.* Ratio eſt, quia talia archiva non ſunt publica, ſe privata tantùm, adeóque etiam libri & ſcripturæ il repoſitæ pro privatis quoque tantùm ſcripturis & an notationibus reputantur, quibus regulariter nulla fide attribuitur, maximè ſi ad probanda propria ſua jui ſicque in commodum Dominorum & aliorum præju dicium allegentur. *Arg. L. 7. C. de probat.*

16. *Quare dictum regulariter?*

Quia hoc fallit in nonnullis caſibus, 1. ſi ejusmo libri producantur contra ipſos Dominos, Civitates au Monaſteria 2. in factis antiquis præſertim memoriai hominum excedentibus. 3. Quando allegantur int

ipſo

ipſos ſubditos, qui ibidem fundos & alia habent deſcripta. 4. Si hactenus pro authenticis fuerint habiti, ad eosque in dubio recurri conſuevit. vid. citat. Reiffenſt. *n.118. & ſeqq.* adde Nicol. de paſſerib. *in tract. de ſcriptur. priv. lib. 4. q. 5.*

17. Quæ ſunt ſpecies inſtrumentorum privatorum?

Inter inſtrumenta privata numerantur 1. chirographum, Schuld-Schein, quo aliquis fatetur ſe debere v. g. 100. ex mutuo. 2. Apocha, ſeu quietantia, Quittung, eſt ſcriptura qua debitor fatetur, ſolutionem ſibi ex æquo eſſe factam. 3. Syngrapha, quæ eſt ſcriptura v. g. obligationis reciprocæ, erecta ſuper contractu v. g. emptionis &c. 4. Huc revocari poſſunt Epiſtolæ miſſivæ, Regiſtra, rationes, diaria; item libri Mercatorum, & juxta dicta *in q. 12.* libri Dominorum nec non aliæ annotationes privatæ de quibus Reiffenſt. *hic §. 5. per tot.*

18. Qualem fidem faciunt hæc inſtrumenta?

Inſtrumenta, ſeu ſcriptura privata contra ſcribentem plenè probat *L. 26. §. 1. ff. depoſ. L 13. C. de non num. pec. c. 2. h. t.* modò habeat cauſam debendi expreſſam. vid. tamen Schmalzgr. *n. 62.* & Pichler *23. & ſeqq. h. t.* & conſtet, quòd ipſius ſit, contra quem producitur. vid. Lauterbach. *ad ff. h. t. §. 53.* Idem dicendum de ſubſcribente, niſi vel alieno nomine, vel officii ratione, vel ùt teſtis tantùm deſcripſerit. Similiter & de ſigillante, qui ſigillum recognovit. cit. Lauterbach. *loc. alleg.* & plene de fide inſtrumentorum privatorum. Reiffenſt. *§. 6. h. t. per tot.* non obſtat

 quòd

quòd confeſſio verbalis extra-Judicialis abſente adve ſario facta non probet ſaltèm plenè juxta dicta *in tit de confeſſis.* Nam major vis eſt confeſſionis ſcriptæ quàm verbalis. Schmalzgr. *hìc n. 59.* Hinc in pleriſque locis & præſertim hìc in Auſtria quælibet ſcriptur privata recognita, was die liquiden Schuld-Brie ſive Handſchrifft und Pöttſchafft, modo uti dictum cauſa debendi ſit expreſſa, paratam habet executionem, adeò, ut omnes exceptiones altiorem indaginem requirentes removeantur, & ad ſeparatum remittantur, uti habet praxis & Sutting. *obſ. 104. per tot.*

19. Probátne ſcriptura privata etiam pro ipſo ſcribente?

Pro ſcribente ſcriptura privata regulariter nihil probat. *L. 7. C. de prob.* quia nullus eſt teſtis idoneus in propria cauſa, & in nullius poteſtate eſſe debet, alium ſibi obligatum facere per ſuam ſcripturam. Pichler *hìc n. 22.*

20. Sed an hoc nullas patitur fallentias?

Fallit hoc in aliquibus caſibus. Sic 1. ſcriptura probat etiam pro ſcribente, ſi adverſarius eam producat pro ſe. *§ fin. & Auth. ad hoc C. h. t.* 2. Si agatur de ſumma modica, & ſcribens ſit bonæ opinionis, ac famæ. Vallenſ. *h. t. §. 2. n. 4.* 3. Si inſtrumentum inter partes approbatum, vel in Judicio productum & agnitum fuit. Reiffenſt. *hìc n. 191. & ſeqq.* 4. Epiſtola ab eo, ad quem ſcribitur, acceptata, probat contra eum pro ſcribente, uti eſt caſus notabilis in *Clement. 1. de Procurat. & L. 16. ff. ad S. C. Maced.* vid. Schmalzgr. *n. 76. & ſeqq.* & Pichler *n. 25. h. t.*

21. *Quid dicendum de libris Mercatorum?*

De rigore juris æquè nihil probant: de æquitate tamen conſuetudine paſſim, etiam hic in Auſtria, receptum eſt, quòd in cauſis ad mercaturam pertinentibus, ſaltèm ſemiplenam fidem faciant, ità, ut mercator ad juramentum ſuppletorium admitti valeat. Sutting. *obſ. 73.* modò tamen hæc concurrant. 1. Ut Mercator ſit bonæ famæ, & probatæ fidei. 2. Ut libri ejusmodi contineant tam credita quàm debita, id eſt data & accepta, nec non annum & diem. 3. Ut ſimul habeant cauſam debendi expreſſam. Et 4. aliqui etiam requirunt, ut ſint ab ipſo mercatore propriâ manu conſcripti. Engel *hic n. 34.* quod tamen in praxi adeò ſtrictè non obſervantur. Suttinger *cit. obſerv. 73. n. 4.* adde Lauterb. *ad ff. h. t.* ubi hoc etiam extendit ad opifices, qualiter verò libri rationum & regiſtra v. g. tutorum, Curatorum, adminiſtratorum &c. pro vel contra ſcribentem probent. vid. Reiffenſt. *h. t. §. 7.* & plenè Nicol. de Paſſerib. *de ſcript. priv. lib. 4. q. 1.*

22. *Quid juris circa chartas biancas vulgò blanquet.*

Talis charta ſolo nomine & ſigillo ſcribentis ſignata non probat, nec in praxi habet paratam executionem, ut videre eſt apud Sutting. *obſ. 72.* ſed actor intentionem ſuam vel debitum aliunde probare debet, nisì reus ultro recognoſcat & confiteatur. Et hoc obtinet, etiamſi poſtea tenor inſtrumenti vel obligationis deſuper fuerit ſcriptus & appoſitus, nam ſi reus excipiat, id, quod ſcriptum eſt, nunquam vidiſſe, vel legiſſe, chartam ſuam in hunc finem non dediſſe, aut alia

quædam præter voluntatem & intentionem ſuam ad ſcripta eſſe, adhuc contra eum parum aut nihil probabit. Engel *hìc n. 29.* Ratio: quia talis ſcriptura ſemper habet ſuſpicionem falſi. cit. Sutting. *n. 5. & 6.* vide tamen Finc. *obſ. 8.*

23. *Quomodo inſtrumenta produci vel edi debent?*

Inſtrumenta ad hoc ut fidem faciant, debent in originali produci, copiis enim & exemplaribus non creditur. text. *in c. 1. h. t. auth. ſi quis. C. de edend.* Edi autem ſive communicari originalia non eſt neceſſe, ſed ſufficit, ſi editio fiat in forma probante, ſive in copiis vidimatis, utì loquimur: ſalvâ tamen inſpectione, ſive recognitione originalis, quæ parti petenti ſemper concedi debet, ùt habet praxis. Sutting. *obſ. 59.*

24. *Quando produci debent inſtrumenta; & quam diu productio iſta habet locum?*

Producuntur inſtrumenta regulariter poſt litem conteſtatam, habetque productio iſta locum usque ad concluſionem in Cauſa, etiam poſt publicationem atteſtationum. *c. 9. h. t.* Poſt concluſionem verò in Cauſa ampliùs non admittitur Vallenſ. *h. t. §. 3. n. 2.* præterquam in quibusdam Caſibus, quos refert idem Vallenſ. ibid. *n. 3.* add. Reiffenſt. *ſuprà de probat. n. 152. & ſeqq.*

25. *Tenetúrne actor vel Reus inſtrumenta ſua indiſtinctè edere?*

Illa, quæ quis allegat, ſive quibus in Judicio uſurus eſt, tenetur indiſtinctè tam actor quàm reus edere ſi-

ve

ve communicare. *L. 1. §. 2. & ibi Doctores de edend.* & ſi inſtrumentum productum ſe ad aliud referat, etiam illud edi debet; quia referenti ſinè relato non creditur. *Auth. ſi quis in aliquo C. de edend.* Sutting. *obſ. 29. per tot.* quando verò aliquis aliunde ſolum petit ſibi edi inſtrumentum ad fundandam ſuam intentionem, quod alter in judicio necdum allegavit, tunc diſtinguendum eſt inter actorem & reum. Actor verò indiſtinctè omnia inſtrumenta edere tenetur *L. 5. 6. & fin. C. de edend.* Reus autem Actori regulariter non tenetur. *L. 11. C. de teſt. L. 10. §. 8. de ff. qu.* Ratio diſparitatis: quia actor voluntariè ac ſpontè comparet in judicio, adeóque conveniens eſt, ut veniat aliunde inſtructus, econtra verò reus invitus ad illud trahitur, unde quoad hoc favorabiliores ſunt ejus partes, cùm valde inhumanum ſit, ſumere arma de domo adverſarii. *d. L. 11. C. de teſt.* Vallenſ. *hìc §. 4. num. 5.*

26. Sed cur de Reo dicitur, regulariter?

Quia quandoque etiam ipſe Reus tenetur Actori exhibere ſua inſtrumenta. Et quidem 1. ſi inſtrumenta utrique litigantium ſunt communia, ſeu communibus ſumptibus confecta, qualia ſunt inſtrumenta ſuper contractibus erecta, teſtamenta, acta judicialia. *c. 12. h. t.* 2. Excipitur fiſcus, cui Reus ex ſpeciali privilegio tenetur exhibere inſtrumenta. *L. 2. ff. de J. F.* Quod privilegium communis D D. extendit ad Cauſas pias, & matrimoniales. vid. Engel *hìc n. 42.* 3. Fallit ſuprà dicta regula, in uſurariis, odio uſurariorum. *Clem. un. §. cæterùm de uſuris.* Et 4. ſi Judici ex Cauſa aliqua alia juſta ità viſum fuerit. vid. Pichler *hìc n. 33.* Engel *n. 38. & ſeqq.*

27. *Debétne autem totum inſtrumentum edi, vel tantùm in ea parte circà quam lis eſt.*

Diſtinguendum eſt, an inſtrumentum habeat plura & ſeparata capitula, an verò non habeat, vel habeat quidem, quæ tamen inter ſe ſunt connexa, ità ut petentis interſit totum ſibi exhiberi, in primo caſu ſufficit partem illam, ſive capitulum edi, circa quod lis eſt. *c. 5. h. t. & L. 10. §. 2. ff. de edend.* In ſecundo verò totum inſtrumentum eſt edendum. *c. 7. de privil. in 6.* quæ jura ſic ad invicem exaudienda, aliàs obſtarent. vid. P. König *hìc n. 34.* Cœterùm Judici, ſi ei ità viſum fuerit, totum ſemper eſt exhibendum, & quidem in originali. *cit. c. 7. de privil. in 6.* Schmalzgr. *hìc n. 85.*

28. *Potéſtne aliquis cogi inſtrumentum productum vel communicatum denuò producere vel communicare?*

Non poteſt nec debet ad id cogi, ſaltèm regulariter *L. 6. §. fin. ff. de edend.* nisì juſta & gravis cauſa ſubſit, v. g. quia vult illud redarguere tamquam falſum, vel quia ſine dolo & culpa petentis eſt amiſſum. *L. 21. C. h. t.* concord. praxis apud Sutting. *obſ. 30.*

29. *Sed an etiam aliquando tertius cogi poteſt ad edendum inſtrumentum?*

Tertius regulariter nihil edit. *L. 2. C. quand. & quib. pars quart. deb.* fallit tamen etiam hoc, ſi inſtrumentum vel ſit proprium petentis, vel commune. *L. fin. ff. fam. hercis. & L. 7. C. h. t.* quô caſu, ſi tertius ille vel alius neget, ſe tale inſtrumentum habere, debet

lebet juramento ſe purgare, quòd illud nec habeat, ıec de illo ſciat, nec illud dolo malo ſupreſſerit, utì idere eſt apud Sutting. *n. 9. obſ. 28.*

30. *Quomodo enervatur fides inſtrumentorum?*

Per impugnationem. Impugnantur autem variis nodis. 1. Ratione cauſæ efficientis, quia v. g. Notaius, qui inſtrumentum fecit, non fuit legitimè creaus, vel ùt falſarius declaratus. vid. Reiffenſt. *hìc n. 275. & ſeqq.* vel ratione cauſæ materialis, putà, quia actum eſt ſuper negotio prohibito, aut à voluntate ıumana non dependente, juxta dicta *in q. 7.* 3. Raione cauſæ formalis, quia non habet ſolennitates reuiſitas, de quibus pariter ſuprà *in q. 5. 6. & 7.* 4. Raione ſui ipſius, quia dicitur eſſe falſum, ſuſpectum &c. Schmalzgr. *h. t. n. 95.*

31. *Quomodo falſitas probari poteſt?*

1. Ex contrarietate, ſi vel idem inſtrumentum reugnantia complectatur, vel contra unum producatur liud priori repugnans, de quo cit. Schmalzgr. *n. 96.* eiffenſt. *n. 321. & ſeq.* 2. Ex ſigillo, quod eſt el adulterinum, vel furtivum, aut ignotum, idem chmalzgr. *n. 98.* & Reiffenſt. *n. 72. & ſeqq.* 3. Ex ıſura & cancellatione præſertim in parte ſubſtantiali. eiffenſt. *n. 327. & ſeqq.* Schmalzgr. *n. 101. & ſeq.* . Ex aliis conjecturis v. g. ex charta, atramento, chaıcteribus. cit. Schmalzgr. *n. 109. & ſeqq.*

32. *An & quomodo per teſtes poſſunt inſtrumenta expugnari?*

Non eſt dubium, quin hoc fieri poſſit, maximè ſi ſtes in inſtrumento ſubſcripti contra illud deponant:

aſſeren-

aſſerendo: vel non ità actum eſſe prout in inſtrume[n]to aſſeritur, vel ſe nunquam interfuiſſe, cum inſtr[u]mentum conficeretur, quo caſu fides inſtrumenti a[b]ſolutè corruit, niſi de falſitate teſtes convinci poſſin[t] *c. 5. de prob.* Quòd ſi verò teſtes ſolummodo dica[nt] ſe quidem fuiſſe præſentes, at non ampliùs recorda[ri] quid actum ſit inter partes, inſtrumentum ſuſtinetu[r] quia ſtatur inſtrumento, donec contrarium probetu[r] teſtes autem dubitantes nihil probent in contrariu[m] Engel *h. t. n. 57.* ſimiliter, ſi teſtis ſupernumerariu[s] negaret ſe interfuiſſe, non officiet inſtrumento: ſec[us] eſt, ſi inſuper ſe illo die, de quo confectum eſt inſtru[-]mentum negaret fuiſſe præſentem, ſed de hoc vid. ple[-]niùs Reiffenſt. *hìc n. 292. & ſeqq.* vid. Pichler *n. 37.*

33. *Sed quid ſi extranei producantur contra inſtrumentum?*

Vel teſtes ſubſcripti, & pro inſtrumento deponen[-]tes adhuc vivunt, vel non. In priori caſu plus fi[-]dei tribuitur teſtibus inſtrumentariis, quàm extraneis *c. 10. h. t.* In poſteriore caſu inſtrumentum per duo teſtes omni exceptione majores expugnatur: quia iſt[i] pleniùs probant, quàm ſola ſcriptura: quæ licet teſtium ſubſcriptione firmata ſit, quia tamen ſub juramento examinari nequeunt, parum ei fidei tribuendum eſt vid. de hoc rursùm cit. Reiffenſt. *n. 304. & ſeqq.* & Pichler *n. 39. & ſeq.* ubi etiam ad contraria reſpondet.

34. *Quid juris ſi aliquis neget inſtrumentum contra ſe productum, à ſe vel ſuo mandato eſſe ſcriptum vel ſubſcriptum?*

Tunc recurrendum eſt vel ad teſtes, qui confectio-

ni

hi talis inſtrumenti adfuerunt, vel ad comparationem literarum, quæ tamen ſola, ſi alia adminicula non concurrant, hodiè ſaltèm jure noviſſimo per *nov. 73. & auth. at ſi contractus C. h. t.* plenè non probat. vid. Engel *hìc n. 60.* & Reiffenſt. *n. 166.* add. Lauterb. *ad ff. h. t. §. 18.* vel denique lis juramento dirimenda eſt.

35. *Quid dicendum, ſi inſtrumentum ſit amiſſum?*

Si aliunde per teſtes, vel propriam adverſarii confeſſionem conſtat de debito, nihil obſtat inſtrumenti amiſſio *L. 1. & L. 10. C. h. t.* quia inſtrumentum tantùm eſt loco probationis, quæ ſuppleri poteſt. Schmalzgr. *hìc n. 91.*

36. *Sed quid, quando de originali non conſtat, adeſt tamen exemplar ſive copia?*

Tales copiæ non ſufficiunt ad probandum debitum vel contractum, quia copiis ſine originali non creditur, juxta dicta ſupra *in q. 5.* Et hoc procedit, etiamſi copiæ cum originalibus à Notariis ſint collatæ, ſive vidimus, ùt loquimur: nam adhuc plenam fidem non faciunt; quia non ad Notarii ſed Judicis officium ſpectat ſuper inſtrumentis cognoſcere, an vitio aut defectu aliquo non laborent? Engel *hìc n. 49. & 50.* Notant tamen DD. quòd in antiquis, vel ſi alia adminicula concurrant, etiam talibus copiis fides adhiberi poſſit. Engel *loc. cit.* König *h. t. n. 55.* vel ſaltèm admittendus eſſet actor ad juramentum. Quin imò ſi talis copia erga originale in judicio jam ſemel fuit recognita,

gnita, & poſtea originale deperditum, dubium non e quin plenè ei credi debeat.

37. *Quid dicendum, ſi actor dicat ſe perdidiſſe inſtrumentum, producat autem teſtes, qui de tenore Inſtrumenti atteſtentur?*

Si teſtes atteſtantur non tantùm de tenore inſtrumenti, ſed etiam de ipſo facto & contractu coram taliter geſto, dubium non eſt, quin plenè proben quia duobus teſtibus atteſtantibus de ſenſu propri æque creditur ac inſtrumento. Quod ſi verò teſt producantur, qui tantùm aſſerunt ſe tenorem legiſſ eúmque talem, vel talem fuiſſe: tunc probant quide inſtrumentum tale fuiſſe, ipſum tamen negotium, de bitum vel contractus per hoc non videtur ſufficient eſſe probatum, quia aliud eſt inſtrumentum tale fuiſ ſe: & aliud taliter, utì ſcriptum eſt, rem contigiſſe potuit enim inſtrumentum eſſe falſum, vel confictum Unde nisì alia adminicula concurrant, cauſa per ho non cenſebitur eſſe probata ſaltem plenè, ità Engel *h n. 53.*

38. *Qualem interpretationem recipiunt inſtrumenta?*

Inſtrumenta quoad interpretationem ſunt ſtricti juris, & tantùm obligant ſcribentem, ſubſcribentem & ſigillantem. Unde per regulam dicitur, quod inſtrumentum non cantat, nec nos cantare debemus pe *L. 21. C. de prob.* & ſicut inſtrumentum ſolummodo prodeſt iis, qui in eo ſunt nominati, ità viciſſim aliis non obſtat, neque contra alios probat, ſed ſemper op-

pon

poni poteſt exceptio, tu non es nominatus in inſtrumento. Lauterb. *ad ff. h. t. §. 55.*

TITULUS XXIII.
De Præſumptionibus.

1. Quid eſt præſumptio?

PRæſumptio eſt conjectura, ſeu indicium ex aliquo ſigno, vel indicio veriſimili orta, & probationis loco allegata, aut à Judice aſſumpta ad adſtruendam rei dubiæ fidem. Schmalzgr. *h. t. n. 1.* vel juxta Engel *n. 1. hìc;* eſt rei dubiæ ſeu controverſæ ex aliis poſitis deſumpta probatio. Aliter adhuc Vallenſ. *n. 1. h. t.*

2. Quotuplex eſt præſumptio?

Præſumptio alia eſt hominis, alia juris. Illa eſt, quam jura non exprimunt, ſed eam vir prudens v. g. Judex format ex variis indiciis præſumptis. Juris eſt, quæ jure, ſeu legibus eſt approbata, quando videlicet ipſa jura aliquid præſumunt. Præſumptio hominis ſubdividitur in violentam ſeu vehementem, quæ nempe nititur indiciis violentis, valde urgentibus, ità, ut nullus fere locus prudenti dubio relinquatur. In probabilem, ſeu diſcretam, quæ nititur indiciis gravibus & valde veriſimilibus. In levem vel temerariam, quæ ex indiciis levibus ac inſufficientibus ad probabile Judicium concipitur. Exempla vid. apud Schmalzgr. *hìc n. 5.*

3. Quomodo ulterius dividitur Præſumptio Juris?

In præſumptionem juris tantùm, & juris, & de jure ſimul. Prior eſt, quando jus aliquid præſumit, ha-

bétque

bétque pro vero, donec contrarium probetur. Huj[...] exempla paſſim occurrunt in *c. 1. 2. 3. 4. & 15. h.* & videri poſſunt apud Pichler *hìc n. 5.* Præſumpt[...] juris, & de jure eſt, quando lex aliquid præſumit, [...] ſuper præſumpto tanquam aliquo ſibi comperto aliqu[...] ſtatuit. Sic ſpectato jure communi *c. 21. & 30.* [...] *ſponſal.* (ſecùs eſt ex conſtit. *Trid. ſeſſ. 24. c. 1.* [...] refor. Matr.) ex concubitu ſponſi cum ſponſa præſ[...] mitur matrimonium. Plura exempla paſſim inveni[...] eſt apud AA.

4. *Qui ſunt effectus præſumptionis?*

Præſumptio hominis levis nihil omninò probat, ſ[...] ab utroque jure reprobatur. *can. 9. cauſ. 6. q. 1. c.* [...] *de purgat. can.* Probabilis vim habet ſemiplenæ pr[...] bationis. *c. 14. de ſent. excomm.* Violenta & veh[...] mens plenè probat, ſaltèm in civilibus. *c. 2. h. t.* I[...] criminalibus non conveniunt Doctores, & plerique n[...] gant, ſaltèm quando agitur de pœna ordinaria inflige[...] da, quos ſequitur Engel *hìc n. 4. per c. 14. h. t.* & r[...] tionem, quia in criminalibus requiruntur probation[...] luce meridianâ clariores. vid. Reiffenſt. *hìc §. 3. p[...] tot.* ubi etiam ad contraria pulchrè reſpondet, pro a[...] firmativa è contra vid. Pichler *n. 11. & 12. h. t.* H[...] autem apud omnes expeditum eſt, quòd præſumpti[...] nes graves ſufficiant in foro canonico ad indicenda[...] purgationem canonicam, *per c. 4. de purg. can.* & [...] foro Civili ad torturam per *L. 8. §. 1. C. de quæ[...]* Deinde licèt præſumptiones & indicia non ſufficia[...] ad condemnandum reſpectu pœnæ delicti ordinaria[...] ſi tamen indicia per ſe ſint mala & ſcandaloſa, ſuffic[...] unt ſaltèm ad reum extraordinariè puniendum. cit. E[...] gel *n. 7. hìc.*

5. Qu[...]

5. Quos effectus producit præſumptio juris tantùm, & juris ac de jure ſimul?

Effectus præſumptionis juris tantùm eſt, quòd eum, pro quo ſtat, liberet ab onere probandi. arg. *c. 2 & c. 4. de probat.* & ſententia ſecundùm ipſam proferatur ſaltem in civilibus. *C. 2. de reſtit. ſpoliat. in 6.* Præſumptio autem juris & de jure effectus ſunt. 1. Quòd regulariter non admittat probationem in contrarium. 2. Quòd impediat appellationem. Zoëſ. *h. n. 9.* 3. Quòd non admittat juramentum ejus, contra quem ſtat. 4. Quòd ex ea ferri poſſit ſententia. Schmalzgr. *h. t. n. 11.* add. Reiffenſt. *hic n. 55. & ſeqq.*

6. Cur dictum regulariter?

Quia contra præſumptionem Juris & de Jure admittitur 1. probatio indirecta, id eſt admittitur probatio alicujus defectûs, quô probatô corruit fundamentum præſumptionis. Sic licèt ex poſſeſſione immemoriali præſumatur titulus, & conſequenter præſcriptio; corruit tamen hæc præſumptio ſi probetur, quòd poſſeſſor ſemper fuerit in malâ fide. 2. Infringitur per notorium, quia præſumptio cedit veritati. 3. Per confeſſionem judicialem, quod aliqui etiam ad extrajudicialem extendunt; ſaltèm in iis caſibus, in quibus extrajudicialis plenè probat. Schmalzgr. *hic n. 13.* 4. Per teſtes, aut inſtrumenta. 5. Si contra ipſam admiſſa eſt probatio, nec pars ſe oppoſuit: quod tamen in illis tantùm procedit, in quibus pars renuntiare poteſt. Schmalzgr. *n. 14.* vid. etiam Reiffenſt. *h. t. n. 51. & ſeqq.*

7. *Quomodo præſumptio differt à fictione juris?*

Præſumptio differt à fictione 1. in eo, quòd præſumptio juris ſit de iis, quæ poſſunt eſſe & non eſſe, fictio ſit certæ falſitatis pro veritate aſſumptio ex certa cauſa ad inducendum aliquem juris effectum. 2. Quòd præſumptio non aliter locum in conſcientia habeat, quàm ſi veritas ſubſit: fictio autem cœteris paribus in conſcientia etiam obligat. Ratio differentiæ eſt; quòd in præſumptione lex quidem aliquid pro veritate aſſumat, non tamen intendat aliquid contra naturalem & genuinam veritatem ſtatuere: In fictione autem lex cognita falſitate aliquid ſtatuat. P. Engel *h. t. n. fin.* add. Reiffenſt. *lib. 1. de conſtit. §. 8. n. 176. & n. 181. ac ſeqq.*

8. *Quæ eſt differentia inter præſumptionem, conjecturam, & Indicium?*

Paſſim hæc tria in jure & apud DD. confunduntur: & præſumptio quidem ac conjectura non videntur inter ſe differre, niſi quoad magis & minùs, quòd nimirum præſumptio importet magis determinatum aſſenſum, conjectura levem, vel potiùs ſuſpicionem. Indicium verò propriè acceptum eſt ſignum notabile alicujus rei, de qua dubitatur, ad veritatem cognoſcendam inſerviens, & ſic eſt quaſi cauſa præſumptionis & conjecturæ, ex qua hæ tamquam effectus conſurgunt. Schambog. *hic n. 1.*

9. *Quid juris, ſi plures præſumptiones concurrant?*

Una præſumptio perimit alteram, validior ſcilicet debiliorem *c. 3. qui fil. ſint legit.* & *L. 7. ff. de integr.*

egr. reſtit idque procedit, tametſi præſumptio vali- ior ſit tantùm præſumptio hominis, infirmior verò præſumptio juris. Schmalzgr. *hìc n. 38.* In dubio au- tem, quænam ſit potentior, judicis arbitrio relinqui- tur. vid. cit. Schmalzgr. *§. 2. per totum.* Pichler *n. 4.* & plenè Reiffenſt. *§. 4. h. t. per tot.*

TITULUS XXIV.
De Jure jurando.

1. Quid eſt Juramentum?

JUramentum aliàs etiam ſacramentum dictum; eſt in- vocatio Divini teſtimonii, ad fidem dictis facien- dam & promiſſionem firmandam. Engel *hic n. 1.* vel breviùs eſt invocatio divini Nominis in teſtimonium veritatis. vid. Pichler *hìc n. 5.* Vallenſ. *§. 1. n. 2. & ſq. h. t.*

2. Quot modis hoc fieri poteſt?

Fit hoc vel explicitè, vel implicitè, imò etiam per ſigna. Explicitè fit per hæc verba: *Juro per Deum: teſtem invoco Deum &c.* Implicitè: *Cœlum, & terram teſtes invoco, per fidem Dei &c.* Item ſi quis dicat: *moriar: Dæmon me rapiat: Deus me puniat*, & ex communi modo loquendi germano- rum: Bey meiner Seel, auf mein Ayd. vid. P. Pich- ler *hìc n. 3.* Quia verò plerumque homines ſolent ejusmodi verba ſolum enuntiativè proferre; ideo con- ſiderandæ erunt circumſtantiæ, ut ex iis colligi poſſit, an quis verum jurandi animum habuerit. Pichler *n. 1. hìc.* Signo juratur, dum quis digitos erigit, vel Evan- gelium tangit, aut etiam per manus porrectionem ſpondet, uti plerumque in Juramento fidelitatis & obe-

 dien-

dientiæ uſu receptum eſt, ut ſinguli per manûs porrectionem ſimul id ſe præſtare oſtendant. Idem Engel n. 2. hic.

3. *Quid juris, ſi quis diceret: per fidem meam.* Bey meiner Treu: *ſub fide ſacerdotali vel ſub fide mea nobili:* Bey meinen Adelichen Ehren und Treu?

Hujusmodi formulæ non continent in ſe formaliter juramentum, cum neque implicitè, neque explicitè invocationem Divini Nominis involvant: in foro tamen externo juramenti locô acceptantur, non quidem quoad pœnas perjurii incurrendas, ſed quoad perfidiam, quæ ex qualibet fracta fide incurritur. vid. P. König *hic n. 23.* & Pichler *n. 4.* Plura de his & aliis ſimilibus formulis tractat Zoëſ. *h. t. n. 14. & ſeqq.* add. Lauterb. *ad ff. h. t. §. 18. & ſeqq.*

4. *Licétne homini Chriſtiano jurare?*

Negabant hoc quidam hæretici, inter quos hodie adhuc ſunt Anabaptiſtæ, nixi dicto Chriſti *Matth. 5.* ego autem dico vobis, non jurate omnino, ſit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non &c. Verum conſtans & unanimis omnium Catholicorum doctrina eſt; Juramentum non tantùm non eſſe malum aliquod intrinſecè, ſed imò, ſi ritè præſtetur, honeſtum & laudabile, quæ etiam probatur 1. teſtimonio ſcripturæ *Deut. 6. v. 13.* ibi: *& per nomen ejus jurabis.* & *Pſal. 62. v. 12. laudabuntur omnes, qui jurant in eo.* 2. Exemplô Patriarcharum & ipſius David: qui frequenter utebantur illis verbis: *vivit Dominus*, quæ continent ſpeciem juramenti, quò facit & illud *Pſal. 109. v. 4. juravit Dominus, & non pœnitebit eum.*

Ul-

Uſu gentium omnium & cunctorum tribunalium, tam ſacrorum, quàm profanorum praxi. 4. Ratione, quia ritè præſtitum pertinet ad religionem, cum per illud confiteamur, nos infallibilem Dei veritatem & ſummam authoritatem cognoſcere, ad contraria reſpond. Zoëſ. *h.t.n.3.* Schmalzgr. *n.5.* add. Reiffenſt. *n.28.* *eôd. tit.*

5. *Sed quid requiritur ad hoc, ut ritè cenſeatur præſtitum juramentum?*

Quodlibet juramentum ante omnia tres debet habere comites, *veritatem* nimirum, *Judicium* & *Juſtitiam. can. 2. cauſ. 22. q. 2.* veritas in eo conſiſtit, quod jurans in proprio facto moralem quandam certitudinem de rei veritate habeat: in alieno veriſimilem & probabilem notitiam & præterea intentionem promiſſum adimplendi. Judicium: quod fieri debeat diſcretè, non ſine juſta cauſa, ac cum debita reverentia. Juſtitia denique in eo verſatur, quòd illud, quod juratur, non debeat eſſe illicitum, peccaminoſum & bonis moribus contrarium: non eſt enim obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum. *c. 18. h. t.* Item non debet adverſari juri, aut utilitati publicæ, nec vergere in præjudicium tertii. vid. Engel *hìc n. 9. & ſeqq.* König *n. 12. & ſeq.* ubi id exemplis declarant.

6. *Potéſtne unusquisque cum effectu jurare?*

Extra judicium poteſt omnis jurare, & juramentum cum effectu præſtare, qui juramenti vim & rem, de qua illud præſtandum, intelligunt. vid. Lauterb. *ad ff. h. t. §. 7. & ſeq.* at verò in Judicio non omnes admit-

tuntur, ii nempe, qui teſtes eſſe nequeant, de quibu ſuprà *in tit. de teſtib.* Pichler *hìc n. 13.*

7. *Super quibus rebus præſtantur juramenta?*

Jurari poteſt tam de rebus præſentibus, quàm præteritis aliquid v. g. aſſerendo, quàm etiam de futuris aliquid promittendo, modò tamen res, quæ juratur non ſit turpis, injuſta, aut bonis moribus, vel juri publico, aut tertii contraria, quia aliàs deficeret primus comes juramenti, ſcilicet juſtitia. Et hoc in juramento promiſſorio, vid. tamen quæ hìc obſtare poſſunt, apud Pichler *n. 38. h. t.* In aſſertorio autem non eſt neceſſe, ut materia ſit honeſta & juſta, modò adſit veritas, neque enim per ſe indecens eſt adferre Deum in teſtem facti turpis, ſi ità utilitas publica, vel magna cauſa requirat, ſicut teſtes ſuper adulterio, vel homicidio producti licitè jurant, quamvis de turpi re teſtimonium præbeant. Engel *hìc n. 11.*

8. *Res vel actio indifferens an conſtituit materiam juramenti?*

Si ſubſit honeſtus finis, vel proximi utilitas tenet juramentum; cum talis actus ſpectet ad opus virtutis, ſuper quo præſtitum juramentum ponit obligationem. Extra hoc autem talis actus foret otioſus, & juramentum ſuper eo emiſſum temerarium, atque ità non obligatorium. Zoëſ. *h. t. n. 48.* exempla vid. apud König *hìc n. 13.*

9. *Valétne juramentum ſuper actu jure tantùm poſitivo humano prohibito?*

Jure civili juramenta talia nulla, & non obligatoria dicun-

licuntur. *L. 7. §. 16. ff. de pact. L. 112. de legat. 1.* .. 5. *C. de legib.* ſed jure Canonico, cui hac in parte ſſurgendum, valent. Modo in præjudicium alterius ıon redundent, nec obſervata in diſpendium ſalutis eternæ vergant, & ſic ſine peccato adimpleri queant, icèt illis promiſſa jure poſitivo ſint invalida. *c. 28. c. le jurejur. & c. 2. de pactis.* Lauterbach. *ad ff. h. t.*). *13.*

10. *Sed ánne hôc ipsô jure ſaltèm Canonico talis actus cenſebitur eſſe confirmatus?*

Volunt hoc quàmplurimi, actum ſcilicet jure poſiivo invalidum per juramentum adjectum confirmari, um per *c. 2. de pactis & c. 28. de jurejur.* tum per uth. *ſacramenta puberum C. de reſcind. vend.* '. König *h. t. n. 35.* Schmalzgr. *n. 86.* alii diſtinguunt n actus reprobetur per legem in favorem debitoris: n verò in odium creditoris. Primò caſu, dicunt firnari actum; non item ſecundo, de quo vid. Engel *ìc n. 12.* & Zoëſ. *eod. tit. n. 61.* Alii verò probailiùs ſimpliciter adſtruunt, actus ejusmodi jure poſiivo invalidos juramento non confirmari, ſed juranem ex ſola religione erga Deum vinculô tantùm conſcientiæ, non verò ex juſtitia & natura contractûs ad romiſſa implenda teneri. Tum quòd id non exigat boıum commune Eccleſiæ aut ſpirituale regimen animaum, utpote quòd per ſolam religionis obligationem ia peccatis ac perjuriis ſufficienter præcludatur: tum; uia id jure nullo ſufficienter cautum reperitur, quòd uramento tanta inſit vis, ut aliam pariat obligatioem, quam ſibi propriam, videlicet religionis. vid.

Pichler *h. t. n. 48. & ſeq.* ubi etiam ad contraria reſpondet. add. Gletle *ſelect. qu. c. 3. n. 23.*

11. *At quid intereſt: an actus dicatur juramentô firmatus: vel an juramentum tantùm ſit ſervandum?*

Sanè intereſt quàm plurimùm. Primò enim naſceretur ex tali actu non tantùm obligatio religionis, ſed etiam juſtitiæ. 2. Relaxato juramento maneret adhuc obligatio juſtitiæ vel fidelitatis orta ex contractu, quem jurans ſervare tenetur. 3. Pareret actionem etiam in foro externo. 4. Contractus diceretur irrevocabilis. 5. Non eſſet facilis à tali juramento relaxatio, propter parti jus quæſitum, quod nemini facilè auferendum. Et 6. denique quòd obligatio ex illo contractu tranſiret ad hæredes tam jurantis, quàm ejus, cui juratum, cum tamen obligatio juramenti utpote perſonalis non tranſeat ſaltèm ex perſona jurantis, uti dicetur infra circa effectum juramenti. Schambog. *h. t. n. 44.*

12. *Quâ formâ ſive ſolennitate præſtandum juramentum?*

Ad ſubſtantiam juramenti nulla ſolennitas extrinſeca eſt neceſſaria, ſed ſufficiunt ſola verba, ſive invocatio divini Nominis in teſtem cum intentione jurandi. Zoëſ. *hìc n. 26.* ad majorem tamen cultum & religionem præſertim in judiciis ad juramentum ſolenne & corporale zu einen zierlich, leiblich- oder córperlichen Ayd certi ritus moribus ſunt introducti, ut nimirum maſculi erectis tribus digitis, & tactis ſacris Evangeliis, aut crucifixo: fæminæ verò detecto paululum capite & digitis ad pectus ſiniſtrum poſitis jurent. Interdum etiam candelæ accenduntur, januæ & feneſtræ aperiuntur

ur &c. ſine quibus tamen juramentum nihilominùs corporale dicitur, & contra inconſuetas ceremonias excipi poteſt. Lauterbach. *ad ff. h. t.* §. *21.* Sacerdotes quoque regulariter non tenentur ſacra tangere, ſed ſatisfaciunt, ſi per ſuam conſecrationem tangendo proprium pectus jurent. *c. 4. caus. 11. quæſt. 5.* Exceptis cauſis gravioribus, in quibus jure præſcribitur iſta forma. Zoës. *loc. cit.*

13. *Quis eſt effectus juramenti?*

Juramentum per ſe, & ſua natura producit obligationem religionis erga Deum: nam eſt actus religionis, qui fit inter Deum & hominem, eóque jurans obligatur ad enunciationis veritatem, in aſſertorio, & in promiſſorio ad juramentum ſanctè & inviolabiter ſervandum, intelligendo utì dictum, quatenus ſervari poteſt ſine diſpendio animæ, & præjudicio tertii, aut juris publici. vid. Pichler *hìc n. 33. & ſeqq.*

14. *Sed anne etiam actionem producit?*

Ex natura ſua nullam producit actionem, nec de jure civili, quô juramentum non eſt modus introducendæ obligationis. Non obſtante *Nov. Leon. 72.* quia non recepta; nec jure Canon. quod nullibi patet actionem dediſſe. Nihil facit, quòd ſervari jubeatur: neque enim hoc tam per actionem, quàm per officium judicis Eccleſiaſtici ad evitandum perjurii peccatum. Zoës: *h. t. n. 76. & ad ff. h. t. n. 86.* Præterquam ſi præſtitum ſit ex delatione in - vel extra judicium ſuper debito contraverſo facta: quo caſu Prætor propoſuit actionem ex jure jurando in factum, de qua Inſtitutiſtæ paſſim *in* §. *11. Inſtit. de action.*

15. *An Juramenti obligatio tranſeat ad hæredes?*

Diſtinguendum eſt inter obligationem Religion erga Deum: & inter obligationem Juſtitiæ, quæ i ordine ad proximum; cui juratum eſt, deſcendit e ejusmodi promiſſione jurata. Hæc (non ex natur objecti vel partium conventione ad perſonam juran tis manifeſtè fuerit reſtricta) extra dubium tranſi *c. 14. h. t. & L. 7. §. 8. ff. de pact. L. 59. ff. de C & A.* Obligatio autem Religionis erga Deum, qu: ex ipſo juramento, quà tali oritur, ad hæredes juranti non tranſit, quia juramentum continet vinculum me rè perſonale, ipſum jurantem duntaxat ſtringens, no etiam alium, etiamſi hæredum quoque mentio in ju ramento facta fuiſſet; quia nemo ſinè ſpeciali mandat in animam alterius jurare poteſt. vid. Lauterb. *d. t.* § *23.* & Zoës: *hic n. 75.* add. Pichler *n. 43.*

16. *Sed obligátne juramentum vi & me tu per injuriam extortum?*

Obligat utique: ſicut alii omnes actus metu initi quia coacta voluntas, eſt etiam voluntas. Exempla & objectiones vid. apud Zoës: *h. t. n. 63. & ſeq.* add Pichler *n. 41. & ſeq. hic.* Interim quia valde durun eſſet, alterum ex delicto ſuo commodum reportare poterit taliter metum paſſus juramenti relaxationem pe tere, & ſi quid ex ea cauſa ſolutum eſt, condicere *c. 6. h. t. & c. 4. de his qu. vi metúsve caus.* vic cit. Pichler *dict n. 41. in fin.* Idem eſt circa jura mentum contractui, in quo aliquis enormiter læſus eſt appoſitum. Zoës *hic n. 67.*

17. Quo

17. *Quid dicendum de juramento impeditivo majoris boni?*

Diſtinguendum eſt, an juramentum factum ſit Deo, in homini. Priore caſu non obligat in præjudicium melioris boni, tamquam à Deo taliter non acceptatum. Exemplô voti, quod ſimiliter eatenus non eſt obligatorium. Secundo vero caſu obligat ad ſui obſervantiam, nec poteſt invito eo, cui factum, commutari in melius propter jus ipſi quæſitum, quòd ei invito non eſt auferendum, etiam propter bonum aliàs Deo gratius, quia hoc in caſu non cenſetur eſſe Deo gratius. Zoës *hic n. 50.* Pichler *n. 39.*

18. *Quomodo ceſſat obligatio juramenti?*

Potiſſimum 4. modis. Irritatione, remiſſione ſeu condonatione juramenti, relaxatione ſeu diſpenſatione, & commutatione, de quibus vid. Pichler *hic n. 47. juncto n. 51.* Cæterum ſi juramentum ſimpliciter ſit nullum, tunc jurans illud obſervare non tenetur, ſed poteſt propria authoritate eidem contravenire, ſi verò jurans poſſit juramentum ſine peccato ſervare, ſed ille cui juratum, non poſſit bona conſcientia retinere, quòd ex juramento debetur, tunc jurans ſaltem ad cautelam petere debet relaxationem à ſuperiore Eccleſiaſtico, cujus jurisdictioni ſubeſt, ſi tandem juramentum ſit validum, & obligatorium, tunc remittere poteſt is in cujus favorem eſt juratum. Engel *hic n. 16.*

19. *Quomodo dividitur, ſeu quotuplex eſt juramentum?*

Varii varias diviſiones adſtruunt. Celeberrima & com-

communis diviſio eſt, quòd aliud ſit promiſſorium aliud aſſertorium. Aliqui addunt tertiam ſpeciem, ſci cet confirmatorium, quod circa pacta, transaction & contractus adhiberi ſolet. Sed hoc in effectu nil aliud eſt, quàm promiſſorium. Strick. *de cautel. jur. ment. parte 3. Sect. 1. c. 1. n. 7.*

20. *Quid eſt Juramentum promiſſorium*

Eſt, quô vel aliquid ſimpliciter promittimus, vel ja pactum & promiſſum nos fideliter ſervare & præſta velle ſub invocatione nominis divini pollicemur. Stric *loc. cit. n. 3.* quod vel reſpicit judicia prout præſtatur Judicibus, Aſſeſſoribus, Secretariis, Scribis, Advoc tis &c vel cauſas extrajudiciales, quo pertinent hom gia, ſeu juramenta ſubjectionis, quæ ſubditi Domir præſtant, Huldigung, Erbhuldigung, Landshuldigun Vaſallagia ſive fidelitatis, quæ vaſalli Dominis ſuis r tione feudi præſtant, die Lehens-Pflicht, & aliæ eju modi ſponſiones juratæ extra cauſas judiciales. vi Lauterb. *ad ff. h. t. §. 33. & ſeq.*

21. *Quid eſt aſſertorium?*

Quo quis aliquid eſſe, vel non eſſe aſſeverat. Quod e vel litis deciſorium, vel æſtimatorium, quatenus nin rùm ùtplurimum reſpicit vel rerum controverſarum d ciſionem, vel æſtimationem. Illud rursùm eſt vel v luntarium, vel judiciale, vel neceſſarium. Hoc alit jus jurandum in litem appellatur. vid. cit. Lauterbac *d. t. §. 37. & ſeq.*

22. *Quid eſt juramentum voluntarium*

Juramentum voluntarium propriè dictum eſt i quod pars parti extra judicium defert ſub ea conditi

r.

e, ut ſic jurans absque alio proceſſu victoriam obti-eat. Circa quod verò notat P. Engel *h. t. n. 20.* uod ſi Reus non abſolutè neget intentionem Actoris; d tantum ſub aliqua exceptione, tunc conſultiùs fa-turum actorem, ſi Reo non deferat juramentum, uia ſic excipiendo Reus fit Actor, conſequenter ipſi cumbet probatio.

23. *Cur dictum voluntarium propriè dictum?*

Quia & juramentum judiciale quod pars parti in efectu probationum defert, aliquo modo voluntarium ci poteſt: cum & hoc non niſi à parte volente de-ratur, ac poſſit is, cui defertur illud vel præſtare, el deferenti offerre.

24. *Quid eſt juramentum Judiciale?*

Hoc eſt: quod à parte parti in judicio lis deciden-e causâ judice approbante defertur. *L. 12. in pr. & 1. C. de reb. cred. & jurej.*

25. *Quomodo differunt hæc duo juramenta inter ſe?*

Differunt pluribus modis 1. Utì dictum volunta-um defertur extra judicium, judiciale in Judicio. *L. 17.* . *h. t.* 2. Juramentum judiciale (niſi ſubſit juſta re-uſandi cauſa) neceſſario eſt vel præſtandum, vel refe-ndum; quia manifeſtæ turpitudinis & confeſſionis eſt, eque jurare, neque juramentum referre velle. *L. 38.* . *h. t.* & quidem in illà forma in qua delatum fuit. . 3. §. *fin. L. 5.* §. *fin. L. 6. ff. h. t.* Econtra jura-entum voluntarium non eſt neceſſariò præſtandum; ſed

ſed poteſt is, cui defertur, ſi malit in judicio experir
3. Juramentum judiciale de authoritate judicis appro
bari, imò aliquando, ſi juſta ſubſit cauſa poteſt jude
jubere, ut præſtetur. *L. 12. §. 2. C. de reb. Cred.* ſe
cùs eſt in voluntario. 4. Juramentum judiciale debe
ipſe deferens, ſi eidem rectè referatur, ipſe præſtare
aliàs cadit causâ per *L. cit. §. 1.* Juramentum autei
voluntarium eſt ex utráque parte liberum.

26. *Quæ ſunt autem juſtæ cauſæ recuſan di juramentum judiciale?*

Prima atque præcipua cauſa juramentum recuſan
eſt, ſi is, cui defertur, verſetur in ignorantia facti ali
ni *L. 34. in pr. ff. h. t. L. 11. §. 2. ff. rer. amot.* 2. S
deferens non velit jurare de calumnia. *d. L. 14. §.*
ff. h. t. 3. Si deferatur à judice incompetente, vel e
alia cauſa non competat actio. *L. 35. §. fin. ff. h.*
L. 14. §. 3. C. de non numerat. pec. 4. Si deferens r
vocavit, ac rursùm deferre vellet. *L. 11. C. d. R. cre dit.*

27. *Eſtne etiam juſta recuſandi cauſa, is cui defertur, aliunde cauſam ſuam probare velit?*

Negant hoc aliqui. 1. quia indifferenter cautu
eſt, ut juretur, vel juramentum oblatum referatu
2. Quia hoc ità videtur ſuadere æquitas, & intere
publicum, ut lites eò citiùs, & faciliùs dirimantu
Sed contrarium veriùs eſt, per *text. in c. 2. de proba*
Ubi dicuntur ad juramentum tunc recurrendum eſſ
cùm aliæ probationes legitimæ deficiunt: ergò ſi Reus p
ratus ſit probationes legitimas exhibere, non erit coge
dus juramentum acceptare. vid. tamen Engel *hic n. 2*

ti

bi quæſtionem hanc ex judicis arbitrio dependere exi-
ſtimat. *per L. 12. C. h. t.*

8. *Quid ſi econtra Actor nihil probaverit, tenetúrne Reus acceptare vel referre juramentum?*

Videtur affirmativa communius eſſe recepta. 1. *per* *L. 38. ff. h. t.* ubi generaliter adſtruitur: manifeſtæ turpitudinis & confeſſionis eſſe nolle nec jurare, nec jusjurandum referre. 2. *per L. 35. in pr. eod. tit.* ubi dicitur tutorem pupilli omnibus probationibus deficientibus jusjurandum deferentem, audiendum eſſe. 3. *per L. 12. C. de reb. Cred.* ubi habetur: juramentum reo non tantùm circa finem cauſæ, ſed etiam in principio litis, adeóque antequam aliquid probatum ſit, deferri poſſe, & 4. quia non eſt ferendus Reus juramentum ejusmodi recuſans, utpote cùm conſtituatur judex & teſtis in propria cauſa. Negativam tamen tuetur Pichler *h. t. n. 15.* ubi etiam ad contraria reſpondet. Poteſt tamen etiam hic videri Schmalzgr. *h. t. n. 27.* ubi conciliationem utriusque ſententiæ adducit.

9. *Quid dicendum, ſi Reus, cui delatum eſt juramentum, non poſſit illud referre, quia deferens verſatur in facto alieno?*

Tunc ille, cui delatum eſt, tenetur illud ſimpliciter præſtare, modò etiam ille non verſetur in facto alieno, per jura & - - rationem in priori quæſtione pro affirmativa allata. Engel *hic n. 29.*

30. *Sed*

30. *Sed à quo & cui jusjurandum ſive voluntarium, ſive judiciale deferri poteſt?*

Deferre illud poteſt omnis ille, qui habet rerum ſuarum adminiſtrationem : & non Actor duntaxat Reo ſed etiam Actori Reus, ut colligitur ex *L. 12. C reb. credit.* Deferri verò valet omnibus, qui ſibi aliqui quomodolibet acquirere poſſunt, ſine diſcrimine ſexûs ætatis, aut conditionis *L. 26. ff. h. t.* vid. Schmalzgr. *§. 2. n. 11. & ſeqq.* junct. *§. 3. n. 25. & 30.*

31. *In quibus cauſis huic delationi locus eſt?*

Regulariter in omnibus cauſis, & actionibus civilibus, perſonalibus & realibus, rei perſecutoriis, & pœnalibus, petitoriis & poſſeſſoriis, ordinariis & extraordinariis. *L. 3.* §. *1. L. 9. §. 1. L. 11.* §. *1. L. 34. pr. ff. h. t.* Non tamen in criminalibus, ſi ad pœnam corporalem agatur : nec in matrimonialibus, quando tenderet ad ejus ſeparationem. vid. Lauterb. *ad ff. h. t. §. 65.* add. Schmalzgr. *h. t. §. 2. n. 16. &* §. *3. n. 32. & ſeq.*

32. *Poteſtne autem voluntarium hoc vel judiciale juramentum propter perjurium retractari?*

De rigore juris non poteſt per text. clarum in *L. 1. C. de reb. cred. & L. 5.* §. *2. ff. h. t.* quia ſapit ſpeciem transactionis. vid. tamen Engel *hic n. 32.* Schmalzgr. *n. 23.*

33. *Quid eſt Juramentum neceſſarium?*

Juramentum neceſſarium eſt, quod à judice alte-

u

tri litigantium propter defectum plenæ probationis
efertur. Unde & ſuppletorium dicitur. *L. 31. h. t.*
. 3. C. de reb. cred. vid. Engel. *hìc n. 34.*

34. Tenetúrne illud Judex abſolutè deferre?

Tenetur omninò, non tantùm ſi id partes petant,
d etiam ex officio, quatenus ſemiplenè probatum
it. *d. L. 3. C. de reb. cred.* adeò ùt, niſì deferat, à
ntentia ejus appellari poſſit. Lauterb. *ad ff. h. t.*
73. vid. Pichl. *hìc n. 20. & ſeq.* ubi ad contraria re-
ondet.

5. Sed cui potiùs juramentum hoc deferendum, Actori, vel Reo?

Si Actor ſemiplenè probavit ſuam intentionem, Reus
rò nihil præſtitit, deferendum eſt Actori, quia in ſup-
ementum probationis defertur. Si uterque ſemiple-
probavit, defertur Reo; quia favorabiliores ejus ſunt
rtes. *L. 125. ff. de R. J. c. 3. de prob.* Si Actor ple-
probavit, Reus non admittitur ad juramentum: quia
ndum plena Actoris probatione. vid. Schmalzgr. *hìc*
43. & ſeq.

36. In quibus cauſis poteſt hoc juramentum deferri?

Regulariter in omnibus. *L. 3. C. de R. C.* Exci-
ntur tamen 1. Cauſæ criminales, in quibus Actori
n defertur, quia in his pleniſſimæ requiruntur pro-
tiones. *L. fin. C. de prob.* Reo tamen præſer-
ti de jure Canonico ad oſtendendam innocentiam
ferri ſolet. 2. Cauſæ civiles valde arduæ. 3. Cau-
ſæ matrimoniales, quando agitur ad matrimonium
iſſolvendum. 4. Cauſæ, in quibus Lex vel ſta-

tutum requirit plenas probationes. Schmalzgr. *h. t. n* *47. & ſeq.*

37. Quis eſt effectus hujus juramenti?

Delatum operatur abſolutam neceſſitatem illud præſtandi, neque enim illud adverſario referri, vel recuſari poteſt, nisi ex juſta cauſa, ut habetur in *c. fin h. t. & d. L. 12. §. 1. & 2. C. de reb. cred.* Præſtitum verò probationem imperfectam integrat, ac perficit, conſequenter facit, ut ſententia ferri debeat pro Reo, qui juravit. Schmalzgr. *h. n. 55. & ſeq.*

38. Sed quid Juris, ſi Actor poſtea inveniat nova inſtrumenta?

Tunc ſententia ex tali juramento lata poteſt retractari, & reſcindi etiam ab eodem Judice, uti eſt text. expreſs. in *cit. L. 31. ff. h. t.* vid. cit. Schmalzgr. *n. 5*[illegible] & Pichler *n. 26. & ſeq.*

39. Quid eſt juramentum in litem?

Hæc eſt altera ſpecies juramenti aſſertorii, uti ſupra dictum, quô ſubinde lis, ſive res in Judicium deducta æſtimatur. Unde etiam litis æſtimatio, ſive juramentum litis æſtimatorium dicitur.

40. Quotuplex eſt hoc juramentum?

Duplex affectionis & veritatis. Hoc eſt, quo res æſtimatur ſecundùm privatam affectionem & utilitatem. Quod ſi jurans in pretio affectionis excedat, poteſt judex etiam poſt juramentum pretium moderari. P. König *h. t. n. 107.*

41. Quan-

41. *Quando eſt locus huic juramento?*

Plerumque tantùm habet locum ob dolum adverſarii rem reſtituere, vel exhibere non volentis. *L. 5. §. 3. ff. de in lit. jurand.* comprehenditur tamen etiam culpa lata. *L. 2. C. eod. tit.* non tamen culpa levis *L. 4. §. fin. & d. L. 5. §. 3. ff. d. t.* Lauterb. *eod. tit.* §. 7. plura de hoc juramento vid. apud Schmalzgr. *h. t.* §. 5. *per tot.* & civiliſtas paſſim ad *cit. tit. ff. de in lit. jur.*

TITULUS XXV.

De Exceptionibus.

1. *Quid & quotuplex eſt exceptio?*

EXceptio eſt actionis, vel intentionis excluſio. *L. 2. ff. h. t.* In genere eſt duplex, alia facti, quâ Reus repellit Actorem nullo jure agentem v. g. ſi quis agat ex mutuò, qui mutuum nunquam dedit. Alia juris, quâ Reus excludit actionem ipſo jure quidem competentem, ſed cujus nomine iniquum ſit Reum condemnari, Perilluſt. D. Kees. *Inſtit. h. t. n. 2.*

2. *Quotuplices ſunt exceptiones juris?*

Variè & multipliciter à DD. dividuntur, uti videre eſt apud Lauterb. *ad ff. h. t.* §. 11. *& ſeqq.* Præcipua & nobiliſſima diviſio eſt, quod aliæ ſint dilatoriæ, aliæ peremptoriæ. Dilatoriæ ſunt, quæ principalem cauſam & actionem non perimunt, ſed tantum differunt ad tempus, qualis eſt exceptio incompetentiæ, ſive fori declinatoriæ, exceptio laudationis, præventionis & quàm plurimæ aliæ; de quibus latè Zanger. *de except. in parte 2.* Peremptoriæ actiones ſunt, quæ cauſam & actionem perimunt,

atque elidunt, uti eſt exceptio pacti de non petendo, exceptio rei judicatæ, transactionis, jurisjurandi, & ſimiles aliæ. De quibus pariter latè cit. Zanger *d. tr. in parte 3.* Perilluſt. D. de Kees *cit. tit.* & paſſim D.D. ad eundem *tit. ff.*

3. *Quando proponendæ ſunt exceptiones dilatoriæ?*

Regulariter objicere oportet ante litis conteſtationem vel intra terminum à judice conſtitutum. Imò exceptiones, quæ judicis perſonam reſpiciunt, ante omnem actum opponi debent, ne aliàs Reus videatur in Judicem conſenſiſſe. Vall. *h. t. n. 7.* Dictum autem regulariter, quia ſubindè, etiam poſt litem conteſtatam opponi poſſunt, ſi nimirùm primo ex poſt facto oriantur, *c. 4. h. t.* Item exceptio excommunicationis, & omnes illæ, quæ judicium & retro acta annullant. P. Engel *h. t. n. 3.* latè Reiffenſt. *hic* §. *2. per tot.*

4. *Quando peremptoriæ?*

Iſtæ regulariter & ante, & poſt litem conteſtatam opponi poſſunt, usque ad ſententiam. *text. in L. 8. C. h. t. & L. 2. C. ſent. reſcind.* Poſt ſententiam autem regulariter non habent locum: nisì tales ſint, quæ non tam ſententiam impugnant, quàm potiùs illius tantùm executionem reſpiciunt, utì ſunt Exceptio ſc. Vellejani & Macedoniani. juxta *L. 11. C. ad Sc. Macedon.* Item exceptio beneficii competentiæ, compenſationis, ſolutionis, utì videre eſt apud *cit.* Reiffenſt. *d.* §. *2. n. 51. & ſeqq.*

5. Po-

5. *Potéſtne Reus pluribus exceptionibus uti?*

Poteſt utique, non tantùm pluribus, ſed etiam diverſis uti *L. 5. L. 8. ff. h. t.* imò contrariis, modò ſint compatibiles Lauterb. *ad ff. h. t.* §. 41. Et quidem jure communi in arbitrio eſt rei, an eas ſimul, an ſucceſſivè proponere velit. *L. 8. L. 9. C. h. t.* vid. Reiffenſt *hic n. 96. & ſeqq.* Pichler *n. 7.* Jure tamen conſuetudinario Auſtriæ hoc non obtinet, ſed hic omnes exceptiones tam dilatoriæ, quàm peremptoriæ ſimul & ſemel in judicium deduci debent. Sutting Obſ. *38. n 4.* & Obſ. *40. n. 2.*

6. *Sed quid ſi Reus opponat exceptionem; in probatione autem illius deficiat, cenſetúrne hôc ipsô intentionem adverſarii confeſſus eſſe.*

Diſtinguit hic P. Engel *n. 6.* utrùm Reus in probatione deficiens velit ex poſt negare intentionem actoris, quoad jus, dicendo v. g. *fecimus quidem contractum, ſed nego illum valuiſſe*: & putat hoc caſu audiendum eſſe an vero ipſum factum negare velit, quod jam prius confeſſus erat, & hoc caſu non eſſet audiendus; ſed haberi deberet pro confeſſo: niſi de errore docuerit, aliter Reiffenſt. *h. t. n. 89. & ſeq.* & Lauterb. *ad ff. eod. tit.* §. 54. *ſeqq.* ubi vid.

TITULUS XXVI.
De Præſcriptionibus

1. *Quid eſt præſcriptio?*

PRæſcriptio eſt adjectio dominii vel alieni juris peremptio, per continuationem poſſeſſionis temporis à lege definiti, aliiſque jurium requiſitis intervenientibus. P. Engel *h. t. n. 1.* & quo ad rem com. *coll. ex L. 3 ff. de uſurpat. & uſucap.*

2. *Eſtne aliqua differentia inter uſucapionem & præſcriptionem?*

Olim variæ inter utramque erant differentiæ, uti paſſim videre eſt apud Inſtitutiſtas, hodiè tamen omnis differentia inter uſucapionem & præſcriptionem ſublata eſt. *L. un. c. de uſucap. transformand.* Niſi quòd aliqui hoc adhuc diſcrimen agnoſcant: quòd per uſucapionem res corporales, quarum datur vera poſſeſſio, per præſcriptionem verò res incorporales, uti jura & ſervitutes, quarum tantùm eſt poſſeſſio, acquiruntur. Illud tamen hìc notandum, quòd ſi jus alicujus per præſcriptionem extinctum ſit, uſus loquendi ſit in Dativo v. g. *obligationi*, *actioni &c. præſcriptum eſt*: Si verò jus alterius acquiramus, accuſativo vel nominativo utamur, v. g. *præſcripta eſt ſervitus*, *vel præſcripſi ſervitutem*. P. Engel cit. Perill. D. de Kees *Inſt. h. t. n. 3.* vid. etiam Reiffenſt. *hic n. 8. & ſeqq.*

3. *Quæ fuit ratio introducendæ præſcriptionis?*

Rationes erant variæ: 1. utilitas publica, quæ exigit,

git, ne dominia rerum ſemper ſint in incerto *L. 1. de uſucap. & uſurpat.* 2. ut lites abbrevientur. *L. ult. ff. pro ſuo.* 3. eaque minùs principalis, ut negligentia ac deſidia hominum res, ac jura ſua proſequi negligentium, vel acuatur, vel puniatur. *L. 2. C. de annal. except.* P. König, *h t. n. 48.*

4. *Quis eſt effectus præſcriptionis?*

Acquiſitio dominii in re poſſeſſa, ità, ut non tantum detur exceptio contra vindicare volentem, ſed etiam actio, & vindicatio pro re præſcripta amiſſa *L. 8. C. pr. de præſcr.* 30. anno. etiam quando per errorem juris priori Domino reſtituta foret. Utilius tamen aliquô interdictô experimur, quàm rei vindicatione, cùm hæc ſit difficilis probationis, P. Engel *h. t. n. 3.*

5. *Proceditne iſte effectus etiam quoad forum internum ſive in conſcientia?*

Omninò, præſcriptio enim eſt bono publica adinventa, uti dictum. Lex autem eſt domina rerum, conſequenter poteſt, ſaltèm ex juſta cauſa, uni dominium auferre, & alteri tribuere. Accedit, quòd præſcriptiones utroque jure Civili & Canonico ſint approbatæ, vid. Pichler *hìc n. 16.* ubi ad contraria reſpondet. add. Perill. D. de Kees: *Inſt. h. t. n. 7.*

6. *Quæ ſunt requiſita Præſcriptionis?*

Ut præſcriptio ſortiatur effectum, requiritur. 1. Ut res ſit apta præſcribi. 2. Bona fides. 3. Juſtus titulus. 4. Poſſeſſio legitimo tempore continuata. Atque hæc requiſita his verſibus exprimi poſſunt:

Sit res apta, fides bona, ſit titulus quoque juſtus,
Poſſideas juſtè, completo tempore legis.

7. *Quæ ergo rès non ſunt aptæ præſcribi?*

Regulariter omnes res poſſunt præſcribi, quæ non ſunt prohibitæ. Prohibentur autem quædam ex lege ſive jure poſitivo. P. König *hìc n. 6.*

8. *Quæ res naturâ ſuâ præſcribi non poſſunt?*

Quæ in bonis & commercio privatorum non ſunt, quales ſunt liber homo, res ſacræ, religioſæ & ſanctæ §. 1. *Inſt. de uſucap.* & ibi DD. paſſim, quò etiam referuntur jura Spiritualia & Eccleſiaſtica reſpectu Laicorum: res publicæ, res univerſitatis: Item res & actus meræ facultatis, qualia ſunt ea, quæ homines citra ullam conventionem & obligationem jure naturæ & gentium pro ſuo arbitrio ſolent facere & omittere. vid. cit. P. König *n. 17.* & Schmalzgr. *hìc n. 27.* ſi tamen accedat prohibitio unius & acquieſcentia alterius, tunc ſicut ex tum deſinunt quaſi eſſe actus meræ facultatis; ità etiam accedente legitimo tempore rectè præſcribuntur. vid Pichler *hìc n. 79. & ſeq.*

9. *Quæ res jure poſitivo præſcribi prohibentur?*

Hæ rurſus ſunt in duplici differentia, aliquæ enim omninò & abſolutè præſcribi non poſſunt: aliquæ tempore tantum ordinario præſcribi vetantur.

10. *Quæ ſunt res, quæ jure poſitivo abſolutè præſcribi nequeunt?*

1. Limites Parochiarum & Epiſcopatuum. *Can. 4. & duob. ſeq. cauſ. 16. quæſt. 3. cap. 4. de Paroch. & cap. 9. hoc t. 2.* jura Majeſtatis *L. 6. C. de Præſcript.*

ript. 30. & 40. ann. 3. jura objectionis & obedien-
æ c. 12. & 16. h. t. vid. cit. Schmalzgr. *n. 30. h. t.*
. König *n. 18.* add. Engel *n. 7. & 8.* Quò de jure
uſtriæ referri poſſunt jura dominorum, die Dienſt-
nd Grund Obrigkeitliche Forderungen, ſi videlicet ali-
uis præcisè in lapſu temporis ſe fundere velit, de cœ-
ro autem emphyteutam ſe eſſe non neget, utì videre
t apud Finſterwald. *Lib. 2. Obſ. 52.*

11. Quæ ordinario tantùm tempore non præſcribuntur?

Quæ alienari prohibentur, quales ſunt res & bona
cleſiarum ſaltèm immobilia. Bona Principis, bona
vitatum, bona feudalia, Majoratus & fidei commiſ-
ria: res minorum & pupillorum: Item res Fiſci, res
rtivæ & vi poſſeſſæ. utì rursùm videre eſt apud cit.
hmalzgr. *n. 34. & ſeqq.* P. König *n. 23.* adde Pich-
n. 28. & ſeq. eod. tit.

12. Quid eſt bona fides?

Eſt ſincera rei alienæ ignorantia: dum nimirùm poſ-
ſor non aliter credit, quàm quòd res poſſeſſa ad ſe per-
neat. Engel *hic n. 12.*

13. Eſtne ad Præſcriptionem omnino neceſſaria?

Videtur quòd non. 1. quia venditor ſciens vitium
venditæ contra actionem redhibitoriam præſcribit
ra 6. menſes. 2. Præſcribunt ſubditi contra legem
manam, licèt ſciant legem & ipſi peccent contrave-
ndo legi. Sed tenendum abſolutè contrarium, per
xt. in c. 5. c. 17. & c. fin. h. t. ubi reprobatur &
itatur omnis præſcriptio malæ fidei, concordat *c. 2.*

de R. J. in 6. & facit illud Apoſtoli: *quod non e fide, peccatum eſt*, ad contraria reſpondet Pichler *h. n. 23.* add. Schmalzgr. *n. 56.*

14. *Quando ea debet adeſſe?*

Hic eſt differentia inter Jus civile, & Jus Ca Jure enim Civili ſufficit ab initio bonam fidem adeſſ *§. 12. Inſt. h. t. L. 10. ff. eod. & L. un. C. d uſucap. transform.* Imò in præſcriptione longiſſin temporis jus civile bonam fidem abſolutè non requir *L. 3. & 4. C. de præſcript. 30. vel 40. an.* at ver jure Canon. toto præſcriptionis tempore debet adeſ bona fides. *text. in C. 2. de R. J. in 6.* ubi dicitu *Poſſeſſor malæ fidei nullo unquam tempore præſcr bit*, accedit *text. in C. fin. h. t. ibi:* ut qui præſcribi in nulla temporis parte rei habeat notitiam alienæ, quo procedit tam in ordinaria quàm extraordinaria præſcr ptione. vid. Schmalzgr. *h. t. n. 58.* add. Reiffenſt. *n. 5 & ſeqq.* ubi in ſpecie *ad c. 1. h. t.* præ aliis optimè r ſpondet.

15. *Sed quod jus hoc in parte prævalet*

Standum eſt præcisè jure Canonico, quia hic ag tur de materia peccati, & quidem in utroque foro, p theoricam univerſalem, quæ docet, quod in cauſis ſp ritualibus & concernentibus peccatum, diſpoſitio jur Canonici non ſolùm in terris Eccleſiæ ſed etiam Imp rii ſit ſervandum. Perill. D. de Kees: *Inſt. h. t. n. 1*

16. *Quid ſi tamen poſt completam præſcri ptionem ſuperveniat mala fides, & con- ſtet de vero Domino?*

Non nocet hoc ampliùs, nec tenetur præſcribe rem præſcriptam Domino ſupervenienti etiam in fo

po

li reſtituere. Ratio, quia beneficio præſcriptionis minium illius rei jam acquiſivit, & quia præſcriptio n tantùm jure civili pro foro fori, ſed etiam Jure nonico pro foro poli eſt approbata per dicta ſupra *qu. 5.* objectiones vid. apud Schmalzgr. *h. t. n. 3.*

7. *Quid Juris, ſi quis ſit tantum in mala fide reſpectu unius, ſed in bona fide reſpectu aliorum?*

Talis neque contra illos præſcribere poteſt, reſpe- ſi quorum eſt in bona fide. Nisì bona & mala fides beat ſe reſpectu diverſorum jurium, v. g. ſi ſciam idem rem alienam, ſed ignorem alteri in ea compete- r ſervitutem vel hypothecam. Ratio primi eſt; quia tis eſt revera in mala fide, cum qua jure Canonico pæſcriptio non procedit. Ratio ſecundi, quia quoad il jura, quæ quis prudenter ignorat, non poteſt di- ceſſe in mala fide, ergo non impeditur præſcriptio vi. Engel *hìc n. 13.* add. Frantz. *ad Inſtit. h. t. n. 55.* c *ſeq.*

8. *Quid dicendum de dubio, & an cum eo procedat præſcriptio?*

Diſtinguunt hìc DD. inter dubium ſpeculativum & pcticum. Illud eſt, quando quis quidem credit ſe r n juſtè & licitè tenere, dubitat tamen, an tradens f te Dominus fuerit. Hoc vero, quando quis in ſpecie & reflexè dubitat de rei dominio, & an eam ſalva con- ſentiâ retinere poſſit? circa dubium practicum pleri- qe & ferè omnes conveniunt, quòd cum eo neque ri- t incipiat, neque cœpta rite continuetur præſcriptio. Rtio prioris partis (quæ nullum diſſentientem habet) e; quia ad omnem præſcriptionem utroque jure ab

ini-

initio requiritur bona fides, utì dictum ſuprà in quæſ 13. atque incipiens poſſidere cum dubio practico no eſt ab initio in bona fide; quia non habet ſinceram r alienæ ignorantiam, Ergo. Pars poſterior probatur e eo: quia præſcribens toto tempore debet eſſe in bor fide, ſimiliter per dicta in *cit. q. 13.* ſed dubitans pr ctice poſt cœptam præſcriptionem iterum non eſt tc to tempore in bona fide. Ergo. Confirm. quì ſe e: ponit periculo peccandi, hoc ipſo peccat. *c. 1 . de r ſtit. ſpol. & c. 19. de ſponſal.* ſed dubitans an rem tı tâ conſcientiâ poſſit retinere, exponit ſe periculo pe candi, ergo peccat, atqui cum peccato non currit pra ſcriptio, *c. fin. h. t.* Ergo. Huc facit *L. 32. §. 1. ff. h t.* Objectiones vid. apud Pichler *hìc n 29.* & ple niùs apud Franz. *Inſtit. eod. tit. n. 54.* Et hoc de du bio practico, ubi tamen quoad ſecundam partem di ſentit Engel *hìc n. 14.*

19. *Quid ergo dicendum de dubio ſpeculativo?*

Circa hoc non eſt concors DD. ſententia, aliq enim abſolute tenent cum hoc quoque dubio non po ſe inchoari præſcriptionem: licèt omnes admittant r tè cœptam cum eo continuari poſſe. Quam noviſſ mè acriter propugnat Franz ad *Inſtit. d. t. n. 49.* V rius tamen eſſe videtur cum dubio merè ſpeculativ præſcriptionem non tantùm continuari: ſed etiam ri inchoari. Pars prior non habet dubium; & deducit ex *cit. c. fin h t.* ubi duo ſaltem ad præſcriptione legitimam requiruntur & quidem in pr. ad initium b na fides: ad decurſum verò circa finem, abſentia m læ fidei. Atqui dubitans tantùm ſpeculativè poſt i choatam ritè præſcriptionem ab initio indubitanter fu

bona fide, ex poſt autem etiam non habet malam fidem, Ergo. Pars poſterior probatur, qui ſpeculativè tantùm dubitat, non eſt in mala fide, ergo dubium ſpeculativum non impedit præſcriptionem etiam inchoandam, prob. antec. quia ſi eſſet in mala fide, tunc neque poſſet continuare præſcriptionem. Atqui ſaltem poteſt continuare, ut omnes fatentur. Ergo. Accedit, quòd in dubio melior ſit conditio poſſidentis, & quod alias rariſſimè præſcriptioni eſſet locus, ac fruſtra in emptionibus ab initio ſtatim exigerentur ſtipulationes duplæ, fidejuſſores, hypothecæ &c. in caſum evictionis. vid. Pichler *hìc n. 25. & ſeq.* ubi ad contraria reſpondet.

20. *An & quatenus errans in jure pro malæ & bonæ fidei poſſeſſore habendus?*

Diſtinguendum hìc iterum eſt inter errorem, ſive ignorantiam vincibilem: & inter invincibilem. Deinde inter jus clarum & dubium. Ignorantia vincibilis eſt, quam homo poteſt & tenetur vincere inquirendo veritate. Invincibilis eſt: quam homo non poteſt, aut non tenetur vincere. Illa ſemper eſt culpabilis & improbabilis. Hæc plerumque probabilis. Porrò jus certum eſt, quod non dubiam ac diverſam habet interpretationem, ùt v. g. quòd pupillus ſinè tutoris authoritate non poſſit contrahere, quòd alienatio rei Eccleſiaſticæ ſine ſolennitatibus non valeat &c. Dubium verò quod diverſas habet interpretationes. v. g. an teſtamentum debitis ſolennitatibus deſtitutum ſit nullum in utroque foro. An pupillus ſine tutoris authoritate contrahens obligetur naturaliter &c. vid. Franz. *Inſtit. cit. tit. num. 58.*

21. *Pro-*

21. *Proceditne ergo præſcriptio cum er-rore vel ignorantia vincibili?*

Minimè: & hoc eſt certum apud omnes. Ra… eſt: quia talis error vel ignorantia ſemper eſt culpa… lis & improbabilis uti dictum, & æquivalet ſcien… rei alienæ. *cân. ult. diſt. 37. L. 15. §. 1. ff. de con… empt. vend. & L. 6. ff. de jur. & fact. ign.* cum… milibus. Atqui jure ſaltem Canon. reprobatur præſ… ptio cum ſcientia juris alieni. Ergo.

22. *Quid dicendum de ignorantia in-vincibili?*

Hæc non impedit præſcriptionem, modò verſe… circa jus dubium & controverſum, quod iterum ap… omnes certum eſt: Ratio aſſignatur; quòd jus dubi… & controverſum relinquat utramque partem proba… lem, ut adeò in praxi alterutrum quivis ampleсti p… ſit optima fide & tuta conſcientia. Schmalzgr. *l… num. 66.*

23. *Sed quid, ſi concurrat cum jure certo & claro?*

Tunc vel eſt ſermo de præſcriptione ordinaria, … extraordinaria? Ignorantia vincibilis juris clari & ce… impedit præſcriptionem ſaltèm ordinariam: non it… extraordinariam. Probatur prima pars ex variis ju… textibus veluti ex *L. 31. ff. de uſurp. & uſucap. L… & ſeq. ff. de jure & fact. ign. L. 2. §. 15. ff. p… empt.* quibus diſertiſſimè aſſeritur, juris ignoranti… in uſucapione & acquirere volentibus nunquam p… deſſe. Pars ſecunda probatur, quia in præſcriptio… longiſſimi temporis utroque jure, non requiritur ti… lus, & mala fides de jure civili non nocet *L. 8. C.*

pr…

[p]ræſcript. 30. ann. de jure verò Canon. ea tantùm [m]ala fides excluditur, quæ peccatum & malitiam in[d]ucit; non eſt autem peccatum vel malitia ignorare [ju]ra. Ergo. Ità Perill. D. de Kees *ad inſtit. h. t. n.* [..]. Schmalzgr. *hìc n. 67.* ubi etiam contrariis ſatis[fa]cit. confer. præſertim quoad objectiones P. Pichler [n.] *31.* & Franz. *Inſtit. eod. tit. n. 62. & ſeq.*

[2]4. *Sed procedúntne dicta de ignorantia [ju]ris clari circa impediendam præſcriptionem ordinariam etiam in perſonis, quibus jura ignorare permittitur?*

Negat hoc cit. Franz. *loc. alleg. n. 61.* contrarium [a]ſtruit Engel *hìc n. 15.* ſcilicet juris ignorantiam nul[l]omnino patrocinari in ordine ad lucrum ſive præſcri[p]tionem, ſed ejusmodi perſonis in damnis tantum non [o]beſſe. Pro qua parte fortiter etiam ſtringit text. *in [l]. 8. ff. de jur. & facti ign.* ubi diſertè ſtatuitur: ju[ri]s errorem nec fæminis in compendiis prodeſſe. Et vi[de]tur habere æquitatem, quia nimirum juris ignoran[ti]a, quæ in plerisque culpa eſt, non poteſt cedere lu[cr]o & præmio.

25. *Prodéſtne bona fides anteceſſoris etiam ſucceſſori?*

Prodeſt; & quidem tam ſingulari quàm univerſali, [m]odò & ipſe ſit in bona fide, uti probat text. *in §. [1]2. & ſeq. Inſtit. h. t.* ratio eſt, quia anteceſſor trans[f]erendo rem in alterum, ſimul etiam transfert totum [ju]s, quod in illa habuit. vid. Franz. *d. t. n. 74.*

26. *Sed*

26. *Sed quid juris eſt circa malam fidem anteceſſoris?*

Hic diſtinguendum eſt inter ſucceſſorem univerſ lem & ſingularem. Deinde inter præſcriptionem o dinariam & extraordinariam, rem mobilem & immo bilem, ac denique inter jus vetus & novum.

27. *Quomodo ergo mala fides anteceſſor nocet ſucceſſori particulari?*

Mala fides anteceſſoris nocet tantùm ſucceſſori pa ticulari, ſi ille velit uti acceſſione temporis ex perſo authoris, ſecùs ſi præſcriptionem à ſe velit inchoar intellige quoad præſcriptionem ordinariam. Nam extraordinaria in jure civili bona fides abſolutè n requiritur, patet deciſio ex *§. 12. Inſtit. h. t. & L. ff. de diverſ. & temp. præſcript.* Et ratio eſt, qu ſucceſſor particularis non repræſentat perſonam ſui a thoris, nec fictione juris eadem perſona cum eo rep tatur, conſequenter vitium illius & mala fides ei n nocet, modò ipſe ſit in bona fide. Object. vid. ap Franz. *Inſtit. h. t. n. 76.*

28. *Sed nullámne hoc patitur limitationem?*

Patitur, præſertim jure novo circa res immobil Nam in *Nov. 119. c. 7.* unde deſumpta *auth. ma fidei. C. de præſcript. long. temp.* ſtatutum poſtea fu quòd reſpectu rei immobilis ceſſet longi temporis ſi ordinaria præſcriptio, ſi verus Dominus jus ſuum ign ravit, hoc eſt, ſi neſcivit rem ſuam alienari & poſ deri, quo caſu opus eſſet præſcriptione longiſſimi te poris ſive extraordinaria. vid. Franz. *loc. cit.* Præ

1

ea non procedit longi temporis præſcriptio, ſi res alienata fuerit furtiva vel vi poſſeſſa, nisi purgetur vitium, per *text. & DD. in §. 2. & ſeq. Inſtit. h t.* Similiter cenſent plerique DD. quòd auth. citata tanquam correctoria procedat tantùm in ſucceſſore malæ fidei poſſeſſoris immediato, non etiam mediato: item locum tantùm habeat, ſi anteceſſor fuit in vera mala fide, non etiam in ficta tantùm, prout eſſet hæres illius. Engel *hic n. 16.* & Franz. *d. t. n. 79.* Pariter quia dicta auth. tantùm loquitur de præſcriptione dominii, ajunt eam non obtinere in præſcriptione contra hypothecam, idem Engel *loc. cit.* confer Franz. *n. 81.* Denique authoritas iſta pluribus in locis non videtur eſſe uſu recepta, uti de Bavaria teſtatur Rath. apud Engel *loc. cit.*

29. *Quomodo mala fides anteceſſoris nocet ſucceſſori univerſali?*

Circa præſcriptionem ordinariam conveniunt DD. quòd ſucceſſori univerſali mala fides anteceſſoris eatenus omnino noceat, & quidem ità, ut eam nec à perſonâ ſua incipere valeat: Quæ aſſertio etiam luculentè probatur ex *L. 11. ff. de diverſ. temp. præſcript. & ultimâ C. comm. de uſucap. & L. 11. C. de acqu. & retin. poſſeſſ.* Et ratio eſt: quia talis ſucceſſor ſeu hæres repræſentat perſonam defuncti, & cenſetur una quaſi perſona cum eodem. Ergo ſi defunctus non potuit præſcribere propter malam fidem phyſicam: non poterit etiam hæres propter malam fidem fictam; quia fictio tantum operatur, quantum veritas. Schmalzgr. *hic n. 72.* vid. Franz. *d. t. n. 82.*

30. *Sed anne hoc etiam procedit in præſcriptione extraordinaria?*

Circa hanc diſcordant Interpretes. Enim verò Enge ad hunc *tit. n. 16.* diſerte ſtatuit, ſucceſſorem univerſalem ſaltèm immediatum, propter malam fidem antecesſoris, nullo neque longiſſimo tempore, ac ſi etian præſcriptionem à ſe inchoare vellet præſcribere poſſe tum quia hæres tenetur ad exonerandam conſcientian defuncti *c. fin. de ſepultur.* tum quia poſſeſſio hæredis & defuncti propter repræſentationem ejusdem perſonæ cenſetur eadem eſſe poſſeſſio *d. L. 11. C. de acquir. & retin. poſſeſſ.* Communior tamen eſt ſententia contraria. Cujus ratio in eo conſiſtit: quòd inſpecto jure civili in ordine ad præſcriptionem extraordinariam ne quidem ab initio bona fides ſit neceſſaria *L. 3. 4. & penul. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Jus autem Canonicum eam tantùm malam fidem ſuſtulit quæ eſt cum peccato. *cit. c. fin. h. t.* qualis non e conſtitutus tantùm in mala fide ficta. P. König *h.* . *n. 40.* ad contraria reſpond. Franz. *ad Inſtit. eod. ti. n. 87.* add. Pichler *n. 36.*

31. *Habéntne autem dicta locum etiam i ſucceſſore univerſali mediato tantùm, ſive hærede hæredis?*

Negativa communiter eſt recepta, ex ratione: qu hæres hæredis non eſt hæres primi defuncti; ſicut ſocius ſocii mei non eſt ſocius meus, & primus hær tantùm habuit malam fidem fictam, igitur mala fid authoris non poteſt ad hunc mediatum hæredem tranſire, eò quòd duplex fictio in una re, ac una eademque cauſa ex eodem capite in jure non admittatur

quei

quemadmodum etiam in phyſicis umbra non facit umbram. Schmalzgr. *n. 76.* object. vid. apud Franz. *d. t. num. 85.*

32. *Quid dicendum de obligationibus & actionibus, utrúmne etiam in his mala obſtat præſcriptioni?*

Graviter hic inter ſe colliduntur DD. Placet diſtinctio, quam ex Layman adſtruit P. Engel *hic n. 18.* An nimirum obligatio, de cujus præſcriptione agitur tendat præcisè ad patiendum; ut accidit in omnibus ſervitutibus ruſticis, & jure v. g. piſcandi, venandi &c. alteri debito? An verò obligatio talis ſit, quæ ex naturâ ſua tendit ad aliquid agendum vel non agendum, quales ſunt omnes obligationes deſcendentes ex contractibus, & ſervitutibus urbanis negativis? Circa obligationes primi generis res non habet tantam difficultatem, quia facile omnes concedunt, ejusmodi obligationibus & actionibus etiam cum ſcientia juris alieni præſcribi poſſe uti in ſpecie circa ſervitutes ruſticas expreſsè deciſum eſt in *L. 13. C. de ſervit.* quòd omnes non utendo amittantur. Et ratio eſt: quòd in ejusmodi juribus & actionibus nihil detineatur alienum, & ideò alter imputare ſibi præcisè debeat, quod juri ſuo non meliùs invigilaverit eo utendo. Huc facit, quòd conſcientiam rei alienæ debeat accipi non pro quavis ſcientia, ſed pro ea tantùm, quæ conſcientiam lædit, & malam fidem producit, hoc eſt, quæ conjunctam habet ſcientiam vitioſæ poſſeſſionis, uti probatur ex *L. 19. ff. de donat. inter vir. & uxor.* ibi: virum autem ſcientem alienum poſſidere, id eſt injuſtè poſſidere, & *L. 38. ff. de uſucap.* ibi: quia intelligit

alienum ſe poſſidere, & ob id mala fide poſſidet, prout benè advertit Gonzal. *ad c. 1. h. t. n. 3.*

33. *Sed poteſtne hoc etiam de obligationibus ſecundi generis aſſeri?*

Circa hoc eſt major difficultas, aliqui enim ſimpliciter tenent, omnem obligationem & actionem lapſu ſaltem 30. annorum extingui. vid. Schmalzgr. *h. t. n. 61.* alii diſtinguunt inter actionem quæ fluit ex debito ad certum tempus reſtricto: & inter eam, quæ fluit ex debito indefinitè contracta. Franz. *ad Inſtit. h. t. n. 91.* & Pichler *eód. tit n. 32.* Tutior tamen & probabilior videtur eſſe ſententia P. Engel *hìc cit. n. 18.* docentis, in his obligationibus & actionibus non procedere præſcriptionem cum ſcientia Juris alieni. Ratio eſt: quia juxta *c. fin h. t.* generaliter reprobatur præſcriptio, quæ eſt cum conſcientia rei alienæ. Deinde: quia actiones perſonales ex mutuo, empto v. g. competentes jure naturali tam diu durant, donec aut ſolutio, aut remiſſio debiti interveniat, atqui ſola mora non eſt ſolutio aut remiſſio, ergò. Prætereà vel debitor habuit animum ſolvendi, vel non: ſi prius? fuit in mala fide theologica; ſi poſterius? non fuit in quaſi poſſeſſione libertatis, & conſequenter neque in conditione uſucapiendi, idem Engel *loc. cit.* ubi hanc ſententiam pluribus fundat, & ad contraria reſpondet.

34. *Quid & quotuplex eſt titulus?*

Titulus in genere nihil aliud eſt, quàm cauſa ex qua rem habemus. Alius eſt generalis, alius ſpecialis. Generales tituli ſunt: *pro ſuo*, & *pro ſoluto.* Speciales: *pro donato*, *pro emptore*, *pro legato*, *pro dote*, *pro derelicto*, & *pro hærede*, de quibus *in ff. in lib. 41 tit*

tit. 4. & ſeqq. Specialis iterum dividitur in translativum dominii & non translativum. Ille eſt cauſa per ſe habilis ad transferendum dominium, qualis eſt emptio, venditio, donatio, legatum &c. Hic: cauſa ad transferendum dominium de ſe non habilis, cujus generis ſunt commodatum, depoſitum, pignus, locatio, conductio &c. Rursùs tituli enumerati poſſunt & ſolent conſiderari quadrupliciter, ſcilicet prout aliquis titulus vel eſt verus vel coloratus, vel æſtimatus vel præſumptus. vid. Pichler *hìc n. 41.*

35. *Eſtne ad præſcriptionem titulus neceſſarius?*

Ad omnem præſcriptionem neceſſariò requiritur aliquis titulus. Conſtat *ex C. 17. h. t. L. 27. ff. de uſurp. & uſucap. L. 4. & ſeq. C. de præſcr. long. temp* cum ſimil. & ratio eſt: quia, uti dictum, titulus eſt cauſa & fundamentum juſtæ poſſeſſionis, & ſine eo non poteſt poſſeſſionem capiens habere bonam fidem, cum credere nequeat ſe habere jus poſſidendi, nisi credat ſe habere titulum, ex quo jus hoc oriatur. Schmalzgr. *hìc n. 84.* vid. Pichler *eod. tit. n. 42. & ſeq.*

36. *Sufficitne ad præſcriptionem ſolus titulus generalis?*

Non ſufficit regulariter, nisi etiam allegetur ſpecialis, ex quo ortum habet, ùt probat *L. 27. ff. de uſurp. & uſucap.* Engel *hìc n. 23.*

37. *Quare dictum regulariter?*

Quia quandoque etiam ex titulo pro ſuo & pro ſoluto præſcribi poteſt, nimirum ſi omnibus aliis titulis deficientibus nihilominus poſſidens juſtam cauſam credendi

dendi habeat rem ſuam eſſe, ſic pro ſuo præſcribit, qui v. g. feram alterius manſuefactam pro ſilveſtri cœpit, vel pecuniam ſecuritatis cauſa in terra defoſſam tamquam theſaurum apprehendit, pro ſoluto: cui res aliena tradita eſt tamquam debita ſine cauſæ expreſſione, idem Engel *loc. cit.*

38. *Qualis ergo titulus ad præſcriptionem eſt neceſſarius?*

Debet eſſe titulus translativus dominii: nam non translativus nunquam ſufficit. Ad hoc enim, ut præcedat præſcriptio, debeo probabiliter judicare rem eſſe meam; atqui ſi titulus non ſit translativus, non poſſum probabiliter judicare rem eſſe meam. Ergo.

39. *Sed debétne eſſe titulus verus?*

Minimè, imò titulus verus eſt contrarius præſcriptioni, ex titulo enim vero de facto transfertur dominium, atqui dominiô translatô non habet locum uſucapio, nam quod ſemel meum eſt, ampliùs meum fieri non poteſt. *§. 10. Inſtit. de legat. & §. 14. de action.* Franz. *d. t. n. 97.*

40. *Sufficitne ergo titulus coloratus?*

Sufficit omnino, imò iſte eſt proprius cujuslibet præſcriptionis ſaltem ordinariæ: cùm enim verus deſtruat præſcriptionem; ergo debet ſufficere coloratus. Schmalzgr. *hic n. 87.*

41. *Quomodo & quando ſufficit titulus exiſtimativus ſive putatitius?*

Si fundetur in errore facti alieni, ſufficit ad præſcriptio-

ptionem, ſecùs: ſi oriatur ex errore facti proprii. Prior pars probatur ex *L. 5. §. un. ff. pro emptore.* Poſterior *ex §. 11. Inſtit. de uſucap. & L. 27. ff. de uſucap.* Ratio diverſitatis eſt: quod error circa factum alienum ſit probabilis & in jure toleretur. *L. 5. cit. & L. 2. ff. de jur. & fact. ign.* Error verò circa factum proprium in jure non toleretur in ordine ad percipiendum inde commodum. *L. 7. ff. ad SC. Vellej.* vid. Pichler *hic n. 45.* add. Franz. *d. t. n. 99. & ſeq.*

42. *Quid dicendum de titulo præſumpto?*

Diſtinguendum eſt inter præſcriptionem ordinariam, & extraordinariam, ad ordinariam non ſufficit titulus præſumptus, ſed requiritur coloratus, vel exiſtimatus. Ratio: quia ad ejusmodi præſcriptionem jura expreſsè requirunt titulum. *L. 24. C. de rei vind.* ergo præſumptus non ſufficit. Franz. *loc. cit. n. 98.* Ad extraordinariam verò ſufficit, nec alius requiritur ſaltem regulariter, per *L. 4. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. can. 14. verſ.* ſi autem *cauſ. 16. q. 3. c. 6. h. t. & c. 1. eod. in 6.*

43. *Quare dictum regulariter?*

Quia excipitur: ſi contra præſcribentem ſtet præſumptio malæ fidei, quæ juſti tituli præſumptionem elidat, vel ſi jus reſiſtat & poſſeſſionem rei præſcribendæ poſitivè prohibeat, text. *in cit. c. 1. h. t. in 6.* In his enim caſibus etiam in præſcriptione longiſſimi temporis neceſſe eſt allegare & probare titulum, vel ſaltèm poſſeſſionem immemorialem. Ratio: quia tunc ceſſat titulus præſumptus, cum juris communis error vel ignorantia, utì ſuprà dictum, non proſit in uſu-

capionibus. vid. Schmalzgr. *hic num. 89.* & Pichle[r] *num. 46.*

44. *Anne autem corruet præſcriptio extraordinaria, ſi detegatur titulus vitioſus & de jure invalidus?*

Dicendum corruere: tum per *c. 4. & ſeqq diſt. 8.* tum ex regula generali, quæ habet, quòd præſumptio cedat veritati, facit text. *in c. 31. de decim.* Ratio autem eſt: quia ſinè bona fide Theologica non procedit ulla præſcriptio. *cit. c. fin. h. t.* ſed ſi conſtet de vitioſo titulo, ceſſat bona fides Theologica. Ergo. vid. P. Pichler *hic n. 47. & ſeq.* ubi ad contraria reſpondet.

45. *Quid & quotuplex eſt poſſeſſio?*

Poſſeſſio uti dictum ſuprà: *de cauſ. poſſeſſ. & propr.* eſt detentio rei animo eam ſibi habendi. Alia eſt vera ſive propria, quæ propriè pertinet ad res corporales, alia impropria ſive quaſi poſſeſſio, quæ ſpectat ad res incorporales, alia civilis, alia naturalis, alia naturalis & civilis ſimul. vid. Pichler *hic n. 49.*

46. *Eſtne ad omnem præſcriptionem neceſſaria?*

Ad omnem præſcriptionem requiritur neceſſariò aliqua poſſeſſio, per text. clarum *in L. 25. ff. de uſurp. & uſucap. & c. 3. de R. J. in 6.* ubi generaliter adſtruitur, quòd ſinè poſſeſſione non procedat præſcriptio. obj. vid. apud Pichler *h. t. n. 52.*

47. Se[c]

47. *Sed qualis poſſeſſio requiritur ad præſcriptionem?*

Ad inchoandam præſcriptionem requiritur poſſeſſio naturalis & Civilis ſimul; ad complendam autem ſufficit poſſeſſio Civilis. Pars prior ſumitur ex *L. 4. C. de acquir. & retin. poſſ.* Poſterior *ex L. 1. §. 14. & L. 6. §. 1. ff. de acquir. poſſ. L. 17. ff. de furtis.* Vid. cit. Pichler *hic n. 5. & ſeq.* debet autem poſſeſſio eſſe legitimo tempore continuata, & non interrupta, §. *12. & 13. Inſt. de uſucap. & c. 8. h. t.*

48. *Sed quale tempus requiritur ad præſcriptionem?*

Hoc varium eſt, pro varietate rerum & jurium, quæ præſcribuntur, ac perſonarum, contra quas præſcribitur, communiter autem aliud dicitur breve, quod eſt omne id, quod non excedit 10. annos: aliud longum, quod eſt ſupra decimum, ſed adhuc infra 30. annos: aliud longiſſimum, quod 30. annos vel adæquat vel ſuperat usque ad 100. annos: aliud denique immemoriale, quod eſt, cujus initii memoria non exſtat. Hoc ultimum dicitur habere vim privilegii, & tantùm operatur, quantum privilegium à Principe conceſſum, text. & DD. *in c. 46. §. præterea, de V. S.* Tempus breve & longum vocatur ordinarium, unde præſcriptio ordinaria: longiſſimum extraordinarium, unde præſcriptio extraordinaria ſive longiſſimi temporis.

49. *Quæ res præſcribuntur tempore ordinario?*

Brevi tempore, id eſt triennio præſcribuntur omnes

res mobiles privatorum. Immobiles autem long tempore, ſcilicet 10. annis inter præſentes & 20. ii ter abſentes, text. & DD. *ad pr. Inſtit. de uſuca & L. un. C. de uſucap. transform. L. fin. C. de pr ſcript. long. temp.* Concordat Jus Auſtriacum quc ad res mobiles; quoad immobiles verò præſcripti decennalis & vicennalis eſt ſublata, & loco illius pra ſcriptio 32. annorum introducta, quâ præſcribuntu omnes res immobiles, item jura & actiones, utì v dere eſt apud Finſterwald *lib. 2. obſ. 104.* & prax non aliter docet.

50. *Præſcribuntúrne etiam taliter res ad Eccleſiam pertinentes?*

De rebus mobilibus plerique affirmant, per *ci auth. quas actiones C. de SS. Eccleſ.* quæ jure Ca nonico non tantùm nullibi reperitur correcta, ſed in ſuper ſatis confirmata & canonizata eſſe perſpicitur i *can. . cauſ. 16. quæſt. 3.* Pichler *h. t. n. 1. & ſe* Non eſt tamen improbabilis ſententia P. Engel *h. n. 28.* exiſtimantis, res mobiles ſaltèm pretioſas ha præſcriptione non comprehendi, eò quòd hæ immo bilibus comparentur, conſequenter non aliâ, quàn illa præſcriptione acquiri valeant. Interim vid. etian Franz. *ad Inſtit. h. t. num. 37.* qui ſimpliciter ſta tuit res Eccleſiæ mobiles in ordine ad præſcriptio nem eodem temporis privilegio gaudere, quo res im mobiles.

1. *Quanto ergo tempore præſcribuntur res Eccleſiæ immobiles?*

Hic ſecernenda eſt Eccleſia Romana, ab aliis Ec-leſiis inferioribus. Contra Eccleſiam Romanam non iſi centenaria currit præſcriptio. *c. 13. 14. & 17. h. t.* *. 2. eod. in 6. & cit. auth. quas actiones C. de SS. cclef.* Res vero aliarum Eccleſiarum inferiorum ju-; novo 40. ſaltèm annorum tempore amittuntur *cit. uth. quas actiones & c. 4. 6. & 8. h. t.* in quo ul-mo ſublatum eſt jus antiquum *c. 1. & ſeq. cauſ. 16. & quæſt. 3.* ubi iis tricennaria tantùm præſcriptio in-ulgebatur. vid. Pichler *hìc n. 66.* & Schmalzgr. *101. & ſeq.* Jure Auſtriaco res Eccleſiarum ante hac nullo rorſus tempore præſcribantur. Utì videre eſt apud erill. D. de Kees, *Inſt. h. t. n. 40.* Sed hoc poſtea b Auguſtiſſimo Imperatore Joſepho immutatum, & oviſſimè fuit, ut ſaltèm centùm annorum præſcriptio urrat, contra easdem.

2. *Quid Juris ſi res privati poſtmodum incipiat eſſe Eccleſiæ.*

Eccleſia pro tempore præterito utitur jure priva-rum, pro futuro jure ſuo. Unde ſi privatus poſſe-t rem 5. annis, quia medietatem temporis ad Præ-riptionem requiſiti complevit, Eccleſia adhuc 20. an-s poſſidere debebit. P. Engel *h. t. n. 30.*

53 *Quæ res indigent præſcriptione longiſſimi temporis?*

Hæc rursùm alia eſt tricennaria ſive 30. an-

norum

norum, alia quadragenaria ſive 40. ann. & alia centen-ria ſive centum annorum.

54. *Quæ ergo pertineat ad præſcriptionem 30. annorum?*

XXX. annis præſcribuntur I. Res privatæ ſinè ti-tulo, bona tamen fide poſſeſſæ, juxta dicta ſuperiùs *quæſt. 13. 39. & 40.* II. Res minorum *L. 3. de præſcript. 30. ann. L. fin. C. in quibus cauſ. in int. re*[j] III. Res adventitiæ filiorum familias à Patre ali-natæ, *Nov. 22. c. 24.* IV. Res à malæ fidei poſſeſſo-re ignorante Domino alienatæ, juxta *quæſt.* 25. V. R[es] vitioſæ, furtivæ, & vi poſſeſſæ: non quidem à fu[re] & violento poſſeſſore, ſed à tertio bona fide poſſiden-te. DD *ad* §. *2. Inſt. h. t.* VI. Feudum, ſi ſcilic[et] quis rem tanquam feudum 30. annis poſſedit, & ſerv[i]-tia feudalia Domino præſtitit, quamvìs non fuerit in-veſtitus. *2. feud. c. 26. vers. ſi quis.* vid. Lauterb. *ad ff. de uſurp. & uſucap.* §. 18. VII. Huc referr[i] poſſunt omnes Actiones perſonales, & jura incorpo-ralia: niſì quædam Actiones breviori tempore ſint cir-cumſcriptæ, utì videre eſt apud cit. Lauterb. *ad ti[t.] de divers. & temp. præſcript.* §. *6. & ſeqq.* add. Pich-ler *h. t. n. 72. ſeqq.*

55. *Quæ ad Præſcriptionem 40. annorum?*

Præter res Eccleſiarum, de quibus paulo ante, per-tinent huc I. res Principis patrimoniales *L. fin. C. d[e] fund. patr.* II. res fiſci, quatenus ei jam pleno jur[e] quæſitæ ſunt, juxta text. & DD. *in* §. 9. *Inſtit. [de] uſuca[p.]*

ſucap. III. res Civitatum, Hoſpitalium, & aliorum
ocorum piorum vid. Lauterb. *d. t.* §. *41.*

56 *Quæ ad Centenariam?*

Res Eccleſiæ Romanæ uti dictum ſaltem immobi-
:s, in quo omnes conveniunt. vid. tamen Lauterb.
d ff. d. t. §. *43.* an autem etiam mobiles hac præ-
:riptione gaudeant? vid. Franz. *ad Inſtit. de uſucap.*
. *27.* Schmalzgr. *hic n. 107.*

57. *In quibus rebus requiritur præſcriptio immemorialis?*

Hoc tempore præſcribuntur Jurisdictio, vectigalia,
us collectandi, pedagia, aliáque regalia, & jura aliàs
npræſcriptibilia. Lauterb. *d. t.* §. *45.* Quomodo au-
:m tempus immemoriale differat à præſcriptione cen-
:naria? oſtendit idem Lauterb. *eod. tit.* §. *44.* add.
'ranz. *ad Inſt. de uſucap. n. 113.*

58. *Quomodo impeditur præſcriptio?*

Id variis modis contingere poteſt, velut cùm
ræſcriptio dormit, aut interrumpitur, aut reſcin-
itur. Dicitur autem præſcriptio dormire, quando is
ontra quem currit præſcriptio, ob aliquod impe-
imentum v. g. belli, contagionis, vel dum Eccle-
a deſtituta eſt Prælato &c. non valet agere, & ſi-
nanter tempore minorennis ætatis. Interrumpi po-
:ſt dupliciter naturaliter & civiliter. Naturaliter in-
:rrumpitur ob aliquem defectum ſubſtantialem v. g.
onæ fidei &c. Civiliter quando ſolum fictione juris
iquod impedimentum intervenit, quòd contigit per
litis

litis conteſtationem aut libelli obligationem *L. 2. de annal. except.* Reſcindi demum dicitur præſcriptio per reſtitutionem in integrum. vid. P. König *h. n. 53. & ſeq.* Schmalzgr. *n. 128. & ſeq.* Pichler *§. per tot.* add. Franz. *cit. tit. n. 127.*

59. *Interéſtne an præſcriptio naturalite vel civiliter interrumpitur?*

Plurimùm intereſt: nam interruptio naturali ſive jure, ſive injuria fiat, ſive à Domino, ſive à qu cunque alio, abſolutè reſpectu omnium præſcriptio obeſt. Econtra interruptio civilis non niſi reſpec illius, qui litem v. g. conteſtatur, obeſt. Præter præſcriptio naturaliter interrupta de novo inchoari d bet: civiliter interrupta non aliter quàm ſi ſententia co tra poſſeſſorem ſequatur: ſi verò poſſeſſor victoria obtineat, aut per pactum, vel transactionem receſſu ſit à lite, præſcriptio continuatur, acſi lis mota n fuiſſet. Quod ſi actor litem ſponte deſerat, ac inſta tia per lapſum triennii perempta ſit, actio ad 40. ar nos perpetuatur. P. Engel. *h. t. circa fin. & DI paulò ante cit.*

60. *Requiritúrne, ut poſſeſſio in eade perſona continuetur?*

Non requiritur, ſed poteſt continuari de perſona perſonam, vel etiam plures, dummodo apud nullu ſit interrupta. *L. penult. §. 1. de diverſ. tem præſcript.* Quod ſi oſtendatur initium atque fine præſcriptionis caruiſſe vitio, totum tempus præſum

t

ur legitimum, niſì contrarium doceatur, Engel *hìc fin.*

TITULUS XXVII.

De Sententia & re judicata.

1. *Quàndo proceditur ad ſententiam?*

POſtquam concluſum in cauſa. An autem concluſio ſit de ſubſtantia proceſsûs præſertim ordinarii non conveniunt DD. affirmat P. Schmalzgr. *eod. n.* . apud quem rationes pro utraque ſententia videri poerunt.

2. *Quid eſt concluſio in cauſa, & quomodo facienda?*

Concluſio in cauſa eſt probationum & diſputationum ulteriorum renuntiatio. Schmalzgr. *h. t. n. 1.* Poeſt autem fieri vel tacitè, vel expreſsè, verbis, litteris, aut quocunque alio modo, qui mentem concluere volentis declarat: & licèt poſſit etiam fieri abſoute, conſultius tamen fit ſub conditione v. g. ſi etiam altera pars concluſerit, ſi nullæ novæ probationes fuerint adductæ &c. Quod ſi altera pars concludere nolit, Judex terminum ſtatuet, quô elapsô perinde concluſum cenſetur, acſi diſſertis verbis facta eſſet concluſio. *Novell. 115. c. 2.* An autem, & quando poſt conclusionem poſſint produci nova inſtrumenta, dictum eſt in *tit. 22.* De praxi auſtriaca nunquam concluditur expreſsè, ſed tacitè, hoc ipſo, quòd proceſ-

ſus

ſus ſuis ſcripturis abſolutus, aut etiam in contumaciam acta inrotulata ſint. Quô factô etiam nullus ampliùs teſtium, vel inſtrumentorum productioni eſt locus; quia per concluſionem partibus os clauditur. Sutting *Obſ. 76. per tot.*

3. *Quid eſt Sententia?*

Sententia eſt pronunciatio Judicis ſuper re à litigantibus propoſita; vel eſt pronunciatio à judice rite & legitime facta cauſæ controverſæ deciſionem continens. Laut. *ad ff. de re Jud. & eff. ſent. 3.*

4. *Quotuplex eſt?*

Duplex; definitiva, & interlocutoria. Definitiva eſt, quæ directè definit, ac terminat litem, ſeu cauſam principalem. Interlocutoria, quâ tantùm aliquis articulus incidens, vel emergens definitur, quandoque tamen etiam & Interlocutoria cauſam principalem terminat, ſed indirectè tantùm, atque tunc dicitur habere vim definitivæ v. g. dum pronunciatur cauſa deſerta vel admittitur aliqua exceptio peremptoria, de quo vid. Reiffenſt. *h. t. n. 16. & ſeqq.* P. König *eod. tit. n. 23. & ſeqq.*

5. *Quomodo inter ſe differunt ſententia Interlocutoria & definitiva?*

Inter præcipuas differentias eſt, quod Interlocutoria non feratur ſuper cauſa principali, ſicut definitiva uti dictum. 2. quod à definitiva detur appella-

pellatio, ſecùs ab Interlocutoria, niſi damnum irreparabile contineat, vel habeat vim definitivæ. 3. Definitiva nequit à Judice revocari, quia per ſententiam definitivam Judex deſinit eſſe Judex, utpote functus ſuô officiô: econtra Interlocutoria revocari poteſt. *c. 60. de appell.* 4. Interlocutoria poteſt ferri ſub conditione, non autem definitiva, P. Engel *h. t. n. 4. & 5.* vid. Reiffenſt. *eod. tit. n. 26. & ſeq.* add. Schmalzgr. *n. 20.*

6. *Quid requiritur ex parte Judicis, ut legitimè ferat ſententiam?*

Requiritur 1. ut ſit competens *c. 4. de Judiciis.* 2. ut non ſit excommunicatus. 3. ut ſit prudens & juris peritus *Novell. 82. in pr.* 4. ut ipſe concipiat ſententiam. vid. Schmalzgr. *hic n. 26.*

7. *Qualis debet eſſe ſententia, ut ſit legitima?*

Ad ſententiam legitimam aliæ deſiderantur ſolemnitates intrinſecæ, ſeu quæ ipſam ordinatam cauſæ deciſionem reſpiciunt: & aliæ extrinſecæ, quæ potiùs ad modum, quô ſententia ferri debet, pertinent.

8. *Quæ ſunt ſolennitates extrinſecæ?*

Tales ſunt, quòd v. g. 1. Sententia ex ſcriptura ſive libello, aut periculo recitari debeat *c. ult. h. t. in 6. L. 2. C. de ſent. ex peric. recit.*

2. à Judice ipſo & non ſtante, ſed pro tribunali ſedente. *L. 2. §. 1. ff. quis ord. in bon. poſs. ſerv. L. 6. §. 6. C. de poſt.* Hodie tamen plerumque non ab ipſo Judice, ſed per Secretarios, vel Syndicos ſententiæ recitantur. 3. citatis partibus & iis, quorum intereſt. *L. 47. in pr. ff. de re jud. L. 14. §. 1. ff. de appell.* quod tamen etiam in judiciis majoribus non obſervatur, ſed certi dies publicationibus præfiguntur, quibus ii, qui cauſas in judicio habent, comparere poſſunt. 4. quòd debeat ferri in loco publico, ordinario & conſueto more majorum. *L. 11. in fin. ff. de JRJ. L. 1. C. quomod & quand. judex ſentent.* & 5. juſto tempore, non die feriato, neque tempore nocturno, uti videre eſt apud Lauterb. *ad ff. h. t. §. 17.*

9. *Quæ ſolennitates in ſpecie dicuntur intrinſecæ.*

Inter ſolemnitates intrinſecas ſententiæ numeratur 1. Quòd ſententia debeat eſſe conformis libello. Clem 2. *de V. 5. & L. 18. ff. comm. divid* Hinc in *L. fin C. de fidei comm. libert.* fatuus & ſtultus dicitur judex, qui in aliud condemnat, quàm quod petitum fuit 2. quòd debeat eſſe certa, hoc eſt certam & determinatam rei, quæ petitur, abſolutionem, vel condemnationem continere. Incerta enim & obſcura v. g. ſolve quod debes, non valet, ſed ipſo jure nulla eſt. *L. 3 & 4. C de ſent. quæ ſine cert. quant.* 3. debet eſſe abſoluta & pura, ſub conditione enim lata, v. g condemno te, ſi eſt probatum, ſimiliter non valet *L. 1. §. 5. ff. quand. appelland.* 4. debet quoque eſſe jure conformis, hoc eſt non debet eſſe con-

tr

ra jus aliquod clarum & manifeſtum, aliàs enim hoc pſo, quoque ipſo jure nulla eſſet, nec appellatione ndigeret. *c. 1. h. t. L. 2. C. quand. prov. non eſt neceſs.*

10. *Quomodo ſententia debet eſſe libello conformis?*

Præcipuè quoad modum cognoſcendi, qui conſiſtit in his tribus. 1. in re quæ petitur; ne ſcilicet judex condemnet ad æſtimationem, cum res præſtari poeſt. *d. L. fin. C. de fidei comm. libert.* 2. in cauſa etendi: ut ſi res ex cauſa donationis, venditionis &c. n libello petatur, non ex alia judicetur. & 3. in actioe: ut eam, quæ inſtituta eſt, judex ſequatur, eſto ctor aliam pinguiorem habuiſſet. vid. Vallens. *hic . 3. n. 8.* Quoad concluſionem verò & petitionem ctoris non tenetur ſe judex conformare, quia aliàs ſeueretur omnem ſententiam debere eſſe condemnatoiam, cum Actor in ſuo libello Reum condemnari ſemer petat. König. *h. t. n. 42.*

11. *Poteſtne tamen judex quandoque à libello recedere?*

Poteſt quandoque, ſi id neceſſitas vel æquitas ſuaeat. Sic ſi in libello 100. v. g. ſint petita, poſtea utem ex actis appareat, non niſi 80. deberi, poteſt nò debet Judex tantùm ad 80. condemnare. Pariter, cet res petita ſit, ſi tamen illa dolo vel culpa adverſai perierit, poterit jubere æſtimationem præſtari &c.

Engel *hìc n. 7.* add. Schmalzgr. *h. t. n. 40.* & Reiſfenſt. *n. 79. & ſeq.*

12. Requiritúrne ad certitudinem ſententiæ ſemper expreſſio rei, vel quantitatis ſpecifica?

Non requiritur ſemper, ſed ſufficit quandoque relativa ad aliud, ex quo ejus certitudo haberi poteſt. Veluti ſi judex ſummam ab Actore petitam vel legatum in teſtamento relictum exſolvi jubeat. Idem eſ in actionibus alternativis, & ubi eſt electio pene Reum, vel Actorem. Item in Judiciis univerſalibu v. g. Actione negotiorum geſtorum, petitione hæreditatis caſtri cum juribus & acceſſionibus, nec non i condemnatione fructuum & expenſarum. Ubi ſuffcit rem jubere reſtitui cum fructibus, juribus, & acceſionibus. Engel *hìc n. 8. & ſeq.* add. Reiffenſt. *n. 87. & ſeq.* Zoës. *ad ff. h. t. n. 60. & ſeqq.*

13. Qualis conditio vitiat ſententiam?

Ea tantùm, quæ eſt de futuro, & actui extrinſec v. g. ſi navis ex Aſia venerit. &c. Si verò addatur ſententiæ conditio intrinſeca, ſeu quaſi connexa cum negotio controverſo, ac reſpiciens merita cauſæ, etiam ſit de futuro, non vitiat ſententiam, ut docet communis, per *L. 1. §. 5. ff. quand. appell. ſit. & can. b duum. caus. 2. quæſt. 6* ubi habetur, quòd à ſententia conditionata appellari poſſit, quaſi hoc ipſ non ſit nulla, Pichler *hìc n. 9.* Imò praxi univerſa ſuſtinetur ſententia lata ſub conditione, niſi Actor in

te

tentionem ſuam probaverit. Es erweiſe dann Kläger, wie es ſich zu Recht gebühret &c. vid. Reiffenſt. *h. t. n. 33. & ſeqq.* add. Zoës. *ad ff. h. t. n. 101.*

14. *Quomodo ſententia contra Jus lata eſt nulla?*

Sententia dupliciter dicitur eſſe contra Jus: 1. contra *Jus conſtitutionis*, quod fit, quando Judex directe contra jura clara & aperta fert ſententiam, pronunciando v. g. impuberem potuiſſe facere teſtamentum, alienationem rei Eccleſiaſticæ ſine ſolennitatibus factam valere. &c. 2. contra *Jus partis*, ſive litigatoris, dicendo v. g. teſtatorem fuiſſe puberem, vel ſolennitates in alienatione rei Eccleſiaſticæ interceſſiſſe. Primo caſu ſententia eſt ipſô jure nulla, nec indiget appellatione *L. 1. §. 2. quæ ſentent. ſine appell. reſcind.* Secundô vero caſu eſt tantùm iniqua & ipſô jure ſuſtinetur, ac niſi ab ea intrà 10. dies appelletur, tranſit in rem judicatam. P. Engel *hìc n. 16. & ſeq.* vid. Schmalzgr. *eod. tit. n. 41. & ſeq.*

15. *Sed quid ſi jus conſtitutionis ſit obſcurum, vel incertum?*

Tunc valet ſententia ipſô jure, & niſi ab ea in tempore appelletur, tranſit in rem judicatam. text. *in L. 32. ff. h. t.* Engel *hìc n. 17.* ubi idem obtinere dicit in ſententia lata contra bullas extravagantes, & Corpori Juris non inſertas, de quibus dubium eſt, an uſu receptæ ſint.

16. *Quid dicendum de ſententia lata contra privilegium?*

Valet etiam talis ſententia ipſo jure, & tranſit in rem judicatam, ſi ab ea in tempore non fuerit appellatum, quia privilegium non facit jus commune; & vel eſt in judicio exhibitum & probatum, ſententia autem nihilominus contra illud lata: & tunc cenſetur eſſe à judice reprobatum, vel non eſt exhibitum, aut probatum, & ſic Judex illius rationem habere non debuit, text. *in c. 21. h. t.* P. König *eod. tit. n. 46.*

17. *An & quomodo Judex fructuum quoque & expenſarum in ſententia tenetur habere rationem?*

De fructibus poſt litem conteſtatam perceptis, tenetur Judex etiam non imploratus pronunciare: de fructibus verò ante litem conteſtatam perceptis, licet poſſit etiam non imploratus pronunciare, non tamen tenetur; niſi clauſula ſalutaris foret adjecta. Engel *hìc n. 12.* Circa expenſas verò regula eſt praxi recepta, quòd ſolùm temerè litigantes in eas condemnentur, quas poſtea victor judici exhibere, hìcque eas pro bono & æquo moderare ſolet, idem Engel *loc. cit.* vid. Reiffenſt. *h. t.* §. *7.* & Schmalzgr. *eod. tit.* §. *6. n. 114. & ſeq.* ubi uterque materiem hanc de expenſis nominatim & fusè examinat. Quod ſi autem Judex ſuper expenſis nihil pronunciavit, earum nomine nulla erit actio victori, quia cenſentur compenſatæ, *L. 3. C. de fruct. & lit. expenſ.* Zoës. *ad ff. re judicat.* Cui conſonat praxis apud Sutting. *Obſ. 133. n. 2.*

an

an autem & quomodo aliàs Judex in judicando poſſit vel teneatur æquitatem ſequi, eámque rigori præferre, vel ſecundum opinionem communem aut præcisè juxta allegata & probata judicare. vid. DD. ſupra *ad titul. de offic. jud.* & Engel *hic n. 18. & ſeq.*

18. *Qui ſunt effectus ſententiæ?*

Varii: quorum aliqui reſpiciunt ſententiam latam, alii homologatam, ſive quatenus jam tranſivit in rem judicatam. Sententiæ latæ effectus præcipui ſunt: 1. quòd ſententia ſopiat controverſiam inter partes ſaltèm quoad inſtantiam. *c. 2. h. t.* 2. quòd ſententia ſemel lata ſcilicet definitivè à judice retractari nequeat, etſi perperam judicaverit, eámque eodem die corrigere vellet. *L. 65. §. 2. ff.* ad *SC. Trebell.* quia ſive benè, ſive malè officio functus eſt. Lauterb. *ad ff. h. t. §. 23.* ob quod tamen declaratio vel explicatio non excluditur. *L. 4. §. 1. ff. de appell.* idem Lauterb. *loc. cit.* 3. quòd ſi ab ea intra 10. dies appellatum non fuerit, tranſeat in rem judicatam. *L. 2. C. de ſent. ex peric. recit.* de quibus, eorúmque fallentiis videri poteſt cit. Lauterb. *d. §. 23. & ſeqq.* & fusè ac ſolidè Zoës: *à n. 103. & ſeqq in §. de re jud.*

19. *Qui ſunt effectus ſententiæ homologatæ ſive rei judicatæ?*

Sententia, quæ tranſivit in rem judicatam, & ſic jam eſt homologata, utì dicimus, facit 1. Jus inter partes *L. 1. C. de ſent. ex peric. recit.* & habetur pro veritate, adeo, ut non admittat probationem in contrarium.

trarium. *L. 25 ff. de ſtat. hom. L. 207. ff. de R. J.* 2. Lata pro actore parit actionem judicati, ſeu rei judicatæ in factum. *L. 4. in pr. & §. 2. 3. 5. L. 6. §. 2. & 3. & L. 15. pr. ff. h. t.* lata verò in favorem Rei exceptionem rei judicatæ *tot. tit. ff. de except. rei jud.* Zoës. *ad ff. cit. tit. de re jud. 140.* confer. Lauterb. *eod. tit. §. 28. & ſeq.*

20. *Súntne aliqui caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem judicatam?*

Sunt omninò: ſic 1. ſententia, quæ eſt nulla ipſo jure, v. g. lata à Judice incompetente, vel in falſum procuratorem, aut contra Jus commune certum & clarum, nunquam tranſit in rem judicatam: ſed poteſt impugnari per 30. annos. Schmalzgr. *hic n. 64.* neque appellatio eo caſu eſt neceſſaria. *L. 2. C. quand. provocar. non eſt neceſs.* 2. Sententia lata in cauſa matrimoniali, ſive deinde lata ſit contra matrimonium quod revera contractum eſt, ſive pro matrimonio, ſi illud ob impedimentum aliquod conſanguinitatis vel affinitatis &c. contractum ſit invalidè, quia nec contractum validè authoritate ſententiæ judicialis diſſolvi, nec contractum invalidè eâdem authoritate convaleſcere poteſt. Engel *hic n. 24.* & Schmalzgr. *loc. cit.* Idem eſt in cauſa criminali, propter grave & irreparabile præjudicium. *L. 18. §. pen. ff. de quæſtion.* 3. Sententia lata ex falſis inſtrumentis vel teſtimoniis, præſertim ſi teſtes pecuniâ corrupti fuerint. *c. 22. h. t. L. 33. ff. eod. L. 2. & 3. C. ſi ex falſis inſtr.* plures ejusmodi caſus refert citatus Schmalzgr. & Engel. add. Reiffenſt. *n. 114. & ſeqq. h. t.*

21. *Quid*

21. Potéſtne etiam retractari ſententia propter inſtrumenta noviter reperta?

Non poteſt, ſaltem regulariter. text. *in L. 4. C. de re jud.* Ratio patet ex dictis; quia res judicata habetur pro veritate, & quia aliàs nullus eſſet litium finis, contra *L. 2. C. eod. tit.* cùm tamen ſententia ad lites finiendas & terminandas ſit comparata.

22. Sed quare dictum regulariter?

Quia hoc fallit in quibusdam caſibus, veluti 1. in fiſco & cauſa publica *L. 35. ff. de re jud.* cui annumerantur cauſæ minorum pupillorum, nec non piæ, & aliæ ejusmodi favorabiles cauſæ per *L. 3. C. de jur. reip.* 2. Si ſententia ex probationibus ſubſidiariis puta interveniente juramento ſuppletorio fuerit lata. *L. 1. ff. de jure jur.* 3. Si inſtrumenta adhibito omni labore & diligentiâ reperiri non potuerunt, vel dolo adverſarii ſuppreſſa, vel occultata fuerunt. Godofr. *ad d. L. 4. C. de jur. Reip.* add. Lauterb. *ad ff. eod. tit. §. 25.*

23. Quis præterea eſt effectus rei judicatæ?

Quòd ſententia, quæ tranſivit in rem judicatam mandanda ſit executioni *L. 1. ff. de execut. rei jud.* Si enim condemnatus ſpontè ac debito tempore non pareat, judex aditur, ut rei judicatæ vigorem ad effe-

ctum deducat *L. per C. d. t.* vid. Lauterb. *ad ff. de re jud. §. 32.*

24. *Sed à quo facienda executio?*

Executio ſententiæ regulariter facienda eſt ab ipſo Judice, qui eam tulit, modò ſit ordinarius. *L. 15. ff de re jud.* Delegatus enim ſententiæ executionem regulariter non habet, ſed eam deleganti remittere debet *L. 15. in pr. ff. de re jud.* vid. tamen Pichler *hìc n. 34* niſì fuerit delegatus ſummi Principis. vid. Engel *ſuprà de offic. Judic. deleg. n. 12. & ſeq.*

25. *Quomodo & quando executio eſt facienda?*

Judex in executione facienda obſervare debet certum tempus, modum & ordinem.

26. *Sed quale tempus executioni eſt præfixum?*

Hoc aliud eſt in realibus: aliud in perſonalibus actionibus. In realibus ſtatim facienda eſt executio §. 2. *Inſt.* de offic. Jud. quia rem alienam detinere ſemper eſt iniquum. In perſonalibus verò olim jure 12 tabul. erant 30. dies, poſtea duo menſes. *L. fin. §. 1 C. de uſur. rei jud.* Tandem à Juſtiniano conſtitutum eſt quadrimeſtre. *L. 2. L. 3. §. 1. d. t.* Quod tamen in praxi ampliùs non obſervatur, ſed ad ſummum 4. ſeptimanæ conceduntur, vel prout Judici viſum fuerit. vid. Lauterb. *ad ff. d. t. §. 34.*

27. *Quis*

27. *Quis modus in executione obſervandus?*

Si res extat, & reſtituere juſſus non paret, ſive reali ſive perſonali actione actum fuerit, manu militari ab eo aufertur, atque victori traditur. *L. 68. ff. de R. V.* §. *2. & 3. Inſt. de offic. jud.* vel Actor in poſſeſſionem mittitur. *L. 1. ff. ex quib. caus. in poſs. eatur.* Si non ampliùs extat, & condemnatus dolo poſſidere deſiit, contra ipſum juratur in litem: ſi non dolo: æſtimationem, vel quanti res eſt, præſtare tenetur. *d. L. 68. & L. 71. ff. de R. V.* Lauterb. *cit. tit.* §. *35.*

28. *Quo ordine facienda executio?*

Ante omnia capienda ſunt mobilia, & his deficientibus immobilia; ſi verò hæc quoque non adſint, vel non ſufficiant, ad nomina, jura, & actiones eſt deveniendum. *L. 15.* §. *2. &* §. *8. ff. de re jud. L. 5. C. de execut. rei jud.* Prohibetur tamen executio regulariter fieri in ſtipendia, arma, & equos militum. *L. 4. C. de execut. rei jud.* Item in boves aratorios, aratra & alia inſtrumenta, ad agriculturam neceſſaria. *L. 7. C. quæ res pign. oblig. poſs.* Quo etiam DD. referunt libros Studioſorum. Engel *hic n. 28.* niſi hic etiam alia media deficiant. Sicut etiam aliis bonis deficientibus rei judicatæ executio in bonis feudalibus fieri poteſt ſaltèm quoad fructus & commoditates feudales. Lauterb. *loc. ut ſuprà* §. *36.* Sutting. *Obſerv. 109.* Et denique ſi Reus nihil omninò in bonis habeat, tunc ſuccedit tritum illud, qui non habet in ære, luat in pel-

pelle, ità ut Reus carceri mancipetur, & pro qualitate cauſæ ad labores publicos condemnetur. vid. Schmalzgr. *h.t.n.103.*

29. *Quid agendum, ſi bona, in quibus executio facienda eſt, ſint ſub jurisdictione alterius judicis? aut Judex qui tulit ſententiam, ſit fortè minùs ſufficiens ad faciendam executionem?*

Tunc primo caſu judex illius loci, in quo bona ſita ſunt, requirendus eſt per literas, ùt dicimus requiſitoriales, ſive ſubſidiales, aut mutui compaſsûs, ut rem judicatam mandet executioni. *L. 15. §. 1. ff. h.t. L. 45. §. 1. ff. de jurisd.* cum ſimilib. Secundo verò caſu poteſt invocare auxilium, ſive aſſiſtentiam alterius, prout ſolent facere judices Eccleſiaſtici, implorando Brachium judicis ſæcularis, ubi tamen magnum diſcrimen eſt inter præſtationem brachii ſæcularis, & inter accommodationem familiæ; nam in accommodatione familiæ, quæ conſiſtit in lictoribus, militibus, ille judex, qui eam petit, executionem facit: in præſtatione brachii ſæcularis, judex imploratus ſententiam exequi debet. P. Engel *h. t. n. 32.* Plura de executione ſententiæ & in ſpecie, quatenus ea contra aliquas perſonas in ſolidum fieri non poſſit propter beneficium competentiæ. vid. apud cit. Lauterb. & DD. paſſim *in tit. ff. de re judic.*

TITU-

TITULUS XXVIII.

De Appellationibus, Recuſationibus & Relationibus.

1. *Quid eſt appellatio?*

APpellatio, prout hìc ſumitur, eſt provocatio ab inferiore judice ad ſuperiorem ratione gravaminis illati, vel inferendi facta, ità comm. apud Pichler *hìc num. 6.*

2. *Quem in finem ſunt appellationes introductæ?*

Ad hoc ut conſultum ſit partibus per ſententiam alicujus judicis læſis vel gravatis, eoque modo ſententiæ prioris iniquitas, aut gravamen tollatur; ac corrigatur, aut reformetur. Engel *hìc in pr.*

3. *Quando ad appellationem recurrendum?*

Quando ſententia ipſo jure quidem tenet, continet tamen quandam iniquitatem vel gravamen: nam quando ſententia ex defectu aliquo nulla eſt ipſo jure; tunc non eſt opus appellatione, ſed remedio nullitatis querelæ reſcinditur ac retractatur, ſeu potiùs nulla declaratur, *tot. tit. ff. quæ ſent. ſinè appell. reſcind. & C. quand. provocar. non eſt neceſſ.* Lauterbach, *ad ff. d. t. §. 1.*

4. Quæ

4. Quæ præterea ſunt remedia contra ſententias gravatorias?

Appellationi affinis eſt ſupplicatio & reviſio; item reſtitutio in integrum, de qua in Libro Primo actum fuit, huc quoque pertinent recuſationes & relationes juxta rubricam, de quibus infrà.

5. Quid eſt querela nullitatis?

Eſt imploratio legitima ſuper vitio, ex quo quis declarationem petit ſententiam ipſo jure nullam pronuntiari. *L. 1. C. de execut. rei jud.* Lauterb. *ad ff. quæ ſent. ſinè appellatione reſcind. §. 1.*

6. Coram quo judice querela nullitatis eſt proponenda?

Poteſt proponi vel coram eodem judice; qui ſententiam tulit, modò is ordinarius ſit; *L. 4. & 6. C. de accuſ. L. 4. §. 6. & L. 59. ff. de re judic.* delegatus enim (excepto delegato à S. Principe) de hac querela non cognoſcit, ſed adeundus eſt delegans: quia delegatus etiam per ſententiam nullam functus eſt ſuo officio. *c. 13. de off. delegat.* vel etiam apud judicem ſuperiorem. *L. 1. C. de ſent. ex peric. recit. L. 6. C. quand. provoc. non eſt neceſſe*; quod conſultius & frequentius eſt. Lauterb. *ad ff. quæ ſent. ſinè app. reſcind. §. 4.*

7. Quomodo & qualiter proponenda eſt hæc querela?

Poteſt proponi, vel principaliter, id eſt abſque appella-

pellatione, vel incidenter cum appellatione: nam in appellatione judex ex officio nullitatem ſententiæ attendere debet, licèt de ea non ſit facta mentio. P. Engel *h. t. n. 5.* vid. Lauterb. *cit. tit. §. 3.*

8. *Quid intereſt, an ſententia principaliter, vel ſolùm incidenter dicatur nulla?*

Hoc intereſt; quòd 1. ſententiam principaliter arguens nullitatis, ac in probatione deficiens, non poſſit recurrere ad remedium appellationis, ſed condemnetur ad expenſas; & ad priorem judicem pro executione remittatur: ſecùs eſt, ſi ſolùm incidenter proponatur nullitas. 2. Si nullitas principaliter intentatur, non aliter ſuſpendit executionem, quàm ſi ſit notoria, cùm tamen appellationi conjuncta, vel cùm incidenter propoſita, propter appellationem ſemper ſuſpendat executionem. Engel *hic n. 5.* Pichler *eod. tit. num. 5.*

9. *Sed quid ſi appellatio ſit deſerta?*

Salvum nihilominùs adhuc manet nullitatis remedium ſive principaliter ſive incidenter nullitas in judicium deducatur; Ratio prioris eſt: quia tunc res eò recidit, ac ſi appellatum non eſſet: poſterioris, quia decisio cauſæ principalis non præjudicat incidenti. P. Engel *h. t. n. 6. & 7.* add. Lauterb. *cit. §. 3.*

10. *Quid eſt ſupplicatio?*

Hæc nihil aliud eſt, quàm remedium extraordinarium,

rium, quo is, qui ſententia ejus, à quo appellari nequit, gravatus eſt, petit, ut cauſa denuò cognoſcatur, & per ſententiam reformetur. *L. 5. C. de precib. Imper. offerend.* vid. Lauterb. *d. t. §. 5.* Ejus hodie in praxi, præſertim hìc in Auſtria rarus eſt uſus, ſed ei ſurrogata eſt Reviſio.

11. *Quid eſt Reviſio?*

Eſt remedium quoque extraordinarium, quò petitur à ſuperiore, ut ſententiam unà cum actis revideat vel per ſe, vel per conſtitutos reviſores: & ſi reperiat injuſtam, reformet. P. Pichler *hìc n. 4.* Hæc in Auſtria non niſì ſiſtit executionem, nec in omnibus cauſis habet locum, & præterea intrà menſem debet introduci, utì pluribus videre eſt apud Sutting. *obs. 100. & ſeq.*

12. *Quotuplex eſt appellatio?*

Eſt duplex: Judicialis, quæ à ſententia Judicis ſive definitiva, ſive Interlocutoria interponitur, & extrajudicialis, quæ à decreto, vel aliis actibus extrajudicialibus interponitur, v. g. electione, ſpoliatione &c.

13. *Quæ eſt inter utramque differentia?*

Hæc, quod judicialis quomodocúnque propoſita ſuſpendat executionem: extrajudicialis non aliter, quam ſi cauſæ rationabiles in ea expreſſæ, ſint à ſuperiore admiſſæ. P. Engel *h. t. n. 10.*

14. H

14. Habétne locum indiſtinctè appellatio judicialis à ſententia interlocutoria?

Jure civili non aliter, quàm ſi interlocutoria vim habeat ſententiæ definitivæ, vel contineat gravamen irreparabile. *L. 39. ff. de minor. L. 2. ff. de appellat. recip.* Vallenſ. *hic §. 4. n. 2.* Jure verò Canonico ab omni interlocutoria, imò & ab omni alio gravamine etiam extrajudiciali illato, vel inferendo appellare licet. *c. 5. c. 51. & c. 59. h. t.* idem Vallenſ. *ibid. n. 3.* quod tamen ex jure noviſſimo per Conc. Trid. *ſeſſ. 13. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 20. de reform.* ad normam juris civilis correctum eſt. Sed hoc in praxi non obſervatur, & proceditur ſecundum jus Canonicum vetus: teſte experientiâ.

15. Qui ſunt effectus appellationis?

Appellatio à definitiva duplicem habet effectum, nimirum ſuſpenſivum, & devolutivum: de quo latè Reiffenſt. *§. 7. & ſeq. h. t.* Per priorem ſuſpenditur juriſdictio judicis à quo, & ità manus ejus ligantur, ut ad executionem procedere nullo modo poſſit. *L. un. ff. nihil innov. appell. pend.* idque ſive detulerit appellationi, ſive non; item ſive apud ſuperiorem recepta jam ſit, ſive non, & quidem ſi recepta ſit, quia recepta: ſi verò non recepta, ne ullum recipiendæ præjudicium fiat. Vallenſ. *h. t. §. 15. n. 1.* vid. Lauterb. *ad ff. tit. nihil innov. app. pend. §. 1.* Per poſteriorem tota cauſa principalis cum ſuis acceſſoriis & incidentibus devolvitur ad ſuperiorem, ità ut non

tantùm pronunciare, ſed & novam ſententiam cauſa exigente concipere poſſit. *arg. c. Raynaldus de teſtament.* P. König *h. t. n. 51.* Intellige: ſi à tota ſententia fuerit appellatum, nam ſi diverſa fuerint ſententiæ capita, & non ab omnibus appellatum ſit, tunc ea tantùm devolvuntur, à quibus appellatum eſt, in reliquis autem non connexis poteſt procedere judex à quo. *L. 29. ff. de minor.* Lauterb. *d. t. §. 5.*

16. *Producitne etiam appellatio ab interlocutoria hos effectus?*

Producit; ſed ſuſpenſivum jure ſaltem communi non aliter, quam ſi gravaminis cauſa probetur. *c. 7. h. t. in 6.* nec ſententia interea revocetur à judice à quo *c. 60. h. t.* In praxi verò rigor iſte adeò ſtrictè non obſervatur, ſed ſi etiam appellatio frivola ſit, eique judex à quo non detulerit, modo tamen recurſus apud judicem ſuperiorem in tempore (ſcilicet intra octiduum) inſinuatus fuerit, exſpectatur eventus, an ibi recepta ſit, vel non. Circa devolutionem diſtinguendum: an conſtet bene eſſe appellatum vel non; ſi primum: non tantum articulus incidens, ſed quandoque ipſa cauſa principalis devolvitur ad ſuperiorem, nè gravatus ad gravantem remittatur. *c. 19. h. t. in fine.* Si ſecundum: tunc principalis Cauſa non devolvitur, niſi judex inferior appellationi deferendo juriſdictionem à ſe abdicet. *c. 5. h. t. in 6.* vid. Engel *h. t. n. 13. & ſeq.*

17. *Eſt*

17. *Eſtne omnibus appellare permiſſum?*

Regulariter omnibus, quicunque ſunt gravati vel ravamen ſibi inferri timent, appellare licet, nisi quis ı ſpecie prohibitus reperiatur. *L. 13. §. 1. L. 30. in n. C. h. t.* quia appellatio eſt ſpecies defenſionis, quæ emini deneganda. Imò non tantùm ipſe gravatus rincipalis, ſed etiam tertius, ſi ſuâ interſit, appella- : poteſt, veluti conſortes litis, ſucceſſor in lite, Pa- ɜntes pro filiis, Dominus pro ſubditis, Epiſcopus ro Clerico, Abbas pro ſuo Religioſo &c. videatur . König *h. t. n. 9. & ſeq.* add. Lauterb. *ad ff. h. t.* *. 11. & ſeq.* Sutting. *obſ. 87.*

18. *Qui ergo excluduntur ab appellatione?*

Tales ſunt 1. qui huic beneficio renuntiârunt. *L. n. 9. fin. C. de temp. appell.* vel expreſsè vel taci- , ut petendo terminum ſolutionis, non appellando tra terminum à legibus deſignatum. vid. Lauterb. *d ff. h. t. §. 16. & ſeqq.* 2. Qui propter veram ontumaciam condemnati ſunt. *L. 1. & 4. C. quorum ppellat. non recipiunt.* 3. Qui in eâdem cauſa tres onformes ſententias contra ſe tulit. *Clement. fin. h. t.* uia talis calumniari præſumitur. 4. Ex eadem ra- one repellitur confeſſus & convictus. *L. 1. & 4. C. t.* nisi confeſſionem revocet. *c. 3. h. t. in 6.* quia nfeſſio notorium inducit, in notoriis autem ſive cti ſive juris non admittitur appellatio. *c. 10. de*

prob. c. 4. de Cler. non reſident. P. König *h. t. n. 14 & ſeqq.*

19. *In quibus cauſis permiſſa eſt appellatio?*

Appellari poteſt in omnibus cauſis, in quibus gravamen infertur, niſi contrarium in jure ſit expreſſum *c. 5. & 12. & Clement. 3. h. t.* In ſummis tamen tribunalibus ob rem modicam non admittitur appellatio. Præterea ſunt & plures aliæ cauſæ, in quibus appellatio locum non habet, ſic 1. appellari non poteſt à ſententia interlocutoria, niſi habeat vim definitivæ, vel contineat gravamen irreparabile: uti ſupra dictum. *Trid. ſeſſ. 13. c. 1.* corrigens antiquos canones ſcilicet *c. 5. 12. & 60. h. t.* 2. Ex generali conſuetudine Germaniæ non admittuntur appellationes in cauſis criminalibus, præſertim capitalibus, licet poſſit Reus nullitatem opponere. Similiter non audiendi ſunt Religioſi, ſi appellent contra correctionem, viſitationem &c. *Trid. ſeſſ. 24. c. 10. de reform.* niſi correctio fiat contra ſtatuta ordinis, vel contra exemptos viſitatio intentetur. P. Engel *h. t. n. 29.* 3. A executione ſententiæ, quæ tranſivit in rem judicatam, niſi in executione excedatur, non admittitur appellatio. 4. In cauſis, quæ dilationem non patiuntur, ut eſt cauſa alimentorum de præſenti vel futuro. *L. 4. ff. Quorum appell. non recip.* 5. A ſententia in poſſeſſorio momentaneo, vel ſummariſſimo lata. *L. un. C. ſi de moment. poſſeſſ.* 6. Quando delegatio facta eſt cum Clauſula: *Appellatione remota:* non tantùm appellatio frivola, ſed etiam rationabilis rejicitur. In teri

erim tamen ne Reus naturali defenſione deſtituatur, altèm de æquitate audiendus foret, ſi gravamen exrimeret, vel poteſt ad ſupplicationis aut Reviſionis emedium recurrere. videatur P. König *h. t. à n. 27. & ſeq.* Pichler *n. 15.*

20. *A quo & ad quem judicem eſt appellandum?*

Appellatio debet fieri à judice inferiori, qui ſenentiam tulit, ad ejus proximè ſuperiorem, & ſic graatim. *c. 66. h. t.* adeò ut omiſſo judice aliquo interaedio, nisì is ſit inhabilis, vel ſuſpectus, aut juſtiam deneget, ne quidem ad ipſum Principem liceat ppellare, ſaltèm jure civili. *L. 21. ff. h. t.* Nam jure anonico permittitur cuilibet appellare à quolibet juice inferiore ad S. Pontificem *c. 52. & 66. h. t.* quia oncurrentem habet cum omnibus ordinariis jurisdiionem. Idem etiam ad Nuntium Apoſtolicum exenditur *c. 1. de off. deleg.* Pichler *h. t. n. 6.* Prærea in cauſis pupillorum, aut aliarum perſonarum nmediatè ad Summum Principem recurrere licet, rout *dict. in tit. de foro compet.* vid. Lauterbach. *d ff. à quibus appell. non licet. & tit. ſeq. per ot.* add. Schmalzgr. *h. t. §. 2. & ſeq.*

21. *Coram quo judice interponenda eſt appellatio?*

Regulariter facienda eſt coram illo judice, à quo contra quem appellatur. *can. 29. cauſ. 2. quæſt. 6.*

Quòd ſi gravatus copiam judicis, à quo vult appella re, habere nequeat, adire debet judicem ſuperiorem ad quem devolvitur cauſa. *c. fin. h. t.* P. Engel *h. t num. 42.*

22. *Licétne contra quemcunque judicem appellare?*

Licèt, niſi is ſuperiorem non recognoſcat, nai 1. contra ſummos Principes ſuperiorem non recogno ſcentes non admittitur appellatio, ſed his vel ſuppli candum eſt, vel Reviſio petenda. Idem eſt de ec rum ſupremis conſiliis. Ratio eſt, quòd appellati fiat ab inferiore ad ſuperiorem. 2. Vi privilegii i aurea Bulla conceſſi non datur appellatio ab Elector bus S. R. J. Archiducibus Auſtriæ &c. Lauterb. *d. à quib. appell. non licet §. 4. & ſeqq.* 3. A Pap non admittitur appellatio, neque ad futurum Conc lium, ſed ſic appellantes excommunicantur, per Bu lam Cœnæ. P. Engel *h. t. n. 20.* Schmalzgr. *eod. ti num. 37.*

23. *Quid ſunt fatalia appellationis?*

Fatalia appellationis nihil ſunt aliud, quàm ten pora appellationis; dicuntur ideo fatalia; quia ſi qu illa elabi permiſerit, omnis appellatio perimitur. Va lenſ. *hic §. 7. n. 1.*

24. Quc

24. *Quotuplicia illa ſunt?*

Communiter 4. aſſignantur, 1. appellationis interponendæ 2. petendi & concedendi apoſtolos. 3. Appellationis introducendæ ſive apoſtolos judici ad quem præſentandi, & 4. appellationis proſequendæ & finiendæ. Schmalzgr. *h. t. n. 70.*

25. *Quæ ſunt fatalia interponendæ appellationis?*

Olim erat biduum *L. 1. ff. quando appellat.* Hodie eſt decendium. *c. 8. h. t. in 6.* ſive appellatio fiat in definitiva, ſive interlocutoria, ſive ſit judicialis, ſive extrajudicialis *cit. 8. & 15. de ſent. & re judicat.* Eſtque hoc tempus ab initio utile, poſtea vero continuum. *L. 1. C. de feriis.* vid. Lauterb. *ad ff. h. t. §. 8.* nec poteſt mutuo partium conſenſu prorogari, *c. 15. cit.* ſi tamen gravamen illatum ſit continuum, habeátque tractum temporis ſucceſſivum ab eo tanquam præſenti, ſemper poteſt appellari, non attentô decendiô. Engel *hìc n. 41.*

26. *Quid ſunt Apoſtoli & quotuplices?*

Apoſtoli ſunt litteræ dimiſſoriæ, quas judex à quo transmittit ad judicem ſuperiorem, ad quem appellatum eſt, in teſtimonium & fidem appellationis interpoſitæ. Alii ſunt Dimiſſorii, alii Reverentiales, & alii

Refutatorii. Dimiſſorii ſunt: quibus judex à quo teſtificatur de appellatione coram ſe legitimè interpoſita & admiſſa. Reverentiales: quibus ſignificatur, quòd appellatio non ex juſtitia, ſed ob reverentiam judicis ad quem admittatur. Refutatorii, quibus judex à quo exprimit cauſam, ob quam non admiſerit appellationem. Vallenſ. *hìc* §. 10. *n.* 1. *& ſeqq.*

27. *Intra quod tempus petendi?*

Jure communi intra 30. dies, à die, quo lata eſt ſententia, idque ſæpiùs, inſtanter, inſtantiùs & inſtantiſſimè. *Clement.* 2. *h. t.* Hodie tempora petendorum Apoſtolorum non adeò ſunt in uſu, ſed condemnatus appellationem judici à quo per libellum proponit, & judex curat per notarium deſuper ſcribi, appellationem admitti, vel non. Si primum: petuntur acta cum Apoſtolis ad ſuperiorem judicem transmitti. Si ſecundum, & nihilominùs pars ſe gravatam exiſtimet, poteſt ſimpliciter adire ſuperiorem, & eidem proponere appellationem non eſſe admiſſam: qui deinde petit informationem, quare appellatio non fuerit admiſſa, P. Engel *h. t. n.* 46. vid. Sutting. *obſ.* 93. *& ſeq.*

28. *Quæ ſunt fatalia præſentandæ ſive introducendæ appellationis?*

De jure civili varium eſt, de jure Canonico judex à quo præfigit terminum, intra quem, ſi judici ad quem

quem appellatio non fuerit præſentata appellatio cenſetur eſſe deſerta. *c. 4. h. t.* ac ſententia mandatur executioni. Jure verò auſtriaco nullum abſolutè tempus eſt determinatum, ſed hoc ſolum cavetur, ne apoſtoli ſive Dignus (ità enim contextus literarum ſuper appellato proceſſu ad judicem ſuperiorem directum appellatur) remorentur, ſed quantocyùs Judici ad quem præſententur, ac ſi pars appellans hoc facere negligat, ſolet compelli per deſertionem appellationis ex officio decernendam. Sutting. *obſ. 95.*

29. *Quod eſt tempus proſequendæ ac finiendæ appellationis?*

Tempus hoc eſt annale. *c. 3. h. t. in 6.* in praxi tamen non obſervatur: cùm propter litium multitudinem per multos interdum annos cauſæ protrahantur. vid. tamen Sutting. *obſ. 96.* & plura de fatalibus apud Reiffenſt. *h. t. §. 6. per tot.*

30. *Quid eſt recuſatio?*

Recuſatio, prout eſt hujus loci, nihil aliud eſt, quàm declinatio judicis ſuſpecti. *c. 39. de off. delegat.* & convenit cum appellatione, quòd ſicut per appellationem receditur ab audientia judicis, ejúsque jurisdictio ſuſpenditur, ità & per recuſatum. Schmalzgr. *hic n. 131.*

31. Quomodo proponenda recuſatio?

Debet proponi in ſcriptis ſive oblato judici libello recuſatorio: & inſuper cauſa ſuſpicionis ſive recuſationis, & quidem ſpecificè allegari. *c. 41. in fin. c. 61. in pr. h. t.* Schmalzgr. *eod. tit. n. 134.*

32. Quando ea debet proponi?

Ante litis conteſtationem: imò ante omnes alias dilatorias, nè aliàs cenſeatur quis in judicem conſenſiſſe, nisì cauſa ſuſpicionis ex poſt primùm ſupervenerit, vel etiam poſtea demum innotuerit. vid. cit. Schmalzgr. *h. t. n. 133.* quis autem & qualis judex ac ex quibus cauſis recuſari poſſit: vid. idem Schmalzgr. *eod. tit. n. 135. & ſeqq.* add. Reiffenſt. *hic n. 322. & ſeqq.*

33. Quid eſt Relatio?

Relatio eſt judicis de jure dubitantis ad Principem facta conſultatio. coll. *ex c. 68. h. t.* hæ olim apud Romanos erant frequentiſſimæ *per tot. tit. C. de Relat.* Poſtea tamen jure Civili penitus ſublatæ. *Novell. 125. c. 1.* jure vero Canonico, quamvis in *d. c. 68.* approbari videantur, hodie tamen ab uſu rursùs abierunt, eorúmque loco transmiſſio actorum ad facultates juridicas & Collegia juris peritorum ſucceſſit. Pichler *h. t. n. 39.* add. Schmalzgr. *hic §. 10. per tot.*

TITU-

TITULUS XXIX.

De Clericis peregrinantibus.

1. *Quomodo diſtinguitur iſte titulus à tit. 22. lib. 1. de Clericis peregrinis?*

IN eo: quòd ibi agatur de Clericis peregrinis in ordine ad receptionem & executionem ſacrorum ordinum, quærendo videlicet, an & quomodo Clerici peregrini ſive extranei ordinari, vel ad adminiſtrandum in ordinibus alibi jam ſuſceptis admitti poſſint? Hic autem agitur de iis in ordine ad lites, quatenus nimirum contra Clericos peregrinantes, ac præſertim ad Sedem Apoſtolicam proficiſcentes lis moveri poſſit vel non? Reiffenſt. *d. t. de Cleric. peregr. n. 1.*

2. *Quis ergò hìc dicitur Clericus peregrinans?*

Clericus peregrinans hìc dicitur, qui pietatis, vel alia juſta de cauſa ad Sedem Apoſtolicam proficiſcitur, *c. un. h. t.*

3. *Quis eſt hujus peregrinationis effectus?*

Iſte nimirum præcipuus, quòd ſi aliquis poſt litem ſibi motam iter Romam arripuerit, tale iter habeat

beat vim appellationis, & ſuſpendat jurisdictionem cœterorum judicum, ità, ut nihil contra talem peregrinantem innovari poſſit. *d. c. un. h. t.* vid. Vallenſ. *hìc n. 2. & ſeq.*

4. *Quid requiritur ad hoc, ut talis peregrinatio dictum effectum ſortiatur?*

Prima & principaliter, ut iter arripiatur intra 10. dies à lata ſententia, vel gravamine illato. 2. Ut hoc iter ſit intimatum judici & parti. Pichler *hìc num. 3.* Schmalzgr. *n. 4.* Cœterùm licèt iſte titulus mentionem tantùm faciat de ſolis Clericis, diſpoſitio tamen illius ad Laicos quoque ad Sedem Apoſtolicam peregrinantes communiter extenditur. Reiffenſt. *hoc tit. num. 2.*

TITULUS XXX.

De Confirmatione utili & inutili.

1. *Quid propriè diſponitur in hoc titulo?*

PRimariò quidem ac principaliter de confirmatione ſententiarum, à quibus appellatur, quáſque ſæpiù[s] contingit confirmari; acceſſoriè autem etiam de confirmatione aliorum inſtrumentorum, ſtatutorum, privile

vilegiorum, electionum, Inſtitutionum; cœterarumque rerum & jurium. Pichler *hìc n. 1.*

2. *Quid eſt confirmatio?*

Confirmatio prout hìc ſumitur eſt juris priùs habiti per legitimum ſuperiorem facta corroboratio, patet *ex c. 6. de fide inſtrum.*

3. *Quotuplex eſt confirmatio?*

Imprimis alia eſt utilis, quæ valet & jus tribuit illi, cujus negotium eſt confirmatum. *c. penult. h. t.* alia inutilis, quæ non valet, ſed continet aliquod vitium ſubreptionis vel obreptionis. Deinde alia eſt confirmatio in forma communi, quando ſuperior vel nullâ, vel non perfectâ præviâ cognitione confirmat actum, in eo ſtatu, in quo priùs fuerat. Et alia in forma ſpeciali, quando ſuperior cognita plenè cauſa confirmat actum, vel negotium. An autem confirmatio facta ſit in forma communi, vel ſpeciali? colligendum ex clauſulis confirmationi adjectis, de quibus Barboſ. *tract. de clauſ. 82. & 175. 177.* In dubio autem Confirmatio præſumitur facta in forma communi. vid. Pichler *h. t. n. 3.* & Schmalzgr. *n. 6.* add. Reiffenſt. *n. 8. & ſeq.*

4. *Quid intereſt, an Confirmatio facta ſit in forma communi, vel in forma ſpeciali?*

Hoc intereſt, quòd confirmatio in forma communi non tribuat jus novum, neque valorem actui, cui acce-

accedit, ſed tantùm jus vetus confirmet: econtra confirmatio in forma ſpeciali tribuit jus novum, ac actum, priùs fortè invalidum, reddit validum; modò defectus, quo laborat actus, ſit à confirmante diſpenſabilis. P. Engel *h.t. n.5.* Pichler *num.4. & 5.* vid. tamen Schmalzgr. *h.t. n.7.* ubi plures caſus recenſet, in quibus licèt confirmatio facta ſit in forma ſpeciali, actus invalidus non reconvaleſcit. Confer Reiffenſt. *eod. tit. per tot.*

FINIS LIB. II.

LIBER

LIBER III.

TITULUS PRIMUS.

De Vita & honeſtate Clericorum.

1. *Quid hic intelligitur nomine Clericorum?*

NOmine hoc deſignantur hic perſonæ debitè ac ſpecialiter ad cultum & ſervitium Dei in Eccleſia Chriſti deputatæ. *can. 1. diſt. 21. Pichler hic. n. 1.*

2. *Unde hoc nomen ſive appellatio deſcendit?*

A Græca voce Κλῆρος, quod Latinis eſt ſors; Unde Clerici dicuntur quaſi in ſortem Domini aſſumpti. *can. 1. diſt. 21. can. 5. & 7. cauſ. 12. q. 1.*

3. *Quot ſunt genera Clericorum?*

Duo. Unum eorum, qui in minoribus: alterum illorum, qui in majoribus ſeu ſacris ordinibus ſunt conſtituti. *Vid. P. König hic n. 9. & ſeq.* Ex his autem alii ſunt Clerici ſæculares, ſive Eccleſiaſtici; alii Regulares & Monachi.

4. Veniuntne Clericorum nomine etiam Religioſi & Monachi?

Diſtinguunt communiter DD. an verſemur in materia favorabili, vel odioſa. Illo caſu affirmant, hoc verò negant. Quia favores ampliandi, odia verò ſunt reſtringenda. *c. 15. de R. J. in 6. vide Reiffenſt. hoc. t. n. 10. & ſeq.*

5. Vita ſtatusque Clericorum, in quo potiſſimum conſiſtit?

Vel particulariter circa negotia, & officia Clericorum, vel circa habitum & veſtitum, vel circa vitam & mores.

6. Quid igitur circa officia & negotia incumbit Clericis?

Ut negotiis & commerciis ſæcularibus ſe non immiſceant *c. 3. ult. h. t. can. 1. cauſ. 14. q. 4.* Uſuras non exerceant. *can. 3. cauſ. 23 q. 7.* Mimis, joculatoribus & hiſtoribus operas ſuas non impendant. *c. penult. h. t. c. 17 eôd.* Ad aleas non ludant, nec taxillos. *c. 11. de exceſſ. Præl.* Non conficiant aurum chymicum, ſecus privantu[r] beneficiis, & ad alia obtinenda inhabiles redduntur. *Extravag. Joan XXII. ſpondent. de Crimine falſi inte[r] com.*

7. Quid circa habitum & veſtitum?

Clerici tenentur veſtes ſuo ordini congruentes deferre, & inhibetur ipſis, nè comam nutriant, aut barbam, vel armati incedant *c. 2. h. t.* niſi probabilis neceſſitas excuſet: ut ſi iter faciant, per vias non tuta[s]. Porrò Monachi Benedictini intra ſepta Monaſterii ſi[ne] licentia ſuorum Abbatum arma tenentes, ipſô factô i[n]-

cu[rrunt]

currunt excommunicationem majorem. *Clement. nè in agro §. quia vero de ſtatu* Monachi. *P. König h. t. n. 20.*

8. Tenenturne etiam Clerici in minoribus conſtituti habitum ſive clericam & tonſuram deferre?

Diſtinguitur. Vel enim habent aliquod beneficium, aut ſaltem jus in iis vel ad illa: aut verò nullum habent beneficium, nec jus aliquod. Primo caſu tenentur deferre: non item ſecundo. *Ita DD. communiter per text. in Clem. 2. h. t. & Trid. ſeſſ. 14. c. 6. de reform. vid. Reiffenſt. hìc n. 64. & ſeq.*

9. Quæ ſunt pœnæ Clericorum non deferentium habitum?

Ex conſtitutione *cit. Conc. Trid.* Clerici etiam in minoribus conſtituti beneficium tamen habentes, ſi (poſteaquam ab Epiſcopo ſuo moniti fuerint) honeſtum habitum Clericalem non detulerint, inprimis per ſuſpenſionem ab Ordinibus nec non officio ac beneficio: deinde verò ſi ſemel correcti denuò in hoc deliquerint, & per privationem officiorum & beneficiorum poſſunt coërceri. Ex conſtitutione verò Sixti V. quæ incipit: Cùm Sacroſancta. &c. non tantùm beneficiati, ſed etiam penſionarii, etiamſi nec dum jus in beneficio, ſed tantùm ad beneficium habeant, ipſo jure beneficiis privantur. Quam tamen conſtitutionem ſaltem quoad hunc rigorem privationis beneficiorum ipſo jure, uſu non eſſe receptam, imò ab ipſo Sixto V. per aliam Conſtitut. incip. Paſtoralis non nihil temperatam eſſe paſſim notant *DD. vid. Engel hìc n. 8.*

10. Sed gaudéntne ſaltem Clerici minoriſta habitum & tonſuram non deferentes privilegio fori & Canonis?

De privilegio fori facilè omnes conveniunt, quòd Clericus minoriſta habitum & tonſuram non deferens, ſi nec beneficium habeat, nec alicui Eccleſiæ de licentia Epiſcopi deſerviat, nec in ſeminario Clericorum, aut Schola vel univerſitate aliqua ſimiliter de licentia Epiſcopi verſetur, prædicto privilegiô omninò non gaudeat. *per text. in cit. Trid. Seſſ. 23. c. 6. reform.* ubi hoc privilegium ad præfatas tres conditiones expreſsè reſtringitur. Reiffenſt. *hic n. 70.*

11. Quid autem dicendum de Privilegio Canonis?

Etiam hoc tali caſu amitti, tenet P. Engel *h. t. n. 9.* Dicendum tamen cum P. König *h. t. n. 23.* negativè: ex ratione quod utrumque hoc privilegium fori & canonis clericis indiſtinctè ſit tributum, eóque ſaltem ante Conc. Trid. Clericus etiam minoriſta habitum non deferens non excidebat. Jam autem *cit. Trid.* immutavit tantùm circa privilegium fori, illudque ad dictas tres conditiones reſtrinxit, contrà vero de privilegio canonis nihil diſpoſuit. Ergo privilegium canonis manet ſub diſpoſitione juris antiqui. arg. *L. 32. C. de appell.* vid. etiam Pichl. *hic num. 5.* ubi ad object. reſpond. & fusè Reiffenſt. *h. t. n. 80.*

12. Quid circa vitam & mores Clericorum eſt ſtatutum?

Inprimis non debent eſſe avari. *can. 3. caus. 2. q. 7.* Secundo debent ſibi temperare à crapula *c 14. h. t.* caſtè & continenter vivere. In ſumma ſic decet omnino Cle-

Clericos in ſortem Domini vocatos, vitam moresque ſuos omnes componere, ut habitu, geſtu, inceſſu, ſermone aliisque omnibus, nil nisì grave, moderatum ac Religione plenum præſeferant. *Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 1.* Plura ad materiam hujus tituli ſpectantia tradunt DD. paſſim, & latè eundem titulum examinat Reiffenſt. confer. Schambog. *hic per totum.*

TITULUS II.

De cohabitatione Clericorum & Mulierum?

1. *Quid nominatim conſtituitur in hoc titulo?*

PRohibetur hìc Clericis univerſaliter omnis cohabitatio cum mulieribus, ſive domi eas detineant, ſive extra domum illas frequentent *c. 1. & 9. can. 16. diſt. 32. can. 20. 23. 27. 31. & 32. diſt. 81.* Ratio hujus prohibitionis deſumitur ex tit. *præc.* quia Clerici obligantur ad omnem vitæ honeſtatem, & ita ſe gerere debent, ut omnino ſint irrepræhenſibiles. *cit. jurib.*

2. *Sed eſtne iſta prohibitio de omnibus omnino fœminis accipienda?*

Non de omnibus, ſed tantùm de ſuſpectis, juvenculis, cultis & procacibus. Pichler hìc *n. 2.* Unde cum vetulis, nec non cum Matre, ac aliis conſanguineis primi & ſecundi gradûs cohabitare eis non interdicitur: eò quòd in illis non adſit tantum periculum. Si tamen etiam hæ ſuſpectæ eſſent, removendæ quôque

atque expellendæ forent, etiamſi ſit mater vel Soror. *c. 1. h. t.*

3. *Quid ſentiendum de conſuetudine, quâ paſſim coquæ & ancillæ cum Clericis cohabitant?*

Non videtur conſuetudo hæc abſolutè eſſe damnanda, modò Clerici â familiari converſatione cum iis abſtineant, eò, quòd ſuſpecta tantùm cohabitatio Clericis ſit interdicta, imo neceſſitas familiæ & oeconomiæ juſtiſſimam præbet excuſationis cauſam. Notat tamen P. König *h. t. n. 3.* Clericos quandóque nihilominus peccare mortaliter cohabitantes cum ejusmodi mulieribus, ſi in eas rationabilis aliqua ſuſpicio cadere poteſt; tum ob periculum proprium, tum ob gravia ſcandala, quæ ex tali conſortio plerumque oriuntur.

4. *Quæ ergò ſunt pœnæ conſtitutæ in Clericos cum mulieribus ſuſpectis cohabitantes?*

Diſtinguendum eſt inter jus vetus & noviſſimum Concil. Trid. Jure veteri variæ pœnæ & animadverſiones in Clericos tam concubinarios, quàm in alios fornicarios ſtatutæ reperiuntur, prout nimirùm magis vel minus in eodem crimine deliquiſſe comperti fuerunt: uti videre eſt *in can. 24. inter can. apoſt. can 2. & can. 9. diſt. 28. can. 5. diſt. 82. c. 2. 4. & 6 h. t.* quibus juribus modò depoſitionis, modò excommunicationis, modò interdicti ingreſsûs in Eccleſiam aliisque ſimilibus pœnis coërcebantur. Confer. Reiffenſt hìc *n. 23. & ſeqq.*

5. Qui

5. Quid ergò circa hoc ſtatuit Concil. Trid.

Jure hoc in *ſeſſ. 25. c. 14. de reform.* ſequentes gradus præſcribuntur. I. Clericus talis ſuſpectus monendus eſt, quatenus â converſatione ſuſpecta diſiſtat. II. Si ita monitus non deſtiterit, & habeat aliquod beneficium, tunc ipsô factô tertia parte fructuum privatur, fabricæ Eccleſiæ aut alteri pio loco pro arbitrio Epiſcopi applicanda. III. Si nec ita ſe emendaverit, tunc privatur omnibus fructibus & inſuper ſuſpenditur â beneficii adminiſtratione. IV. Si nec hoc profecerit, tunc perpetuô privatur beneficiis, penſionibus, & officiis Eccleſiaſticis, & inſuper fit inhabilis ad ea, nec non ad dignitates & honores quoscunque. V. Deníque ſi etiam ſic punitus non reſipuerit, tunc tandem etiam excommunicandus eſt. Illi verò Clerici, qui beneficia Eccleſiaſtica non habent, carcere, ſuſpenſione ab ordine, & inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisque modis juxta Canones puniri jubentur.

6. Quomodo autem & qualiter monitio illa prævia facienda, donec ad pœnam ſuſpenſionis & privationis procedi valeat?

Imprimis monitio illa debet eſſe ſpecialis in perſonam & non ſufficit generalis per Edictum aut in Synodo. Schmalzgr. *hìc n. 7.* Deinde requiritur, ut ſit trina. *c. 2. & 6. h. t.* Reiffenſt. *h. t. n. 55.* Præterea etiam ad hoc, ut prædictæ pœnæ privationis & depoſitionis locum obtineant, non ſufficit, quòd Clericus de concubinatu tantùm ſit ſuſpectus, ſed neceſſe eſt, ut concubinatus ſit notorius, & publicus, aut aliàs per teſtes ſufficienter probatus. *cit. Schmalzgr. hìc. n. 10.* Unde Clericus

hactenus tantùm ſuſpectus poſt trinam admonitionem conſortium fœminarum non vitans, non tamquàm fornicator vel concubinarius, ſed tamquam inobediens vel contumax puniri, & ad ſummum purgatio canonica eidem indici debet. P. König *h. t. n. 8.*

7. *Sed habétne dicta Tridentini conſtitutio locum tantum in Clericis propriè concubinariis, an verò etiam in aliis fornicariis?*

Multi prius tantùm volunt, propter quandam Cardinalium declarationem, de qua fit mentio ibidem poſt textum; & quia Concilium de iis propriè videtur loqui. Dicendum tamen pœnas Concilii habere locum etiam in aliis Clericis fornicariis. eò quòd verba *cit. Concil.* ſint disjunctiva ibi; *ne concubinas aut alias mulieres, de quibus poſſit haberi ſuſpicio &c.* Cui accedit praxis confirmatoria Germaniæ in curiis Epiſcopalibus, in quibus eodem modo contra clericos fornicarios ac concubinarios procedi ſolet. vid. P. König. *hìc n. 11.* ubi ad contraria reſpondet. Quis autem hìc propriè concubinarius cenſendus ſit, ac quomodo aliquis dicatur concubinarius notorius? vid. apud Pichler *h. t. n. 9.*

8. *Requiriturne etiam trina monitio in Clerico, qui crimen ultroneè eſt confeſſus vel de eo convictus?*

Ita hoc etiam aliquibus videtur, propterea quod præfata conſtitutio ſtatuat jus novum, ſitque una ex recentioribus Eccleſiæ conſtitutionibus. Aſt contrarium veriùs eſt. Sequeretur enim, quod aliàs Clerici ante trinam monitionem impunè peccarent, quod non eſt admittendum. Deinde Conc. Trid. loc. cit. non tam ſuſtulit pœnas antiquas, quàm eas potius expreſsè confirmat

firmat in verbis: alioquin pœnis â ſacris Canonibus aut ſtatutis Eccleſiarum impoſitis puniantur. Trina itaque monitio tunc tantum præmitti debet, quando de crimine adhuc non conſtat, ſed Clericus de eo tantùm ſuſpectus eſt. Engel *hic n. 6.*

9. Sed anne ergò Clericus citra præviam monitionem crimen confeſſus, vel de eo convictus ſtatim ab officio ſuſpendi, vel beneficio privari poteſt?

Minimè, ſaltem regulariter, quia Concil. alleg. requirit aliquam incorrigibilitatem; qualis non eſt Clericus necdum monitus, & nunquàm correctus. Ergo alia duntaxat pœna pro arbitrio Epiſcopi juxta antiquos canones erit puniendus. Pichler *hic n. 9.* Niſi fornicatio ſit valde notoria & ſcandaloſa aut qualificata, v. g. quia concurrit peccatum ſtupri, adulterii, ſacrilegii, inceſtûs, Sodomiæ &c. vid. Reiffenſt. *h. t. n. 48. & ſeqq.*

10. Proceduntne verò dictæ Concilii pœnæ in conſcientia, ita ut Clericus fornicarius vel concubinarius fructus beneficii ſine alia judicis ſententia reſtituere teneatur?

Negant hoc communiter DD. eò quòd pœnæ, quæ etiam ipſo jure irrogantur, non aliter obligent in conſcientia, quàm ſi declaratoria ſaltem ſententia ſequatur, uti pluribus dictum in tit. de conſtit. vid. Schmalzgr. *hic n. 13.*

11. *Veniuntne etiam fructuum nomine, quibus concubinarii privantur, diſtributiones quotidianæ?*

Volunt hoc quidem aliqui. Sed contrarium verius eſt, eò quod in pœnalibus non ſit facienda extenſio, ubi lex deficit. Schmalzg. *h. t. n. fin.*

12. *Eſtne cogendus Clericus concubinarius ad abjurandam concubinam?*

Non eſt hoc faciendum propter textum clarum in *c. 3. h. t.* & ratio eſt: quia juramentum eſt remedium extraordinarium ac ſubſidiarium, quod adhiberi non ſolet, niſi aliis mediis deficientibus. Sunt autem hìc plura alia remedia, nempe ſuſpenſio, depoſitio, excommunicatio &c. cit. Schmalzgr. *hìc n. 5.* ubi etiam ad obſtantia reſpondet.

TITULUS III.

De Clericis conjugatis.

1. *Eſtne Clericis non tantùm illicita, de qua in tit. præc. ſed etiam aliàs licita cohabitatio putà matrimonialis interdicta?*

OMnino. Cum diſtinctione tamen inter Clericos in majoribus, & minoribus conſtitutos.

2. *Nullatenus ergo Clericis in majoribus ordinibus conſtitutis licet contrahere matrimonium?*

Non licet omnino, imo Clericus in ſacris conſtitu-

tus

tus, nec licitè nec validè contrahit matrimonium. Ratio conſiſtit in voto ſolenni caſtitatis, quod ſacris ordinibus immediatè eſt annexum, & conſtituit impedimentum dirimens matrimon. *c. un. de vot. in 6.* non minus ac v. g. conſanguinitas vel affinitas usque ad 4. gradum jure Eccleſiaſtico impedit matrimonium contrahendum, & contractum de facto dirimit. vid. pulchrè Reiffenſt. *hìc n. 3.*

3. *Quid dicendum de Minoriſtis?*

Conſtituti in minoribus ordinibus tantùm, & validè & licitè ineunt matrimonium, eſt commun. & patet ex *c. 1. h. t. & can. 14. diſt. 32.* quia nec votum, nec ulla lex Eccleſiaſtica illos obligat ad cælibatum. Pichler *hìc n. 1.*

4. *Quæ ſunt pœnæ Clericorum nuptias contrahentium?*

Qui minores tantùm habent ordines, quia ſicut dictum, licite & valide contrahunt, ideo nullis pænis ſubjacent; ipſo facto tamen cenſentur clericatui renuntiaſſe, ac ob id beneficia, ſi quæ habuerunt, amittunt. cit. *c. 1. h. t. & 3. & 5. eod.* Conſtituti verò in ſacris ordinibus, 1. fiunt irregulares ipſo facto. *can. 32. cauſ. 27. q. 1. c. & 2. qui cler. vel vovent.* 2. tamquàm excommunicati publicè denuntiandi. *Clem. un. de conſangu. & affinit.* 3. compellendi ſunt per cenſuras ad uxores, quas nulliter duxerunt, dimittendas & agendam pœnitentiam. cit. *c. 1. h. t.* Pichler *hìc n. 2.*

5. *Sed amittuntne etiam tales Clerici beneficia præhabita, ſicut Minoriſtæ?*

Volunt hoc aliqui, uti videre eſt apud Schmalzgr. *h. t. n. 35.* Sed dicendum, Clericos in ſacris conſtitutos non

non ammittere beneficia præhabita ſaltem ipſo jure. Ratio; quia iſta pœna in tales Clericos nullibi reperitur ſtatuta, pœnæ autem ſine textu non ſunt adſtruendæ, præſertim tam graves, qualis eſt privatio. Pichler *hìc n. 3.* Nec obſtat: quòd minoriſtæ illa amittant. Nam hoc in his expreſsè ita conſtitutum eſt in cit. *c. 1. h. t.* & quidem non tam in pœnam, quàm propter incompatibilitatem ſtatus matrimonialis cum beneficio: matrimonium autem Clerici in ſacris conſtituti eſt nullum ipſo jure, ac proinde talis Clericus non cenſetur aſſumpſiſſe ſtatum incompatibilem. Conſequenter deberet tantùm in pœnam beneficio privari, quæ autem juxta dicta, nullibi legitur ſtatuta. vid. cit. Schmalz.. & Pichler, ubi etiam ad alias object. reſpondet.

6. *Proceditne autem illa amiſſio beneficiorum in Clericis minoriſtis ipſo jure: an verò ſolum per ſententiam Judicis.*

Poſterius tenent nonnulli per cit. *c. 1. & 3. h. t.* ubi tales Clerici poſt aſſumptum ſtatum matrimonialem dicuntur compellendi ad beneficia Eccleſiaſtica relinquenda, iisque privandi: quaſi hoc ipſo non videantur ipſo jure privati. Verùm communior docet privationem iſtam induci ipſo jure. Ratio; quia matrimonium & beneficium ſunt duæ res incompatibiles, uti deſumitur ex *c. 3. & 5. h. t.* ubi dicitur, quòd voluptatibus & carnalibus deſideriis, atque divinis ac Eccleſiaſticis obſequiis nemo poſſit vacare: & quòd non concordet cithara cum pſalterio, id eſt, conjugalis converſatio cum clericali miniſterio. Conſequenter uno ex ejusmodi incompatibilibus aſſumpto, alterum hoc ipſo cenſetur eſſe relictum. ad *c. 1. cit.* nec non ad alias objectiones reſpond. Schmalzgr. *hìc. n. 6.* add. Pichler. *n. 4.* & Reiffenſt.

ſenſt. *n. 9. & ſeq. h. t.* Quid autem interſit, an beneficium aliquod ipſo jure: an verò per ſententiam Judicis vacet? vid. Engel. *n. 1. hìc.*

7. *Habétne autem dicta privatio locum in matrimonio necdum conſumato?*

Habet: propter eandem rationem, quia videlicet per ſolum matrimonium ratum verè jam eſt aſſumptus ſtatus incompatibilis cum beneficiò, & conſequenter huic tacitè renuntiatum. vid. Reiffenſt. *hìc n. 13. & ſeqq.*

8. *Sed quid dicendum de ſponſalibus?*

Per ſola ſponſalia de futuro non amittitur beneficium ipſo jure. Patet ex dictis; quia per ſponſalia de futuro non aſſumitur ſtatus plene incompatibilis cum beneficio, ſed iſta tantùm ſunt via ad ſtatum incompatibilem. cit. Reiffen. *h. t. n. 16.*

9. *Quid verò juris, ſi matrimonium Clerici fortè ob impedimentum aliquod dirimens vel alium defectum ſit nullum?*

Amitti nihilominus etiam in hoc caſu beneficium cenſet P. Engel *hìc. n. 3.* & videtur eſſe communis. quaſi nimirum ſaltem ex intentione Clerici ſtatus incompatibilis ſit aſſumptus. Verùm opinio contraria, quam tenet P. König *eod. tit n. 11.* æquior eſt, & probabilior. 1. quia ſacri Canones prædictam privationem inducentes loquuntur de matrimonio valido, ùt conſtat. ex *c. 1. h. t. cit.* 2. quia in tali matrimonio invalido ceſſat ratio incompatibilitatis. Nec obſtat intentio illa Clerici, ſive affectus cum opere ſubſecuto, quia non eſt ſortita effectum;

ctum; unde ſuccedit regula: non præſtat impedimentum quod de jure non ſortitur effectum. Et licèt in quibusdam caſibus ſola intentio cum opere ſubſecuto noceat, & ponat impedimentum, hoc tamen tantùm procedit in caſibus expreſſis, ſecùs in non expreſſis. Confer. Schmalz. *hìc n. 11. & ſeqq.* vid. tamen etiam Reiffenſt. *eod. tit. n. 17.*

10. *Amittúntne autem Clerici conjugati etiam reliqua privilegia veluti privilegium fori & Canonis?*

Vel tales Clerici obſervant conditiones à ſacris Canonibus præſcriptas, vel non obſervant: ſi obſervant, gaudent ſaltem privilegio fori & canonis. *c. ult. h. t. in 6.* & *Trid. ſeſſ. 23. c. 6. de reform.* ſi non obſervant, tunc nec fori nec canonis privilegio gaudent. Reiffenſt. *hìc n. 22. & ſeqq.* quia deficiente conditione, deficit omne id, quod ſub ea eſt conceſſum.

11. *Quæ ſunt iſtæ conditiones?*

Hæ tres ſequentes. 1. ut talis Clericus cum unica & virgine contraxerit, aliàs enim eſſet bigamus, qui omni privilegio clericali ſunt deſtituti. *c. un. de bigam. in 6.* 2. ut deferat tonſuram & veſtes clericales, quæ duæ conditiones introductæ ſunt per *c. un. h. t. in 6.* & 3. ex conſtitutione Trid. ut Eccleſiæ alicujus ſervitio ab Epiſcopo ſit deputatus, eidemque Eccleſiæ ſerviat & miniſtret, cit. Reiffenſt. *hìc n. 23.*

12. *Quare dictum: ſaltem privilegio fori & canonis?*

Quia Clerici conjugati, quantum cunque prædictas conditiones obſervent, reliquis privilegiis clericalibus, quale eſt beneficium competentiæ *ex c. Odoardus de*

ſolut.

ſolut. privilegium immunitatis â tributis &c. nullo modo gaudent, ut conſtat ex *c.* u*n. h. t. in 6. cit.* idem Reiffenſt. *n. 28.*

13. *Sed habétne dictum fori privilegium locum tam in cauſis criminalibus quàm civilibus?*

De cauſis criminalibus nullum eſt dubium; quia de his nominatim loquitur conſtitutio Bonifacii in *cit. c. un.* De cauſis autem civilibus non conveniunt DD., affirmativum tenet Engel *hìc n. 7.* ex ratione, quòd Clerici conjugati non debeant eſſe deterioris conditionis, quàm familia Epiſcopi aut cæterorum Clericorum: atqui hæc paſſim etiam in civilibus gaudet fori privilegio. Ergò & Clerici conjugati, ſaltem quatenus præmiſſas conditiones obſervant. Negativam è contra rigore juris attento propugnat Schmalzgr. *eod. tit. n. 42.* ubi etiam ad contraria reſpondet. add. Reiffenſt. *hìc n. 25.*

14. *Quo jure autem introductus eſt Cœlibatus Clericorum?*

Jure tantùm poſitivo humano, cùm nullibi in jure divino prohibitum, nec græcis concedi potuiſſet uſus matrimonii, etiam priùs contracti. Engel *hìc n. 11.* add. Schmalzg. *n. 25.* An autem & qualiter Eccleſia potuerit hoc facere, & matrimonia Clericis omnino interdicere. vid. cit. Schmalzgr. *n. 32. h. t.* latè & ſolidè Gonzalez *ad c. 3. h. t.*

TITU-

TITULUS IV.

De Clericis non reſidentibus in Eccleſia vel Præbenda.

1. *Quid eſt Reſidentia?*

Reſidentia eſt præſentia, ſeu aſſidua commoratio in loco beneficii, causâ ſervitii Eccleſiaſtici perſonaliter præſtandi. P. König *h. t. n. 1.* Schmalzgr. *eôd.* & alii communiter.

2. *Quotuplex eſt Reſidentia?*

Duplex: una vera, altera ficta. Vera eſt, quando beneficiarius verè & realiter præſens eſt in loco beneficii, & perſonaliter officium, propter quod datur beneficium, exercet. Ficta dicitur: quando abſens â loco beneficii juris interpretatione habetur pro præſente in ordine ad lucrandos fructus. Schmalzgr. *hic. n. 6.* confer. Reiffenſt. *n. 6.*

3. *Quinam obligantur ad perſonalem Reſidentiam?*

Spectatô jure communi ad Reſidentiam perſonalem obligantur omnes habentes beneficium aliquod, etiam ſimplex & tenue, *c. 13. de præbend.* Quia omne beneficium datur propter Officium. *c. fin. de reſcript in 6.* etiamſi ſit tenue & exiguos fructus adferat. *c. 6 h. t.* In ſpecie verò Patriarchæ, Archi-Epiſcopi, Abbates, Præpoſiti, Priores, Parochi, & alii Curati. Item Canonici Cathedralium, & Collegitarum Eccleſiarum vid. P. König hic *n. 5.* Schmalzgr. *n. 7.*

4. Cu

4. *Cur dictum ſpectato jure communi?*

Quia generali conſuetudine totius Eccleſiæ beneficia ſimplicia hodie reſidentiam perſonalem non requirunt, ideoque iis poteſt beneficiatus per ſubſtitutum deſervire. niſi fundator diſertis verbis contrarium proſpexerit. Reiffenſt. *hic n. 9.* In Canonicatibus quoque uſus locorum â jure communi præſertim in Germania multum receſſit, dum nimirùm Canonici in multis Eccleſiis medio tantùm anno, in aliis tribus menſibus, & in aliis uno duntaxat certo die ad reſidendum obligantur. Schmalzgr. *h. t. n. 8.*

5. *Quô jure introducta eſt obligatio reſidendi?*

Beneficiati ſimplicia tantùm beneficia obtinentes, jure duntaxat poſitivo humano obligantur ad reſidendum. Beneficiati verò Curati & in ſpecie Epiſcopi, Archi-Epiſcopi & alii Prælati jure Divino obligati ſunt. Ratio prioris eſt, quia quoad ejusmodi beneficiatos obligatio iſta reſidendi nullibi in jure divino reperitur eſſe præſcripta; néque id exigit natura beneficii ſimplicis, eo quòd beneficia ſimplicia careant officio paſtorali, & cura animarum, ac præcisè propter cultum divinum ab Eccleſia ſint inſtituta. Reiffenſt. *hic n. 13.* Pars poſterior conſtat ex Conc. Trid. *ſeſſ. 23. c. 1. de reform.* & probatur ratione: quia unusquisque Paſtor ex obligatione quadam naturali debet præeſſe gregi ſuo, nec illum committere mercenario. Reiffenſt. *hic. n. 12.* add. Schmalzgr. *n. 25. & ſeq.* ubi ad contraria reſpondet.

6. *Potéſtne in hac obligatione ſummus Pontifex diſpenſare?*

Circa beneficia ſimplicia dubium non eſt, quin in iis

Hh circa

circa obligationem reſidendi poſſit ſummus Pontifex diſpenſare. Quia, uti dictum eſt, obligatio illa reſidendi præcisè jure Eccleſiaſtico eſt introducta. vid. tamen Reiffenſt. *hic n. 13. & ſeq.*

7. *Sed quid circa beneficia curata?*

Circa hæc videtur non poſſe diſpenſari; quia reſidentia Curatorum uti pariter dictum, eſt juris & præcepti Divini, in quo Eccleſia non diſpenſat. Dicendum tamen hoc non excedere poteſtatem ſummi Pontificis, maximè cùm juſta cauſa concurrat & beneficium ità interim ab aliis adminiſtretur, ut nullum animabus periculum ex propria Parochi abſentia immineat. Conſtat hoc ab effectu & praxi quotidiana, quâ Pontifex circa reſidentiam defactò diſpenſat, dum uni eidemque concedit, ut duos Epiſcopatus, vel duo beneficia curata habeat, licet in utróque reſidere non valeat. Item quando beneficia curata ſæpè unit monaſteriis, aliisque piis locis, cum jure percipiendi fructus, licèt ipſa cura non per Parochum principalem perſonaliter, ſed per Vicarios temporales vel perpetuos adminiſtretur. Schmalzgr. *hic. n. 26.* Rationem vide apud Schambog. *n. 5. h. t.* ad rationem dubitandi reſpondetur, quòd obligatio perſonaliter reſidendi non ſit abſolutè & pro omnibus circumſtantiis jure divino præcepta, ſed ſolùm conditionatè & in theſi, niſi nimirùm juſta cauſa aliud ſuadeat, & beneficio æque proſpiciatur per ſubſtitutum, ac per principalem. Pichler *hic n. 5.*

8. *Quid dicendum de conſuetudine?*

Nullum pariter dubium eſt, quin circa beneficia ſimplicia obligatio reſidendi tolli vel modificari poſſit, uti defactò in plerisque ſublata, & in multis modificata eſt juxta dicta. *q. 4.* Dubitatur tantùm circa reſidentia

tiam Curatorum propter text. in Concil. Trid. *ſeſſ. 23. c. 1. de reform.* ubi ejusmodi conſuetudo etiam immemoralis dicitur eſſe irrationabilis, & corruptela. Reſp. tamen, ſi per ejusmodi conſuetudinem nullum damnum vel periculum animabus immineat, putà quòd Parochi ex juſta cauſa alibi perſonaliter commorantes interim per idoneos Vicarios curam exerceant, nihil obſtare, quin talis conſuetudo tolerari valeat. Ratio: quia quidquid induci poteſt periculum, poteſt etiam induci per conſuetudinem ſaltem immemorialem: quia hæc æquivalet privilegio. Schmalzgr. *hìc n. 32. & ſeq.* confer. tamen. Zoës *h. t. n. 4.*

9. *Quis eſt effectus Reſidentiæ?*

Effectus Reſidentiæ tum veræ tum fictæ eſt perceptio fructuum, ſive redituum ex beneficio obvenientium. P. König *h. t. n. 36.*

10. *Quæ ſunt pœnæ non Reſidentium.*

Spectato jure communi antiquiore pœna ordinaria Clericorum non reſidentium erat privatio beneficii, ſi nimirùm priùs ad reſidendum moniti & citati contumaciter emanſerint, ùt patet ex *c. 2. 3. 4. 6.* & paſſim *h. t.* Reiffenſt. *hìc n. 20.* Poterat tamen etiam ſuperior nihilominus alio modo procedere contra non reſidentes, eosque priùs compellere ad reſidendum per cenſuras medicinales ſuſpenſionis & excommunicationis præmiſsâ trinâ monitione infligendas. uti ſimiliter conſtat ex *c. 11. §. contra eos. eod. tit. cit.* Reiffenſt. *n. 26.* Jure noviſſimo autem Concil. Trid. quamvis pœnæ prædictæ non tam ſint ſublatæ, quàm per expreſſum ſimul confirmatæ, nonnulla tamen ſpecialia tum quoad pœnas Epiſcoporum, tum aliorum Curatorum, nec non Canonicorum ſunt diſpoſita & conſtituta, uti infrà pluribus.

11. *Sed eſtne prædicta Curatorum reſidendi obligatio adeo rigoroſa, ut nullô unquàm tempore ab Eccleſia curata abeſſe poſſint?*

Minimè: ſed poſſunt tum Epiſcopi, tum alii Curati ex qualibet juſta & probabili cauſa, licet non admodùm gravi, aliquo ſaltem tempore â ſuis Eccleſiis cum, vel ſine licentia ſui ſuperioris abeſſe, modò interim cura per ſubſtitutum æque idoneum provideatur. Pichler *hìc n. 8.* Ratio eſt; quia Reſidentia Curatorum debet intelligi humano modo, nè quis quaſi compedibus alligatus teneatur ſemper eſſe præſens Eccleſiæ; & quia, qui modico tempore abeſt non cenſetur abeſſe, tamquàm ſtatim reverſurus, ùt loquitur Trid. *ſeſſ. 23. c. 1. de reform.* Reiffenſt. *h. t. n. 2.* confer. Engel *hìc. n. 6.*

12. *Quæ autem ſunt iſtæ cauſæ excuſantes à continua Reſidentia?*

Pro re nata poſſunt eſſe variæ. Quatuor autem in Trid. *ſeſſ. 23. c. 1.* nominatim exprimuntur, ad quas aliæ ferè omnes revocari poſſunt. I. Eſt Chriſtiana charitas: ut ſi nimirùm Epiſcopus vel alius Curatus abſit ad convertendos hæreticos, procurandam pacem inter diſſidentes &c. II. Urgens neceſſitas: veluti cùm valetudinis curandæ causâ, vel propter gravem perſecutionem â loco beneficii recedit. III. Debita obedientia, ut ſi Papa Epiſcopum, vel Epiſcopus Curatum inferiorem pro bono Eccleſiæ, vel reipublicæ Chriſtianæ aliò avocet: & IV. deniqùe evidens Eccleſiæ vel reipublicæ neceſſitas, ut ſi quis alibi defendat jura ſuæ Eccleſiæ, vel diſcedat ad Concilium generale, vel Provinciale, vel ſi negotium pro tranquillitate totius Regni ve

rei

reipublicæ expediat. vid. Pichler *hìc n. 6.* & latè Schmalzgr. *§. 3. h. t. per. tot.*

13. *Quanto ergò tempore licet in ſpecie Epiſcopis â ſuis Eccleſiis abeſſe?*

Epiſcopi habent duos, vel ad ſummum tres menſes per ſingulos annos, quibus ſive conjunctim, ſive interpolatim ab Ecclesia ſua abeſſe, & alibi divertere valeant: modò tamen id non fiat temerè, & absque ullo gregis detrimento, quod conſcientiæ eorum relinquitur. Et præterea abſentiam iſtam in feſtis ſolennioribus v. g. Nativitatis Domini, Quadrageſimæ, Paſchatis, Pentecoſtes, & Corporis Chriſti non inſtituant: ut patet ex præallegato Trid. *ſeſſ. 23. c. 1. de reform.* Et hoc quidem jure permittente, & citra licentiam â S. Pontifice vel alio ſuperiore impetrandam. Quod ſi autem diutiùs eos abeſſe ſit neceſſe, debent cauſam abſentiæ S. Pontifici, aut Archi-Epiſcopo, & in hujus abſentia Seniori ſuffraganeo ſignificare, ac in ſcriptis approbationem impetrare, niſi periculum ſit in mora, vel abſentia contingat propter officium Epiſcopatui annexum, cujus cauſa eſt notoria, ut patet ex eod. Trid. *ſeſſ. 23. c. 1.* Confer. Reiffenſt. *hìc n. 34. & ſeqq.*

14 *Sed quas nominatim incurrit pœnas Epiſcopus diutiùs illegitimè ſe abſentans?*

Extat quidem conſtitutio in *can. 20. cauſ. 7. q. 1. & c. 9. h. t.* ubi ſpecialiter eſt ſermo de Epiſcopis non reſidentibus, ibique pœna privationis in eos conſtituta. Verùm quia hodie, præſertim poſt Concil. Trid. cauſæ Epiſcoporum, & maximè cauſæ criminales graviores

ab ipſo tantùm ſummo Pontifice ſunt cognoſcendæ & terminandæ; Ideo privatio iſta hodie ſtatim non habet locum, nec ampliùs ſine authoritate Romani Pontificis ad eam procedi poteſt, ſed obſervanda eſt forma decreti in dicto Concil. Trid. *ſeſſ. 6. c. 1.* ubi noviſſimè ſtatuitur, quòd Epiſcopus, vel alius Prælatus ſuperior, ſi ultrà ſex menſes illegitimè ſe abſentet, quartam partem redituum unius anni ipſo jure amittat, quæ per ſuperiorem fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus erit applicanda. Si per alios ſex menſes in contumacia perſeveret, rurſus alteram partem ipſo jure amittat: creſcente verò contumacia per Archi-Epiſcopum vel Seniorem ſuffraganeum ſub pœna interdicti ingreſsûs in Eccleſiam ipſo facto incurrenda, denuntiandus eſt infra 3. menſes ſummo Pontifici, ut pro arbitrio illius Eccleſiâ ſive Epiſcopatu privetur: Huic poſtea ſucceſſit alia ejusdem Trid. conſtitutio in *ſeſſ. 23. c. 1.* quâ ſimiliter pœna prædictæ confirmantur. Præterea verò ſtatum eſt, quòd Epiſcopus ultra tres menſes ſine licentia & rationabili cauſa ſe abſentans reatum quóque peccati mortalis incurrat, & inſuper fructus pro rata temporis abſentiæ ſuos non faciat. vid. Reiffenſt. *hìc n. 10. & ſeqq.* Alia præterea pœna contra Epiſcopos non reſidentes habetur in conſtitutione Pii V. relata in cit. *ſeſſ. 6. c. 2.* vi cujus, ſi illegitimè abſentes extra ſuam Eccleſiam moriantur, bona eorum tamquàm ſpolia ad Cameram Apoſtolicam pertinent. vid. Schmalzgr. *n. 36. h. t.*

15. *Sed habentne iſtæ pœnæ locum in conſcientia etiam ante ſententiam ſaltem declaratoriam?*

Diſtinguendum eſt inter fructus abſentiæ, de quibus in cit. *ſeſſ. 23. c. 1.* & inter quartam partem redituum totius anni, de qua in *ſeſſ. 6. c. 1.* Priores ce-

dun

dunt fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus citra omnem ſententiam etiam declaratoriam. Poſteriores verò non niſi poſt ſententiam. Pars I. patet ex cit. *ſeſſ. 23. c. 1.* ibi: *alia etiam declaratione non ſecuta.* & ratio eſt; quia privatio iſta non habet ſe per modum pœnæ, ſed ſequitur ex natura conditionis, ſcilicet reſidentiæ, quâ non poſita, non debetur ſub illa conditione promiſſum. Schmalzgr. *hìc n. 42.* Pars II. probatur, quia Concilium dicit tales fructus per ſuperiorem in fabricam, ſeu pauperibus eſſe applicandos, quod executionem externam deſiderat, conſequenter etiam ſententiam ſaltem declaratoriam. Deinde quia conſtitutio iſta, quoad ejusmodi fructus perceptos eſt verè pœnalis, pœnæ autem non obligant in conſcientia ante ſententiam ſaltem declaratoriam. Engel *hìc n. 4. in fin.* confer tamen Reiffenſt. *n. 54. eod. tit.*

16. *Obligantúrne etiam ad reſidentiam perſonalem Abbates & alii Prælati Epiſcopo inferiores?*

Omninò: nam licet quidem Trid. expreſſam de iis mentionem non faciat, quia tamen Paſtorum quòque & Curatorum Epiſcopis inferiorum nomine veniunt, de quibus idem Trid. cit. *ſeſſ. 23. c. 1.* ℣. *eadem omnino* loquitur, ideo & ipſos ſub dicta conſuetudine comprehendi neceſſe eſt.

17. *Sed obtinéntne etiam in iis pœnæ paulò antè enumeratæ, ſi debitè non reſideant.*

Minimè: quia propter votum Religioſæ paupertatis reditus proprios habere non intelliguntur, ſed omnia monaſteriis acquirunt, quæ ex eorum culpa damnifi-

cari non debent *c. 78. de R. I. in 6.* Engel *hic n. 5.* Unde aliis modis & pœnis juxta cujúsque ordinis regulam & uſum receptum ſunt plectendi. Schmalzgr. *h. t. n. 39.*

18. *Poſſúntne autem hi quóque duobus ſaltem vel tribus menſibus ſine licentia ſuperioris abeſſe?*

Si ſint exempti ac jurisdictione quaſi Epiſcopali gaudentes, poſſunt taliter abeſſe, quia veniunt nomine Epiſcoporum. Schmalzg. *hic n. 14.* Si verò non ſint exempti, ſed ſubjaceant Epiſcopo, tunc verius eſt licentiâ Epiſcopi eis opus eſſe per Trid. *cit. ſeſſ. 23. c. 1. ℣. eadem omninò.* Niſi aliter conſuetudine obtineat, prout paſſim videmus Abbates etiam non exemptos ſine licentia ſuperioris ad modicum tempus abeſſe, præſertim ex cauſa, quæ Prælaturæ eſt conjuncta & notoria, ut ſi Prælatus ſit ſtatus vel deputatus Provinciæ. P. König *hic n. 6.*

19. *Quid juris circa abſentiam Parochorum & aliorum Curatorum inferiorum?*

Volunt aliqui, quòd etiam Parochi duobus ſaltem menſibus absque licentia liberè abeſſe poſſint, ſicut Epiſcopi, tum per cit. Trid. *ſeſſ. 23. c. 1.* ubi quoad obligationem reſidendi comparantur Parochi cum Epiſcopis: tum etiam, quòd id de jure antiquo Parochis licitum fuerit per *can. 3. cauſ. 7. q. 1.* Sed probabilior eſt negativa. Ratio eſt, quòd in Concil. cit. diſertè ſtatuatur, ut *quandocúnque eos abeſſe contigerit, diſcedendi licentiam in ſcriptis, gratisq; concededam, ultra bimeſtre tempus, niſi ex gravi cauſa non obtineant.* Ex quo proinde apparet,

Paro-

Parochos nullo unquàm tempore ſine licentia ſe abſentare poſſe. Cui accedit praxis curiarum Epiſcopalium, quâ Parochis ſimiliter nec per octiduum â Parochia ſine licentia abeſſe permittitur ad rationes dubitandi reſpondet Engel *hìc n. 10.* adde Reiffenſt. *h. t. n. 67. & ſeqq.*

20. *Sed nunquid videmus, quòd Parochi ad modicum tempus diſcedentes licentiam Epiſcopi non requirant, ſed vel ſuis Capellanis, vel vicino Parocho curam & jurisdictionem paſſim committant?*

Fit hoc quandóque vel ignorantibus, vel conniventibus ordinariis. Interim ſi ſtatutum Epiſcopi non adſit, & conſuetudo fortè in aliquo loco invaluit, poterit ea tamquàm rationabilis ſuſtineri, dummodo Eccleſiis per talem abſentiam notabile damnum non inferatur. Ratio primi eſt, quia licet obligatio reſidendi ſit juris divini ſaltem in theſi, obligatio tamen petendi licentiam ſuppoſitâ juxta cauſâ, ex mero jure poſitivo humano eſt introducta, quare poterit ſicut quævis alia lex humana per conſuetudinem tolli. Ratio verò poſterioris eſt: quia ſi per talem abſentiam gravia damna Eccleſiis naſcerentur, talis conſuetudo corruptela foret. juxta Concil. Trid. *cit. §. eadem omnino vid.* Reiffenſt. *h t. n. 78. & ſeqq.*

21. *Quæ ſunt pœnæ Parochorum non reſidentium?*

Eædem ferè quæ Epiſcoporum ſine juſta cauſa ultrà tempus jure indultum ſe abſentantium. Unde præter reatum peccati mortalis fructus quóque abſentiæ ſuos non faciunt cit. Trid. *ſeſſ. 23. c. 1.* Quòd ſi autem hoc non proficiat, tunc citandi ſunt per litteras,

vel edictum, atque ad reſidendum monendi: Si vero citati contumaciter emaneant, tunc arbitrio Epiſcop committitur, an contra eos per cenſuras Eccleſiaſticas fructuum ſubtractionem, ſequeſtrationem, vel privationem beneficii procedere velit. Schmalzgr. *hic n. 37* Pichler *n. 17.* ad Reiffenſt. *n. 59. & ſeq.*

22. *Faciuntne ſatis Parochi præcepto reſidendi, qui reſident quidem in Parochia, non tamen per ſe, ſed ſolummodo per Capellanos officium Parochiale exercent?*

Non ſatisfaciunt, ſaltem regulariter, & ceſſant ipſo impedimento. Ratio eſt: tum quia reſidere eſt deſervire Eccleſiæ per ſeipſum *c. 3. & 4. h. t.* tum quia in Parochis cenſetur eſſe electa perſonæ induſtria, quæ regulariter per alium non ſuppletur *c. 3. §. qui vero de præb.* Quare ſaltem graviter peccant, ſi cùm poſſunt, per ſeipſos non deſerviant. Reiffenſt. *hìc. n. 85.*

23. *Sed an tali caſu etiam fructus ſuos non faciunt?*

Sunt quidem multi in hac ſententia, quòd licèt Parochus ejuſmodi graviter peccet, uti dictum, nihilominus tamen non teneatur ad fructuum reſtitutionem nec incidat in alias pœnas non reſidentium: eò quòd hoc in jure nullibi cautum reperiatur, nec pœnalia ſint extendenda. Reiffenſt. *h. t. n. 87.* Verùm ceſſant etiam hìc juſto impedimento menti & rationi Concil. Trid. conformior eſt ſententia oppoſita. Nam, cùm verba accipienda ſint cum effectu, reſidere non intelligitur, qui ſacramenta per ſe non adminiſtrat. *cit. c.*

3. C

3. & 4. h. t. Niſi fortè Pārochiani etiam ex ſola Parochi præſentia utilitatem percipere queant, & per Vicarios fortè meliùs, quàm per Parochum inſtruantur. vid. Engel *hîc n. 16.*

24. *Quando & quibus de cauſis Parochi quoque à continua reſidentia excuſari & fructus nihilominus lucrari poſſunt?*

In ſpecie cauſæ excuſantes Epiſcopos â reſidentia, excuſant etiam Parochos, uti ſunt: Chriſtiana charitas, urgens neceſſitas, debita obedientia, ac evidens Eccleſiæ vel Reipublicæ utilitas. In genere autem, quæcunque honeſta cauſa arbitrio Epiſcopi juſta reputata, ſufficit ſaltem ad bimeſtre tempus, modò accedat licentia Epiſcopi, & interim Eccleſiæ per ſubſtitutum idoneum ſufficienter provideatur. Reiffenſt. *h. t. n. 88. & ſeq.* add. Schmalzgr. *§. 3. per tot.*

25. *Eſtne etiam juſta abſentiæ cauſa graſſans in loco Parochiæ contagio?*

Poſſet hoc quidem videri, eò quòd non prohibeatur Parochus morbi curandi cauſâ de licentia Epiſcopi, & ſubſtituendo idoneum vicarium, aliquo tempore abeſſe, ut dictum ſupra *q. 9.* Negatur tamen communiter ex ratione, quod tunc vel maximè oves opus habeant paſtore, ejúsque præſentia ac ſolatio ſpirituali, quas itaque tunc deſerere eſt contra officium Paſtoris, & illud Chriſti: *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis.* atque ita quoque â S. Congregatione declaratam fuiſſe refert Engel *h. t. n. 17.* In eo tamen conveniunt paſſim DD. quòd peſtiferis non

tenea-

teneatur per ſe Sacramenta adminiſtrare, ſi poteſt alios Vicarios habere, ſicque ſatisfaciat ſanis ſaltem ſuccurrendo, eisque verbum Dei proponendo. vid. Reiffenſt. *hic n. 103. & ſeqq.*

26. *An & quomodo perſonaliter etiam reſidere tenentur Canonici Cathedralium, vel Collegiatarum Eccleſiarum?*

Canonici, quamvis beneficium tantùm ſimplex poſſideant, nihilominus tamen ex natura beneficii ad reſidentiam perſonalem in ſuis Canonicatibus omnino ſunt adſtricti, non tantùm ex ratione generali ſuperiùs in *q. 3.* præmiſſa, quia omne beneficium datur propter officium, ſed etiam ex ſpeciali Trid. conſtitutione *ſeſſ. 24. c. 12. de reform. §. præterea.*

27. *Sed tenentúrne Canonici integro quoque ſemper anno in canonicatu eſſe præſentes?*

Reſidentia Canonicorum tantùm eſt adſtricta ad novem menſes, conſequenter quilibet Canonicus ſingulis annis habet tres menſes liberos, quibus alibi morari, vel aliàs liberè ab Eccleſia abeſſe poſſit, niſi conſuetudo vel ſtatutum Eccleſiæ, aut literæ fundationis ongius tempus requirant, ut patet ex Conc. Trid. *cit.* ubi ipſis tantum interdicitur ſe abſentare ultra tres menſes: ubi tamen notant DD. quod ejusmodi tres menſes non debeant incurrere in Natale Domini, vel Paſcha, aut alias tales majores ſolennitates. Item quòd Canonici dictos tres menſes ita inſtituere debeant, ne ſimul omnes vel plures ſimul ab Eccleſia abſint. vid. Reiffenſt. *h. t. n. 115. & ſeq.* Pichler *n. 11.*

28. *Sed quid ſi diutius abeſſe velint?*

Tunc debent coram Epiſcopo cauſam ejusmodi abſentiæ proponere, & deſuper approbationem illius & licentiam obtinere, juxta Barbos in tract. de Canon. *c. 24. n. 1. & 55.* ubi hæc duo copulativè requiri docet, aliàs vero pœnis non reſidentium ſubjacebunt.

29. *Tenentúrne autem Canonici in abſentia ſua alium quoque ſubſtituere?*

Non tenentur. Ratio, quia abſentia eorum non eſt adeo damnoſa Eccleſiæ, ſicuti Parochorum vel Epiſcoporum, & ſufficit, divina officia per cæteros Collegiales interim in Eccleſia perſolvi. Reiffenſt. *hìc n. 123.*

30. *Verùm lucrantúrne etiam fructus Canonicatûs, quando vel dictis tribus menſibus, vel aliàs ex juſta cauſa cum licentia Epiſcopi abſunt?*

Lucrantur ſaltem annuos & groſſos. Ratio, quia taliter abſentes fictione juris habentur pro reſidentibus, effectus autem reſidentiæ etiam fictæ eſt perceptio fructuum, uti dictum *q. 9.* Reiffenſt. *hic n. 165.*

31. *Quarè dictum ſaltem annuos & groſſos?*

Quia aliud eſt in diſtributionibus quotidianis: hæ enim regulariter præciſè tantùm reſidentibus non cedunt, ſed requiritur inſuper, ut interſint choro & officiis Divinis *c. un. h. t. in 6.* & ideò etiam fructuum, ac redituum beneficii nomine regulariter non veniunt. extrav. *21. §. præterea inter comm.* vid. Schmalzg. *h. t. n. 172. & ſeqq.* Confer. Engel *hìc n. 34.*

32. Sed

32. *Sed quid ſunt fructus annui?*

Sunt illi reditus annui, qui in fixo conſiſtunt, & dantur propter annuam reſidentiam in loco Canonicatûs ſine reſpectu ad miniſteria & præſentias, aut interessentias in officio divino, unde etiam fructus præbendæ, vel ſimpliciter præbenda appellantur. Reiffenſt. *n. 165.*

33. *Quid fructus groſſi?*

Hi ab aliquibus etiam annui appellantur, propriè tamen illi ſunt, qui de frumento, vino, piſcibus, aut aliis ſimilibus rebus inter Capitulares reſidentes diſtribuuntur, quamvis ordinariè fructibus annuis adnumerentur, eò quòd plerúmque æqualiter inter reſidentes diſtribuantur absque reſpectu ad ſingulas præſentias. P. König *hic n. 36.* Confer. Engel *n. 36. eod. tit.*

34. *Quid diſtributiones quotidianæ?*

Hæ ſunt illæ portiones, quæ dantur intuitu ſingulorum actuum ſeu præſentiarum in choro & divino officio, quamobrem etiam fructus præſentiæ & interessentiæ appellantur, & uti dictum fructuum nomine regulariter non veniunt. vid. König *n. 36.* & de earum conſtitutione confer Reiffenſt. *h. t. n. 167.*

35. *Quæ cauſæ excuſant Canonicos â reſidentia in ordine ad fructus percipiendos?*

Omnes illæ, quæ excuſant Epiſcopos, & alios Curatos, excuſant etiam Canonicos, veluti Chriſtiana charitas, urgens neceſſitas, & evidens Eccleſiæ utilitas per text. *in c. un. h. t. in 6.* & quidem â fortiori quia reſidentia Canonicorum eſt tantùm juris poſitivi Eccleſia

cleſiaſtici, Curatorum verò juris Divini. vid. Schmalzgr. *h. t. §. 3. per tot.* & Engel *n. 28.* Quo etiam communiter refertur ſtudiorum cauſa de licentia Epiſcopi in aliqua Univerſitate per text. *in c. 4. h. t.* vid. Reiffenſt. *hìc n. 134. & ſeqq.* Item quia Epiſcopus poteſt habere duos Canonicos, qui ipſi in gubernanda Diæceſi aſſiſtant, tunc licet hi nunquàm chorum frequentent, habentur tamen pro reſidentibus ſaltem ad lucrandos fructus annuos. Engel *d. n. 28.* Confer. Reiffenſt. *n. 149. & ſeq.*

36. *Habendúsne etiam eſt pro reſidente Canonicus Religionem ingreſſus, quamdiu eſt in Novitiatu?*

Negat hoc ſimpliciter P. Engel *hìc n. 28. cit.* ex ratione, quòd ingreſſus in religionem nullibi in jure reperiatur relatus inter cauſas excuſantes â reſidentia in ordine ad lucrandos fructus annuos vid. tamen in contrarium P. König *h. t. n. 26.*

37. *Quid dicendum de Canonico, qui quidem præſens eſt in Canonicatu, nunquàm tamen Eccleſiam frequentat, nec divina officia perſolvit?*

Talis non habetur pro reſidente, nec fructus lucratur: ad reſidentiam enim cum effectu fructus percipiendi non ſufficit qualiscunque præſentia, ſed requiritur, ut ſimul deſerviat perſonaliter officiis divinis *c. 6. h. t.* beneficium enim datur propter officium vid. Engel *hìc n. 27.* add. Reiffenſt. *n. 108. & ſeq.*

38.

38. *Quomodo reſidere debet Canonicus, qui præter Canonicatum ſimul obtinet beneficium curatum vel Parochiam?*

Vel Parochia eſt Canonicatui perpetuò & acceſſoriè unita, vel tantùm ex diſpenſatione obtenta. Primo caſu tenetur reſidere in Canonicatu tamquàm in Eccleſia principali, & in Parochiali per Vicarium deſervire. text. *in c. 30. qui verò de præbend.* In ſecundo verò caſu debet reſidere in Parochia propter curam animarum: habebitur tamen etiam pro reſidente in Canonicatu, ſaltem in ordine ad fructus annuos, non etiam quoad diſtributiones quotidianas ex conſtitutione Pij V. in bulla *cupientes*. vid. Engel *hìc n. 20.* add. P. König *n. 11.*

39. *Quomodo lucrantur fructus Canonici, qui in duabus Eccleſiis obtinent Canonicatum?*

Regulariter quidem nemo poteſt habere duos Canonicatus, citra diſpenſationem, quia propter reſidentiam novem menſium à Trid. requiſitam ipſo facto ſunt beneficia incompatibilia. Quòd ſi autem cum aliquo ſit diſpenſatum, tunc videndum eſt, an diſpenſatio illa extendat ſe etiam ad fructus percipiendos ex utróque Canonicatu: an verò facta ſit tantùm ſimpliciter ad duos Canonicatus obtinendos. Primo caſu ſtandum eſt diſpenſationi, & percipiet fructus utriusque Canonicatûs, etiamſi in uno tantum reſideat. Secundo autem caſu diſpenſatio id tantùm operabitur, ut diſpenſatus poſſit gaudere fructibus illius Canonicatûs, in quo maluerit reſidere. Engel *hìc n. 29.* add. Schmalzgr. *n. 20.*

40. *Suntnè etiam caſus & cauſæ, ob quas Canonici abſentes non tantum pro præſentibus quoad fructus annuos, ſed etiam pro intereſſentibus in ordine ad diſtributiones quotidianas ſunt habendi?*

Tres nominatim recenſentur in *c. un. h. t. in 6.* ſcilicet infirmitas, juſta & rationabilis corporis neceſſitas, & Eccleſiæ evidens utilitas, de quibus vid. Schmalzgr. *hìc n. 86. & ſeq.* add. Reiffenſt. *§. 7. h. t. per tot.* Quibus addi poteſt, 1. Diſpenſatio vel privilegium Papale. 2. Diſpenſatio Epiſcopi ad breve tempus. 3. Conſuetudo ſaltem poſt Trid. legitimè introducta. Et 4. merita præcedentia v. g. quia aliquis per 40. annos ſemper aſſiduè interfuerat Divinis. Pichler *hìc n. 14.* Confer. Schmalzgr. *n. 98. & ſeqq.* Requiritur tamen, ut talis Canonicus ſaltem ſit in urbe præſens: nam ſi inſuper etiam à civitate abſit, habebitur quidem pro præſente in ordine ad fructus annuos, non verò etiam quoad diſtributiones quotidianas; Engel *h. t. n. 30.* an autem corporis infirmitas, vel neceſſitas propriâ quóque culpâ cauſata taliter excuſet? vid. in ſpecie Pichler. *cit. n. 14.* & Schmalzgr. *n. 88. & 92.*

41 *Lucráturne etiam diſtributiones, qui, dum horæ in choro cantantur, miſſam celebrat vel confeſſiones exaudit?*

Negativè à Cardinalibus declaratum eſſe ex Garc. refert Engel *hìc n. 31.* conſuetudo tamen in pleriſque locis eſt in contrarium, quam etiam probat idem Engel ibid.

42. *Sed ad quem pertinent illæ diſtributiones, quas Canonici abſentes non percipiunt?*

Non conveniunt in hoc DD. aliqui enim diſtinguunt inter diſtributiones juxta Conc. Trid. noviter erectas: & inter antiquas ex fundatione debitas. Has cenſent præſentibus accreſcere, illas verò Eccleſiæ fabricæ eſſe applicandas Alii verò aliter diſtinguunt: an nimirùm cuivis Canonico determinata ſit certa portio, vel omnibus ſimul præſentibus aliqua certa quantitas? Primo caſu dicunt portionem abſentium Eccleſiæ remanere, vel pauperibus applicandam. Poſteriore verò præſentibus cedere. Unde cùm deficiat clara juris deciſio, conſuetudo cujuslibet loci optima erit interpres. Engel *hìc n. 35.*

43. *Quæ ſunt pœnæ Canonicorum debitè non reſidentium?*

Primo anno, quô abſunt ultrà tempus ſibi â jure permiſſum privandi ſunt dimidia parte fructuum, quos etiam ratione reſidentiæ ſuos fecerunt. Secundo anno, omnibus fructibus, quos eôdem annô lucrati ſunt. Tertio verò ſi moniti adhuc contumaciter abſint, tunc jubetur contra eos procedi juxta SS. Can. Conſtit. text in Trid. *ſeſſ. 24. c. 12. de reform.* vid. Reiffenſt. *h. t. n. 124. & ſeq.* Quid autem hoc ſit, juxta ſacrorum Canonum conſtitutiones, vid. Pichler *hìc n. 19.*

TITU

TITULUS V.

De Præbendis, & Dignitatibus.

1. *Quid hìc venit nomine Præbendæ?*

PRæbenda in genere nihil aliud ſignificat, quàm fructum ſive reditum alicujus Eccleſiæ, ex quo miniſtris & officialibus ejus alimonia penditur & præbetur. P. König & Schmalzgr. *n. 1. h. t.*

2. *Quot modis paſſim accipitur?*

Tribus potiſſimum modis, ſtrictè, latè & latiſſimè. Præbenda latiſſimè accepta dicitur, quatenus denotat omnem perceptionem redituum Eccleſiaſticorum, etiamſi laico competat propter ſervitium aliquod temporale, v. g. propter Advocatiam, Commendatariam vel aliam quamlibet deſervitionem & obſequium ſæculare; quæ etiam præbenda ſæcularis dicitur. Latè prout ſignificat præbendam tantùm ſpiritualem ſive omne beneficium Eccleſiaſticum in genere, ſive illud ſit Canonia, ſive aliud beneficium ſimplex aut curatum: & ſtrictè denique, quatenus in ſpecie denotat portionem Canonicorum, ſive ipſum jus percipiendi certos reditus Eccleſiaſticos occaſione Canonicatûs in aliqua Eccleſia Cathedrali vel Collegiata. vid. P. König *hìc n. 2.* & Reiffenſt. *n. 3.*

3. *Quomodo autem hìc ſumitur præbenda?*

In ſecundo ſenſu, pro omni beneficio Eccleſiaſtico intuitu Divini officii & obſequii conceſſo: atque hoc ſenſu præbenda & beneficium in jure Canonico confun-

funduntur & pro Synonymis uſurpantur, ut patet ex *c. 8. c. 23.* & paſſim *h. t.* cit. König *eod. tit. n. 2.*

4. *Quid venit nomine Dignitatis?*

Nomen Dignitatis diverſimodè quóque uſurpatur, & aliquando jure præſertim civili accipitur, pro fama & exiſtimatione. ùt *in L. un. C. de infa.* aliquando verò pro ſtatu & conditione. ùt in *L. 125. in fine ff. de V. S.* Jure autem Canonico ſubinde adeo latè patet, ut omnes Clerici dignitatem habere dicantur. *c. denique diſt. 4. cum ſimilib.* quæ omnia autem huc non pertinent, ſed hìc dignitas ſub ſpeciali ſignificatione accipitur, quatenus deſignat adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum, cui cohæret jurisdictio vel poteſtas, vel ſaltem præeminentia quædam, ſive gradus connexus adminiſtrationi. vid. P. König *n. 23. & ſeqq. h. t.*

5. *Quid ergo eſt Beneficium Eccleſiaſticum?*

Beneficium Eccleſiaſticum eſt jus perpetuum ad percipiendos reditus Eccleſiaſticos ratione ſpiritualis officii Eccleſiaſtica authoritate inſtitutum, & perſonæ Eccleſiaſticæ ab Eccleſiaſtica collatum. vid. Engel *h. t. n. 1.* Confer. Schmalzgr. *n. 2. & ſeqq. eod. tit.*

6. *Quotuplicia ſunt beneficia Eccleſiaſtica?*

Beneficia Eccleſiaſtica variè dividuntur: in Majora, & Minora, in Curata, & non Curata, ſive Simplicia, in Electiva & Patronata: in Sæcularia & Regularia: in Manualia & non Manualia: in Patrimonialia, & non Patrimonialia &c. uti pluribus videre eſt apud Vallens. *h. t. §. 2.* Conf. Reiffenſt. & Schmalzgr. *eod. tit. §. 2. per tot.*

7. *Quæ dicuntur beneficia Majora, & quæ Minora?*

Majora ſunt, quibus vel annexa eſt præeminentia cum jurisdictione in foro externo, vel adminiſtratione: & vocantur propriè ac ſpecifice Dignitates: qualia ſunt Papatus, Cardinalatus, Archi-Epiſcopatus, & Epiſcopatus vid. Reiffenſt. *n. 20. & ſeq.* vel annexa eſt præeminentia ſine jurisdictione: & dicuntur Perſonatus, qualem habere cenſetur ille, qui præ cœteris Canonicis ſui ordinis locum magìs honorificum in choro, capitulo, vel publicis proceſſionibus obtinet, uti alicubi Scholaſteria, alibi Primiceriatus, ſive Cantoria, id. Reiffenſt. *n. 43.* vel demum annexa eſt præeminentia cum adminiſtratione, ſine tamen jurisdictione, & officia appellantur, qualem adminiſtrationem habent Sacriſta, Cuſtos, Theſaurarius, de quibus actum in lib. 1. Verùm an beneficium aliquod ſit dignitas, vel non? ſpectanda eſt præcipuè locorum conſuetudo. Minora porrò beneficia dicuntur, quibus nulla præeminentia eſt annexa.

8. *Quid ſunt beneficia Curata & quid non Curata?*

Curata dicuntur, quæ habent curam animarum annexam: qualia plerumque ſunt omnia beneficia Parochialia. Non Curata verò, ſive ſimplicia dicuntur ea, quibus nulla cura eſt annexa, ùt ſunt Capellaniæ, Canonicatus &c. Engel *hìc n. 5.* Porrò beneficia curata duplicis ſunt generis. Nam quædam habent curam animarum in foro interno, ſeu omnia, quatenus curato competit poteſtas ligandi, & ſolvendi in foro pœnitentiali, ſimúlque ſubditis ſuis adminiſtrandi ſacra-

menta in foro interno ac externo, & hæc ſtrictè ac propriè dicuntur curata: quales ſunt Parochiæ, uti dictum. Quædam verò habent curam animarum in foro externo ſeu contentioſo, quatenus iis eſt annexa jurisdictio ſpiritualis viſitandi, corrigendi, excommunicandi, & alia id genus faciendi, quæ ad morum correctionem pertinent, qualis cura potiſſimum competit omnibus beneficiis majoribus. Hæc autem cura largè tantùm & impropriè dicitur cura animarum, cùm poſſit competere etiam non ſacerdotibus, puta Archi-Diacono. Reiffenſt. *hic n. 29.*

9. *Quæ ſunt beneficia Collativa, Patronata, vel Electiva?*

Collativa ſunt, quæ per collationem Epiſcopi vel alterius obtinentur; Patronata, quæ ad præſentationem Patroni dantur; Electiva, ad quæ quis per viam electionis aſſumitur. vid. Schmalzgr. *hic. n. 38.*

10. *Quæ veniunt nomine Regularium, & quæ Sæcularium?*

Sæcularia dicuntur, quæ Clericis ſæcularibus, id eſt, nullam Religionem profeſſis conferri ſolent: Regularia, quæ pariter ex fundatione, præſcriptione, vel privilegio Summi Pontificis tantùm Regularibus conferenda ſunt. *c. 5. h. t. in 6.* Engel *n. 6.* de his vid. latè cit. Schmalzgr. *n. 13. & ſeqq. h. t.*

11. *Quæ ſunt Manualia, quæ non Manualia, quæ Patrimonialia, & non Patrimonialia?*

Manualia ſunt, quæ ad nutum conferentis, ſeu ſuperioris occurrente legitimâ cauſâ ſunt revocabilia. Non manualia, quæ in perpetuum conferuntur, & ſimpliciter

ter titularia appellantur, de quibus vid. idem Schmalzgr. *num. 34. hìc* Patrimonialia demum dicuntur, quæ conferri non poſſunt, niſi Clerico Patriæ, loci, vel Parochiæ alicujus. Et non patrimonialia, quæ cuilibet digno undecunque oriundo conferri poſſunt. Reiffenſt. *hìc n. 40.* plures alias diviſiones vide apud Vallens. *loc. cit. ut ſuprà n. 18. & ſeqq.*

12. *Quis de jure confert beneficia Eccleſiaſtica?*

I. Summus Pontifex. II. Legati de latere. III. Locorum ordinarii, veluti Epiſcopi, Archi-Epiſcopi, Patriarchæ, & alii quilibet juxta terminos ſuæ Diæceſeos ſibi immediatè ſubjectæ. IV. Denique etiam Capitula Cathedralium Eccleſiarum ſede vacante, de quibus ordine; interim vid. Schmalzgr. *hìc. n. 41. & ſeqq.*

13. *Qualiter competit Summo Pontifici poteſtas beneficia conferendi?*

Spectato jure communi, & præſcindendo à conſuetudinibus, privilegiis, ac indultis Sedis Apoſtolicæ, prima eáque ſuprema poteſtas beneficia conferendi reſidet penes Romanum Pontificem, ita, ut ille ſolus poſſit, atque ad ipſum principaliter pertineat conferre beneficia totius mundi: tam vacantia quàm vacatura, abſolutè vel conditionatè, ut patet ex *c. 2. h. t. n. 6. c. 10. verſ. cùm enim. de privileg. in 6. Clem. 1. in fin. ut lit. pend.* cum ſimilibus. Ratio eſt, quia Summus Pontifex tamquam ſupremus Chriſti in terris Vicarius & Petri Succeſſor eſt Ordinarius Ordinariorum, habens concurrentem jurisdictionem cum omnibus Eccleſiæ Prælatis, atque ab ipſo omnis diviſio, & collatio beneficiorum originem habet. *can. un. cauſ. 13. q. 1.* Engel *hìc n. 7.* Et cùm ipſe non adſtringatur ad modum &

alia Collatoribus inferioribus præſcripta, ideo poterit conferre beneficia tam vacatura, quàm vacantia abſolute, vel ſub conditione &c. Pichler *h. t. n. 41.*

14. *Quotuplici Jure Papa beneficia Eccleſiaſtica conferre poteſt?*

Triplici potiſſimum jure, nimirùm 1. jure præventionis dando alicui gratiam exſpectativam, aut mandatum de providendo, ſeu mandando alicui conferre beneficium, quod proximè eſt vacaturum. 2. Jure concurſus: nam licet Pontifex Epiſcopos in partem ſolicitudinis vocaverit, eisdemque poteſtatem conferendi beneficia communicaverit; attamen ſibi tanquàm Ordinariorum jus conferendi beneficia cumulativè cum omnibus aliis Collatoribus reſervavit, quoad beneficia actu vacantia. Unde ſi duo concurrant, quorum uni facta eſt collatio à S. Pontifice, alteri verò ab Ordinario, præfertur is, cui prius collatio facta eſt: ſi dubium ſit, & neuter eſt adhuc in poſſeſſione, præfertur is, cui Papa contulit propter conferentis prærogativam, *c. 31. h. t. in 6.* 3. Jure devolutionis, vi cujus confert illa beneficia, quæ propter aliquam cauſam devolvuntur ad S. Pontificem, ut fit, ſi collator fuit negligens, vel contulit beneficium indigno &c. vid. Schmalzgr. *hic n. 44. & ſeqq.* Confer. Reiffenſt. *n. 250. & ſeqq.*

15. *Solétne Pontifex adhuc uti jure concurſûs, & jure præventionis?*

Defacto his modis Pontifex non ſolet uti, ſiquidem cùm occaſione hujus concurſûs & præventionis variæ ortæ fuerint controverſiæ, Pontifex certa beneficia partim jure communi, partim in bullis extravagantibus, & Regulis Cancellariæ, item Concordatis

Ger-

Germaniæ ſuæ collationi reſervavit, cœteris liberæ collationi Ordinariorum relictis. Engel *hìc n. 8.* Unde Pichler *h. t. n. 42.* quartum modum, quo Pontifex conferre poteſt beneficia, adſtruit, ſcilicet: jus reſervationis.

16. *Quid ergo & quotuplex eſt Reſervatio beneficii?*

Reſervatio propriè dicta eſt alicujus beneficii vacaturi per habentem ad id poteſtatem ad ſe facta avocatio, éſtque alia generalis, alia ſpecialis. Generalis eſt, per quam reſervantur plura beneficia in communi, putà omnia beneficia vacantia in curia, aut omnia beneficia promotorum ad dignitates Cathedralium Eccleſiarum &c. Specialis è contra eſt, quæ fit de beneficiis certis, & determinatis: ſive ratione loci, v. g. beneficia certæ Eccleſiæ, ſive ratione beneficii, v. g. beneficium A. ſive denique ratione perſonæ, veluti ſi mandet Papa, ut Titio de beneficio primò vacaturo in aliqua Eccleſia provideatur. Schambog. *hìc n. 47.* vid. Reiffenſt. *n. 380. & ſeqq.* add. Schmalzgr. *n. 217. & ſeqq.*

17. *Eſtnè reſervatio & affectio in jure idem, & ſic an differant, vel non beneficia reſervata, & affecta?*

Poſſet quidem videri hæc duo idem eſſe, nam & affectio poteſtatem conferendi beneficia affecta collatori inferiori aufert. Differunt tamen quàm plurimùm. Nam I. reſervatio fit per actum verbis expreſſum, quo Papa declarat ſe beneficium ſuæ diſpoſitioni reſervare. Affectum verò fit ipſo facto, per actum realem & factum aliquod, ex quo Papa demonſtrat ſe velle providere de aliquo beneficio. II. Beneficium reſervatum

nunquàm ampliùs conferre inferior collator poteſt, affectum verò pro illa tantùm vice. Unde ſi proviſio Papæ effectum eſt conſecuta, libera manet collatio ordinario, ſi iterum vacaverit. Schmalzgr. *hic. n. 20.* Reiffenſt. *n. 410.*

18. *Quæ dicuntur beneficia affecta?*

Beneficia afficiuntur per appoſitionem manûs à Papa, quæ ad propoſitum nihil aliud eſt, quàm quando Papa circa beneficium aliàs non reſervatum ſe intromittit, de eo diſponendo, nam quia plus eſt factis quàm verbis demonſtrare voluntatem, hinc Papa ſemel ſe intromittens diſpoſitioni circa aliquod beneficium cenſetur ipſo facto vi ſuæ ſupremæ poteſtatis ejus collationem ad ſe revocare, ac per hoc ligare manus inferioris collatoris, ut ipſe de eodem beneficio diſponere amplius non poſſit, cit. Reiffenſt. *h. t. n. 407. & ſeqq.* ubi etiam oſtendit, quod & quibus modis hæc manûs appoſitio ad dictum effectum introducatur. Confer. Schmalzgr. *eod. tit. 211. & ſeqq.*

19. *Afficitne reſervatio generalis indiſtinctè omnia beneficia nulla de ipſis facta mentione ſpeciali?*

Non: ſed quædam inveniuntur excepta. Sic imprimis ſub ejusmodi reſervatione non cenſentur comprehendi beneficia manualia, utpote quæ aliunde beneficia propriè dicta non ſunt. Item nec beneficia regularia, cùm etiam hæc regulariter non ſint perpetua, ſed ad nutum revocabilia, ſimulque non niſi Regularibus conferenda. Nec etiam Electiva, quia & hæc ſpeciali expreſſione opus habent. Idem dicendum de

iis,

is, quæ menſæ Prælatorum vel Monaſteriorum pleno jure in perpetuum ſunt incorporata, quia nunquàm vacare intelliguntur. Pariter non comprehenduntur beneficia, quæ vacant ex cauſa permutationis, quia nec hæc propriè cenſentur vacare. Specialiter verò & quàm minimè cenſentur eſſe comprehenſa beneficia, quæ ſunt juris Patronatûs Laicorum ex fundatione, ædificatione vel dotatione acquiſiti, ſine expreſſa eorum mentione: quia Papa juri Patronatûs ſic acquiſito nunquàm cenſetur velle derogare, niſi id ſpecialiter exprimat. Et denique notanter quoque non ſunt comprehenſa beneficia Parochialia, qualitercunque ea etiam in curia & apud ſedem vacare contigerit, ſi vacare incipiant ſede Apoſtolica vacante. per text. *in c. 35. h. t. in 6.* ubi ratio redditur, nè ipſorum vacatio diutina periculum animabus inferat. Quæ ratio cùm univerſaliter etiam vivente Pontifice procedat, ideo aliqui diſpoſitionem d. c. univerſaliter extendunt, videturque praxis plurium Epiſcopatuum concordare, vi cujus beneficia ejusmodi curata indifferenter ab Epiſcopis conferuntur: quod tamen alii non admittunt. vid. Schmalzgr. *hic n. 220. & ſeqq.* Reiffenſt. *à n. 393. & aliquot ſeqq.* Confer. Schmalzgr. *n. 220. & ſeqq.*

20. *Quis eſt effectus reſervationum?*

Reſervatio ligat manum inferioris collatoris, ita, ut hic beneficium reſervatum regulariter validè conferre non poſſit: & ſi defacto contulerit, collatio ſit nulla, prout diſertè ſtatuitur *in c. 2. h. t. in 6.* Idem eſt de manûs appoſitione per text. *in c. 1. & 2. de confirm. util. & c. 45. de elect. in 6.* Dictum autem regulariter, quia hic facienda differentia inter reſervationem habentem appoſitum decretum irritans, & inter ſimplicem reſervationem ſine ejusmodi decreto. Primo

mo caſu invalida eſt collatio inferioris, etiamſi reſer vationem ejusmodi ignorâſſet. Secundo verò caſu ta lis reſervatio ligat tantùm manus collatoris inferiori poſt notificationem, non verò afficit ignorantem, pe text in. *c. 20. h. t. in 6.* ubi ad inducendam invalidita tem utrumque copulativè requiritur, ſcilicet reſerva tio & decretum irritans. vid. cit. Reiffenſt. *n. 383.* & Schmalzgr. *n. 215. ac ſeq. h. t.*

21. *Quæ ergò beneficia Summo Pontifici ſunt reſervata?*

Talia ſunt quàm plurima: aliqua enim reſervantu jure communi per Canones, vel extravagantes in cor pore juris clauſas: aliqua per alias Bullas extra corpus Ju ris editas: alia per Regulas Cancellariæ, & alia deni que per Concordata Germaniæ.

22. *Quæ ſunt reſervata jure communi per Canones?*

Hæc reſervatio ferè tantùm eſt unica, quæ conti netur in *c. 2. 4.* & præcipuè in *c. 34. h. t. in 6.* ub collationi Pontificiæ per expreſſum reſervantur omni beneficia, quæ vacant apud *Sedem* vel in *Curia*: quan do nimirùm Curialis aliquis obtinens beneficium extr Urbem, vel alius quilibet beneficiatus extraneus cauſ alicujus negotii Romæ apud Sedem Apoſtolicam vel in Curia verſatur, & ibidem, vel à Curia recedens intr duas diætas legales moritur, tunc enim eorum benefi cia, perſonatus, & dignitates immediatè collationi Pa pali ſunt reſervata, ùt habetur in allegatis juribus. Di cuntur autem Curiales, qui Papæ, Cardinalibus, aliis que officialibus Curiæ Romanæ deſerviunt, aut aliàs occaſione Curiæ Romæ morantur. Diæta verò lega lis denotat iter 20. milliarium Italicorum, ſive 4. ve

ſum

ummum 5. Germanicorum vid. Engel *hìc n. 10.* & onfer. Reiffenſt. *n. 447.*

23. *Quid autem eſt, ac ubi eſſe cenſetur Curia Romana in ordine ad dictum effectum?*

Curia Romana ibi eſt, ubi eſt Papa cum Cancelaria, & Tribunalibus, ac Officialibus ſuis, quos ad Regimen Eccleſiæ adhibet, ſive deinde Papa hoc modo ſit Romæ, ſive alibi, unde illud: ubi Papa, ibi Roma, vid. cit. Engel *hìc n. 11.*

24. *Sed ſuntnè iſta duo idem, vacare beneficium apud Sedem & in Curia?*

Volunt hoc aliqui, uti Schmalzgr. *hìc n. 219.* Alii autem aliter ſtatuunt, & dicunt illa beneficia propriè cenſeri vacare apud *Sedem Apoſtolicam*, quæ vacant per *verum obitum* beneficiarii contingentem, vel in ipſa curia Romana, vel ſaltem intra duas diætas: contra verò vacationem beneficiorum in Curia latius patere, ita ut comprehendat non tantùm beneficia per obitum vacantia apud Sedem Apoſtolicam, uti dictum, ſed etiam illa, quæ vacant apud eandem *fictè*, putà per renuntiationem, depoſitionem, privationem, vel translationem Romæ factam vel admiſſam vid. tamen Reiffenſt. *hìc n. 434. & ſeq.*

25. *Quamdiu autem durat iſta reſervatio, & an omnia quoquè beneficia comprehendit?*

Reſervatio iſta durat tantùm per tempus unius menſis, â die vacationis computandi, & hinc ſi intra hunc

de

de beneficiis taliter vacantibus Sedes Apoſtolica non provideat, eô elapſô ab ordinariis collatoribus illa conferri valent, perinde ac ſi nulla unquàm reſervatio inducta fuiſſet, uti declaratur in *c. 3. h. t. in 6.* Schmalzgr *hic d. n. 219.* Confer. Reiffenſt. *n. 439. & ſeqq.* Porrò ſub hac reſervatione nominatim non comprehenduntur beneficia, quæ vacant in Urbe, quia hæc Papa confert jure non reſervationis, ſed ordinario tamquàm proprius Epiſcopus Urbis, vid. idem Reiffenſt. *n. 461.* Item non ſufficit, quòd aliquis fuerit curialis, niſi etiam talis uſque ad mortem permanſerit. Engel *hic n. 11. in fin.* Deniq́ue non comprehenduntur quoq́ue cœtera beneficia, de quibus ſupra *q. 19.* Confer. Engel *hic n. 12.*

26. *Quæ ſunt reſervata per Extravagantes in corpore juris clauſas?*

Duæ ſunt notabiles Extravagantes in corpore Juris, quibus varia beneficia Summo Pontifici reſervantur, iisq́ue tum antiquæ reſervationes confirmatæ, tum novæ introductæ ſunt. Prima Extravag. *Execrabilis* Joannis XXII. & altera Extravag. *ad Regimen* Benedicti XII. inter comm. *h. t.*

27. *Quæ beneficia reſervantur in Extravag. Execrabilis Joannis XXII. h. t.*

In hac extravagante reſervantur illa beneficia, quæ poſt præhabitam dignitatem, perſonatum, officium, aut aliud beneficium recipiuntur, nec tamen prius beneficium poſt obtentam poſſeſſionem ſecundi absque moræ diſpendio in manibus Ordinariorum dimittitur

titur: tunc enim qui præſumpſerint retinere primum cum ſecundo, ipſo jure etiam ſecundo privati exiſtunt, ſimúlque (uti textus habet) omnia & ſingula beneficia vacatura vel dimiſſa Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervantur.

28. *Sed an ergo utrumq; beneficium & primum & ſecundum erit reſervatum?*

Poſſet hoc dici, propter verba præmiſſa: *omnia & ſingula vacatura vel dimiſſa &c.* Contraria tamen ſententia ſi non verior, ſaltem benignior, & juri Ordinariorum favorabilior eſt, tum, quia reſervationes ex natura ſua ſunt odioſæ, & conſequenter reſtringendæ, ut fusè probat Reiffenſt. *h. t. n. 388.* add. Pichler *n. 57.* tum, quia de primo beneficio non poteſt quaſi eſſe quæſtio, hoc enim & ante dictam extrav. *in c. 28. h. t.* & poſt eam *in c. 28. eod. in 6.* non erat reſervatum, ſed tanquàm vacans ipſo jure per adeptionem ſecundi jubetur per Ordinarium conferri, quibus juribus cit. extrav. expreſsè non derogavit. Ergò vigore hujus extrav. cenſendum tantùm ſecundum eſſe reſervatum cit. Reiffenſt. *hic n. 456.* vid. tamen aliter reſpond. Engel *h. t. n. 13.*

29. *Quæ reſervantur per Extravagantem ad Regimen inter Communes h. t.?*

In hac varia reſervantur beneficia, & quidem I. omnia officia, beneficia & dignitates etiam majores, ſi apud Sedem Apoſtolicam vacaverint. II. Vacatura per depoſitionem, privationem, translationem, per electionis aut poſtulationis caſſationem authoritate Papali factam,

factam, vel per renuntiationem â Papa admiſſam. III. Quæ vacant per obitum Cardinalium, Legatorum, vel Nuntiorum Sedis Apoſtolicæ, & aliorum Papæ officialium v. g. Theſaurarii Camerarii &c. IV. Repetit Pontifex reſervationem *c. 2. & 34. h. t.* de qua ſuprà *q. 22.* Et V. denique reſervat ſibi omnia beneficia ſæcularia, & regularia etiam electiva eorum, qui per promotionem â Papa factam ad majores dignitates v. g. Abbatialem, Epiſcopalem, Patriarchalem ſunt promoti. Verùm quia hæc Extravagans per Concordata Germaniæ in certis paſſibus modificationem quandam accepit, ideo videri hìc debent ea, quæ infrà de Concordatis dicentur.

30. *Quæ beneficia reſervantur in aliis bullis extravagantibus?*

Ejusmodi reſervationes variæ per varias Bullas extra corpus juris editas ſunt introductæ: Sic enim I. per Bullam Pii V. quæ incipit: *Apoſtolatûs officio* reſervantur beneficia illorum, qui lapſi ſunt in hæreſin. II. In conſtitutione Pii IV. quæ incipit: *Romanum Pontificem §. 5.* reſervantur beneficia, quæ vacant propter Simoniam confidentialem. Quam etiam innovavit Pius V. *in Conſt. 85. Intolerabilis*, & præterea decrevit, eam procedere atque intelligendam eſſe non ſolum in beneficiis, in quibus commiſſa eſt Simonia confidentialis, ſed etiam de omnibus aliis, quæ confidentiarius obtinebat. III. Per Conſtitutionem dicti Pii V. *In conferendis §. 3.* Eccleſiæ Parochiales, non collatæ per concurſum, ubi is eſt in uſu. IV. Beneficia vacantia ſede Epiſcopali vacante, in bulla ejusdem Pii V. *Sanctiſſimus in Chriſto &c.* V. Quæ vacant propter delictum offendentium litigantes in

cur

curia Romana, eorumque Judices, Advocatos &c. Juxta conſt. Alexandri VI. *In eminenti Sedis.* VI. Beneficia eorum, qui ſe pro aliis, in ordine ad beneficium pro eis obtinendum, examini ſubjiciunt, vel qui annuas penſiones offerunt pro conſequendis beneficiis per conſtit. Pauli IV. *Inter cæteras.* VII. Denique juxta Bullam Gregorii XIII. *humano vix judicio*, reſervantur beneficia reſignata, quorum reſignatio non eſt publicata juxta formam in dicta Bulla præſcriptam, de qua vid. Engel *hìc n. 17. in fin.*

31. *Sed obligantne ejusmodi Bullæ, quæ primùm poſt Concordata Germaniæ emanarunt, etiam in Germania?*

Affirmat hoc Branden: ad Concord. Germ. *q. 10. n. 8.* ex ea potiſſimùm ratione: quòd Pontifex concordando cum Germanis nec voluerit, nec potuerit ſibi ligare manus ad decernendas pœnas in delinquentes quoſcúnque. Conſequenter ſi etiam poſt dicta concordata Papæ viſum fuerit hæreticos v. gr. puniendos eſſe privatione beneficiorum & reſervatione, non videtur eſſe ratio, cur ab hac pœna excludantur Germani utpote in hæreſin aliunde proclives. Sed negativam rectius propugnat Engel *h. t. n. 18.* ex ratione: quia quidquid ſit circa plenitudinem poſtetatis Pontificiæ, hactenus tamen certum eſt, quod concordatis non cenſeatur derogatum, niſi hujus derogationis expreſſa fiat mentio, ut patet ex textu concord. §. 4. atqui in omnibus præcitatis Bullis ejusmodi derogationis mentio nullibi reperitur expreſſa: Ergò. ubi porro etiam ad contraria reſpondet.

32. *Quæ beneficia reſervantur per Regulas Cancellariæ?*

Variæ & permultæ in his quoque reperiuntur reſervationes. Quarum autem aliquæ ad extramontanos vel non pertinent, vel iis per Concordata Germaniæ eſt dero-

 roga-

rogatum, vel aliàs adeo notabiles non ſunt; de ſingulis tamen videri poteſt P. Engel *ſ. 3. h. t. per tot.* Quid autem eæ ſint, & quatenus vim legis univerſalis habeant, diximus aliquid in *Proœm. q. 25. & 31.* & conferri poteſt idem Engel *hìc num. 19. & ſeqq.* add. Reiffenſt. *n. 474.* Interim ex omnibus ad materiam propoſitam notabiliores ſunt. *Reg. 1. 4. 9. 15. 19. 26. & 36. junct. Reg. 68.*

33. *Qualis reſervatio habetur in Regula I.*

In hac regula renovantur principaliter reſervationes factæ per Extrav. execrabilis & extrav. ad regimen, de quibus ſuprà. Præterea reſervat hìc ſibi Pontifex omnia beneficia tam obtenta, quàm obtinenda, de quibus Ordinarii aliique collatores contra decretum & formam Conc. Trid. diſpoſuerunt, vel impoſterum diſponent, v. gr. Si contulerint beneficium carenti legitima ætate, aut non habenti alias qualitates ab eodem Conc. requiſitas. vid. Schmalzgr. *hìc n. 226.* Quæ regula ideo notanda, quia ei non eſt derogatum per concordata, imo reſervatio facta per Extrav. Execrabilis & Extrav. ad Regimen ibidem per expreſſum repetita, ut dicetur infrà.

34. *Quæ beneficia reſervantur in Regula IV.*

I. Omnes dignitates majores poſt Pontificales in Cathedralibus Eccleſiis, nec non principales in Collegiatis, valorem 10. flor. auri communi æſtimatione excedentes. II. Prioratus, Præpoſituræ, & aliæ dignitates regulares conventuales, & Præceptoriæ generales ordinum quorumcunque, ſed non militarium. III. Beneficia quæcunque, quæ Papæ vel Cardinalium familiares, & commenſales familiaritate durante obtinebant. vid. cit. Schmalzgr. *n. 228.* atque hæc regula ideo quoque

notata

notatu digna, quia reſervatio illius ſaltem quoad primum membrum in dictis concordatis pariter eſt repetita.

35. Quid diſponitur in Reg. IX.

Per hanc regulam, quæ inter antiquiores eſt octava, introducta eſt alternativa beneficiorum collatio inter Pontificem & Epiſcopos. Cùm enim, uti in præmiſſis dictum, ſummus Pontifex antehac jure concursûs conferebat omnia beneficia totius mundi: Hìc facultatem illam generalem in favorem collatorum Ordinariorum reſtrinxit, & ſibi tantùm reſervavit beneficia quocunque Menſe Januario, Febr. Aprili, Majo, Julio, Auguſto, Octobri, & Novembri aliter quàm per reſignationem in manus Ordinarii quomodocunque vacantia. Conſequenter vi hujus regulæ 4. ſaltem Menſes nimirùm Martius, Junius, September & December Collatoribus Ordinariis ſunt relicti, Epiſcopis verò in ſuis Eccleſiis reſidentibus alternativa 6. menſium fuit conceſſa. Sed hæc regula magnam poſtea relaxationem accepit ex Concordatis, vi quorum univerſaliter omnibus ordinariis Collatoribus alternativa illa 6. menſium eſt indulta. Uti ſimiliter dicetur inferiùs. Præterea plerique Epiſcopi, licet in ſuis Epiſcopatibus reſideant, hodie nec alternis quidem menſibus poſſunt conferre Canonicatus ſuarum Cathedralium Eccleſiarum, ſed eorum conceſſio ex conſuetudine, vel privilegio vel alio titulo menſibus non Papalibus plerumque ad Capitula pertinet. Wagnereck. *h.t. ad Can. Reg. 9.*

36. Quid continet Reg. XV.

Hæc regula nullam quidem reſervationem continet, notabilis tamen eſt propterea, quòd in ea revocet ſummus Pontifex omnes facultates & literas, per quas quicunque prædeceſſores ſui quibuscunque collatoribus (exceptis Cardinalibus) etiam motu proprio conceſſerunt, ut de beneficiis generaliter Papæ reſervatis diſponere va-

lerent. Quam revocationem verò Engel *hic n. 27.* intelligit procedere ſolùm de indultis temporalibus, & ad vitam alicujus vel aliud tempus conceſſis, non verò de indultis perpetuis. Conſequenter ex communiori, & viridi praxi recepta ſententia per hanc ipſam regulam non cenſentur eſſe revocata antiqua illa indulta, & privilegia nonnullis Eccleſiis Cathedralium Eccleſiarum à Pontificibus conceſſa, ut ad majores dignitates poſt Pontificales (quæ juxta Reg. IV. & Concordata ſunt reſervatæ) poſſint ex ſuo Gremio perſonam idoneam eligere. Sed uti dictum q. præc. Capitula hujusmodi indultis illis & privilegiis etiamnum continuò inſiſtunt.

37. *Quid ſtatuitur in Reg. XIX.*

Hæc regula propterea celebris & famoſa, quia in ea invalidantur reſignationes & collationes beneficiorum factæ ab infirmis, etiamſi ſupplicatio illius, dum adhuc ſanus eſſet, fuerit ſignata, modò intra 20. dies â die præſtiti conſensûs deceſſerit, adeo ut nimirum tale beneficium non cenſeatur vacare per reſignationem, ſed per mortem, & collatio de eodem tamquàm per reſignationem vacante facta ſit nulla & invalida. Rationem hujus conſtitutionis vide apud Engel *n. 29.*

38. *Sed de quibus propriè infirmis regula hæc eſt accipienda?*

Sunt aliqui in hac ſententia, quòd ſufficiat quæcunque infirmitas etiam levis, modò mors intra 20. dies à die præſtiti conſensûs ſequatur: idque propter verb. conſtitutionis: etiam *vigore ſupplicationis dum eſſet ſanus ſignatæ.* Contrarium tamen exiſtimat cit. P. Engel *n. 30.* quòd nimirùm infirmitas illa debeat eſſe gravis, ità, ut videlicet aliquis ex ea mori vel ſaltem moriturum ſe crediderit, ideoque reſignaverit, & hoc propter illa verba ejusdem regulæ: *ſi de ipſa infirm*

firmitate deceſſerit. Si enim Pontifices voluiſſent ſufficere mortem intra 20. dies ſequi, non fuiſſet opus de infirmis & in infirmitate decedentibus facere mentionem, ſed ſolùm de morte intra 20. dies poſt reſignationem factam ſubſecuta. Quis autem ſit ſenſus illorum verborum: *etiam vigore ſupplicationis &c.* explicat idem author *n. 31.*

39. *Nunquid autem tale beneficium ex ſuppoſito quòd reſignatio illius facta ſit ad manus Pontificis, hoc ipſo ei quoque juxta extrav. ad Regimen cenſebitur eſſe reſervatum?*

Poſſet hoc videri, eò, quòd juxta dictam extrav. omnia beneficia, quorum privatio, vel ceſſatio Romæ accidit, vel renuntiatio in Curia admiſſa, dicantur hoc ipſo Pontifici eſſe reſervata. Contrarium tamen etiam hic tenet cit. Engel *num. 32.* ex ratione: quia ſummi Pontifices per conſtitutionem hujus reg. non tam præjudicare, quâm potiùs ſuccurrere ordinariorum collationi voluerunt, ut nimirùm abolerentur ſucceſſiones quaſi hæreditariæ, quæ aliàs per ejusmodi reſignationes plerumque in favorem aliorum factæ inducebantur. Nec obſtat dubitandi ratiō: quia cit. extrav. loquitur ſolùm de reſignationibus Romæ admiſſis, adeoque cum effectu factis, non quæ annullantur, tunc enim beneficium non vacat per reſignationem, ſed per mortem: uti dictum.

40. *Habétne iſta regula locum etiam extra curiam?*

Ratio dubitandi in eo conſiſtit, quòd nimirùm tales reſignationes ab infirmis plerumque fiant in favorem, quas non alibi niſi coram ſummo Pontifice fieri poſſe conſtat ex dictis in tit. de renuntiat. Dicendum tamen

eam extra Curiam quoque procedere: tum quia Regulæ Cancellariæ regulariter quoque etiam extra Curiam obligant, per dicta in Proœm. *q. 31.* tum etiam quia hoc clarè innuunt verba finalia ejusdem regulæ, collationem *quavis authoritate* factam invalidantia; hoc ipso enim ſupponitur reſignationem & collationem etiam aliâ, quàm Pontificia & Curiali authoritate fieri poſſe. ad contraria reſpond. Engel *hìc n. 32.*

41. Quid habetur in Regula XXVI.

Per hanc Regulam duo notabilia determinantur. I. quòd non valeat impetratio beneficii vacaturi per promotionem cujuscunque ad Eccleſiæ vel Monaſterii regimen, ſi conceſſio beneficii diem promotionis præceſſerit, etſi fuerit facta motu proprio, & cum derogatione hujus conſtitutionis. II. Quòd quæcunque collationes, & proviſiones beneficiorum, quæ per promovendos, vel aſſumendos ad quascunque Prælaturas inter illarum vacationis & hujusmodi promotionis vel aſſumptionis tempora ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis reſignata vel dimiſſa fuerint, cùm inde ſecutis pro tempore ſint caſſæ, & irritæ. rationem utriúsque vide apud Engel *hìc n. 36.*

42. Sed obtinentne etiam iſta Reg. in Germania ubi concordata vigent?

Affirmat hoc Wagnereck. *h. t. ad eand. Reg.* ex ratione, quod hæc regula tacitè contineatur in extrav. ad regimen, quæ eſt concordatis inſerta, ubi reſervantur Pontifici omnia beneficia per ipſum ſive authoritate ipſius Promotorum ad Archi- Epiſcopalium & Epiſcopalium Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum Regimina, quæ obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum, nunc quoquo modo vacantia aut vacatura inpoſterum. Quæ reſervatio (ùt ipſe dicit) aut damnoſa foret, ſi beneficium promovendorum ante diem pro-

motio-

motionis conferri poſſet : aut fruſtratoria , ſi promovendis, qui moraliter certi ſunt de ſua promotione, interea liceret beneficia reſignare. vide tamen contrarium ſent. P. Engel ***h. t. n. 37.***

43. *Quid diſponitur per Reg. XXXVI.*

In hac Regula notanter ſtatuitur , quòd ſi aliquis beneficium aliquod Apoſtolica vel ordinaria collatione, aut Electione vel alio ſimili titulo legitimè conſecutus fuerit, illudque per triennium pacificè poſſederit , tunc illi ſuper tali beneficio nulla ampliùs moleſtia fieri debeat , & ſi etiam ab aliquo fortè impetratum fuerit , impetratio iſta caſſa & irrita ſit.

44. *Sed éſtne iſta regula quoad poſſeſſorium tantùm, vel etiam quoad petitorium intelligenda?*

Volunt aliqui, uti Wagnereck. hìc. Diſpoſitionem hanc in poſſeſſorio tantùm prodeſſe, ex ratione : quòd in ***c. 1. de R. J. in 6.*** generaliter ſit definitum , beneficium Eccleſiaſticum ſine Canonica inſtitutione non obtineri. Ergo ſi poſtea de vitioſo titulo appareat , poterit ei lis in petitorio ſaltem moveri. Contrarium tamen rursùs tenet Engel ***hìc n. 39.*** modo adſit capacitas perſonæ, bona fides & titulus juſtus ſaltem coloratus. Ratio : quia imprimis non verificarentur verba conſtitutionis ; ***lites ſuper illis motas penitùs extinguendo.*** Deinde ſequeretur tale beneficium ſemper vacare ; nec eſſet ratio, quare ab alio impetrari non poſſet : vel ſaltem debuiſſet Pontifex poſſeſſori ejusmodi injunxiſſe impetrationem reſcripti ***etiam ac perinde valere*** , de quo infrà, ac proinde dicendum vi hujus regulæ convalidari titulum jure præſcriptionis , quæ fundat etiam petitorium in utróque foro. Non obſtat ***c. 1. cit.*** quia procedit de eo , qui titulum planè non habet , hìc

 autem

...rem ſupponitur titulus ſaltem coloratus. vide Pichler ... *n. 66.*

45. *Aſt quid hìc per tit. coloratum intelligitur?*

Quoad effectum hujus Regulæ titulum coloratum habere dicitur, omnis ille, qui obtinet beneficium ab eo, qui originaliter habet poteſtatem illud conferendi, licet ex accidenti vel ipſe conferens ob impedimentum aliquod validè conferre non potuerit, vel etiam proviſus laboret aliquô impedimentô occultô & jure humano introducto. idem Pichler *d. n. 66.* & Chockier ad hanc reg. *n. 85.* modò non ſit intruſus aut beneficium ſimoniacè obtinuerit. Quia hi duo in præfata reg. nominatim excipiuntur, de quibus Engel *hic num. 39. h. t.*

46. *Suntne autem reſervationes per dictas Reg. Cancel. introductæ perpetuæ?*

Minimè. Sed durant tantùm per vitam Pontificis, conſequenter ſi beneficia ibi reſervata cæperint vacare ſede papali vacante, proviſio eorum ad liberam Epiſcoporum collationem pertinebit. Ratio hujus deſumitur ex natura Regularum Cancell. quæ eſt, quòd tantùm durent ad vitam Pontificis, & cùm ipſius morte exſpirent, nec ullam vim obligandi habeant ſede Papali vacante, uti apud omnes conſtat, & videri poteſt Engel *hic n. 19.* ita Schmalzgr. *hic n. 231.* videatur tamen aliter diſcurrens P. König. *n. 21. de conceſſ. præb.* Interim verò hac in re invigilare debent ſibi locorum ordinarii, ut de ejusmodi beneficiis tempeſtivè provideant, & non differant uſque ad tempus novi Pontificis. Propter Regulam LXVIII. in qua Pontifex per expreſſum ſibi quoque reſervat omnia beneficia, aliàs per regulas Can-

;ancell. reſervata, quæ vacarunt ſede Papali vacante, ſi ec interim per Ordinarios de iis diſpoſitum fuit. cit. En-el *hic n. 45*. Reiffenſt. *n. 486.*

47. *Quid ſunt Concordata Germaniæ?*

Hæc nihil aliud ſunt, quàm certa pacta & conven-ones inter Sedem Apoſtolicam & Principes Germaniæ otiſſimùm ſuper proviſione & collatione beneficiorum Germania vacantium pro firmiori unione, pace ac anquillitate obtinenda hinc inde ſtatuta, approbata ; acceptata : quod factum anno Domini 1447. tempore Iicolai V. Pontificis, & Friderici Imperatoris. vid. Reif-nſt. *hic n. 534.*

48. *Quæ beneficia in his Concordatis ſunt reſervata?*

In his renovatur imprimis & confirmatur reſervatio ;cta in extrav. Execrabilis. de qua ſuprà *q. 27.* & qui-em, quia nulla ei modificatio eſt adjecta, vi concorda-rum etiamnum in Germania ſervari debet ex integro. :hmalzgr. *hic n. 232.* Deinde repetitur quoque & nfirmatur reſervatio facta in Extrav. ad Regimen h. t. : qua etiam ſuprà *q. 29.* circa quam tamen aliqua mo-ificatio accidit.

49. *In quo conſiſtit iſta modificatio?*

I. In concordatis omiſſa eſt reſervatio beneficiorum va-ntium per muneris conſecrationis, ſuſpenſionem, quæ nen in d. Extrav. erat comprehenſa. II. In extrav. :. reſervantur indefinitè beneficia officialium ſedis Apo-blicæ vacantia per illorum obitum : at verò in Con-rd. illud reſtringitur ad tempus, quàm diu ipſi dicta icia actualiter tenent, conſequenter ſi priùs illa depo-nt, quàm mortui fuerint, ceſſat reſervatio. III. In l. Extrav. inter officiales indiſtinctè ponuntur com-:nſales, & quilibet alii Capellani Pontificis : at ve-

 rò in

rò in Concord. exprimuntur imprimis tantùm veri & actuales commenſales, & ſic excluduntur ficti & titulares, item reliqui commenſales, qui non ſunt immediatè Papales, ſed v. gr. Cardinalium, quorum benefici antehac quoque per Reg. 4 Cancell. erant reſervat. Deinde ponuntur officiales quidam tantùm certo numero ac qualitate, ac ob id etiam reliqui cenſentur eſſe excluſi. IV. In hac ipſa Extrav. reſervabantur quoque illimitatè beneficia per aſſecutionem pacificam quarumcunque aliarum Eccleſiarum, & beneficiorum nunc vacantia & ante vacatura authoritate literarum Apoſtolicarum collata vel conferenda. In concord. autem additum imprimis eſt *immediate* collata, & præterea exceptio addita: præterquàm ſi virtute gratiæ exſpectativ collatio fiat. vid. Schmalzgr. *hìc n. 233.*

50. *Eſtne ergò hoc ipſo ſaltem in cœteri ſervanda diſpoſitio memorata Extrav. ad regimen?*

Quia in cœteris per Concordata Germ. nulla eſt facta mutatio aut modificatio: dubium non eſt, eam aliis omnibus paſſibus quoad reſervationes ibidem comprehenſas in Germania ex integro obſervari debe Wagnereck *in §. 1. ad Concord. h. t.* Et hinc i fert cit. Schmalzgr. *num. 235. h. t.* quòd, cùm in c extravag. beneficia per obitum Cardinalium vacantia collationi Papali ſint reſervata, ſi contingat Epiſcopum a quem Cardinalem in Germania decedere, Capitulu Cathedrale eligere ſibi ſucceſſorem non poſſe, niſi de i dulto ſpeciali ſibi providerit, adeo, ut absque tali indu to electio celebrata viribus careat, & caſſanda ſit; u etiam ex Brand. refert exemplum ejusmodi caſſatæ electionis in Conſiſtorio Apoſtolico, quæ, vacante per obitum S. R. E. Cardinalis Ducis Bavariæ ſede Ratisbonenſi â Canonicis ibidem celebrata fuit. Idem eſt beneficiis taliter quoque vacantibus in Germania per ob-

m alicujus Papæ officialis actualis : nec non de bene-
iis eorum, qui authoritate Apoſtolica promoventur ad
piſcopales, Archi-Epiſcopales vel alias ſimiles majo-
s Eccleſias, aut quorum electio aut poſtulatio Romæ
ſſata, aut aliàs vacatio per depoſitionem, privationem,
l translationem inducta fuit : quia omnia iſta benefi-
, quantumvis aliàs ſint electiva, in ſæpè dicta extrav.
regimen ſunt reſervata, & per Concordata modifica-
aliqua in iis facta non fuit. vid. cit. Schmalzgr.
c *d. n. 235. & ſeqq.*

51. *Sed ſuntne reſervata univerſim omnia beneficia per adeptionem Epiſcopatûs, aut alterius ejusmodi Dignitatis authoritate Papali factam, vacantia?*

Non omnia, nam reſervatio iſta patitur quasdam
ceptiones ; ſic enim I. juxta *q. 49.* excipiuntur bene-
a, quæ vacant per aſſecutionem pacificam dignitatis,
alterius beneficii eccleſiaſtici virtute gratiæ exſpecta-
æ à ſede Apoſtolica obtentæ. II. Beneficia promo-
um ad Epiſcopatus titulares in partibus infidelium,
ote quæ per ejusmodi promotionem non vacant, &
pterea nec reſervatione includuntur, cùm poſſeſſio-
n & adminiſtrationem Epiſcopatuum non habeant. cit.
malzgr. *h. t. n. 254.* III. Beneficia eorum, qui
n immediatè à ſede Pontificia, ſed ex ejus indulto per
os ad majores dignitates promoventur juxta declaratio-
n in *d. q. 49.* Quo pertinent promoti ad unum ex
atuor Epiſcopatibus Gurcenſi, Chiemenſi, Secco-
nſi, & Lavantino, quos confert Archi-Epiſcopus Sa-
urgenſis vid. Engel *hìc n. 16.* IV. Beneficia pro-
torum vi precum primariarum Imperatoris, de quibus
à, ex eadem ratione.

52. Quid

52. *Quid dicendum de illis beneficiis, qu promoti ad Epiſcopatus ex diſpenſatione ſum Pontificis retinent, ſi poſtea per eorum mortem vacent?*

Non eſſe reſervata tenet P. Engel *hìc num.* eò quòd cit. Extrav. & Concordata loquantur tant de beneficiis vacantibus per promotionem, talia aut beneficia non vacant per promotionem, ſed poſt mort Videatur tamen in contrarium Schmalzgr. *h. t. n. 2* An autem electi in Epiſcopum alicujus Eccleſiæ a confirmationem obtentam, vel confirmati, priusqu fuerint conſecrati, beneficia & dignitates priùs hab ad manus ordinarii collatoris reſignare, hicque ea lib conferrre valeat? ex profeſſo tractat idem Schmalzgr. e *tit, n. 259.* interim quoad hoc conferantur dicta ſu riùs in *q. 42.*

53. *Habenadáne verò etiam pro reſerv tis beneficia vacantia tantùm per privationem ob crimen ipſo jure inductum?*

Videtur hoc eſſe adſtruendum ex ratione, quia ipſo, quòd jus ſive conſtitutio inducens privationem delictum ſit Romæ & in Curia conditum: privatio bet cenſeri inducta per ſententiam latam: atqui in trav. ad regimen & concordatis beneficia, quorum vatio per ſententiam Romæ inducitur, ſunt reſerv Ergò. Sed meliùs ſub diſtinctione reſpondetur: an mirùm ſententia declaratoria criminis inducentis p tionem beneficii proferatur à Papa vel ejus Curia verò ab Epiſcopo. Priore caſu dicendum beneficium reſervatum eſſe ex dicta ratione: non item ſecur quia etſi Lex hoc quóque caſu vacationem inducat, tentia tamen declaratoria illam primùm conſumat,

proinde ibi dicatur vacare beneficium, ubi profertur
tentia. cit. Schmalzgr. *hic n. 258.*

.. *Quæ præterea beneficia reſervantur in Concordatis?*

Quantum ex *§. 3.* circa finem apparet, ſic reſervavit quoque adhuc Pontifex in quavis Eccleſia Cathedrali nam ſive proximam dignitatem poſt Epiſcopalem, & quavis Collegiata illam, quæ in qualibet eſt principalis: oque repetita atque confirmata hic etiam eſſe perſpicitur poſitio Regul. Cancell. IV. ſaltem quoad primum ca-, uti ſuperiùs præmiſſum. Et hinc vigore ejusmodi ncordatorum reſervatæ ſunt omnes Propoſituræ tum thedralium, tum Collegiatarum Eccleſiarum, vel ſi in qua Cathedrali Decanatus primæ dignitatis vicem obti-t, tunc ille cenſebitur eſſe reſervatus cit. Schmalzgr. *n. 242.* Confer. Reiffenſt. *n. 550.*

5. *Sed obtinétne hoc defacto etiam in omnibus Eccleſiis?*

Omninò, niſi Capitula aliquarum Eccleſiarum ſpeciali-s indultis & privilegiis à ſede Apoſtolica ſint munita, quorum ſimilium dignitatum electio ipſis ſit permiſſa: t aliàs collatio earundem aliis v. g. Epiſcopo, Patrono t Principi terræ per ejusmodi indultum ſpeciale nomina-t concesſa, prout plures ſimiles Præpoſituras à reſervatio- prædicta exemptas recenſet ſæpè cit. Schmalzgr. *hic n. 13.* Sic quóque in hac Cathedrali & Metrop. Eccleſia ennenſi, tum Præpoſitura, tum Decanatus ejusdem Ec-eſiæ immediatè ad Collationem aulæ pertinet, ab eáque ipetrari debet.

6. *Quid è contra indulgetur ſeu relaxatur per dicta Concord. Germ.?*

Præter relaxationes paulò ante *q. 49.* jam recenſitas rela-

relaxatur primariò ac principaliter in *§. 3.* Re[g.] Cancell. 2. per quam reſervabantur omnes Eccleſiæ Epiſc[o]pales, Archi-Epiſcopales, aliæque ſimiles majores, n[ec] non Monaſteria virorum, ſive Abbatiæ, ac Prioratus e[o]rundem. Item dignitates & beneficia omnia ad quoru[m]cunque collationem quomodolibet pertinentia, quæ vac[a]verint Sede Epiſcopali vacante, conceſsâ Germanis libe[ra] electione Canonica omnium Epiſcoporum, Archi-Epiſc[o]porum, nec non Prælatorum Regularium, & reſerva[ta] ſibi ſolùm eorundem confirmationem. Imo in Monaſt[e]riis Regularium Sedi Apoſtolicæ immediatè non ſubjec[tis] non ſolùm permittitur fieri electio Canonica, ſed in iis n[ec] opus eſt pro confirmatione ad eandem Sedem recurre[re]. De Monaſteriis quoque Monialium nihil ſe diſpoſituru[m] promittit Pontifex, niſi ſint exempta, & tunc ſolùm p[er] commiſſionem ad partes. Pichler *hìc n. 69.* & Reiffenſt. [n.] *548. & ſeq.*

57. *Sed eſtne hoc ipſo etiam relaxata d[i]cta Reg. 2. quoad alteram illam partem, ubi r[e]ſervantur dignitates & beneficia omnia vacantia Sede Epiſcopali vacante?*

Licèt quidem ſuper hoc ibidem nihil expreſsè diſpo[ſi]tum reperiatur, conveniunt tamen omnes DD. Regula[m] prædictam neque in hac ſecunda parte ligare Germanos, [ita] quòd electi Epiſcopi aliique de beneficiis ad ſuam collati[o]nem propriè ſpectantibus, quæ ſede eorum vacante con[ti]gerit vacare, liberè poſt confirmationem provideant ſecu[n]dùm jus commune in *c. 2. nè ſede vacante*; ad qu[od] hac in parte per concordata videtur factus eſſe regre[ſ]ſus. Wagnereck. *h. t. ad eandem reg. 2.* Chockier *ibi. n. 8.*

58. *Quid ulteriùs per memorata conco[r]data fuit relaxatum?*

Secundò relaxatur quoque notabiliter in dictis Co[n]cc

crd. *ſ. 4.* Reg. Cancell. IX. ſive inter antiquiores VIII: nm cùm per regulam hanc olim quatuor tantùm menſes cllationi ordinariorum fuerint relicti, & alternativa *6.* rnſium præcisè Epiſcopis in ſuis Epiſcopatibus reſidentibs conceſſa, ùt dictum ſuprà in *quæſt. 35.* per hæc concorda data fuit indiſtinctè omnibus Collatoribus ordinariis lera diſpoſitio de beneficiis quibuscunque inferioribus, qæ in memoratis Concord. non reſervantur, pro alternis nnſibus, nempe Februario, Aprili, Junio, Auguſto, Ctobri & Decembri. Et tandem tertiò promiſit Pontifi in eod. *ſ. 4.* quòd electiones prædictas ad Prælaturas &dignitates primas, nec non collationem inferiorum benficiorum in dictis menſibus nulla reſervatione, nec grati exſpectativa aut alia diſpoſitione impediri velit. cit. Phler *n. 69. hìc.*

59. *Comprehenduntúrne in hac alternativa menſium indiſtinctè omnia & qualiacunque beneficia?*

Comprehenduntur regulariter omnia & quæcunque tn beneficia, tum dignitates, quomodocunque appellent, quæ dantur in titulum, ac propriè beneficia dicuntur, qtenus nimirum in memoratis Concordatis privativè clationi Papali non ſunt nominatim reſervata. Ratio: qa hoc imprimis important verba & termini generales a indefiniti, *omnia, quæcunque, qualitercunque qalificata, ac ubicunque exiſtentia*, quibus Pontx tum in *d. Reg.* IX. tum in Concord. utitur. Deie vult hoc etiam dictio illa (*in cæteris verò* quæ e adverſativa reſpectu præcedentium. vid. Reifenſt. hìc *n. 553.* add. Pichler *n. 49.* Unde huic alternativæ probbilius etiam ſubjacent beneficia curata, ſive Parochiæ ppter verba cit. Reg. IX. *cum vel ſine cura.* vid. Smalzgr. *hìc n. 302.* niſi forte conſuetudine in aliqua Iœceſi aliud obtineat, juxta dicta in *quæſt. 19.*

60. Qua-

60. Quare dictum regulariter?

Quia ſunt nihilominus quædam excepta, quæ nim-rùm ſub dictam alternativam non cadunt, ſed ſemper in quocunque menſe vacaverint, per collatores inferio-conferri poſſunt. Qualia in ſpecie ſunt beneficia Ju-Patronatûs Laicorum ex fundatione, dotatione, aut ædi-catione competentis. Item beneficia impropria. vid. Pic-ler *hìc d. n. 49.* & latè Schmalzgr. *à n. 286. per a-quot ſeq.* Quò etiam ex communiori referuntur ben-ficia in manibus ordinariorum reſignata propter expre-ſam exceptionem in cit. Reg. IX. Reiffenſt. *hìc n. 557.* Schmalzgr. 292. An verò præfata alternativa menſium po-rigatur etiam ad beneficia fundata & erecta poſt concor-tractat idem Schmalzgr. *n. 297.* Confer. Zoës *h. t.* 27.

61. Sed quouſque, ſive quamdiu tenent- Ordinarii Germaniæ exſpectare proviſionem Apoſtolicam beneficii vacantis in men-ſe Papali?

Debent exſpectare per tres menſes à die notæ va-tionis in loco beneficii, etſi intra hos tres menſes de pr-viſione à Papa facta non apparuerit, tunc demum poteru-de ejusmodi beneficio diſponere. Ita text. in Concord. c- *§. 4. v. quoties verò.*

62. Sed quomodo intelligenda ſunt hæ verba: à die notæ vacationis in lo-co beneficii?

Hæc verba taliter ſunt intelligenda, quòd nimirù- trimeſtrè illud non incipiat currere à die notæ vacatio- quomodocunque, ſed primùm à die notæ vacatio- *in loco beneficii*, prout expreſsè declaravit Gregorius XI- in Conſtit. *Quæ in Eccleſiam 41.* Et ideo ſi benefic-

ctus moriatur in loco diſtante à beneficio non illico incipit currere dictum trimeſtre, ſed tunc primùm, quando vacatio illa innotuit in loco ipſius beneficii vacantis. Engel ſuprà ad tit. de reſcript. *n. 23.*

63. *Quid ſi ergò intra dictum trimeſtre non apparuerit de proviſione à Papa facta, valebitne ſtatim collatio facta per ordinarium?*

Poteſt quidem ordinarius lapſo trimeſtri, & quidem primo ſtatim die poſt ejus lapſum beneficium ejusmodi conferre, non tamen ita, ut eum, qui interea nihilominus intra dictum trimeſtre à Papa proviſus eſt, excludat, ſed ſub conditione, ſi interea non ſit illud à Papa alteri collatum. Unde ſufficiet proviſionem à Papa in tempore eſſe factam: uti ſimiliter declaravit idem Gregorius in conſtit. cit. & inſinuant verba concordatorum: *ex tunc, & non antea ordinarius de illo liberè diſponere poteſt.* Engel *loc. cit.* & Schmalzgr. *hìc n. 315.* Cæterùm vero an dictum trimeſtre currat Papæ etiam Sede Papali vacante: vel quando collatio illius ob aliquod impedimentum proviſi fuit invalida? vid. idem Schmalzgr. *hìc n. 321. & ſeq.* & Pichler *n. 53. & ſeq.*

64. *Sed nunquid per hoc trimeſtre ſublata eſt conſtit. c. 3. h. t. in 6. vi cujus beneficia vacantia in Curia intrà unum menſem à Papa ſunt conferenda?*

Volunt hoc aliqui: uti inſinuat Engel *n. 152. h. t.* Sed verior eſt negantium opinio: ex ratione; quia trimeſtre per concordata præſcriptum ſpectat ſolùm beneficia alternativæ obnoxia, & menſe Apoſtolico vacantia in Germania, non autem ea, quæ in curia ipſa vacant, & quibus tempus conferendi per *cit. c. 3.* ſpecialiter eſt præfinitum,

 cui

cui in concordatis nullibi expreſsè derogatur. Schmalzg *hic n. 323.* Confer Reiffenſt. *n. 445.*

65. *Extenditne ſe obligatio Concordatorum etiam ultra Germaniam?*

Minimè: Ratio eſt in aperto; conſtat enim, quò obligatio pacti ſit perſonalis, & perſonas paciſcentes regulariter non egrediatur, *L. 27. §. 4. ff. de pactis. c. 8. de transact.* Quod adeo procedit, ut etiamſi populi aliqui Germanorum nomine veniant, ſi tamen Imperii Germanici finibus non coërceantur, nec tempore Concordatorum cum Imperio initorum cum eo communionem habuerunt, concordatis non adſtringantur. Sive ea ſub ratione pactorum, ſive legis conſideremus, nam pacta, utì dictum obſtringunt paciſcentes, leges ſolos ſubditos in territorio conditoris exiſtentes vid. cit. Schmalzgr. *hìc num. 265. & ſeqq.*

66. *Sed poteſtné in Germania iis ſaltem exceptio non uſûs opponi: vel quòd non ſint legitimè recepta?*

Circa ſecundum, ſcilicet, an ſint recepta, clarum eſt exceptioni huic locum non eſſe, eò quòd contrarium manifeſtiſſimè inſinuetur in Concord. ibi: *à partibus hinc inde approbata, laudata, concluſa, acceptata & concordata.* vid. Branden. de Concord. *q. 3. per tot.* & Nicolart. *eod. tr. tit. 3. dub. 1. §. 9.* Circa non uſum verò videtur dubitationem facere praxis multorum Epiſcopatuum ſubinde omnis generis beneficia in quocunque menſe ad lubitum conferentium. Dicendum tamen etiam hanc exceptionem ſaltem univerſaliter non habere locum: quia quando conſtat legem ſemel eſſe legitimè receptam, tunc pro ejus obſervantia ſemper eſt præſumendum, donec doceatur contrarium: & lege conſtituta non de ipſa, ſed ſecundùm ipſam eſt judicandum. *c. 3. diſt.* pulchrè cit. Branden. *q. 4. per tot.*

67. *Sed*

67. *Sed quid dicendum de conſuetudine vel præſcriptione ſaltem immemoriali?*

Neutri locum eſſe poſſe propugnat cit. Branden. *q. 1.* & Nicolart. *tit. 3. dub. 2. §. 3. & ſeq.* nec non Reiffenſt. *n. 541. hic.* In contrarium tamen inclinat P. Engel *h. t. n. 54.* & Schmalzgr. *n. 275.* ex ratione; quia quidquid poteſt acquiri per privilegium, poteſt etiam acquiri per conſuetudinem aut præſcriptionem immemorialem. Accedit praxis plurimorum Epiſcopatuum Germaniæ, juxta quam beneficia ſaltem curata, ſive Parochialia indiſtinctè paſſim conferuntur, etiamſi vacent Menſe Papali, quam velut invalidam damnare, & ejusmodi proviſiones nullas & irritas pronunciare valdè durum foret.

68. *Poteſtné autem Pontifex concordatis derogare?*

Diſtinguunt paſſim DD. inter plenitudinem poteſtatis, ſive poteſtatem abſolutam, & inter poteſtatem ordinariam. De poteſtate abſoluta, dubium ferè eſſe non poteſt, eò quòd S. Pontifex tamquàm ſupremus Chriſti vicarius omnimodo ac pleniſſimam habeat facultatem diſponendi de beneficiis, ceterisque bonis ac juribus Eccleſiaſticis, atque ſupra ipſum jus diſpenſandi. *c. 4. de conceſſ. prob. & Clem. 1. ut lit. pend.* Circa poteſtatem ordinariam verò negatur communiter poſſe Pontificem ſine gravi & urgenti cauſa publica concordatis derogare tum quia concordata non ſunt mera gratia, ſed pactio vera & promiſſio Pontificis inducens obligationem juris naturalis: tum quia iis adjecta eſt expreſsè clauſata de non revocando. vid. Schmalzgr. *hic n. 270.* & Engel *d. n. 54.* add. Pichler. *n. 71.*

69. *Quid autem ſpeciale continent concordata?*

Præter reſervationes beneficiorum hactenus enumeratas

tas recenſetur ibidem adhuc in *§. 5.* una notabilis, non quidem beneficii, ſed cæterorum fructuum reſervatio per modum penſionis ſolvendorum Sedi Apoſtolicæ, quæ penſio *annatæ* appellantur, de quarum origine uſu ac æquitate vid. Nicolart. *d. tr. de Concord. tit. 2. dub. un. §. 1.* Confer. Schmalzgr. *h. t. n. 250.*

70. *Quid ſunt iſtæ annatæ?*

Sunt nihil aliud, quàm penſiones, ſive certæ quantitates pecuniæ, quæ de Epiſcopatuum aliarúmque Dignitatum & Eccleſiaſticorum vacantium fructibus primi anni & ratione eorum Cameræ Apoſtolicæ ſolvuntur. Schmalzgr. *hìc n. 246.* Reiffenſt. infra *tit. 12. n. 16.*

71. *Quomodo eæ ſolvendæ ſunt in Germaniâ?*

Circa hoc ſequens habetur determinatio in *cit. §. 5.* I. Annatæ integræ, ſive communia ſervitia, ùt eas Itali appellant, in Germania ſolvendæ ſunt tantùm de Archi-Epiſcopatibus, Epiſcopatibus, & aliis Prælaturis principalioribus de fructibus primi anni juxta taxam in Camera Apoſtolica plerúmque jam determinatam : non tamen tota ſumma ad ſemel, ſed pro dimidia parte ſolvenda eſt intra annum à die, quo novus Prælatus pacificam poſſeſſionem totius vel majoris partis Eccleſiæ adeptus eſt, & pro altera dimidia parte intra annum ſequentem. Quodſi autem contingat eandem Eccleſiam intrà annum bis vacare, taxa tantùm ſemel debetur, nec debitum hujusmodi in ſucceſſorem in Eccleſia, vel Monaſterio tranſit. II. E contrario verò de cæteris dignitatibus, perſonatibus, beneficiis tam ſæcularibus, quàm regularibus quibuscunque, quæ authoritate Sedis Apoſtolicæ conferentur (præterquàm vigore gratiarum exſpectativarum, aut causâ permutationis, quibus nullum onus eſt impoſitum,) non veniunt annatæ integræ, ſed tantùm medii fructus unius anni, qui propriè annatæ vocantur, ſimiliter juxta taxam in Camera Apoſtolica determi-

terminatam : quæ verò in libris Cameræ plerumque ita moderata eſt, ut quintam partem annuorum fructuum vix excedat. III. De beneficiis, quæ valorem viginti quatuor florenorum auri non excedunt, nihil planè pendendum eſt. Hinc cùm in Germania juxta modum dictæ Cameræ omnes Canonicatus tantum taxentur ad valorem viginti quatuor aureorum, nihil de iisdem ſolvitur. Nec peccant Canonici Germaniæ contra Reg. Cancell. 55. *de exprimendo valore beneficiorum in impetrationibus.* Si in impetratione talium beneficiorum dicant, quòd non excedant valorem viginti quatuor florenorum auri. IV. Inſuper concedit ibidem S. Pontifex, ut ſi, quæ Eccleſiæ exceſſivæ taxatæ ſint, deſuper poſſint à Sede Apoſtolica in partibus peti commiſſarii, qui taxam earundem Eccleſiarum juxta qualitatem temporum & Regionum temperare valeant: vid. Reiffenſt. *cit. tit. 12. infrà n. 19.* & Schmalzgr. *h. t. n. 247. & ſeqq.*

72. *Cùm itáque penes Papam prima atque ſumma conferendi beneficia ſit poteſtas, qualia ergò hodie adhuc conferre poteſt beneficia?*

In locis ubi concordata vigent, conferre tantùm poteſt beneficia in iiſdem Sedi Apoſtolicæ reſervata : uti ex hactenus deductis ſatis, ſuperque apparet, ubi verò nulla ſint concordata, ſtatur diſpoſitioni juris communis, vi cujus Papæ competit poteſtas conferendi omnia beneficia totius mundi vacantia & vacatura : uti ſuprà quóque dictum fuit. Neque obſtat, quòd dilatatâ poſtea Eccleſiâ in partem ſolicitudinis vocaverit ſibi Epiſcopos, iisque poteſtatem conferendi beneficia communicaverit ; quia hoc cum ea moderatione eſt exaudiendum, ut ſemper penes Papam major & ſuperior poteſtas remaneret, per text. *in c. 14. §. nos igitur. h. t. in 6. & c. 10. v. cùm enim jure de privileg. in 6.* Interim tamen circa id, an Papa ſtantibus concordatis poſſit nihilominus hodie adhuc

huc jure præventionis uti, ac taliter beneficia etiam i menſibus Ordinariorum conferre? vid. cit. Nicolart *in d. tr. tit. 1. dub. 11. §. 3.*

73. *Quomodo ſolet & poteſt Papa beneficia conferre?*

Vel motu proprio: vel ad ſupplicationem partis.

74. *Intereſtné aliquid inter hæc duo?*

Intereſt ùt plurimùm. Enim verò ſi ad petitione alicujus Pontifex ſimpliciter mandet illi provideri de b neficio, tale reſcriptum tantùm de beneficio ſimplici i telligendum erit, non verò de curato, multo minùs electivo, aut Canonicatu Cathedralis Eccleſiæ. *c. 4. h. in 6.* è contra verò clauſula: *motu proprio* habet du notabiles effectus. I. Si Papa motu proprio mandat al cui provideri de beneficio aliquo in Diœceſi vacante, & e tempore plura vacent, tunc debet conferri id, quod maj & pinguius eſt: quòd ſi æqualia ſint, electionem habet impetrans intra decem dies *c. 24. h. t. in 6.* Quod autem ad petitionem alicujus ſine præfata clauſula jube tur conferri beneficium, tunc vi talis reſcripti beneficiu minoris valoris: vel ſi æqualia ſint, illud, quod elege ordinarius, erit conferendum. *c. 24. cit.* II. Clauſu prædicta hoc operatur, quòd Reſcriptum non reddatur i validum, nec cenſeatur ſubreptitium, tametſi nullam ciat mentionem beneficii præhabiti. At verò in reſcrip ſimpliciter ad petitionem dato, ſi beneficium præhabitu etiam minimum reticeatur, cenſebitur ſubreptitium, & r ſcriptum nullas vires habebit. *c. 5. h. t. in 6.* vid. Eng *hìc n. 55.*

75. *Differúntne proviſio Papæ, & mandatum de providendo?*

Differunt omninò; nam proviſio eſt actualis colla certi alicujus, & determinati beneficii, ex qua proviſo f

t

im jus acquiritur. Mandatum verò de providendo eſt, uando ſummus Pontifex ſuas literas dirigit ad ordinaum vel alium, eíque mandat, ut alicui Clerico de benecio plerúmque indeterminato tunc in Diœceſi vacante, el proximè vacaturo provideat. Engel *hìc n. 57.*

76. Quotuplex eſt proviſio?

Solent practici aliam appellare proviſionem *ſimplicem*: aliam proviſionem *novam. Simplex* eſt, quæ ommuniter datur de beneficiis. *Nova* quando quis ab nferiore collatore puta Epiſcopo, vel alio Prælato beneicium nulliter & invalidè, vel ob reſervationem benefii, vel ob alium defectum per Papam diſpenſabilem eſt onſecutus, tunc enim ſi Papa diſpenſet, aut ſuppleat defectus, concedátque beneficium retineri, dicitur reſcritum ejusmodi Papale expeditum in forma novæ proviionis, idem Engel *loc. cit.*

77. Quid juris, ſi aliquis ab ipſo Papa nulliter v.g. ob- & ſubreptitiè impetravit beneficium?

Tunc non datur nova proviſio, ſed debet impetrari iud reſcriptum, quod practici vocant: *etiam, ac peinde valere.* in quo S. Pontifex ad petitionem partis riorem gratiam confirmat, ac ratam habet, perinde ac impetrans ab initio omnia narranda plenè ac debitè narâſſet. Cujus proinde effectus eſt, quòd faciat valere ratiam à tempore primo impetrationis, & ſic etiam frutus ab eo tempore percepti licitè, & tutâ conſcientia reneantur, modò ſupplicans eorum quóque in impetraone ejusmodi reſcripti mentionem fecerit. idem Engel *n. 56.*

78. *Quomodo perficitur proviſio Papa lis ad ſupplicationem petentis?*

Hæc ordinariè fit per *ſignaturam*, & quidem d ſtylo curiæ Rom. hoc modo. Primò dum porrigitur li bellus ſupplex pro impetrando beneficio, tunc ſuper e notatur per quendam Officialem, qui *Datarius* vo catur, dies præſentationis, ſeu porrectionis, & hæc vo catur *parva data*. Deinde verò, dum S. Pontifici ex ponitur deſiderium ſupplicantis ac Pontifex invenerit e deferendum, tunc ipſe ſignat, ſeu ſubſcribit, aut ſub ſcribi mandat ſupplicationem per *fiat*, vel *conceditu* adjunctis clauſulis, quas in reſcripto ſuper hac grati conficiendo ac expediendo inſeri & extendi vult, & iſt dicitur *ſignatura gratiæ Papalis*, cui deinde Datariu addit *datum*, ſive Diem, quo hæc gratia per S. Pon tificem eſt conceſſa, quæ data regulariter intelligitur quando Canones & interpretes de *data* loquuntur, ve luti quòd reſcripta gratiæ habeant ſuum effectum â tem pore datæ &c. Juxta *c. 9. de reſcript. in 6.* cit. En gel *num. 59. h. t.*

79. *Sed cenſetúrne etiam per ejusmod ſignaturam ipſa gratia Papalis eſſe perfecta?*

Conveniunt DD. quòd quoad ſubſtantiam in ordin ad uſum internum gratia per ſolam ſignaturam cenſea tur eſſe perfecta, itá, ut conſcius ejusdem ſecundùn illam agens cœteris paribus tutus ſit in foro conſcientiæ vid. Engel *ad tit. de privileg. n. 8.* & Zoës *eod tit. n. 4* Quoad alias autem qualitates & in ordine ad uſum for externi, ſive quoad exequibilitatem reſcripti, talis gra tia, præſertim in materia beneficiali, dicitur adhuc eſſ informis, donec ſuper ea expediantur literæ ſeu reſcri ptum

tum juxta ſignaturam confectum, & cum ſuis clauſu-
s ac forma certa expolitum. vid. Pichler *h. t. n. 43.*
deo ut juxta conſtitutionem Pii V. *ſanctiſſimus in*
hriſto ſub pœna amiſſionis gratiæ, prohibitum ſit an-
e dictam literarum expeditionem apprehendere poſſeſ-
onem beneficii. Engel *h. t. n. 59.* Et probabiliùs
iam fructus ſuos non faciat, eò quòd literæ iſtæ ſint
co tituli, ſine quo beneficium teneri nequit: fusè
euren. *in for. benef. part. 2. q. 786.* Plura circa
xpeditionem ejusmodi literarum earumque formam vid.
ud Reiffenſt. *hic n. 168.* & Pichl. *cit.*

0. *Qualis poteſtas competit Legatis Papæ circa collationem beneficiorum in Provinciis?*

Certum eſt de jure, quòd Legati â latere (non ta-
en etiam alii Legati miſſi, ſive Nuntii Apoſtolici)
oſſint conferre omnia beneficia vacantia illius Provin-
æ, in qua ſunt Legati *c. 6. c. 1. de off. leg. in 6. c.*
1. de præb. in 6. Imo & vacatura ſuæ collationi re-
rvare *c. 3. de off. Legati in 6.* Modò S. Ponti-
x ea conferre, aut reſervare ſoleat. Vid. Engel
ic n. 60. & König *de conceſſ. Præb. n. 5.*

1. *Habentné autem de factò etiam in Germania hanc poteſtatem?*

Vult quidem hoc Gonzalez *ad Reg. 7. Cancell.*
loſſ. 25. n. 15. & Garc. *de benefic. part. 5. c. 3. n. 42.*
erius tamen eſt, eam poteſtatem poſt concordata Ger-
aniæ eis ampliùs non competere. Niſi ad ſummum
uoad illa beneficia, quæ ex negligentia inferiorum Præ-
torum ad Sedem Apoſtolicam devolvuntur. idem Engel
it. n. 60. & ſeqq. Ratio eſt, quòd S. Pontifex in
oncord. *cit. §. 4. vers. de cæteris* diſſertè promi-

 ſerit,

ſerit, quod collationes Ordinariorum in eorum menſi bus & in beneficiis non reſervatis nullo modo velit im pedire, quod igitur Pontifex facere non poteſt, ne Legato ejus eſt concedendum. cit. König. *d. t. n. 6.*

82. *Qualem poteſtatem in conferendis be neficiis habent Epiſcopi?*

Epiſcopi (idem eſt de Archi-Epiſcopis, Patriar chis &c.) regulariter habent fundatam intentionem a omnia beneficia in ſua Diæceſi ſita, per *can. 4. cau 10. q. 1. can. 10. cum ſeq. cauſ. 16. q. 7. & c. 1 de capell. monach. cum ſimilib.* vid. Reiffenſt. *hic n 177. & ſeq.* Schmalzgr. *n. 46.*

83. *Quare dictum regulariter?*

Quia excipiuntur I. Beneficia reſervata, de quibu ſuprà. II. Si collatio alicujus beneficii alteri cuidam e privilegio maximè Apoſtolico competat. III. Si benefi cium ſitum in una diæceſi acceſſoriè unitum ſit benefici alterius diæceſis, nam tale beneficium conferri debere ab Epiſcopo illius diæceſis, in qua ſitum eſt beneficium cui unitur. Secùs ſi æque principaliter facta ſit unio tunc enim per utrumque Epiſcopum deberet provideri. cit Schmalzgr. *n. 47. h. t.*

84. *Spectatné etiam ad Epiſcopum col latio Præbendarum, Canonicatuum & Digni tatum Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ?*

Spectato jure communi collatio Canonicatuum & Præbendarum in Eccleſiis Cathedralibus pertinet ad Epi ſcopum & Capitulum ſimul, ità, ut Epiſcopus æqua lem vocem cum Capitulo habeat. arg. *c. 31. de elect*

Idem

Idem dicendum de dignitatibus Eccleſiæ Cathedralis. In collegiatis verò jus præſentandi, ſive eligendi competit capitulo, & Prælato ejus immediato. Jus verò inſtituendi, & confirmandi ſpectat ad Epiſcopum. Idem Schmalzgr. *n. 50. & ſeqq.* Dictum autem ſpectato jure communi. In multis enim Canonicatibus præſertim Cathedralium Eccleſiarum electio Canonicorum pertinet ad ſolum Capitulum, in aliis maximè Collegiatis ad ſolum Epiſcopum, in aliis denique jus nominandi & præſentandi Canonicos ad alios quoque extraneos ex ſpecialibus indultis & privilegiis competere dignoſcitur, prout in hac Cathedrali Eccleſia Viennenſi omnes Canonicatus partim ad collationem Aulæ, partim ad Rectorem & Conſiſtorium Univerſitatis pertinet, ſola inſtitutione Celſiſſimo Ordinario competente.

85. *Habentné etiam, & qualem poteſtatem beneficia conferendi Capitula Cathedralium Eccleſiarum ſede vacante?*

Habent etiam: Sed tantùm circa ea, quæ ſunt ſimultaneæ conceſſionis, ſive quorum collatio ſpectat ad Epiſcopum & Capitulum ſimul *c. un. h. t. in 6.* Ea autem, quæ præcisè ad collationem Epiſcopi pertinent, conferre etiam ſede Epiſcopali vacante nullo modo poſſunt *c. 2. h. t.* Vallenſ. *ad tit. de inſtit. §. 2. n. 7.* Poſſunt tamen inſtituere præſentatos, confirmare electiones aliàs confirmandas ab Epiſcopo, item admittere reſignationes beneficiorum ex cauſa permutationis. Vid. Pichler *hic n. 45.*

86. *Quid dicendum de beneficiis ex negligentia, vel delicto inferiorum collatorum ad Epiſcopum devolutis?*

Negant aliqui collationem ejusmodi beneficiorum Capitulo competere ſede vacante. Affirmativam tamen ùt veriorem tuetur P. Engel infrà *ad tit. nè ſede vacante n. 5.* & P. König *eòd. tit. num. 7.* Ex ratione quia beneficiorum ejusmodi devolutorum collatio non eſt fructus proprius Epiſcopatus, quem aliàs diſpenſare vel alienare Capitulum non poſſet, ſed advenit tantùm per accidens, & quidem non tam favore hujus Epiſcopi, utpote ad quem immediatè nunquàm pertinebat, quàm potiùs favore ipſius beneficii, ne diutiùs cum ſui diſpendio vacare debeat. Objectiones verò quæ obſtant, reſolvit idem P. König. ibid.

87. *Quibus debent conferri beneficia Eccleſiaſtica?*

Debent conferri Clericis tantùm, iisque idoneis, qui Deo & Eccleſiæ velint & valeant gratum impendere obſequium. *c. 29. h. t.* vid. Vallenſ. *infra ad tit. de inſtit. §. 3. n. 1.*

88. *Suntné omnes Clerici capaces beneficiorum?*

Sunt regulariter omnes capaces, etiam primâ tantùm tonſurâ, aut minoribus ordinibus initiati. Ratio quia & hi clericorum appellatione continentur, & officia eccleſiaſtica, propter quæ dantur beneficia præſtari poſſunt. Non tantùm verò Clericis ſæcularibus, ſed etiam Regularibus & Monachis beneficia, quoque ſæcularia ſaltem curata, ſive Parochiæ conferri poſſunt, ùt probat P. König *h. t. n. 17.* & Engel *in tract. de privileg*

ſeg. monaſter. privil. 45. Contrarium tamen propugnat Pichler. *hìc n. 35.*

89. *Quare dicitur regulariter?*

Quia excipiuntur I. qui ætatem á Concilio Trid. *ſeſſ. 23. c. 6. ſeſſ. 24. c. 2. de reform.* determinatam non habent. II. Qui non habent illum S. Ordinem, nec intra annum ſuſcipere poſſunt, quem beneficium deſiderat: videantur dicta *lib. 1. tit. 14.* III. Irregulares & innotati cenſuris Eccleſiaſticis, ſcilicet excommunicatione, interdicto perſonali, ſuſpenſione. *c. 18. §. is verô de ſent. excom. in 6.* Quod procedit tametſi excommunicatio foret occulta, cùm per Extrav. Martini V. *Ad evitanda*, nulla excommunicatis fiat gratia. IV. Generaliter á beneficiis arcendi ſunt indigni, ſcilicet qui moribus, pietate, ac ſcientia ad beneficium adminiſtrandum non ſunt habiles. Porrò dignitas non ſumenda ex ſcientia, vel pietate, ſed aliis etiam qualitatibus, ex quibus majus Eccleſiæ bonum ſperari poteſt. v. Engel *h. t. n. 62.*

90. *Sed quid ſi alicui invalidè facta eſt Collatio, tenetúrne beneficium ante ſententiam in conſcientia dimittere?*

Vel Collationis nullitas eſt certa in jure & facto, vel ea dubium eſt? ſi primum: beneficium & fructus mala fide percepti ſunt ante ſententiam reſtituendi, cùm deficiat titulus eos percipiendi. Si ſecundum? melior eſt conditio poſſidentis. Engel *hìc num. 63.* ubi etiam notat, quòdſi nullitas ſit occulta, titulum reconvalidari in foro conſcientiæ hoc ipſo, quòd quis ſit abſolutus vel diſpenſatus ab habente poteſtatem abſolvendi vel diſpenſandi.

91. Poſ-

91. *Poſſuntné uni Clerico plura benefi[...] conferri?*

Diſtinguendum eſt inter beneficia ſpecialem reſi[...]tiam requirentia, adeóque ex natura ſua incompatibi[...], qualia ſunt beneficia duplicia, ſive Parochialia, nec [...] Canonicatus Cathedralium, & Collegiatarum Eccl[...]rum: & inter beneficia ſimplicia, quæ ejusmodi [...]dentiam non requirunt. Prioris generis beneficia ne[...] ſine diſpenſatione S. Pontificis habere poteſt. Bene[...] ſimplicia reſidentiam continuam non requirentia, p[...] etiam uni conferri poſſunt, dummodo unum non [...] ſufficiens ad honeſtam ſuſtentationem Trid. *ſeſſ. 24[...] 17. de refor.* ac non ſint uniformia, & ſub eoden[...]cto v. gr. in eadem Eccleſia, in eodem altari [...] *c. 9. de conceſſ. præb.* Engel *hìc num. 68.* Sed [...] hac materia vid. plenè Reiffenſt. *h. t. §. 8. per* [...] & Schmalzgr. *eod. tit. §. 4.* add. *Pichler* §. 2.

92. *Qualiter conferendæ Eccleſiæ Pa[...] rochiales?*

Circa has ſpecialiter conſtitutum eſt in Trid[...] *ſeſſ. 24. de refor. c. 18.* quòd nimirùm eæ non [...]trio Epiſcopi, ſed per concurſum ſint conferendæ, [...]jus concursûs forma præſcribitur in cit. Trid. C[...] procedit, etiamſi beneficium fuerit reſervatum, [...] Epiſcopus nihilominus de jure inſtituet concurſum [...] digniorem S. Pontifici pro collatione denunciabit. [...] hoc tamen concurſu excipiuntur Parochiæ, quæ ſur[...]ris Patronatûs Laicorum. Item Parochiæ Monaſt[...] vel aliis Eccleſiis incorporatæ. vid. Engel *h. t. n.* [...] & Schmalzgr. *n. 82. cum ſeq.* Confer. Reiffenſt[...] *134. & ſeqq.*

3. *Intra quale tempus beneficium vacans eſt conferendum?*

Intra ſex menſes computandos â die notitiæ ſive vacationis notæ *c. 2. & c. 5. de conceſſ. præb.* cum o etiam praxis ſe conformat, quod tempus tamen non rrit ignoranti, nec legitimè impedito *c. 5. cit.*

4. *Sed quid ſi Collator tempus hoc per negligentiam labi paſſus ſit?*

Tunc fiet devolutio ad ſuperiorem, & Collator pro vice privatur facultate conferendi. vid. dicta in . 1. tit. 10.

5. *Poteſtné etiam Laicis competere facultas conferendi beneficia?*

Secluſô privilegiô, nullo modo eis poteſt compete- Ratiò eſt: quia jus conferendi beneficia Eccleſiaſti- eſt jus ſpirituale, vel ſaltem ſpirituali annexum, cu- Laici ſunt incapaces. *c. 2. de judic. cum ſimilib.* uod procedit, ut nec conſuetudine, nec præſcriptione antumvis immemoriali jus hoc acquirere valeant, ob apacitatem poſſeſſionis, ſine qua nulla currit præſcriptio d. Schmalzgr. *hic n. 56.* & Pichler *n. 48.*

6. *Sed quid dicendum de illa collatione, am plerumque Imperatores, ac Reges Electi in qualibet Eccleſia ditionum ſuarum ſibi attribuere conſueverunt?*

Jus illud nullo modo pertinet ad collationem benefi-, nec eſt jus conferendi vel inſtituendi, ut malè con-ndunt acatholici, ſed jus duntaxat nominandi & quo-mmodo præſentandi, neque enim Imperator vel Rex Rom.

Rom. beneficium vacans, aut vacaturum confert, ſ[...] tantùm petit conferri perſonæ â ſe nominatæ. Schmalzg[r]. *h. t. num. 324.* Quod alio nomine preces primæ v[el] primariæ appellantur.

97. *Quid ergò ſunt iſtæ preces primariæ?*

Sunt nihil aliud, quàm jus perſonam aliquam id[o]neam ad beneficia eccleſiaſtica vacantia, vel vacatura I[m]peratori ac Regi Romanorum recens electo ex ſpeci[al]i Sedis Apoſtolicæ indulto (vel ùt alii volunt, ex diutu[r]na, & inveterata conſuetudine) competens: quo p[o]ſteriore ſenſu etiam præcelſum Imperii Regale, ein h[o]hes Reichs = Regal nuncupantur. Super quibus va[rii] varios tractatus conſcripſerunt, in ſpecie Joan. à Ch[o]kier, & non ita pridem Conrad. Oligenius, noviſſi[mè] verò ſub Imperatore Joſepho I. prodiit in lucem libel[lu]s quidam anonymus ſub tit. Preces primariæ enoda[tæ]. Interim confer. Schmalzgr. *h. t. §. 8. per tot.* & Reiffenſt. *§. 20. eod. tit.*

98. *Quare dicuntur preces?*

Quia, uti paulo ante dictum, Imperator per eas n[on] confert beneficium, ſed duntaxat nominat certam per[ſo]nam cum obligatione tamen, ſi fuerit habilis inventa, ea[m] inſtituendi, cit. Schmalzgr. *d. n. 324. h. t.*

99. *Quare appellantur primæ vel primariæ?*

Primæ ideo dicuntur, quia cuivis Imperatoris ac R[e]gis Romanorum prima petitio ſunt, eáque unica in u[na] eademque Eccleſia ſeu non iteranda. Primariæ ver[ò], quia proferuntur cuivis alterius proviſioni, quomo[do]cúnque illa ſive per electionem, ſive per præſentation[em],

ıt nominationem, liberámve collationem &c. facta ſit ·l facienda. Suntque tantæ efficaciæ, ut manus ligent ıllatori ordinario, ne alii, quàm per preces ab Imper. ominato beneficium conferre poſſit, neque iis obſtat, ıæcunque reſervatio etiam Pontificia aut in Concorda- ; facta, eâ ſolâ exceptâ, quæ continetur in extrav. *d Regimen.* Vid. alleg. Schmalzgr. *n. 325.* & *n.* *30. cum duobus ſeqq.*

00. *Quando ſive quàm primùm Imperator Neo-electus jure hoc primariarum precum uti poteſt?*

Non conveniunt in hoc DD. etiam Catholici. Aliqui ıim volunt poſſe Imperatorem jure hoc ſtatim uti, ac eces ſuas dirigere poſſe, quàm primùm eſt electus, ıam ante coronationem, ac confirmationem ſuam, ıllo etiam exſpectato novo indulto Pontificio. Alii è ontra volunt neceſſarium eſſe novum indultum Pontifi- ım. Utriusque ſententiæ fundamenta ex cit. Oligenio fert idem Schmalzgr. *hic n. 339. & ſeq.*

101. *Ad quæ beneficia preces iſtæ ſe extendunt?*

Regulariter ad omnia, ſive ſæcularia illa ſint, ſive egularia, ſive cum: ſive ſine cura, ſive ſimplicia, ſi- : duplicia, videlicet dignitates, perſonatus, admini- rationes, & officia, & quidem in omnibus Eccleſiis ıtrà fines Sacri Romani Imperii, niſi quæ ſpecialiter ınt excepta, ità tamen, ut, quemadmodùm dictum, lem collator non niſi ſemel gravetur. cit. Schmalzgr. *um. 343.* Confer. Reiffenſt. *numer. 575. &* *qq.*

102. *Quæ beneficia ſpecialiter ſunt excepta?*

I. Dignitates, & Prælaturæ omnes Pontificales, & his proximæ in Cathedralibus, ac principales, ſeu primæ in Collegiatis, aliaque quæ Pontifici reſervantur, n cit. Extrav. *ad Regimen.* quò etiam ſpectant Prælaturæ Regulares, ſeu dignitates in Monaſteriis, ùt Abbatia, Decanatus, Prioratus conventuales. II. Excipiuntur beneficia juris Patronatûs Laicalis. III. Manualia, ve ad nutum revocabilia. IV. Beneficia ad Sedem Apoſtolicam immediatè legitimè devolûta, & V. ſi collator aliquis unum tantùm, duo, vel ſaltem non niſi tria beneficia habeat, uti pluribus videre eſt apud cit. Reiffenſt. *n. 580. cum 5. ſeq.* Schmalzgr. *n. 344. & ſeqq.*

103. *Poteſtné Imperator, poſtquàm unum nominavit, variare & alium nominare?*

Poteſt: modo res adhuc ſit integra; quia per ejusmodi nominationem nominatus non acquirit ullum jus in beneficio, ſed tantùm jus implorandi officium Collatoris, vel executoris. Dicitur autem hìc res tunc non eſſe amplius integra, quando Preciſta defacto jam imploravit officium collatoris vel executoris, ut de beneficio, id quod nominatus eſt, & quod actu vacat, ſibi provideatur. vid. rursùm cit. Schmalzgr. *n. 363.*

104. *Quid dicendum, ſi preces alicui concesſæ non ſunt ſortitæ effectum, poteſtne hoc caſu quoque Imperator alium nominare?*

Omnino. Quia non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum, & quia omnis conceſſio

vel diſpoſitio juxta intentionem diſponentis accipi debet cum effectu. *L. 17. in fin. de procurat.* cit. Schmalzgr. *num. 367.*

105. Poteſtné unus idemque ad plura beneficia in diverſis Eccleſiis conſtituta nominari?

Affirmativè ad hoc quoque reſpondet idem Schmalzgr. *n. 368.* & Reiffenſt. *n. 586. h. t.* itá tamen, ut quàm primùm nominatus de aliquo beneficio in alterutra iſtarum Eccleſiarum conſtituto proviſus fuerit, cæteræ nominationes in aliis Eccleſiis reſpectu ejusdem extinguantur, integrumque ſit Imperatori preces alias pro aliis dirigere.

106. Intra quod tempus tenetur Preciſta Reſcriptum primariarum precum Collatori præſentare?

Debet hoc facere intra menſem numerandum à tempore, quo ipſi vacatio innotuit, aliàs Ordinarius menſe elapsô poteſt conferre beneficium vacans : ut patet ex ipſo Indulto Precum primariarum, idque ideo ſtatutum, ne diuturna vacatio Eccleſiæ fiat diſpendioſa. Contra *c. 6. de elect. in 6.* volunt tamen DD. quòd, ſi etiam poſt menſem res adhuc ſit integra, non excludatur Preciſta, ſed poſſit nihilominus adhuc preces ſuas præſentare. vid. Reiffenſt. *n. 591.* & Schmalzgr. *num. 354.*

poſſint *c. 3. 5. & 6. h. t. & c. un. eod. in 6.* Reiſfenſt. *hìc n. 4.* Confer. Pichler *n. 3. eod. tit.*

6. *Sed quid ſi aliquis propriâ culpâ morbo cauſam dederit?*

Non eſt ex hoc ſolo removendus, ſed dari ei adhu debet Coadjutor: quia licet ſuâ culpâ in morbum inc derit, non tamen eo fine & animo cauſatum eſt imp dimentum, quod per accidens ſecutum, neque enim ſem per imputantur ea, quæ ex præcedenti culpa procedun Vide Zoës *h. t. n. 2.*

7. *Quid ſi autem talis ſit morbus, qu perpetuò aliquem reddat omnino inhabilem, veluti lepra, paralyſis, amentia?*

Sunt aliqui, qui volunt tales omnino à beneficiis e amovendos. per *c. 1. de ætat. qual. & ord. præ ciend.* & *c. 4. h. t.* Verùm contrarium manife evincunt textus ſuprà in q. 5. allegati, & ratio eſt, qu beneficia oportet eſſe perpetua *can. 12. diſt. 55. & ca 2. diſt. 20.* Imò tunc vel maximè dandus eſt Coa jutor, quia ſi morbus tantum eſt temporalis & facile c rabilis, non tenetur beneficiatus curatus Coadjutore propriè dictum recipere, ſed poterit ſibi Vicarium te poralem ipſe conſtituere juxta Trid. *ſeſſ. 23. c. 1.* *reform.* Pichler *hìc d. num. 3.* Confer. P. K nig *eod. tit. num. 8.* & Schmalzgr. *num. 4. ſeqq.*

8. *Qu*

8. *Quis poteſt dare Coadjutorem?*

Coadjutorem perpetuum, ſeu cum jure ſucceſſionis, ſolus Papa conſtituit. *Trid. ſeſſ. 25. c. 7. reform. c. 2. & 3. de conceſſ. præbend.* Temporalem verò Epiſcopis & Prælatis ſublimioribus regulariter quidem etiam ſolus Papa ordinat. *c. un. h. t. in 6.* Abbatibus autem & Prælatis inferioribus, ſi non ſint exempti, nec non Parochis, Epiſcopus, aut Superior Ordinarius Coadjutorem dare poteſt. *c. 3. & ult. h. t. Trid. ſeſſ. 21. de reform.* Pichler *hic n. 5. & ſeq.* Reiffenſtuel *eod. tit. n. 37.* Confer Schmalzgr. *n. 12. & ſeqq.*

9. *Cur dictum regulariter?*

Quia in locis remotis à Sede Apoſtolica, ipſe Epiſcopus, ſi rationis eſt capax, poteſt cum conſilio, & aſſenſu capituli vel majoris ipſius partis unum vel duos Coadjutores aſſumere. Si verò mentis impos foret, poſſet hoc ſolum capitulum, vel duæ ipſius partes. *c. un. h. t. in 6.* Quod ſi autem Epiſcopus ad regendum inhabilis nollet ſibi aſſumere Coadjutorem, aut conſenſum capituli requirere, vel à capitulo legitimè conſtitutum acceptare, nihil foret à capitulo attentandum, ſed res S. Pontifici notificari, ab eoque diſpoſitio exſpectari debet. *cit. c. un.* P. Engel *h. t. n. 2.* addit Reiffenſt. *n. 39. & ſeq.*

10. *Ex quibus mediis alendus eſt Coadjutor?*

Coadjutor ſuſtentandus eſt ex facultatibus & proventibus Eccleſiæ, cujus Prælato vel beneficiario datus eſt, ſi redditus ſufficiant ad moderatam & congruam utriúsque ſuſtentationem. *c. 3. h. t. c. un. eod. in 6. Trid. ſeſſ. 21. c. 1. de refor.* Quodſi redditus non ſufficerent pro utroque, ex illis deberet ali coadjutus primò *c. 1. & 5. h. t.* Ratio eſt, quòd penes eum maneat proprietas, titulus

tulus & poſſeſſio beneficii, adeóque & jus ad fructus b[e]neficii ſui. Coadjutori autem providendum eſt ex re[ſi]duo & ut competentem habeat ſuſtentationem, aliun[de] v.g. aſſignata ipſi penſione ex alieno beneficio, vel col[la]to beneficio ſimplici, vel ſi hoc fieri nequeat, etia[m] compellendo populum ad ſubſidia vitæ Coadjutori ſubm[i]niſtranda. *Trid. ſeſſ. 21. c. 4. & 6. ſeſſ. 24. c. 17. [de] reform.* Pichler *h. t. n. 8.* Engel *n. 3.* add. Reiffen[ſt.] *n. 55. & ſeqq.*

11. *In quo conſiſtit officium & poteſtas Coadjutoris?*

Officium illius eſt juvare coadjutum, vel potius ej[us] vices ac munia ſupplere in iis ad quæ datus eſt. P. Pich[ler] *hic n. 9.* Circa poteſtatem verò Coadjutoris præcip[uè] attendi debent facultates expreſſæ in literis Coadjutori[æ]. Quòdſi poteſtas ejus non ſit limitata, poterit omnia, q[uæ] poteſt Principalis, & quæ non ſunt ſpecialiter excep[ta]. Reiffenſt. *hic n. 49.* vide tamen Schmalzgr. *eod. ti[t.] n. 25.*

12. *Quæ ſunt ſpecialiter excepta?*

Alienatio & donatio rerum ipſius Prælati Coadju[ti] vel Eccleſiæ; hanc enim facere ſpecialiter eſt in jure proh[i]bitum Coadjutori *c. 42. de elect. in 6. & c. un. §. fi[n.]* juncta gloſſ. verſ. *abſtinentes h. t. in 6.* Quo etia[m] ſpectat collatio beneficiorum ad ipſius Coadjuti Collati[o]nem pertinentium. Niſi fortè Coadjutus eſſet amen[s] & non ſanæ mentis; quia tunc ex neceſſitate ea confe[r]ret, ne contingat diutiùs vacare Eccleſias cum damno a[ni]marum. vide Reiffenſt. *hic n. 52.* Confer Schmalzg[r.] *eod. tit. d. n. 25. & ſeqq.*

13. Ga-

3. *Gaudetnè Coadjutor eodem jure præcedendi alios, quô gauderet Coadjutus, ſi præſens foret?*

Communior diſtinguit, an concurrat cum aliis Prælates, qui ſunt æquales aut ſuperiores in dignitate ſuo Principali; an verò, qui ſunt inferiores. Si primùm, non gaudet jure præcedendi: cùm in hoc caſu Coadjutor ſolum fulgeat radiis alienis nimirùm ſui Principalis. Si secundum, obtinet præcedentiam, quia repræſentat perſonam ſui Principalis. P. Engel *hic n. 5.* Pichler *n. 10.* König *n. 15.*

4. *Quomodo & quando officium Coadjutoris exſpirat?*

Officium Coadjutoris temporalis exſpirat primò: Si moriatur Coadjutus vel deponatur, aut reſignet. Secundò: Si impedimentum Coadjuti, quod credebatur perpetuum, ceſſavit. Loquendo verò de Coadjutore perpetuo, licet quidem Coadjutoria atque poteſtas per illam conceſſa, in quantum reſpicit favorem Coadjuti, exſpiret eo mortuô: in quantum tamen ea favorem ipſius Coadjutoris reſpicit, per mortem Coadjuti non tam exſpirat, quàm potiùs tranſit in jus ipſius plenum, ſive jus in re reſpectu beneficii. vide Reiffenſt. *hic n. 59. & ſeqq.* & Schmalzgr. *n. 34. & ſeq.*

5. *Sed ſucceditnè etiam in beneficio Coadjutor, ſi is, cui datus eſt, prius cedat, vel decedat, antequàm litteræ Coadjutoriæ ſunt expeditæ?*

Diſtinguendum eſt: vel enim Coadjutus vel Coadjuvandus mortuus eſt, aut reſignavit beneficium ante vel poſt datam litterarum Apoſtolicarum. Si prius, ſucceſſio non habet locum: quia Coadjutoria tribuit jus tan-

tùm in beneficio vacaturo, & quod Coadjutus vel Co-juvandus poſſidet, ſed in tali caſu beneficium non eſt [va]caturum, ſed jam vacat, & coadjuvandus illud ampl[ius] non poſſidet. Ergò. Si poſterius, tunc omninò ſucce[dit]. Ratio, quia poſt datam ſupplicationis gratia jam dici[tur] perfecta. Engel *hìc n. 8.* Confer Schmalzgr. *n. 36. e[od.] tit.*

TITULUS VII.

De Inſtitutionibus.

1. *Quid eſt Inſtitutio?*

Inſtitutio latè ſumpta ſignificat quamcúnque beneficii c[on]ceſſionem: ſtrictè verò ſumpta, eſt conceſſio benef[icii] ad præſentationem Patroni facta. P. König *hìc n. 1.*

2. *Quotuplex eſt inſtitutio?*

Inſtitutio communiter dividi ſolet in collativam ti[tu]li beneficialis, authorizabilem, & corporalem. Pic[hler] *hìc n. 2.* Prima eſt, per quam obtinetur titulus in [be]neficio verbis aut litteris à legitimo ſuperiore: Auth[ori]zabilis eſt, per quam Clerico ad beneficium curatum [pro]movendo conceditur cura animarum, per adminiſtra[tio]nem Sacramentorum exercenda, atque alio nomine [dici]tur *approbatio.* Inſtitutio corporalis, aliis nomini[bus] inveſtitura, inſtallatio, miſſio in poſſeſſionem, eſt, [per] quam Clericus jus in re jam conſecutus actualiter in[tro]ducitur in poſſeſſionem beneficii. vide Reiffenſtuel *hìc* [n.] *1. & ſeqq.*

3.

3. *Ad quem ſpectat jus inſtituendi?*

Ordinariè ac primariò inſtitutio tam collativa, ...m authorizabilis jure communi ſpectat ad Epi-...um quoad omnia beneficia ſuæ diœceſeos. *c. 3. h. t.* ...*. 21. de jur patr. c. 12. §. fin. de hæret.* adeo ut ...ſcopus dicatur eo nomine habere fundatam intentio-... in jure, & qui aſſerit jus hoc ſibi competere, debet illud ...bare, vide Schmalzgr. *hic n. 7.* & fusè Reiffenſt. *eod.* ...*§. 2. per tot.* Inſtitutio verò corporalis jure quidem ...mmuni videtur pertinere ad Archi-Diaconum per ...*. de offic. Archi-Diac.* Quemadmodum autem ... & moribus circa officium Archi-Diaconi per dicta in ...*. 1. eod. tit.* plurima ſunt immutata, ità hodie etiam ...: univerſaliter ſpectat ad Epiſcopos. Executio tamen ... ejusmodi Archi-Diaconis vel aliis Decanis Ruralibus, ... Commiſſariis Epiſcopalibus plerumque ſolet commit-... vide Engel *hìc n. 5. & ſeq.* & Schmalzgr. *n. 49.*

4. *Quis inſtituit Sede Epiſcopali vacante?*

Poteſtas iſta inſtituendi tranſit tunc ad Capitulum, ſi-...t pleráque alia jura. *c. un. h. t. in 6.* Nec obſtat, ...òd Capitulum ſede vacante non poſſit conferre benefi-...a ad collationem Epiſcopi ſpectantia. Quia inſtitutio ...rtinet ad actus neceſſitatis ac juſtitiæ, ſecus ac collatio: ... autem quæ ſunt neceſſitatis & Juſtitiæ tranſeunt ad ca-...tulum Sede Epiſcopali vacante. *c. 11. & c. 14. de ma-...r. & obed.* cit. Schmalzgr. *n. 8. h. t.*

. *Potéſtne etiam Vicarius Generalis præſentatos inſtituere?*

Non eſt dubium, quin hoc poſſit facere ex commiſ-...one Epiſcopi: Dubitatur tantùm, an ad hoc indigeat ſpecia-

ſpeciali mandato ? Sed verius eſt, mandatum ejus ſpeciale non requiri, per text. *in c. 3. h. t.* ibi : *qu de jure poſſunt.* Ratio eſt ; quia vicarius genera mandati ſui generalis regulariter poteſt omnia, quæ ſcopus, niſi aliquid jure vel conſuetudine ſpecialiter ſi ceptum. Pichler *hic n.* 3. Schmalzgr. *n. 9. eod. tit.* *dicta* ſuperiùs de offic. Vicarii.

6. *Competitne etiam iſta facultas Al tibus & Prælatis Epiſcopo inferioribus?*

Jure communi & ordinario non competit ; qu jure ſpectat ad Epiſcopos. Ex ſpeciali autem conceſ & privilegio competere eam illis quóque poſſe, or concedunt, eſtque pro hoc textus in *c. 6. h.t.* cit. Schr *hic n. 10.* & Reiffenſt. *n. 25. & ſeqq.* Pariter A tes exemptos, & jurisdictionem quaſi Epiſopalem in territoriis exercentes jus inſtituendi & deſtituendi in neficiis ſui territorii & diæceſeos exemptæ habere, dubium eſt, eò, quòd tales Abbates quoad actus ju ctionis æquiparentur Epiſcopis, inſtitutio autem in b ficiis ſpectat præcisè ad actus jurisdictionis, non or Epiſcopalis. Pichler *hic n. 3. cit.* Idem eſt, ſi Ecc aliqua pleno jure tam in ſpiritualibus, quàm tempora Monaſterio vel Abbati ejusdem ſit ſubjecta. Schma *hic n. 10.*

7. *Poteſtnè inſtitutio præſertim authorizabilis etiam conſuetudine vel præſcription ſaltem immemoriali acquiri?*

Volunt hoc aliqui ex ratione : quòd inſtitutio hu modi authorizabilis ſive jus tradendi curam anima ſine conſenſu Epiſcopi poſſit acquiri per privilegiun S. Pontificis, uti dictum. Item, quia appobatio iſta

ctus ordinis Epiſcopalis, ſed tantùm actus jurisdictio-
Communior tamen eſt negativa, ſaltem, quam-
beneficium curatum eſt, & manet ſub jurisdictione
copi, etiamſi aliàs monaſterio ſit incorporatum, cu-
undamentum eſt in *c.* 4. *de offic. Archi-Diac.* &
ſſimè in Concil. *Trid. ſeſſ.* 7. *c.* 13. *de reform. &* 25. *c.* 11. *de regular.* ubi derogatur omnibus privi-
s, & conſuetudinibus etiam immemorialibus. Ac-
praxis Epiſcoporum, qui ejusmodi licentiis Abba-
, & Prælatorum quotidie contradicunt, talesque re-
ſos ordinum ad curam Parochiarum etiam incorpo-
um ſine prævia ſua approbatione non admittunt.
enſt. vide *hìc n.* 38. *& ſeqq.* & Schmalzgr. *n.* 42.
eqq. Dictum autem, *ſaltem quamdiu* &c. nam
ntingat beneficium curatum à Jurisdictione Epiſcopi
inò eſſe exemptum, & ad Abbatis vel Prælati juris-
onem pleniſſimo jure immediatè pertinere, tunc eâ
præſcriptione, quâ plenam beneficii exemptionem
iſivit, cenſebitur etiam jus inſtitutionis authorizabi-
quiſiviſſe. Reiffenſt. & Schmalzgr. *loc. allegat.* Con-
Engel *hìc n.* 8.

8. *Quis eſt effectus inſtitutionis?*

Effectus inſtitutionis eſt, quòd inſtituto tribuat titu-
, ſeu jus plenum in beneficio, quod per præſentatio-
erat tantùm jus ad rem. prout colligitur ex *c.* 17. *de
bend. & c. ult. in fin. de conceſſ. præbend. in* 6.
König *hìc n.* 18.

Sed potéſtne inſtitutus in beneficio ante realem traditionem ſive inveſtituram, poſſeſſionem illius propria authoritate apprehendere?

Negatur hoc communiter ex ratione: quia SS. Canon.
præter

præter inſtitutionem collativam inſuper etiam inſtit
nem corporalem, ſive inveſtituram requirunt, & qui
decet Paſtores animarum aliter intrare in ovile Chriſt
ſi per oſtium, atque aperiente oſtiario, id eſt, per in
tionem corporalem. Reiffenſtuel *hic n. 51.* Quod
procedit, ut occupans hoc modo propria authoritate
inveſtituram realem totum jus, quod ex collatione a
ſiverat, amittat, tum arg. *c. 5. de Elect. in 6.* tum
L. 7. C. unde vi. tum denique per text. *in c. 1.*
præbend. in 6. ubi tamen DD. requirunt violentia
terceſſiſſe, aliàs quòd non privetur jure ſuo, ſed ta
aliâ pœnâ extraordinaria ſit puniendus. vide cit. Rei
n. 55. & Schmalzgr. *eod. tit. n. 62. cum ſeqq.*

TITULUS VIII.

De Conceſſione Præbendæ & Ec ſiæ non vacantis.

1. *Quando dicitur Præbenda vel Ecc ſia vacare?*

Vacare tunc dicitur beneficium, quando proprieta poſſeſſore caret. arg. *L. 5. §. fin. ad. leg. Ju vi publ. & L. 22. §. 1. ff. de uſu & habit.* ubi in re textu mulier marito carens, poſteriore domus à ne poſſeſſa pro vacantibus habentur. Schmalzgr. *hi*

2. *Quotuplici modo poteſt Præbenda Eccleſia dici vacans?*

Triplici: defactò tantùm, de jure tantùm, de j defactò ſimul. Defactò tantùm dicitur vacare benef quando nullus actualiter poſſidet, adeſt tamen, qu lum, & jus ad beneficium habet. De jure tantùm,

quis quidem poſſidet, ſed injuſtè, cujus injuſtæ poſſionis varia affert exempla. Schmalzgr. *h. t. n. 6.* De re & defactò ſimul, quando nec titulus, nec poſſeſſio uſdem apud aliquem eſt v. g. quia beneficiatus eſt mortus, aut reſignavit, vel privatus eſt. P. Engel *n. 2. & 3.*

3. *Quid eſt Conceſſio Præbendæ?*

Eſt libera & gratuita beneficii collatio absque alterius præſentatione vel nominatione facta P. König *hìc n. 1.* quo diſtinguitur ab inſtitutione, de qua in priori tit. quòd nimirùm ea fiat ad præſentationem Patroni, & ex neceſſitate: hæc verò ſcilicet collatio procedit ex mero mero & gratuito collatoris arbitrio. Reiffenſt. *ſuprà ad tit. de inſtit. n. 4.*

4. *Potéſtne beneficium necdum vacans conferri?*

Minimè. Imo collatio beneficii non vacantis eſt ipſo jure nulla & irrita. *can. 10. & can. 40. cauſ. 7. q. 1. c. 2. h. t. & c. 4. de donat.* Schmalzgr. *hìc n. 15.*

. *Quomodo debet vacare beneficium ad hoc ut alteri conferri poſſit?*

Ordinariè ac regulariter debet vacare de jure & facto ſimul; nec ſufficit, ſi vacet defactò tantùm. Ratio; quia beneficium defactò tantùm vacans non dicitur propriè vacare, cum de jure pertineat ad alium, licet ille hìc & nunc non ſit in poſſeſſione. Engel *hìc n. 2.*

. *Potéſtne verò beneficium de jure tantùm vacans conferri?*

Poteſt quidem, ſed circa illius impetrationem duo debent concurrere. I. Quòd impetrans in ſupplicatione ſua nominatim exprimat, beneficium, quod petit, defacto ab alio

alio poſſideatur, aliàs impetratio & collatio erit ſubre-
tia, & nulla, prout ſumitur *ex c. 6. h. t.* II. Quòd
tequàm conferatur ejuſmodi beneficium, prius cite
ejuſmodi poſſeſſor, & præcedente ſummaria cauſæ cog
tione caſſetur ejus poſſeſſionis color, ſive ejus injuſt
oſtendatur. vid. Schmalzgr. *hic n. 13. & ſeq.*

7. Sed valétne ſaltem promitti benefici proximè vacaturum?

Nullo modo, prout diſertè deciditur in *c. 2. c. 3. c. 13. h. t.* ubi ejuſmodi promiſſiones penitus annull
tur, & damnantur. Huc facit Conc. Trid. *ſeſſ. 24 19. de reform.* quod pariter abrogat omnes, & quaſc
que gratias exſpectativas ad beneficia vacatura. H
etiam ſpectat Reg. Canc. *21. de non impetrando*
neficio per obitum viventis. & Reg. 31. *de ver*
mili notitia. Rationem triplicem hujus prohibiti
vide apud Schmalzgr. *h. t. n. 21.* ad objectiones verò,
in contrarium afferri poſſunt, reſpondet Pichler *n. 8.*
tit. Plura quoque huic quæſtioni connexa ſupped
cit. Schmalzgr. *n. 23. & ſeqq.* & de gratiis exſpectat
ac reſervationibus mentalibus Reiffenſt. *h. t.* §. *3.*
tot.

TITULUS IX.

Ne Sede vacante aliquid innovetu

1. Quid hìc intelligitur per Sedem Vacantem?

Per Sedem vacantem intelligitur non tantùm Eccl
Cathedralis, vel Collegiata, ſed etiam Regularis
pitulum habens, ſuo Antiſtite deſtituta. Quod cu-

ter fieri poteſt, ſcilicet verè, quando Eccleſia nullum habet Prælatum : vel interpretativè, quando quidem Prælatum habet, ſed excommunicatum, ſuſpenſum, vel ab hoſtibus captum, &c. Pichler *h. t. n. 1.* Reiffenſt. *eod. t. n. 2. & ſeq.*

2. *Quid nominatim diſponitur in hoc titulo?*

Per rubricam hujus tituli generaliter prohibetur, ne in præjudicium Eccleſiæ, vel ſucceſſoris, quamdiu ſedes vacat, aliquid innovetur. Et quia Rubrica iſta habet perfectum ſenſum, ideo facit jus & pro regula ac deciſione allegari poteſt. Reiffenſt. *hìc n. 13.*

3. *Sed quomodo convenit diſpoſitio hujus rubricæ cum illa juris regula,* quòd Sede vacante juriſdictio Epiſcopi tranſeat in Capitulum? *ùt habetur in c. 11. & 14. de Major. & obed.*

Ad conciliandas has duas in ſpeciem oppoſitas regulas cum communiore DD. docet P. Engel *hìc n. 1.* & Schmalzgr. *n. 2.* rubricæ hujus tituli in iis eſſe locum, quæ Epiſcopo competunt jure ſpeciali, vel ex privilegio, commiſſione, vel ùt Sedis Apoſtolicæ delegato : ità, ut nimirùm ea omnia non poſſit facere Capitulum Sede vacante, niſi aliquid ſpecialiter reperiatur permiſſum: in iis verò, quæ Epiſcopo competunt jure ordinario, & tanquàm Epiſcopo, locum habere alteram regulam, ſcilicet, quòd tranſeat in capitulum ſede vacante, iis duntaxat exceptis, quæ expreſse prohibita inveniuntur. vide cit. Schmalzgr. *d. n. 2. & 3. hìc.*

4. *Quæ ergò in ſpecie non poteſt facere Capitulum Sede vacante?*

Juxta mox præmiſſam doctrinam non poteſt I. Capitulum Sede vacante diſpenſare vel abſolvere in iis casibus, in quibus id Epiſcopo ſpecialiter commiſſum fuit à Papa. II. Non admittitur ad electionem Regis Roman. de Archi-Epiſcopali vacante, cujus Archi-Epiſcopus est Elector. III. Non poteſt convocare Concilium Provinciale, ſi vacet Sedes Archi-Epiſcopalis. IV. Nec dare licentiam ædificandi Monaſterium novum. V. Non poteſt visitare Monaſteria monialium exempta, & VI. nec procedere contra Religioſos exemptos. P. Pichler *hic n.* 5. & *ſeq.* Confer Schmalzgr. *n.* 34. *cum* 3. *ſeq. junct. n.* & Reiffenſt. *n.* 44. *&* 46. *cum ſeq. junct. n.* 56. *duobus ſeqq.* Ratio horum eſt, quia omnia iſta Epiſcopis vel Archi-Epiſcopis non competunt jure ordinario, ſed ex ſpeciali privilegio & conceſſione, vel tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis. vide tamen etiam Engel *n.* 2. ubi oſtendit multùm intereſſe, an Epiſcopo aliquid committatur ſub clauſula, ut procedat v. g. *tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus*: vel *etiam tanquam delegatus*, vel ſimpliciter: *non obſtantibus quibuscúnque privilegiis & exemptionibus.*

5. *Quæ è contra facere poteſt Capitulum Sede vacante?*

Facere è contra regulariter poteſt omnia ea, quæ pertinent ad juriſdictionem ordinariam Epiſcopi, ſive illa ſit *contentioſa*, quæ ſpectat ad reddendum jus partibus in judicio, ſive *neceſſaria*, quæ competit in ordine ad expediendum ea, in quibus tertio jus quoddam eſt quæſitum, uti ſunt actus confirmare electos, inſtituere præſentatos ad beneficia &c. ſive *voluntaria*, quâ utitur Epiſcopus in expediendis illis, quæ à libera illius volu

dependent, uti eſt, abſolvere à cenſuris, diſpenſare à
otis &c. niſi quædam inveniantur expreſsè prohibita, vi-
Pichler *hìc n. 3.* Unde poteſt 1. cauſas quascun-
e litigioſas etiam decimales, matrimoniales, beneficia-
, criminales &c. in prima inſtantia cognoſcere. 2. Fer-
cenſuras, & ab iisdem abſolvere. 3. Diſpenſare in iis,
quibus Epiſcopus juxta dicta in *lib. 1. tit. 33. q. 30.*
penſare potuiſſet. 4. Permutationes, venditiones in-
iorum Prælatorum, & Clericorum authentizare: ulti-
is defunctorum voluntates exequi, ſubſidium charita-
um exigere, exponere, & approbare Sacerdotes ad Cu-
n & Confeſſarios inſtituere: dare licentiam Epiſcopo
traneo Pontificalia exercendi v. g. Eccleſias conſecran-
, confirmandi &c. idem Pichler *n. 4. h. t.* Confer
hmalzgr. *à n. 30. usque ad 33. incluſivè*, & Reif-
ſt. *à n. 60. usque ad n. 72. incluſ.* Ratio iterum
et ex dictis: quia iſta omnia pertinent ad jurisdictio-
m Epiſcopi ordinariam.

Cur dictum regulariter, & niſi quædam inveniantur expreſſè prohibita?

Quia plura, quæ licet pertineant ad jurisdictionem
iſcopi, inhibita tamen ſunt Capitulo, qualia plerumque
t ea, quæ Eccleſiæ, aut Succeſſori Epiſcopi præjudica-
poſſunt. P. König *h. t. n. 12.* Unde ex hac ratione
n poteſt Capitulum Sede vacante alienare res Eccleſiæ
mobiles, vel mobiles ſervando ſervabiles, niſi in caſu
ceſſitatis cit. P. König *n. 13. h. t.* & late Schmalzgr.
d. tit. n. 48. cum 4. ſeq. Pariter nec bona ad Men-
n Epiſcopalem ſpectantia ad ſuam, vel capitularem
enſam transferre cit. Schmalzgr. *n. 58.* confer König
d. tit. n. 16. Item nec judicium ſive litem ſuper bo-
& juribus Eccleſiæ inchoare, nec ab Epiſcopo defun-
inchoatam proſequi: idem Schmalzgr. *n. 53. cum*

 4. ſeq.

4. ſeq. Huc pertinent beneficia ad liberam Epiſcopi collationem ſpectantia, quæ ſimiliter Capitulum Sede vacante conferre non poteſt, ſecùs eſt in iis, quæ ſunt collationis neceſſariæ, uti dictum ſuprà ad *tit. de præb. q.* idemque latè exponit Schmalzgr. *n. 11. & 9. ſeqq. h. t.* add. cit. König. *n. 5. cum 3. ſeq. h. t.* Plura alia huc ſpectantia & in ſpecie, an Capitulum poſſit Sede vacante indulgentias conferre, Diœceſin viſitare, beneficia unire, & unita diſſolvere &c. vide apud cit. Schmalzgr. *n. 28. 29. 38. & 44.*

7. *Sed per quem debet Capitulum jurisdictionem & adminiſtrationem ad ſe devolutam tractare?*

Jure antiquo poterat illam exercere capitulum, per ſe ipſum. At jure novo ex decreto Trid. ſeſſ. *24. c. 16. de reform.* pro adminiſtratione temporalium Oeconomum unum, vel plures: pro ſpiritualium verò officialem ſeu Vicarium conſtituere, vel exiſtentem confirmare debet, & quidem intra 8. dies, qui nomine capituli adminiſtrationem in ſe recipiat. Schmalzgr. *n.* 7. P. Engel *n. 15.*

8. *Devolvitúrne etiam jurisdictio Prælati ad conventus & Capitula Regularia?*

Jurisdictio Prælati Regularis Sede vacante tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus devolvitur quóque ad Capitulum Regulare, ſalva tamen jurisdictione Epiſcopi, vel ſuperioris ordinaria, quam aliàs in Monaſterium habet. P. Engel *n. 16.* König *n. 17.* Ratio eſt, quòd reditus & jura Abbatis non ſint diſtincta à juribus conventus. Unde *n. 17.* infert P. Engel, poſſe Monaſterium Sede vacante litem ſuper bonis Monaſterii inchoare vel proſequi, ſaltem ſi accedat authoritas ſuperioris. add. Schmalzgr. *hìc n. 5. & ſeq.*

TIT-

TITULUS X.

De his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli.

1. Poſſuntnè Prælati, vel Epiſcopi negotia ad Eccleſiam ſpectantia pro lubitu ſuo, & ſine conſenſu, aut ſaltem conſilio Capituli expedire?

Minimè: aut ſaltem non omnia: nam aliqua ſunt, quæ requirunt conſenſum capituli: aliqua verò, quæ item cum conſilio capituli expediri debent. P. Pichler *h. t. n. 1.* Ratio, quia Prælatus & Capitulum conſtituunt unum corpus morale, unamque Eccleſiam, cujus caput eſt Epiſcopus ſeu Prælatus, capitulum verò repræſentat membra: conſequenter in recte agendis non debent inter ſe dividi, nec ſeparari caput à membris.

2. Quid eſt conſenſus & quomodo differt à conſilio?

Conſenſus hoc in paſſu nihil aliud eſt, quàm comprobatio Capitularium, quâ ratum habent, quod agit Prælatus: differt à conſilio: quòd conſilium ſit ſenſus duntaxat & non Conſenſus, opinio tantùm & non comprobatio Capitularium circa ea, quæ Prælatus agit. cit. Pichl. *num. 2.*

3. Quid intereſt inter conſenſum & conſilium Capituli?

Plurimùm in effectu intereſt, inter hoc utrúmq;: nam quando conſenſus capituli requiritur, tunc Prælatus tenetur ſequi

 id,

id, quod major & ſenior pars concludit *c. 1. h. t.* Qu[...]do verò requiritur tantùm conſilium, tunc ſola comm[...]tio cum Capitularibus ſufficit, nec tenetur Prælatus re[...]lariter ſequi opinionem Capitularium. *c. 7. de arbit.*

4. *Sed nunquid hoc modo fruſtratoria ſ[...] iſta conſultatio?*

Minimè: nam auditis rationibus Capitularium [...]curritur præcipitantiæ, ac Epiſcopo anſa meliùs delibe[...]di ſuppeditatur. P. Engel *h. t. n. 1.* König *eod. tit. n. 2.* confer Reiffenſt. *n. 2. & ſeq.* Dictum autem ſ[...] *regulariter:* ſiquidem plures etiam ſunt caſus, in [...]bus Prælatus ſequi quóque tenetur conſilium Capitulari[...], uti videre eſt apud Schmalzgr. *h. t. n. 14.*

5. *In quibus ergò negotiis opus eſt [...] conſenſu?*

Generaliter in omnibus majoribus negotiis, quæ [...]tereſſe vel præjudicium Eccleſiæ, ſucceſſoris, aut ip[...] Capituli concernunt, aut quæ ad Prælatum & Cap[...]lum ſimul pertinent. Veluti I. in alienatione rerum [...]mobilium, aut mobilium pretioſarum. II. in unione [...]cleſiarum Parochialium, vel eorundem fructuum Mo[...]ſterio vel Collegio perpetuò facienda. III. in collati[...]bus & præſentationibus eorum beneficiorum, quor[...] jus præſentandi vel conferendi ſimul ad capitulum, Co[...]gium, aut conventum ſpectat. IV. in contractu m[...] vel alia conventione, quâ obligatur Eccleſia. V. in aug[...]do vel minuendo numero canonicorum, aut in ſuſcip[...]dis Canonicis vel Religioſis. Pichler *hìc d. n. 3.* Con[...] Schmalzgr. *à n. 2. usquè ad n. 8. incluſ.* & Reiffe[...] *à n. 13. usque ad n. 33. incluſivè.*

6. [...]

. In quibus è contra actibus ſolum Capituli conſilium eſt ſufficiens?

I. In condendis ſtatutis. II. in inſtitutione & deſtitu-one clericorum. III. in corrigendis & puniendis eorum efectibus. IV. In rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratio-, & generaliter in omnibus negotiis alicujus momenti. de Schmalzgr. *hìc n. 9.*

. An & quos actus valet Epiſcopus ſe ſolo & citra conſenſum vel conſilium Capituli expedire?

Regulariter omnes exigui alicujus & minoris momen-, ex quibus nullum incommodum, vel periculum Ec-eſiæ imminere poteſt. Item ſi id ſuadeat juſta aliqua rationabilis cauſa, veluti ſi agatur de controverſia orta iter Epiſcopum & conſanguineos Canonicorum Capitu-rium, vel tempus belli, contagionis, aut quodlibet aliud ile accidens non patiatur Canonicos in Capitulum con-ocare. Huc pertinent cauſæ notoriæ & quando mani-ſtum eſt, quid ſit agendum. Item cauſæ, quæ perti-ent ad Epiſcopum jure ad ſe devoluto, v. g. ob negligen-am aut delictum Prælati inferioris. vide Schmalzgr. *ic n. 10.*

. Sed poteſtnè conſuetudine introduci, it Epiſcopus vel alius quilibet Prælatus non teneatur requirere conſenſum vel conſilium Capituli?

Poſſet videri, quòd non, per *c. 4. h. t.* ubi talis con-uetudo dicitur eſſe honeſtati contraria, affirmativa tamen uculenter probatur in *c. 6. h. t. & 3. de conſuet. in 6.* Cui conſonat praxis omnium ferè Epiſcopatuum, dum cilicet paſſim Epiſcopi negotia Eccleſiæ ſuæ etiam quandoque

dóque ardua tractant & expediunt ſine ullo prævio Capituli conſenſu vel conſilio, vide Pichler *hic num. 6.* Schmalzgr. *n. 11.*

TITULUS XI.

De his, quæ fiunt â majore parte Capituli.

1. Quid intelligitur hìc per Capitulum?

PEr Capitulum hìc nihil aliud intelligitur, quam Collegium Capitularium cum ſuo capite congregatorum pro tractandis negotiis ſpectantibus ad ſtatum Eccleſiæ ipſorum P. König *h. t. n. 2.* Idque aliud eſt ſæculare, quod ex Clericis ſæcularibus, & aliud Regulare, quod ex Regularibus conſtituitur. Illud verò rursùm aliud eſt Cathedrale, aliud collegiale, & ſiquidem Eccleſia Cathedralis ſit Metropolis, tunc capitulum illius dicitur metropolitanum. vide Schmalzgr. *hìc num. 2.* Confer Reiffenſt. *eod. tit. n. 1. cum 5. ſeq.*

2. Ad quem pertinet jus convocandi Capitulum?

Jus hoc regulariter eſt penes Prælatum, ſive Epiſcopum vel Abbatem. Quia hi ſunt caput ſuorum Capitulorum. Niſi Capitulum ſit exemptum, tunc enim jus convocandi pertinet ad Præpoſitum vel Decanum ipſius Capituli. Idem eſt, ſi vel Epiſcopus ſit abſens, vel de re, & commodo ipſius Epiſcopi, aut negotio præcisè Capitulum tangente agatur. vide Reiffenſt. *hìc n. 7.* & Schmalzgr. *n. 11.* Confer. Pichler *eod. tit. n. 3.*

3. Qui

Quid requiritur, ut Capitulum dicatur legitimè congregatum?

Neceſſe eſt, ut illi, qui de jure vel conſuetudine vo-
di ſunt, omnes & ſinguli vocentur, aliàs enim, ſi
unus vocatus non ſit, poterit agere de contemptu,
d, quod à reliquis actum eſt, ſi velit, irritare. Engel
n. 4. Quod tamen hoc loco de præſentibus tan-
n eſt exaudiendum: Abſentes enim regulariter non
t citandi, niſi in caſibus exceptis, veluti I. in electio-
novi Prælati, per dicta ſuprà in tit. de Elect. II. quan-
aliquis recipitur in Canonicum. *c. 33. & præb.* &
in ceſſationibus à Divinis. *c. 8. de offic. ord. in 6.*
ibus addi poſſunt cauſæ & negotia magis ardua. vide
ffenſt. *hìc n. 8. cum duob. ſeq.* add. Schmalzgr. *d.*
11. cum 6. ſeq. & Pichler *n. 2.*

Quæ deſiderantur ad validitatem actûs Capitularis?

I. Requiritur & neceſſe eſt, ut omnes illi, quorum
ereſt, & qui de jure & conſuetudine vocari debent,
vocati uti paulo ante dictum. II. Ut ſint vel fue-
capitulariter congregati, unde non ſufficit, quòd ſin-
i Canonici ſeorſim aliquid promittant, ſententient,
decidant. Engel *hìc n. 5.* III. Quòd ſaltem duæ
tes Capitularium ſive duæ tertiæ eorum, qui debent
ari, & volunt ac poſſunt commodè intereſſe, ſint
eſentes per *L. 3. & ſeq. ff. quod cujusqu. univ.*
n. Schmalzgr. *hìc n. 23.* Reiffenſt. *n. 14. & ſeq.*
a quod tertium requiſitum tamen conſuetudo cujus-
t loci erit inſpicienda: nam ſi defacto in aliquo loco
inuit, quòd per præſentes, etiamſi duas tertias non
ſtituant, negotia capitularia concludantur & expe-
ntur, non ſunt reliqui exſpectandi, maximè ſi ne-

 ceſſitas

ceſſitas urgeat, vel lapſus termini inſtet. vide cit. Schmalz; *d. n. 23.* & Reiffenſt. *n. 16.*

5. *Eſtnè etiam neceſſe, ut omnes ad i vicem conſentiant?*

Hoc non eſt regulariter neceſſe, ſed ſufficit conſe ſus majoris & ſanioris partis Capitularium præſentiu etiamſi pars minor contradicat. *c. 1. 3. & fin. h.* Ratio: quia major pars communitatis repræſentat tam communitatem, & quod major pars curiæ effici pro eo habetur, ac ſi omnes egiſſent. *L. 19. ff. municip.* Reiffenſt. *hìc n. 11.* Pichler *n. 4.* Dictu tamen regulariter nam plures ſunt caſus, in quibus eti conſenſus majoris & ſanioris partis non ſufficit, quos de apud Schmalzgr. *h. t. num. 22.* & Reiffen *num. 24.*

6. *Sed quomodo hìc accipitur major pa Capituli?*

Talis debet eſſe major pars abſolutè habito reſpec ad omnes Capitulares præſentes, nec ſufficit ſi ſit tantù major reſpectivè, ſive habito reſpectu ad partes capit in diverſa abeuntis. Engel *hìc n. 9.* Unde ſi ex dece Canonicis votantibus 5. ſuffragium ſuum dent Titi 3. Sempronio & 2. Mævio, non erit Canonica electi ſed neceſſe eſt, ut in unum concurrant ſaltem 6. vo Schmalzgr. *hìc n. 20.* Interim tamen etiam circa h locorum conſuetudo plerumque ſpectanda, vide cit. E gel *d. n. 9.*

7. *Quid hìc venit nomine ſanioris partis?*

Sanior pars hic cenſetur, quæ alteram vincit auth ritate, dignitate, ſenio, literatura &c. In dubio t me

ıen, & niſi appareat majorem partem pravo affectu, ıl pecunia corruptam eſſe, pars major præſumitur etiam ıſe ſanior, maximè ſi concurrant duæ tertiæ. vide Pich-ı *hìc cit. n. 4.* & Schmalzgr. *n. 21.*

. *Aſt quomodo hìc iterum ſalvantur ıiæ illæ duæ juris regulæ*, quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, & in re communi melior eſt conditio prohibentis?

Regulæ iſtæ procedunt tantùm, quando agitur de re ſingulorum & proprio, ſecus quando quæſtio eſt de re univerſitatis: nam cùm major pars cenſeatur tota ıiverſitas, meritò quod illa ſtatuit, prævalere debet. ıeiffenſt. *hìc n. 8.*

. *Quid juris ſi Epiſcopus cum majore ıarte Capituli vellet ſtatuere, ut quilibet Caıonicorum teneatur aliquam partem ſuorum redituum conferre ad reparationem Eccleſiæ Cathedralis?*

Poteſt hoc facere contradicente etiam minore parte ıer rationem allegatam, quòd major pars &c. & text. ı *c. ult. h. t.* non obſtante, quòd tali caſu videatur ıgi de jure ſingulorum & proprio, ac propterea Regulæ: ıuod omnes tangit &c. locum eſſe debere. Quia ut ıegula iſta procedat, debet res, de qua eſt quæſtio, perıinere ad ſingulos jure omnino proprio & patrimonii: ıecus ſi tantùm pertineat ad ſingulos jure Eccleſiæ vel ıollegii, hi enim reditus ante diviſionem adhuc pertiıent ad Eccleſiam, ac proinde ſuper iis Eccleſia adhuc poıeſt diſponere repræſentata per majorem partem. Pichl. ıìc *num. 5.* confer Reiffenſt. *num. 35. & ſeqq.* &

Schmalzgr.

Schmalzgr. *n. 35. cum ſeqq.* add. Engel *eod. tit. 12. & ſeq.*

TITULUS XII.

Ut Eccleſiaſtica beneficia ſine dim nutione conferantur.

1. *Quid principaliter diſponitur in hoc titulo?*

PRo Regula hìc traditur, quòd beneficia Eccleſiaſti integra & ſine diminutione debeant conferri. Rati quia beneficium datur propter officium. Ergò ſicut ſucceſſorem tranſit totum, ac integrum officium, me tò etiam debet tranſire totum beneficium, ſive jus per piendi reditus beneficii integros & ſine diminutio Schmalzgr. *hìc n. 1.*

2. *Quot modis diminutio beneficiorum E cleſiaſticorum contingere poteſt?*

Quinque potiſſimum modis: nimirùm per imp ſitionem oneris, unionem, diviſionem, diſmembrati nem & ſuppreſſionem. P. Engel *h. t. num. 1.* ad Schmalzgr. *n. 1. eod. tit.*

3. *Quid hìc venit nomine oneris impoſitionis?*

Venit omne illud, quod cedit in gravamen benefici ti, ſive illud ſit perſonale, puta ſi alicui conferretur b neficium cum obligatione docendi Scripturam vel Gran maticam, plures miſſas legendi &c. quod prius n erat beneficio annexum, vel injunctum beneficiato; ve reale v. gr. obligando novum beneficiatum, ut ce tam partem fructuum ſingulis annis alteri per modu

pe

penſionis ſolvere, aut quid ſimile annuatim pendere teneatur. Reiffenſt. *hìc num. 4.* Pichler eod. *tit. num. 1.*

4. *Quid eſt unio beneficii?*

Eſt duorum vel plurium Eccleſiarum, ſive beneficiorum ob urgens quoddam commodum authoritate Epiſcopi, vel alterius legitimi ſuperioris facta conjunctio, ſive incorporatio. P. König *hìc n. 1.*

5. *Quid diviſio?*

Eſt ſectio unius beneficii in plura: ùt ſi ex uno Epiſcopatu fiant duo: ex una Parochiali duæ Parochiæ: vel ex uno Canonicatu duplex Canonicatus, aut unus Canonicatus & portio. idem König *n. 15.*

6. *Quid diſmembratio?*

Eſt ſeparatio aliquorum fructuum & redituum beneficii ab ipſo beneficio, ut alteri beneficio vel loco pio applicentur. idem König *num. 22.* Reiffenſt. *num. 24.*

7. *Quid denique ſuppreſſio?*

Eſt totalis exſtinctio beneficiorum, aut reductio præbendarum ad minorem numerum, eò quòd reditus ſint tenues, & inſufficientes. cit. König *n. 29.*

8. *Eſtnè ergò omninò illicitum & prohibitum beneficium conferre cum novi oneris impoſitione, vel penſionis reſervatione?*

Præter Papam regulariter nemo alius Prælatus inferior,

rior, vel Epiſcopus hoc facere poteſt: ut patet ex rul ca &c. *un. h. t.* junĉto *c. 7. de cenſib. & noviſſi* *Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 14. de reform.* Reiffer *hìc n. 5. & ſeq.* & Pichler *n. 37. & 9.* Dict autem: præter Papam: nam quin Papa novum aliqu onus, & penſiones non tantùm temporales, ſed eti perpetuas imponere ac reſervare poſſit, nemo dubitat. v Pichler *hìc d. n. 3. V.* Dixi in aſſert. *cum n. ſeq.*

9. *Quare dictum regulariter?*

Quia ſi concurrat juſta aliqua, & rationabilis cau vel id exigat utilitas, aut neceſſitas Eccleſiæ, facilè om concedunt poſſe Epiſcopum penſionem aliquam mo ratam ſaltem temporalem, ſive ad vitam beneficiati i ponere: ut probatur ex *c. 21. de præb.* ubi pro bo pacis & concordiæ inter duos litigantes de beneficio preſsè permittitur Epiſcopo, ut unum in beneficio c firmet vel inſtituat, alteri verò penſionem ex reditil faciat. Pichler *hìc n. 5.* Engel *n. 3. verſ. inter tamen.* Confer Reiffenſt. *hìc n. 9. & ſeqq.* & conſtitutione, ac reſervatione penſionum idem pl *§. 4. per tot.* add. Schmalzgr. *à num. 7. uſq ad fin.*

10. *Eſtnè etiam ſimpliciter interdicta un beneficiorum?*

Niſi adſit gravis & rationabilis cauſa non poſſi etiam Epiſcopi (multò minùs alii Prælati inferiores, pr terquàm ſi habeant jurisdictionem quaſi Epiſcopalen unire beneficia ad invicem, & ex duobus, vel plurib unum facere, uti ſumitur ex *c. 33. de præb.* Imo Concil. Trid. *ſeſſ. 7. c. 6. de reform.* jubentur E ſcopi inquirere tanquàm Sedis Apoſtolicæ delegati omnes recentiores uniones etiam à ſummo Pontifice i

pet-

paratas, an habeant juſtas & legitimas, veraſque cauſas, aliàs ut eas tanquàm nullas & ſubreptitias declaret. Et ratio eſt: quia unio eſt ſpecies quædam ſuppreſſionis, quatenus nimirùm beneficium unitum alteri quodammodo exſtinguitur, & in alterum omninò transfunditur. Vide Engel *hìc n. 9.*

11. *Sed quæ ſunt juſtæ cauſæ faciendi unionem?*

In *c. 33. de præb. cit.* exprimuntur hæ duæ, nimirum evidens neceſſitas, vel utilitas. Neceſſitas adeſſe cenſetur, ſi præbendæ ſint ita tenues, ut ad congruam earum Rectorum ſuſtentationem non ſufficiant, vel non reperiantur Clerici, qui tam tenuia beneficia recipere velint, item ſi Eccleſia ſit valde devaſtata per hoſtes, aut deſerta à populo per bellum vel peſtem. Utilitas verò ſufficiens videtur adeſſe, ſi in Eccleſia præſertim Cathedrali aliàs non haberentur tam idonei miniſtri, ſi cultus divinus notabiliter & manifeſtè augeatur. Pichler *ſupra ad tit. de præbend. n. 24.* confer Reiffenſt. *h. t. n. 67.* & Schmalzgr. *n. 185. de præb.*

12. *Sufficitnè autem adeſſe ſolùm cauſam juſtam?*

Non ſufficit, ſed præterea debent etiam debitæ ſolennitates accedere, veluti I. ut unio, de qua agitur, fiat cum conſenſu Capituli. II. Ut citentur omnes quorum intereſt, uti Patronus ſi beneficium ſit patronatum, collator ſi ſit collativum, eorumque conſenſus pariter requiratur. Si verò ſit beneficium curatum & Parochiale, tunc Rector quoque ſive Parochus nec non Parochiani citari, & audiri quidem debent, eorum tamen conſenſus non eſt neceſſarius. Vide Engel *hìc num. 11.* Pichler *ad tit. de præb. n. 25.* Confer Reiffenſt. *h. t. n. 72.*

n. 72. cum ſeqq. & toto §. 3. circa reliqua ad u nem beneficiorum ſpectantia. add. Schmalzgr. *eod. de præb. §. 5. uſque ad n. 201.*

13. *An & quatenus Epiſcopis diviſio ben ciorum eſt permiſſa?*

Hæc non minùs ac unio regulariter eſt prohibita in Concilio Turonenſi expreſsè interdicta, ut conſta *c. 8. de præb.* Si tamen juſta & rationabilis cauſa ſit, poteſt, imò cæteris paribus debet Epiſcopus ad viſionem procedere, ſervatis tamen iis, quæ paulò tè circa unionem requiri diximus. Vide Reiff *h. t. n. 21. cum duob. ſeq.* & Schmalzgr. *ad de præbend. n. 404. & ſeq.* Cauſa autem ho caſu juſta & rationabilis eſt tanta Parochianorum ſtantia, ut ad locum Parochiæ ſine gravi diſcrimine dere, nec Parochi iis per ſe vel Vicarios commodè currere non valeant. Vide P. König *h. t. n. 18* Pichler *n. 30. de præbend.*

14. *Quid poteſt Epiſcopus circa diſme brationem beneficiorum?*

Circa hanc idem obſervandum eſt, quòd de div ne & unione beneficiorum dictum fuit, nam & hæ gulariter eſt prohibita, cit. *c. 8. & c. 20. cum ſeq præbend.* ex cauſa verò permittitur *c. 3. de Ecc ædific.*

15. *An & quatenus licita eſt ſup-preſſio?*

Hæc ſimiliter ſine cauſa fieri non poteſt *c. 12. conſtit.* admittitur tamen etiam ex juſta & ration c

uſa v. gr. ob tenues reditus, & diſtributiones quotianas juxta diſpoſitionem Trid. *ſeſſ. 24. c. 15. de form.* vide hac de re plenius P. Engel *hic n. 6. & qq.* & Reiffenſt. *n. 32. cum ſeqq. eod. tit.*

TITULUS XIII.

De rebus Eccleſiæ alienandis, vel non.

Quid intelligitur hic nomine Eccleſiæ?

NOmine Eccleſiæ venit hic omnis locus pius authoritate Superioris Eccleſiaſtici conſtitutus, v. gr. Monaſteria, Clericorum Collegia, Oratoria, Capellæ, Hoſpitalia &c. Schmalzgr. *h. t. num. 4.* Pichler *eod. tit. num. 3.*

2. Quid in præſenti venit nomine alienationis?

Regulariter quidem alienationis nomine ſtrictè ſumptæ venit tantùm actus ille, per quem Dominium rei venditæ in alium transfertur. *L. 1. C. de fundo dot.* In præſenti tamen alienatio latiùs ſumitur, quatenus comprehendit omnem actum, quô non tantùm dominium directum, vel utile, ſed etiam jus aliud in re, vel ad rem abſolutè alicui quæritur, vel in alterum transfertur, prout eſt feudum, emphytevſis, hypotheca ſeu pignus, precariæ, locatio ad longum tempus, conſtitutio usûs fructûs, usûs vel ſervitutis realis. per text. in *c. 5. h. t. & L. fin. C. de reb. alienand.* quò facit Extrav. ambitioſæ. *h. t. inter comm.* Ratio vero eſt, quia id exigit favor, & utilitas Eccleſiæ, ut nimirùm ei tantò minùs noceri poſſit. Pichler *hic n. 4.*

 Schmalzgr.

Schmalzgr. *num. 6. & ſeq.* add. Vallenſ. *§. 1. num. 4. h. t.*

3. *Quomodo hìc nomen rei accipitur?*

Rei nomine veniunt hìc omnia bona quocunque titulo ad Eccleſiam pertinentia, ſive ea ſint bona, & res mobiles, ſive immobiles, corporales ſive incorporales, pretioſæ, vel non pretioſæ: item ſervando ſervabiles, ſive non ſervabiles, ità, ut & jura & nomina atque actiones hìc comprehendantur. Ratio: quia de omnibus his moveri poteſt quæſtio, an & quatenus â Rectoribus Eccleſiarum licitè aut validè alienari poſſint vel non. Quæ autem res in ſpecie inter res mobiles, & immobiles, & mobiles pretioſas & minùs pretioſas in ordine ad effectum alienationis referri & computari debeant? vide latè P. König *hìc §. 4. per tot.* Schmalz. *§. 2.* Confer. Engel *à n. 5. uſque ad n. 8. incluſ.* & Reiffenſt. *à n. 7. in §. 1. uſque ad fin.*

4. *An & quomodò ergò res Eccleſiæ poſſunt alienari vel non?*

Diſtinguendum eſt inter res & bona Eccleſiæ immobilia, & mobilia pretioſa ac ſervando ſervabilia: & inter res viles, ſive minùs pretioſas, ac ſervando non ſervabiles. Bona prioris generis non poſſunt alienari, niſi accedat juſta cauſa & ſolennitates à jure requiſitæ. *cit. c. 5. & tot. h. t. & cit. Extrav. ambitiosæ inter comm. eod. tit. cum concord.* Bona verò ſecundi generis validè & licitè alienantur, etiam ſine gravi cauſa, & ſolennitatibus à jure præſcriptis. Imo & res immobiles, valde tamen exiguæ & fortè longe diſtantes, ac propter neceſſarias expenſas Eccleſiis magis onerosæ quàm utiles, ut patet *ex can. 53. cauſ. 12. q. 2. c.*

&c.

c. 8. §. poſſeſſiones h. t. vide Pichler *hìc à n. cum duob. ſeq.* Sic etiam *in cit. extrav. ambi-nſæ.* Excipiuntur res & bona ab antiquo in feudum, ·l emphytevſim dari ſolita, ità, ut ſi nimirùm ad Ec-cſiam revertantur, denuò ſine nova ſolennitate aliena-r ſeu in feudum vel emphytevſim dari poſſint. Confer. ·nig & Schmalzgr. *loc. ut ſuprà cit.*

. *Quæ ſunt cauſæ, ex quibus Prælati etiam res immobiles, vel mobiles pretioſas alienare poſſunt?*

Communiter tres aſſignantur: I. eſt neceſſitas, quan- ſcilicet Eccleſiam urgent debita &c. II. Utilitas, quan- per alienationem major fructus procurari poteſt. III. pietas: ut ſi pauperes ſint alendi, vel captivi redi-endi. vide P. Engel *h. t. num. 14.* & König *18. & 19.* Confer. Reiffenſt. *num. 17. cum 4. ſeq.* & hmalzgr. *§. 3. h. t. per tot.* add. Pichler *num. 11. um duob. ſeq.*

. *In quibus conſiſtunt ſolennitates à jure ad alienationem requiſitæ?*

Potiſſimùm in his 4. I. in tractatu cum capitulo. II. ejus conſenſu. III. in ſubſcriptione & IV. in authori-te & conſenſu Superioris: Ità nimirùm, ut, ſi aliena-o fiat per Epiſcopum aut Prælatum inferiorem, præter nſenſum Superioris, requiratur tractatus præcedens, conſenſus Capituli. *c. 1. & 2. h. t. in 6. & Cle-ent. 1. eod. tit.* Si verò fiat per Rectorem Eccleſiæ, æ capitulo caret, Rectoris & Superioris conſenſus ſuf-iat. *d. Clemen. 1.* vide P. König *hìc n. 21. cum q. uſque ad n. 26.* Reiffenſt. *n. 23. cum 6. ſeq.*

 Pichler

Pichler *n. 15.* & Schmalzgr. *§. 4. h. t. per tot.* Confe Schambog. *n. 8. eod. tit.*

7. Quis hic autem venit ſub nomine Superioris?

Olim nomine Superioris in præſentiarum veniet proximus ſuperior, ut putà in alienatione ab Abbate fi cienda, Epiſcopus *can. 41. cauſ. 12. q. 2. & ca 40. cauſ. 17. q. 4.* in alienationibus verò Epiſcopore ſolus conſenſus capituli requirebatur. *can. 52. cit. cau 12. q. 2.* Hodie tamen ſtando in terminis juris co munis in alienationibus rerum immobilium, aut mo lium pretioſarum Eccleſiaſticarum requiritur etiam & n ceſſarius eſt conſenſus ſummi Pontificis, prout diſertè ſt tuitur *in c. 2. h. t. in 6.* & diſtrictiùs præcipit *in cit. Extrav. Ambitioſæ inter comm. h. t.* Re fenſt. *hic num. 30. cum ſeq.* vide Schmalzgr. *ea tit. num. 97. cum multis ſeq.* Pichler *num. 1 & ſeq.*

8. Quare dictum ſtando in terminis jur communis?

Quia de conſuetudine præſertim Germaniæ, & cis ab Urbe valde remotis, unde difficilis aditus eſt Papam dicta Extrav. non videtur eſſe recepta ſaltem q ad hoc, ut etiam inferiores Prælati Epiſcopis ſubjecti neantur in ejusmodi alienationibus Conſenſum Papæ quirere, & quoad reliquum rigorem ac pœnas ibidem junctas. cit. Reiffenſt. *hic n. 32.* Pichler *n. 20. cu ſeq.* & latè Schmalzgr. *n. 122. cum reliquis ſeq. uſq ad num. 128.*

9. Eſt

9. *Eſtnè etiam neceſſarius conſenſus Patroni vel Principis terræ ſub quo bona ejusmodi ſita ſunt?*

De Patrono res eſt expedita, conſenſum illius non eſſe neceſſarium: quia id nullo jure probatur; & licet Patrono competat aliqua cura & cuſtodia rerum Eccleſiaſticarum, nulla tamen adminiſtratio de illis ipſi conceditur. Pichler *hìc n. 16.* Schmalzgr. *n. 107. cum ſeq.* Excipitur tamen I. niſi id Patronus in fundatione, conſtructione vel dotatione Eccleſiæ ſibi reſervâſſet. II. Quando rem Eccleſiæ dedit in feudum, tunc enim conſenſus illius tanquàm Domini directi deberet requiri. Reiffenſt. *hìc n. 34.* de honeſtate etiam conſenſum illius requiri poſſe facilè omnes concedunt, quia ipſe ex officio debet impugnare alienationem ſine cauſa ſufficiente factam. cit. Pichler & Schmalzgr. *loc. ut ſuprà.*

10. *Sed quid circa conſenſum Principis terræ?*

Certum quóque eſt, de jure nec illius conſenſum requiri, niſi de honeſtate, eò, quòd id quóque nullibi ſtatutum reperiatur, imo quia bona per donationem Eccleſiæ factam fiunt juris Eccleſiaſtici, tunc irritum eſt omne ejusmodi ſtatutum, tanquàm adverſans libertati Eccleſiaſticæ. cit. Schmalzgr. *hìc num. 109.* Docet tamen Schambog. *n. 11. h. t.* opinionem hanc intelligendam eſſe tantùm quoad illa loca, in quibus bona Eccleſiaſtica totaliter â jurisdictione Principis ſæcularis ſunt exempta, prout de jure communi exempta ſunt, non verò quoad illa loca, ubi manent ſub jurisdictione laica: veluti in Regno Bohemiæ, in quo etiam ad alienationem bonorum fundationis conſenſus Regius requiritur, aliàs alienatio non valet. Sic quóque in hac noſtra

Auſtria res eſt expedita, quòd Prælati, Parochi cæteriq
adminiſtratores Eccleſiaſtici quoad temporalia dependea
â Principe terræ, conſequenter etiam conſenſum illi
requiri debere extra dubium eſt, imo is adeo eſt nec
ſarius, ut aliàs alienatio ejusmodi omnino ſit nulla,
ſemper caſſari, bonáque alienata â poſſeſſoribus non c
ſtante quacunque præſcriptione revocari poſſint, ut co
ſtat ex variis reſolutionibus *in Cod. Auſtr. V.* Geiſt
cher Güter *Alieni*rung. Confer P. König *hìc*
25. verſ. præterea.

11. *Potéſtne Prælatus liberè repudia hæreditatem vel legatum Eccleſiæ relictum, an ad hoc dictis ſolennitatibus opus habeat?*

Tres ſententias circa hoc refert Schmalzgr. *h. t. n.*
unam eorum, in qua eſt Pichler *hìc num. 9.* qui ſ
pliciter tenent, nec hæreditatem nec legatum ſive ſol
nitatibus repudiari poſſe. Alteram, in quam incli
Engel *n. 9. eod. tit.* quæ diſtinguit inter hæreditaten
legatum. Tertia verò eſt ipſius Schmalzgr. quæ do
tam hæreditatem, quàm legatum ſi non licitè, ſal
valide repudiari poſſe. Cujus ratio in eo conſiſ
quòd nimirùm talis repudiatio hæreditatis, vel legati
ſit alienatio propriè dicta, ſed potiùs non acquiſitio:
in terminis adſtruitur *in L. 28. per ff. de V. S.*
probatur *per L. 5. §. 13. ff. de donat. inter v.*
& uxor. nec non L. 6. §. 2. & §. 4. ff. qu. in fra
credit. Accedit ratio: quia Prælato permiſſa, &
lida eſſe cenſetur quæcunque diſpoſitio circa res Eccle
quæ jure prohibita aut irrita non reperitur. Sed repu
tio hæreditatis vel legati nullibi legitur Prælato interd
vel irrita. Ergò. Ad rationes utriusque ſententiæ
ſpond. & idem Schmalzgr. *n. 18. & 19. ibid.*

12.

2. *Deſiderantúrne etiam prædictæ ſolennitates, quando una Eccleſia rem aliquam alteri Eccleſiæ alienat?*

Negat hoc P. Engel *n. 16. h. t.* affirmativam è con-a tanquàm communiorem tuetur Pich. *eod. tit. n. 22.* ratione; quia jura prohibentia alienationes ſine ſolen-tatibus non diſtinguunt inter alienationes in laicos, Eccleſias vel Eccleſiaſticas perſonas factas. Accedit *1. h. t. in 6.* ubi alienatio decimarum facta Eccleſiæ ſſatur; quia facta eſt ſine ſolennitatibus. Contra-orum reſolutiones vide apud eundem Pichler. *ſub um. 23.*

3. *Sed éſtne alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine ſolennitatibus non tantùm illicita, ſed etiam invalida?*

Sunt aliqui, qui volunt alienationem ejusmodi, mo-ò adfuerit juſta & rationabilis cauſa, validam eſſe, li-t ſolennitates non fuerint adhibitæ, ex ratione: quòd ictæ ſolennitates ex eo potiſſimùm motivo ſint præſcri-æ, nè Eccleſia damnum, aut præjudicium patiatur, uod motivum ceſſat quando ſupponitur juſta cauſa ad-iſſe. Communior tamen & verior etiam in hoc caſu t ſententia, talem alienationem eſſe nullam ipſo jure ltem ex parte Eccleſiæ & pro foro externo: & con-quenter poſſe rem alienatam ab Eccleſia, ſi velit, re-ocari, non tantùm per ſucceſſorem Prælatum, vel Ca-itulum, ſed etiam per ipſum alienantem. Engel *hic n. 17.* atio eſt; quia ſolennitates prædictæ pertinent ad for-nam alienationis rerum Eccleſiæ, forma autem dat eſſe ei, eáque non ſervata actus eſt nullus *c. 64. de R. J. n 6.* Huc faciunt textus *in can. 52. cauſ. 12. q. . c. 1. & c. 3. & 8. de his quæ à Prælat. junct.*

c. 6. h. t. & extrav. ambitioſæ inter comm h. t cum concord. quibus juribus talis alienatio abſolutè declaratur nulla & irrita. Ad contraria reſpond. Schmalzgr *h. t. n. 131.* & Pichl. *n. 25.*

14. *Quare dictum ſaltem ex parte Eccleſiæ?*

Quia omnes facilè conveniunt, quòd ſi Eccleſia veli ſtare ſimili contractui, & ſolennitates omiſſas adhuc ſupplere, non poſſit pars altera reſilire, ſed teneatur contractum ſervare I. *per textum in can. 42. cauſ. 12. q. 2.* II. à paritate contractûs cum minore vel pupillo initô, qu licèt ob defectum authoritatis tutoriæ, vel decreti Prætoris nullus ſit ex parte minoris vel pupilli, tenet tamen in quantum eſt favorabilis, pro parte alterius contrahentis. *per Inſtit. de author. tut.* Eccleſia enim gaudet jure minorum in favorabilibus, niſi aliud ſit in jure expreſſum. *c. 3. de reſtit. in integr.* vide Enge *hìc n. 20.* & Schmalzgr. *n. 135.*

15. *Sed quid dicendum pro foro intern & in ordine ad conſcientiam?*

Non conveniunt hìc DD. P. König *h. t. num. 30* cenſet in theoria probabiliorem, & tutiorem ſententiam docentem: alienationes ſine ſolennitatibus factas etiam in foro interno eſſe nullas. Ratio ejus eſt, quò in cit. extrav. tales alienationes dicantur nullius eſſe momenti, ac rem alienatam recipiens incurrat excommunicationem, quod fieri non poſſet, ſi accipiens in conſcientia non peccaret. Contrarium tamen tuetur cit Schmalzgr. *h. t. n. 133.* & Engel *num. 19.* ſalten tunc, ſi alienatio facta eſt ex juſta cauſa. Ratio eſt quòd ſimilis alienatio ſit jure naturæ valida, cùm habea mutuum contrahentium conſenſum, & juſtam cauſam

A

ſi oppoſita reſpond. Schmalzgr. *n. 134.* Confer. P.Engl *eod. tit. n. 26. cum ſeq.*

6. *Quomodo conſultum eſt Eccleſiæ contra malas & injuſtas alienationes?*

Competunt ipſi duæ actiones: una perſonalis adverſus Prælatum vel adminiſtratorem, qui rem ejus male alienavit, ad damnum ex proprio, ſi quod habet, ſarciendum: *can. 18. cauſ. 12. q. 2. & c. 3. de pignor.* altera realis adverſus poſſeſſorem rei alienatæ, ad rem alienatam recuperandam. *can. 39. cauſ. 12. q. 2. & c. 4. h. t.* Schmalzgr. *hic n. 149. cum ſeq.* Reiffenſt. *n. 62.* Confer. Pichler *eod. tit. num. 28.* qui rectè animadvertit, conſultius ſemper facturam Eccleſiam, ſi intentet remedium poſſeſſorium, & agat ex interdicto recuperandæ, quàm ſi intentet rei vindicationem eò quòd dominii probatio ſemper ſit difficilior, quàm poſſeſſionis.

7. *Sed quid ſi alienatio ritè quidem & legitimè facta, interim tamen Eccleſia per eam de facto graviter læſa fuit?*

Tali caſu debet reſtitutionem in integr. petere, quæ etiam ei facienda *per text. in c. pen. h. t.* exemplo minorum & pupillorum, quorum jure gaudet, per *c. 3. cit. de reſtit. in int.* vide Schmalzgr. *h. t. n. 67.* *Zoës eod. tit. n. fin.*

18. *Tenetúrne recipiens rem Eccleſia cam ſine ſolennitatibus, eam in conſcientia ſtituere etiam ante ſententiam Judicis?*

Si res ità malè alienata ſit, ut nec juſta cauſa, ſolennitates intervenerint, non poteſt eam recipiens c damno & injuria Eccleſiæ retinere in conſcientia. *c. 6. l* Si verò ſolennitates quidem non intervenerunt, adfuit men juſta cauſa, tunc non tenetur ad illius reſtitu nem ante ſententiam. Ratio: quia tali caſu nulla commiſſa iniquitas, & adſunt ea, quæ de jure natura valorem contractus requiruntur, conſequenter tenet valet ejusmodi alienatio ſaltem in foro interno *per di ſuperiùs in q. 15.*

19. *Veniuntnè in hanc reſtitution etiam fructus interea percepti?*

Diſtinguendum imprimis eſt, an reſtitutio pet per viam extraordinariam, ſcilicet beneficium reſtitu nis in integr. juxta *q. 17.* an verò per viam ordinar juxta q. 16. Primo caſu reſtitutio ita facienda, ut contra quem petitur, non ſit in damno, néque in lu adeóque recipit pretium pro re empta expoſitum, re tit quóque expenſas & meliorationes & reſtituit tant fructus exſtantes, quatenus deductis deducendis ſu ſunt, juxta L. 24. §. *4. ff. de minor. & cit. c. pen t.* vid. Schmalzgr. *hic n. 169.* add. dicta ad tit. *de ſtit. in int. q. 21.* Secundo caſu eo modo proced dum, quemadmodum aliàs in rerum aliarum vindi tione cum diſtinctione inter bonæ & malæ fidei po ſorem proceditur. Conſequenter bonæ fidei emptor ve ille, qui falsò fortè perſuaſus ſolennitates debitas terceſſiſſe, aliquid ab Eccleſia emit, rem reſtituit t

cum fructibus exſtantibus & conſumptis poſt litis
teſtationem. *L. 22. C. de R. V.* Salvâ tamen con-
r Prælatum illegitimè alienantem ad recuperandum
ium : vel ſi iſte de propriis bonis ſolvendo non ſit,
d ei repetere licebit ab Eccleſia, ſaltem quatenus lo-
letior facta eſt, cum æquitas non patiatur aliquem
alterius damno locupletari. *L. 14. ff. de condict.*
ebit. Vide Schmalzgr. *n. 161.* & Engel *num. 21.*
ct. n. 26. debet autem ille, qui pretium ab Eccleſia
uperare deſiderat, probare, illud in Eccleſiæ utilitatem
verſum. cit. Engel *d. num. 26. in fin.* At ve-
emptor malæ fidei, ſive ille, qui ſcivit aut ſaltem
e debuit, rem malè eſſe alienatam, debet I. reſtituere
n, & omnes fructus, quos ante & poſt litem conte-
tam ad eum perveniſſe probatur. *L. 17. C. de R. V.*
Perdit meliorationes in re malè alienata factas. *can.*
. cauſ. 12. q. 2. III. In pœnam amittit pretium,
idque Eccleſiæ læſæ acquiritur. *L. 14. §. 1. C. de SS.*
cleſ. niſi ſibi contra malè alienantem de evictione pro-
xit. Schmalzgr. *n. 162.*

0. *Sed potéſtne rem ejusmodi male alienatam etiam ipſe Prælatus vel Rector Eccleſiæ revocare?*

Videtur quidem quòd non, eò quòd nemini contra
tum ſuum venire concedatur. *L. 25. ff. de adopt.*
ontrarium tamen cum communi dicendum. *per text.*
preſſ. in c. 6. h. t. vid. Schmalzgr. *hìc. num. 151.*
m tribus ſeq. ubi etiam ad oppoſita reſpondet. add.
oës *h. t. n. 4.* Cæterùm verò, ſi ipſe Prælatus non
lit repetere, vel jam forte mortuus ſit, quis tunc re-
titionem hanc facere poſſit, oſtendit cit. Schmalzgr.
155. eod. tit.

21. *Potéſtne poſſeſſor rei Eccleſiæ ma- alienatæ ſe defendere præſcriptione?*

Certum eſt, quòd poſſeſſor malæ fidei ſic ſe tueri poſſit. *per c. 2. de R. J. in 6. & c. 5. junct. c. de præſcript.* Circa poſſeſſorem verò bonæ fidei eſt quidem una omnium ſententia. Dicendum tan- exceptionem hanc ſaltem ſtando in terminis juris co- munis rectè opponi, adeoque rem Eccleſiæ malè alie- tam & tempore ad præſcriptionem requiſito, ſcilicet annis ab alio poſſeſſam rectè præſcribi poſſe. Rat- quia univerſaliter res Eccleſiaſticæ præſcribuntur 40. nis, ut dictum *in tit. de præſcript.* à qua præſcrip- ne res malè alienata nullibi legitur excepta. Schmal: *hìc n. 158. cum duob. ſeq.* ubi etiam ad contraria ſpond. Confer. Engel *eod. tit. n. 22.* Dictum tem *ſaltem ſtando in terminis juris commun-* Quia hìc in Auſtria bona Eccleſiaſtica nullo unquàm te- pore, vel ſaltem non niſi 100. annis præſcribuntur, uti riter dictum in tit. de præſcript. cit.

22. *Sed poſſúntne ſolennitates ad alien- tionem requiſitæ per conſuetudinem contra- riam abrogari?*

Licet quidem ſolennitates prædictæ ſint tantùm ju- poſitivi Eccleſiaſtici: Communior tamen tenet, ejusm- di conſuetudinem non valere, nec tolerandam eſſe. R- tio: quia conſuetudo iſta, per quam paſſim alienare ceret Prælatis res Eccleſiæ ſine ſolennitatibus cederet grave damnum ipſis Eccleſiis, vel ſaltem contineret peri- lum easdem damnificandi, unde rationabilis non fo-. Excipitur tamen caſus neceſſitatis, vel utilitatis. vid. Engel *h. t. n. 24.* & Schmalzgr. *n. 8.*

23. Q-

2. *Quæ ſunt pœnæ malè alienantium, & malè alienata recipientium?*

Jure antiquo variæ erant pœnæ, prout videre eſt apud Schmalzgr. *h. t. n. 163.* Hodie verò *per extrav. Ambitioſæ h. t. int. comm.* circa malè alienantes ſequentia ſunt conſtituta: I. Alienatio extra caſus ibi exceptos, inconſultò Pontifice facta eſt ipſo jure nulla. II. Tam alienans, ſit Epiſcopo & Abbate inferior, quàm iſt, qui rem alienam recipit, incurrunt excommunicationem. III. Epiſcopi & Abbates ipſo jure interdicti ſunt ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſi ſub hoc interdicto ſex menſibus, perſeveraverint, ipſo facto ab adminiſtratione & regimine Eccleſiarum ac monaſteriorum ſuorum ſuſpenſi pronuntiantur. Et IV. denique inferiores Prælati, Rectores, beneficiati, & adminiſtratores ipſo facto ſunt privati beneficiis & officiis, quorum res & bona alienârunt, ita, ut illa abſque alia declaratione vacare cenſeantur. Schmalzgr. *hìc n. 163. & ſeq.* Notant tamen communiter DD. ad incurrendas pœnas requiri. I. Ut alienatio ſortita ſit effectum. II. Ut alienans vel recipiens ſit in mala fide. III. Ut ſciverint pœnas has eſſe annexas. IV. Quòd pœnæ iſtæ non incurrantur, ubi extrav. cit. uſu non eſt recepta, vel contraria conſuetudine abrogata. vid. cit. Schmalzgr. *n. 165. n. 31.*

TITULUS XIV.

De Precariis.

1. *Quid ſunt Precariæ?*

Precariæ, prout hìc ſive in foro Canonico accipiuntur, nihil aliud ſunt, quàm contractus à jure Canonico inventus, quo alicui ad preces conceditur res Eccleſiaſtica immobilis, & fructifera, ad utendum vel utendum fruendum,

dum,ea lege,ut conceſſionis renovatio ſingulis quinquen petatur. Engel *hic n. 1.* vide Schmalzgr. *eod. tit. n.* ortum ſuum dicuntur accepiſſe occaſione illuſtris vi riæ, quam Clodovæus Francorum Rex Religioné in C ſtum magis, quàm armis apud Tolbiacum obtinuit quo tempore in gratiarum actionem tanti beneficii fid bona ſua paſſim obtulerant Eccleſiis, nè verò ſic offere deindè egeſtate laborarent, eadem bona iis rurſum precarias in modum beneficii ad dies vitæ utenda fr da fuerunt conceſſa, uti ex Gregor. Tholoſſ. refert Schmalzgr. *n. 25. h. t.*

2. *Differúntne inter ſe precariæ, & præcaria?*

Voluat aliqui inter precarias & præcariam hanc d rentiam facere, quòd præcaria detur remunerationis c ad tempus vitæ, nec renovationem deſideret. Prec verò transeant ad hæredes quinto quovis anno renovar vide P. König *hìc n. 2.* Sed DD. paſſim precarian precarias confundunt, & pro ſynonymis accipiunt. E *hìc n. 3.*

3. *Quomodo differunt precariæ à pre cario?*

Differunt inter ſe I. quòd precariæ ſint à jure C nico inventæ: precarium autem à Jure Civili. II. carium non conceditur ad certum tempus, poteſ ſemper revocari, non ita Precariæ. III. In precario la merces intervenire poteſt, nec opus eſt aliqua ren tione: precario verò, licet plerúmque etiam gratis cedantur, hoc tamen non eſt de earum ſubſtantia, poteſt quandóque etiam penſio conſtitui, & præterea gulis quinquenniis, uti ſimiliter dictum, renovatio int dere debet. vide Engel *hìc à n. 2. usque ad n. 6.* im plures differentias adſtruit Schmalzgr. *h. t. n. 38.*

4

4. *An & quomodo etiam differunt à contractu emphyteutico?*

Differunt ſimiliter I. quòd Emphytevſis quòque ſit inventum Juris Civilis, & propter agrorum culturam ſit inventa, ut eſſent, qui agros deſertos colerent, aliter precariæ, ſecundùm dicta. II. Emphytevſis concedi ſolet quacunque ex cauſa, nec ad quinquennium tantùm, vel cum onere renovationis ſingulis quinquenniis faciendæ, at precariæ ſemper conceduntur ad preces, debentque renovari ſingulis quinquenniis. III. Emphytevſis ſemper datur cum reſervatione penſionis præſtandæ Domino, at precariæ plerúmque conceduntur gratis. cit. Schmalzgr. *h. t. n. fin.*

5. *Debéntne in Conſtitutione precariarum etiam aliquæ ſolennitates intercedere, & quæ?*

Si precariæ legitimè ſemel jam ſunt conſtitutæ, nulla amplius ad earum renovationem requiritur ſolennitas, quia tunc non eſt nova conceſſio, neque alienatio, ſed tantùm contractûs prius initi renovatio, ne res per oblivionem intereat. At verò in primitiva conceſſione requiruntur eædem ſolennitates, quæ aliàs in alienatione rerum Eccleſiaſticarum ſunt præſcriptæ. Ratio, quia conceſſio ejuſmodi in effectu eſt alienatio, vel ſaltem locatio ultra triennium, quæ per *Extrav. Ambitioſæ inter comm. de Reb. Eccleſ. alien.* ſine ſolennitatibus facta eſt nulla, uti dictum *tit. præced.* P. Engel *h. t. n. 4.* Unde ſicut res alienatæ in detrimentum Eccleſiæ revocari poſſunt ſive per viam nullitatis, ſive per reſtitutionem in integrum, ità etiam res precariò conceſſa: licet pœna conventionalis fuiſſet adjecta. *c. 2. h. t.* cit. Engel *hic n.* 5. Confer Schmalzgr. *n. 34. cum ſeq.*

6. *Qua-*

6. *Qualis ex hoc contractu oritur actio?*

Eccleſiæ competit actio directa adverſus accipient[e]
ejusque hæredes, ad reſtituendam rem precario conceſſ[am]
ſi tempus ad quod conceſſa fuit, effluxit, vel ſi rem p[re]
cario accipiens renovationem petere neglexit. Item [ut]
compenſet damna per culpam etiam leviſſimam Eccle[ſiæ]
illata. *can. 72. cauſ. 12. q. 2.* P. Engel *n. 6.* König *n*
Accipienti verò viciſſim datur actio contraria adve[rſus]
Eccleſiam, ut præſtet quod æquum eſt præſtari, & re[lin]
quat rem usque ad tempus conventum. *c. fin. h. t.* Er[...]
hìc n. 7. & Pichler *n. 4. junct. n. 5.* Quomodo [au]
tem hæc actio vocari debeat, non conveniunt DD. p[ræ]
ſertim quia contractus iſte Jure Civili eſt incognitus, [Ju]
re autem Canonico nomina actionum adeo ſolicitè [non]
ſolent ſepecificari. Quia tamen precariæ ſunt verus c[on]
tractus, & certum nomen ſortiuntur, non imme[ritò]
actio inde deſcendens actio precariæ vel precariarum [dici]
poteſt, ad exemplum actionum ex contractibus nom[ina]
tis deſcendentibus, v. g. empti, venditi, locati, con[du]
cti &c. vide cit. Engel *n. 7. h. t.*

TITULUS XV.

De Commodato.

1. *Quid eſt Commodatum?*

Commodatum eſt contractus realis, Juris gentium, [no]
minatus, bilateralis, bonæ fidei, quo res ad cert[um]
uſum, vel tempus gratis ea lege conceditur, ut illo [fini]
to eadem ſpecie reſtituatur. vide Engel *hìc n. 1. c[um]*
tribus ſeq. & Reiffenſt. *n. 2.* Confer Schmalzgr. *n. [1]*
& 2. & Civiliſt. *paſſim ad Inſtit. §. 2. quib. mod[is re]*
contra oblig. & in ff. Commod.

2. *Quæ ſunt requiſita commodati?*

I. Ut res tradatur : eſt enim commodatum contra-ctus realis, qui ſine interventu rei non perficitur. II. Ut res detur usûs gratiâ : per hoc enim commodatum differt à depoſito & pignore, in quibus res non datur ad uſum, item à mutuo, in quo non ſolùm uſus, ſed & dominium rei mutuatæ transfertur in mutuatarium. III. Uſus ille debet eſſe gratuitus, nam ſi certa merces initiô pro uſu rei conſtituatur, non eſt commodatum, ſed locatio. IV. Ut detur ad certum tempus, quia ſi ſimpliciter uſus rei concedatur, non tam commodatum quàm precarium erit. V. Deniqúe ut res ſit talis, quæ finito uſu & tempore in ſpecie reddi poſſit. vide P. König *hic n. 10. & ſeqq.* Confer Schmalzgr. *eod. tit. n. 4. cum trib. ſeq.*

3. *Ad quid tenetur commodans commodatario?*

Tenetur I. ad rem intempeſtivè id eſt ante tempus vel uſum finitum non revocandam. *c. un. h. t. L. 17. §. 3 ff. eod.* II. ad damna dolo aut culpâ latâ occaſione rei commodatæ cauſata reparanda, ut ſi ſciens rem vitioſam commodavit *L. 18. §. 3. & L. pen. ff. h. t. junctâ L. 8. §. eum qui ff. de precar. & L. 226. ff. de V. S.* III. ad refundendas expenſas in rem commodatam à commodatario factas uſum rei excedentes. *d. L. 18. §. 2. ff. h. t.* P. König *hic n. 16.* Confer Pichler *n. 5. eod. tit.* Circa primum illud tamen, nimirùm an commodans ſaltem ob improviſum rei ſuæ uſum, poſſit ante tempus commodatum revocare ? vide cit. König *n. 17.* & Schmalzgr. *n. 16. hic.*

4. *Ad quid viciſſim tenetur commoda-rius commodanti?*

I. Debet re commodata præciſè ad eum uſum uti quem accepit. *L. 5. §. 8. ff. h. t.* II. Tenetur eam exactiſſima diligentia cuſtodire, unde damnum non tantùm dolo, ſed etiam culpâ admiſſum præſtat. *§. 2. Inſt. q. mod. re contr. oblig. L. 5. §. 4. ff. h. t.* III. Debet rem commodatam finito uſu reſtituere cum omni cauſa, & eodem ſtatu, quo commodata eſt. *L. 3. §. 1. L. 5. §. 9. L. 18. §. 1. ff. h. t.* cit. P. König *hic n. 19. 20. & 22*

5. *Sed ad quam culpam tenetur commodatarius?*

Diſtinguendum eſt, an commodatum præciſè reſpiciat gratiam & favorem commodatarii, prout regulariter fit, an verò ſolius commodantis, vel gratia utriúsque factum ſit. Primo caſu tenetur etiam ad culpam leviſſimam. *c. un. h. t. L. 2. §. 2. & L. 18. in pr. ff. h. t.* Secundo præſtat tantùm dolum & culpam latam: *L. 5. §. 10. L. 10. §. 1. & L. 12. pr. ff. eod.* Tertio tandem obligatur ad culpam latam & levem, non etiam ad leviſſimam *d. L. 18. pr. V. at ſi utriúsque ff. h. t.* vide P. König *hic d. n. 20.* Pichler *n. 6. cum ſeq.* Cont. Reiffenſt. *n. 29. cum 8. ſeq.* & Schmalzgr. *n. 22. cum ſeqq.*

6. *Tenetúrne commodatarius etiam de caſu fortuito?*

Non tenetur, exceptis tribus caſibus: 1. eſt, ſi culpa commodatarii caſum præceſſit. 2. Si intervenit pactum de caſu fortuito præſtando etiam generale, nec opus eſt ſpeciali. *L. 7. ff. de pact.* §. 17. 3. Si commodatarius fuit in mora reſtituendi. *c. un. h. t. in 6.* cit. P. König *hic*

ic n. 21. Engel *n. 10.* Confer Schmalzgr. *n. 32. cum ſeq.* Reiffenſt. *à n. 29. usque ad n. 37.*

. *Procedúntne dicta de culpa leviſſima præſtanda etiam in foro Conſcientiæ?*

Negant hoc aliqui ex eo, quòd culpa leviſſima non iducat peccatum, & quia leges pœnales non obligant in onſcientia. Affirmativa tamen communiùs videtur obnere teſte P. Engel *hìc n. 13.* ex ratione; quia lex jua in foro fori, regulariter etiam juſta eſt in foro poli, ſi ſit merè pœnalis, aut in falſa præſumptione fundata, uorum neutrum hìc eſt. Deinde quia commodatarius nplicitè ſe obligat ad eam diligentiam præſtandam, quam ges requirunt, conſequenter ſi illam non adhibet, quams ex mera oblivione & ſine peccato, nihilominus maet obligatio ad damnum illatum reſarciendum. vide chmalzgr. *h. t. n. 27. cum ſeq.*

. *Ad quid tenetur commodatarius ſi rem ſub æſtimatione recepit?*

Diſtinguendum an res ſit æſtimata æſtimatione facien venditionem, vel eo fine, ut ſi per dolum, aut culm commodatarii pereat, ſciatur pretium? Si primum, netur ſolvere æſtimationem, etiamſi caſu fortuito pereat, uia æſtimatio faciebat, ut in caſum & eventum, quo peret, haberetur pro vendita. Si ſecundum, non tenetur. atio eſt, quòd in commodato non transferatur domium, res autem pereat ſuo Domino. In dubio autem æſumitur ſecundum. vide cit. P. Engel *num. 11.* & chmalzgr. *n. 38. cum 4. ſeq. h. t.*

9. *Qualis actio competit ex commodato?*

Duplex : una directa, qua commodans, ejusque hæredes experiuntur, ad repetendam rem commodatam, finito uſu : vel ſi perdita ſit, aut deteriorata, ad præſtandam æſtimationem, vel intereſſe. Altera contraria, quæ datur commodatario, ſi ante expletum uſum res commodata repetatur, vel ad repetendas impenſas , ſi quas fecit in rem commodatam, vide Schmalzgr. *n. 43. cum ſeq.* Confer Reiffenſt. *n. 38. cum ſeqq.* & Pichler *n. 8. cum ſeq.*

TITULUS XVI.

De Depoſito.

1. *Quid eſt depoſitum?*

DEpoſitum eſt contractus realis , quô res gratis cuſtodienda alicui traditur,eo fine,ut eadem in ſpecie quandocunque deponenti libuerit , reſtituatur. Pichler *hic n. 2.* & Civiliſtæ paſſim *ad §. 3. quib. mod. re contr. oblig. & in ff. h.t.*

2. *Quotuplex eſt depoſitum?*

Dividitur I. in depoſitum in ſpecie , & in ſequeſtrum. Depoſitum in ſpecie eſt, cum res non ligitioſa ab uno vel pluribus, vel ligitioſa ab uno ſaltem cuſtodienda traditur, de ſequeſtro dictum *l. 2. tit. 17.* II. In voluntarium & neceſſarium. Voluntarium eſt, quod contrahitur ex mera voluntate, & fiducia in alterum. Neceſſarium ſeu extraordinarium, quod etiam miſerabile dicitur, eſt ad quod contrahendum cogit aliqua neceſſitas v.g. periculum naufragii, incendii &c. III. In regulare & irregulare : prius eſt,quod

ſiit

ſtit in natura depoſiti & alium contractum non habet dmixtum: poſterius, quod de alio contractu aliquid articipat. vide cit. Pichler *h. t. n. 3.* König *n. 5. & ſeq.*

3. *Quæ eſt obligatio depoſitarii?*

Depoſitarius obligatur I. rem depoſitam ſervare, & uſtodire eâ curâ, quâ ſolet res proprias. *L. 32. ff. h. t.* I. Non poteſt re depoſita uti ſine expreſſo vel tacito conſenſu deponentis, quin furtum committat. *L. 29. ff. h. t.* I. Tenetur rem depoſitam reddere integram, & quidem iſi quid excuſet, ſtatim quando repetit deponens. *L. 1. ſ. §. 16. & 22. h. t.* vide Pichler *h. t. n. 9.* Confer eiffenſt. *hìc à n. 12. usque ad n. 24. incluſ.*

4. *Quam culpam præſtat depoſitarius?*

Regulariter tantùm præſtat dolum & culpam latam, on etiam levem vel leviſſimam, multò minùs caſum ortuitum. *L. 1. c. & L. 1. §. fin. ff. h. t. cum ſimilib.* Quod procedit, tametſi depoſitarius in rebus ſuis cuſtoiendis ſit diligentiſſimus; quia aliàs eſſet deterioris conditionis, quàm ille, qui in rebus propriis eſt minùs diligens, ùt latè oſtendit Engel *hìc n. 8.* vide tamen in conrarium Franz. *ad Inſtit. h. t. n. 22. cum ſeqq.*

5. *Cur dictum regulariter?*

Quia plures ſunt caſus, in quibus non tantùm culpam evem, ſed etiam leviſſimam, aut caſum fortuitum præſtare lebet: & quidem I. Si de eo expreſsè conventum eſt. *L. 1. ſ. 6. h. t.* II. Si fuit in mora reſtituendi *L. 12. ſ. fin. eod.* III. Si culpa caſum præceſſit *c. fin. eod.* IV. Si ſe obtulit depoſito, juxta *L. 1. ſ. 35. ff. h. t.*

Pp 3 V. Si

V. Si pro cuſtodia quid accepit. *L. 1. §. 8. & ſeqq. ff. & c. 2. h. t.* VI. Si ex officio depoſitum ſuſcipiat: ut nautæ, caupones &c. *L. 1. & ſeqq. ff. naut. caupon.* latè P. König *hìc n. 22.* Reiffenſt. *n. 25. cum. ſeqq.* videatur tamen circa quartam fallentiam Engel *hìc n. 5.* & circa ſextam Schmalzgr. *n. 26.* ubi notat, hoc non procedere, ſi caupo hoſpiti aſſignaverit cubiculum, eique claves tradiderit, ac præmonuerit, ut is rerum ſuarum habeat cuſtodiam. Item conſuetudine quaſi introductum eſſe, ut niſi caupones, nautæ &c. de cuſtodia rerum in domum vel navim ſuam invectarum ſpecialiter moneantur, ipſi earum Domini totam curam in ſe ſuſcipiant.

6. *Quid Juris in ciſta vel ſarcina depoſita?*

Ciſtâ vel ſarcinâ ſignatâ ſive clauſâ depoſita ſingulæ res incluſæ, licet depoſitario non fuerint exhibitæ, depoſitæ tamen cenſentur. *L. 1. §. 41. ff. h. t.* de rebus tamen incluſis regulariter reſpondere non tenetur depoſitarius, niſi oſtenſæ priùs cum ciſta depoſita fuerint, etiam ſi deponens dixiſſet, quid in ea contineatur. Quod ſi verò ciſta illa benè fuerit clauſa vel obſignata, depoſitarius verò eandem reſtituat apertam vel reſignatam, tunc dolo illius aperta, vel non rectè cuſtodita præſumitur, niſi depoſitarius contrarium probet. Lauterb. *ad ff. h. t. §.* Confer Schmalzgr. *hìc n. 20.*

7. *Tenetúrne depoſitarius in periculo incendii, naufragii &c. res depoſitas præ ſuis ſalvare, ſi utráſque ſimul ſervare non poſſit?*

Diſtinctione communior DD. hanc quæſtionem dirimit, vel enim res propriæ pretioſiores ſunt depoſitis, vel non, aut ſaltem æquales? ſi primum, non tenetur ſerva-

re

r depoſitas relictis propriis : quia nemo tenetur pat rajus damnum proprium ad evitandum minus alienum cùm ordo charitatis incipiat à ſe ipſo. Si ſecundum? res depoſitæ præ propriis ſervari debent : quia id ſuadet prudentia, & æquitas naturalis : compenſationem tamen damni, quod paſſus eſt præferendo res alienas propriis, petere poteſt, & ſi hanc ſperare non poſſet, non tenetur res depoſitas ſervare relictis propriis etiam vilioribus. Pichl. *n. 11.* Si tertium ? poteſt præferre res proprias alienis ex ratione allegata ſaltem tunc, quando contractus utriusque, vel dantis tantùm utilitatem reſpicit. vid. Schmalzgr. *h. t. n. 32. cum ſeqq.* Confer. Reiffenſt. *à n. 40. usque ad n. 47. incluſ.*

8. *Ad quid è contra obligatur deponens?*

Debet depoſitarium ſervare indemnem, adeoque teneatur reparare damnum dolo, vel quavis culpa ſuâ datum. *Arg. L. 61. §. 5. ff. de furt. junct. L. 5. §. 2. ff. commod.* Schmalzgr. *hic n. 21.*

. *Tenetúrne Eccleſia vel Monaſterium ex depoſito facto penes clericum vel Rectorem, quod dolo vel culpa illius periit?*

Si depoſitum non eſt factum cum conſenſu Capituli, vel Conventûs, non tenetur, uti eſt caſus deciſus *in c. 1. h. t.* & ſuadet ratio : tum ; quia delictum perſonæ ſeu Clerici, aut Prælati rem contrectantis non debet in Eccleſiæ detrimentum redundare, juxta *Reg. 76. in 6.* tum ; quia tale depoſitum perſonæ clerici vel Prælati, non Eccleſiæ cenſetur eſſe factum.

10. *Qualis competit actio ex depoſito*

Deponenti competit actio directa ad repetendam r depoſitam. Depoſitario competit actio contraria ad petendas impenſas, vel damna reſarcienda intuitu de ſiti perpeſſa, de qua vide P. König *hic n. 26.* & Ci liſt. *ad d.* §. *3. Inſtit. quib. mod. re contr. oblig.*

TITULUS XVII.

De Emptione & Venditione.

1. *Quid eſt Emptio & Venditio?*

Emptio - Venditio eſt contractus nominatus Juris G tium, bonæ fidei initus conſenſu, quo de re, ſeu m ce pro certo pretio pecuniario & de pretio pro re trad do convenitur. *L. 2.* §. *1. ff. de contrah. empt.* v Schmalzgr. *h. t. n.* 4. *cum 8. ſeq.* Engel *à n. 1.* *que ad n. 5. incluſ.* Confer Reiffenſt. *num. 2. cum ſeq.* add. Pichl. *n.* 4. *cum ſeq. eod. tit.*

2. *Quotuplex ea eſt?*

Varias diviſiones referunt DD. uti videre eſt apud Pi ler *n. 7. h. t.* Schmalzgr. vulgata & communis eſt viſio, quòd emptio venditio alia ſit pura: alia conditio lis ſive in diem, alia quæ in ſcriptis, & alia quæ ſine ſ ptura celebratur. Alia generis quâ emitur, vel vendi genus (quod Philoſophis eſt ſpecies,) v. g. equus non men determinatus. Alia ſpeciei, quâ ſpecies, ſeu indi duum philoſophicum emitur vel venditur. v. g. hic a determinatus. Alia verò emptio venditio, quæ fit corpus, vel per averſionem, überhaubt, zu Pauſch, qua do plura per modum unius venduntur absque expreſſ ne ponderis, numeri, vel menſuræ. Alia denique, q fit ad quantitatem, vel ad menſuram, quando plura v dunt;

datur, cum reſpectu ad certam qualitatem, vel menſam. vide cit. Schmalzgr. *n. 13. & 15.* & Pichler *d. n.* *3 hic.*

3. *Quæ ſunt requiſita emptionis venditionis?*

Tria Subſtantialia. I. Liber, verus, & perfectus conſenſus *L. 9. ff. L. 11. C. de contr. empt.* II. res ſeu merx certa. *L. 8. ff. d. t.* & III. certum ac determinatum pretium. *§. 1. Inſt. h. t.* de quibus Reiffenſt. *hic n. 10. & 4. ſeq.* Confer Schmalzgr. *§. 3. 4. & 5. per tot. eod. tit.*

4. *Quomodo perficitur emptio, venditio?*

Emptio venditio pura ſtatim perficitur, quàm primùm de merce & pretio conventum eſt, etiamſi nihil adhuc actum ſit, & neque res tradita, neque pretium numeratum fuerit, nec arrhæ intervenerint. *princ. Inſt. h. t.* quia contractus iſte eſt conſenſualis, conſequenter ſolo conſenſu perficitur. *§. 1. Inſtit. de oblig. ex conſenſ.* Conditionalis verò vel in diem non priùs dicitur perfecta, quàm ubi dies vel conditio exſtitit: conditionalia enim ex eventu conditionis pendent. *L. 8. in pr. verſ. quòd ſub condit. ff. de peric. & comm. rei vend.* Quòd si verò in ſcriptis fuerit celebrata, tunc perfectionem primo accipit, quando inſtrumenta deſuper ſunt confecta. *cit. princ. Inſt. h. t.* Regulariter autem ſcriptura non eſt de ſubſtantia hujus contractùs, ſed magis probationis. *V.* de Perilluſt. D. Kees *ad Inſtit, h. t. 8. & ſeq.* Schneid. *n. 2. & ſeq.* P. König *hic n. 26. & ſeqq.* Notandum porro hic ſingulariter eſt, triplicem plerumque à DD. hujus contractùs conſtitui perfectionem. Prima eſt reſpectu pœnitentiæ, quam aliqui vocant *conventionis,*

quando nimirùm contrahens parte alterâ invitâ reſil amplius à contractu non poteſt. Secunda reſpectu ob gationis & actionis producendæ, quæ propterea etia *obligativa* dicitur, & Tertia reſpectu traditionis rei pretii perſolvendi, quæ *acquiſitiva* ſive *executor.* appellatur, per quam nimirùm emptio venditio non ta perficitur quàm abſolvitur, & conſumatur, vide Schnei *loc. cit. n. 3. not. adjunct.* Lauterbach *in Diſſer Acad. n. 1. tractat. de arrh. theſ. 120. in fin.*

5. Interéſtne ſcire, an venditio ſit perfecta vel non?

Plurimùm intereſt, 1. propter pœnitentiam. 2. pr pter obligationem & actionem. 3. propter periculum commodum rei venditæ.

6. Quando cenſetur perfecta eſſe empt in ordine ad excludendam pœnitentiam?

Statim, ac de merce & pretio conventum eſt, n tantùm ſi pura ſit emptio, ùt conſtat *ex cit. L. 8. pr. verſ. et ſi.* Sed etiam ſi ſit conditionata vel in diei Ut probatur ex eadem *L. 8. verſ. quod ſi penden de peric. & com. rei vend.* & clarius *ex L. 26. ff. ſtipul. Servor. & L. 42. ff. de O. & A.* Ratio: qu etſi conditione pendente non adhuc obligatio perfecta, a eſt tamen inchoata, & ſpes debitum iri, quæ eſt in boi creditoris. *L. 73. §. 1. ff. ad leg. falcidiam,* eáque etia ad hæredes tranſit. §. *4. Inſt. de v. o.* conſequenter uni pœnitentia alteri invito auferri nequit. *arg. L. 11. ff. R. I.* pulchrè Lauterb. in Diſſertationibus ſuis academi tractat. *de arrha theſ. 120. vol. 1.*

7. Quan

7. *Quando habetur pro perfecta in ordine ad obligationem & actionem?*

Emptio pura ſtatim producit obligationem & actionem. *pr. Inſtit. h. t.* licet ante ſolutum pretium vel rem traditam nec emptor ad rei traditionem, nec venditor ad pretii ſolutionem cum effectu agere valeat. *L. 13. §. 8. ff. de act. empt.* vide cit. Perill. Kees *loc. cit. n. 3. & ſeq.* In conditionali vero emptione quamdiu pendet conditio, non priùs naſcitur obligatio vel actio, donec conditio exſtiterit *cit. l. 8. in pr. v. quòd ſi ſub conditione de peric. & comm. rei vend.* vel per emptorem ſteterit, quò minùs impleatur *L. 50. ff. de contr. empt.* vid. Lauterb. *eod. tit. §. 83. cum ſeq.* Idem eſt de emptione in ſcriptis celebrata, antequàm inſtrumenta ſint confecta. *cit. pr. Inſtit. h. t. & L. 17. C. de fid. inſtr.*

8. *Quando dicitur perfecta reſpectu periculi & commodi?*

Hic diſtinguendum eſt inter emptionem puram & ſub conditione, vel in diem celebrata. In emptione pura ſtatim tranſit periculum & commodum ad emptorem. *arg. per junct. §. 3. Inſtit. h. t. & l. 8. in pr. de peric. & comm. rei vend.* At verò in emptione conditionali vel in diem concepta nec periculum, nec commodum pertranſit ad emptorem ante conditionis adventum. *per jur. allg.* Unde quia emptio generis vel quantitatis cenſetur eſſe facta ſub conditione adnumerationis, appenſionis vel admenſurationis, non prius periculum tranſibit in emptorem, quàm ſi res adnumerata, appenſa, vel admenſurata fuerit: niſi facta fuiſſet ad corpus, ſeu per averſionem. vide Franz. *ad Inſtit. §. 10. num. 80. & ſeq.* Schneid. *ad §. 3. eod. tit.* Confer Lauterb. *ad ff. de contr. empt. vendit. §. 32. cum ſeq.* & generaliter

de

de peric. & comm. rei vend. Reiffenſt. *hic* §. *3. tot.* add. Pichler *n. 48. cum trib. ſeq.*

9. *Ad quid obligatur venditor perfect emptione venditione?*

Obligatur I. ad rem tradendam, & quidem præ ac eſt in ſe unà cum fructibus & acceſſionibus. vide Pi *hic n. 40.* adeo, ut oblatione ejus, quod intereſt, noi beretur. Engel *hic n. 25.* Perill. D. Kees *ad Inſtit t. n. 25.* add. Schmalzgr. *hic n. 127.* niſi res amp non exſtet. II. Si venditor revera eſt Dominus, ten rem tradere cum effectu dominii, ubi tamen emptori acquiritur dominium, niſi pretium ſit ſolutum. Und concurſu creditoribus præfertur, remque vendicare eſt, niſi fidem de pretio habuerit, vel tacitè aut exp sè aliter conventum ſit. cit. P. König *hic num. 38.* C fer Pichler *n. 41. cum ſeq. h. t.* Si non eſt Domi ſufficit eam tradere, ut liceat eam emptori habere, & ſaltem uſu-capiendi conditionem in emptorem tra fert. Perill. D. Kees *Inſtit. h. t. n. t. & 6.* III. Te tur emptor reſarcire damnum dolo, culpa lata vel levi tum. cit. Pichler *n. 43. h. t. L. 35.* §. *4. h. t.* IV. bet quoque inſtrumenta authentica ad rem venditam tinentia extradere. *L. 48. & 52. ff. h. t.* & V. deni tenetur emptori de evictione, & ad præſtandum intere rem non fuiſſe evictam: etiamſi de ea expreſsè non c venerit. *L. 11.* §. *2. ff. de act. empt.* Saltem j communi; Jure enim auſtriaco venditor ad evictio non aliter tenetur, quàm ſi de ea expreſsè convenerit. ſte praxi & Sutting. *Obſerv. 14.* Finſterwald. *Obſe 88. L. 2.* vide Pichler *num. 44. hic.* & Schmalzgr. *138. usque ad num. 149.* Plures tamen caſus in q bus venditor non tenetur de evictione enumerat i Schmalzgr. *h. t. n. 150. & ſeq.*

19.

1. Tenetúrne Venditor vitium rei manifeſtare emptori?

Si vitium non eſt occultum, ſed facilè deprehendi eſt, vel vitium non impedit uſum rei, quia tantum leve, non tenetur illud aperire: quia ſibi imputare et emptor, quod rem diligentiùs non inſpexerit, vide Schmalzgr. *n. 117. h. t.* & Engel *n. 20. ubi not.* ditorem hoc in caſu non poſſe rem tanti vendere, nti vendere poſſet, ſi careret vitio, quia peccaret tra juſtitiam commutativam, quæ æqualitatem inter ium & mercem requirit.

1. Ad quid viciſſim obligatur emptor venditori?

Tenetur pariter I. ad ſolvendum pretium rei con-tum, & quidem cum hoc effectu, ut nummos fa-venditoris *L. 11. §. 2. L. 13. §. 10. ff. de act. empt.* Obligatur præſtare uſuras poſt traditionis diem & ram. *d. L. 13. §. 20. ff. & L. 5. L. 13. C. de act. pt.* III. Tenetur quoque ad refundendas impenſas eſſarias, quas veriſimile eſt etiam emptorem facturum ſe, ſi rem habuiſſet. *d. L. 13. §. 22. ff. t. & L. . C. eod.* IV. Denique obligatur etiam ad reſar-cdum damnum, quod venditor ex re vendita pro-r moram emptoris accepit. *L. 1. §. 3. ff. de peric. commod. rei vend.* Vide P. König *hic num. 32. n duob. ſeq.* Confer. Schmalzgr. *à n. 162. uſque ad 166. incluſ.*

12. Quæ & qualis actio oritur ex hoc contractu?

Duplex: quarum una datur emptori adversùs ven-orem ad rem venditam tradendam, & omne id, quod ex

ex hoc contractu eidem eſt præſtandum. *L. 1. p* §. *1. ff. de act. empt.* & vocatur â perſona actoris empti ſive ex empto. *L. 11. pr. ff. d. t.* Altera, datur venditori adverſus emptorem ad pretium & id petendum, quod ipſi ex hoc contractu eſt præ dum *L. 13. §. 19. ff. & L. 1. C. eôd.* & vo actio venditi, ſive ex vendito. *cit. L. 13. §. 19 act. empt.* Utráque autem eſt directa, quia ut contrahens ſtatim ab initio principaliter obligatur. *ad ff. d. t. n. 1. cum ſeqq.* Ut tamen uterque actiones intentare poſſit, debet priùs pro ſua parte tractum impleviſſe, aliàs inutiliter aget. P. I *hic n. 40.* Confer de utráque hac actione latè Lau *ad ff. tit. cit. & Zoës eôd. tit.* Reliqua verò a tam hanc materiam ſpectantia ſuppeditant iidem A res per decurſum allegati.

TITULUS XVIII.

De Locatione & Conductione

1. Quid eſt locatio conductio?

LOcatio conductio unus quidem eſt contractus, d cta tamen facta, nam ex parte locatoris vocatu catio, Verleihung / Verpachtung / Verdingu ex parte verò conductoris Beſtand = Dingu ſæpiſſimè tamen alterutro vocabulo totus ſignifi contractus. P. König *hic n. 1.* Pichler *eod. n. &* definitur: quòd ſit contractus juris gentium bonæ ſolo conſenſu initus, quô perſona vel res aliqua utenda, vel fruenda pro certo pretio, ſeu mercede ceditur, & ab eodem accipitur. Vide Schm *h. t. n. 1. cum aliquot ſeq.* Reiffenſt. *num & ſeqq.*

2.

2. *Quotuplex eſt iſte contractus?*

A variis variè dividitur: uſu frequentior eſt diviſio, ut nimirùm locatio alia ſit rerum v. gr. fundi, domus, prædii &c. quô refertur contractus admodiationis, afflictûs & ſolidæ, de quibus P. König *hìc n.* 4. Schmalzgr. *n.* 79. *cum duob. ſeq.* Alia operarum, qua quis operas ſuas pro certa mercede promittit. Alia expreſſa, alia tacita. Alia quæ fit ad modicum tempus ſive temporalis; alia quæ fit ad longum tempus ſive perpetua. cit. P. König *h. t.* & Pichler *eod. tit.* 5. Schmalzgr. *num.* 7. *cum duob. ſeq.* & Civiliſtas passim *ad ff. & Inſtit. eod. tit.*

3. *Quæ ſunt requiſita locationis conductionis?*

Duo præcipua ſive ſubſtantialia. I. Conſenſus mutuus de rei alicujus uſu concedendo, vel operâ perſonæ præſtanda, aut opere aliquo faciendo. II. Merces certa & determinata. *pr. Inſtit. h. t. & L.* 2. *ff. eôd.* Circa conſenſum autem notandum eſt, quòd is non ſemper requiratur expreſſus, ſed ſufficiat quandóque tacitus, putà, ſi conductor finito conductionis tempore ſciente & patiente locatore in re conducta remaneat & tunc caſu cenſetur eſſe tacita relocatio ſive reconductio. *L.* 3. *§. ult. & L.* 14. *cond. L.* 16. *C. eod.* P. König *hìc n.* 17. Schmalzgr. *n.* 9. Cujus uſus frequentiſſimus etiam eſt in praxi: & quidem ſi prædium ruſticum, reconductio cenſetur facta eſſe ad integrum annum, eò quòd in ejusmodi prædiis fructus tantùm ſemel in anno proveniant. In prædiis verò urbanis ad id tempus, prout quisque ultrà tempus conductum habitaverit. *L.* 13. *§. fin. ff. h. t.* Niſi conſuetudine aliqua loci obtineat, ut certis temporibus renuntiationes ſive Auffkündigung ex utráque parte fieri debeant: prout

prout hìc in urbe, ubi niſi conductor locatori, ve ce verſa quadrante anni ante finitum locationis ten renuntiaverit, reconductio facta eſſe cenſetur ad mec annum, in ſuburbiis ad quadrantem anni. Vide P D. Kees *ad prin. Inſtit. h. t. n. 5.* Item exc eſt in *d. L. 13. §. fin. in fin.* niſi in ſcriptis ce conductionis tempus ſit comprehenſum; tunc enin id tempus reconductio facta eſſe intelligitur: conſ tamen ſemper eſt in contractu clauſulam illam app *quòd niſi renuntiatio convento tempore facta rit, reconductio ad prius tempus intelligi del* wie in widrigen der Beſtand auf die vorhin pa te Zeit ſeine Verſtåndnus haben ſolle. An aute hoc contractu ſicut in emptione venditione pretium per in pecunia numerata conſiſtere debeat, vel etiam, præſertim in rebus frugiferis, in certa fruct penſione conſtitui? Vide Reiffenſt. *hìc n. 7.* Köni *16.* add. Franz. ad Inſtit. *n. 24. h. t.*

4. *Quæ eſt obligatio locatoris?*

Locator obligatur I. ad præſtandum liberum re catæ uſum. *L. 15. ff. h. t.* Unde ſi conductor r catâ uti non poteſt ob impedimentum non provenie perſona propria, ſed proveniens vel â caſu fortuito â tertio, quem prohibere locator non potuit, nè i diret, aut etiam ab ipſo locatore, dummodo juſtur tenetur locator ad remittendam mercedem: præſe ſi impedimentum per longius tempus duret: ſi impedimentum proveniat â tertio, quem locator p bere potuerat, vel ipſe injuſtè impediat tenetur etia intereſſe. P. König *h. t. n. 19.* II. Obligatur ad locatam ſuis ſumptibus reficiendam. *L. 15. & L. §. 2. ff. eod. tit.* III. Tenetur ad reſarciendum mnum illatum ex vitioſa re locata, ſi ſcivit vit *L. 19. §. ff. h. t.* Perill D. de Kees *h. t. num.*

IV

Ad reſtituendas impenſas neceſſarias, ac utiles ex-
ordinarias. *L. 6. ff. h. t.* non autem voluptuarias
ordinarias, quæ ordinariè pro habendo uſu fiunt,
gr. pro colendis agris, colligendis fructibus. Vo-
tuarias tamen poteſt conductor tollere, ſed ſi id fieri
ſit ſine deſtructione rei conductæ, ac non ex invidia.
Engel *h. t. n. 10.* Perill. D. Kees *d. n. 35.* & la-
le tota hac locatoris obligatione & juribus ejusdem.
iffenſt. §. *2. eod. tit.* add. Schmalzgr. *à num. 45.*
que ad n. 60. incluſ. & Pichler *n. 11. cum qua-*
or ſeq.

5. *Ad quid tenetur conductor?*

Conductor obligatur I. ad ſolvendam locatori inte-
m mercedem. *L. 25. & 58. h. t.* & quidem poſt
ram cum uſuris. *L. 32. §. 2. ff. de uſur.* Eſt au-
n merces ſolvenda tempore convento, ſi nihil conven-
n, ſecundum conſuetudinem loci, & hac deficiente in
e anni. Perill. D. Kees. *n. 34. Inſtit. h. t.* II.
nductor debet re conducta uti, ut bonus Paterfami-
s. vide P. König *n. 23. hìc.* III. Obligatur con-
ctor toto contractûs tempore in conductione perſeve-
e, ita, ut ſi prius receſſerit, nihilominùs ad totius
nporis penſionem teneatur. *L. 15. §. ult. ff. h. t.*
juſta emigrandi cauſa ſubſit, qualis eſt, v. gr. ſi do-
s ruinam minetur, vel ſpectris infeſtetur, bellum vel
tis ingrueret. Perill. D. de Kees *Inſt. h. t. num. 34.*
Denique tenetur finita locatione rem conductam in-
ram reſtituere, nec poteſt quæſtionem Dominii op-
nere. *L. 25. C. h. t.* P. König *hìc d. n. 23.* videa-
r rursùm fusè de his & aliis ejusmodi conductoris ob-
tionibus & juribus. Reiffenſt. *h. t. §. 4. per tot.*
d. Schmalzgr. *eod. tit. à n. 61. uſque ad n. 71.*
Confer. Franz. *ad Inſt. à num. 28. uſque ad n. 44*
incluſ.

incluſ. Engel *n. 4. cum quatuor ſeq.* Pichler *n.* *uſque ad n. 20.*

6. *Quæ requiruntur ad locationem rer Eccleſiaſticarum?*

Res Eccleſiarum hodie ſaltem de jure novo *Extrav. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* (ea eſt in uſu) non poſſunt locari ultra triennium. cèt antehac de vetuſtiore valuerit indiſtinctè locatio i decennium v. gr. ad 6. vel 9. annos facta. *c. fin. Prælat. vices ſuas & Clem. 1. de reb. Eccleſ. alien.* vide Schmalzgr. *hìc num. 28.* Hinc itá ſi Prælatus, vel Rector Eccleſiæ in locis ubi extrav. eſt recepta, vel in iis locis, ubi jus antiquum retent rem ad Eccleſiam pertinentem velit ultra trienniun reſpectivè ultra novem annos locare, debet adhiber ſolennitates, quæ aliàs juxta dicta *in tit. de Eccleſ. non alien.* ad alienationem rei Eccleſiaſtica quiruntur: adeo, ut juxta communiorem non v locatio ad tria v. gr. triennià, vel tria novennia, e cum hoc pacto facta, ut ſingulis trienniis vel ſin novenniis renovatio fieri debeat, eò, quòd ejusmod ctum cenſeatur duntaxat in fraudem legis eſſe adjec *arg. Nov. 7. c. 3. in fin.* vide cit. Schmalzgr. *hì 30.* Schambog *eod. tit. n. 3.* Confer. Engel *ad de reb. Eccleſ. non alien. n. 13.* An autem modo facta locatio ſaltem valeat uſque ad trienniun caſu receptæ extrav. vel ad novennium habita rat juris antiqui, item quid juris ſit circa locationem ctuum & redituum ſive ad ipſas Eccleſias, ſive ad ctores earundem & menſam eorum pertinentium? dit idem Schmalzgr. *h. t. num. 31. cum unde ſeqq.*

7. Q

. Qualis actio competit ex hoc contractu?

Actio hæc duplex eſt, una quæ datur conductori ad-
.is locatorem ad omne id, quod ei ex hoc contractu
.tur, vocaturque *actio conducti.* Altera, quæ
.petit locatori adverſus conductorem, ſimiliter ad
.e id, quod ei debetur. *pr. Inſt. h. t.* & dicitur
.*o locati.* Utraque verò eſt civilis, perſonalis,
.lex rei perſecutoria, bonæ fidei, directa & perpetua,
.uibus latè ac ſolidè Lauterb. *ad ff. h. t. §. 70.*
.*ue ad fin.* Solent hìc tam Canoniſtæ, quàm Ci-
.tæ ſubjicere de contractu emphyteutico, ſed hæc
.modiùs videri poſſunt apud Authores citatos ad
.c tit.

TITULUS XIX.

De Rerum permutatione.

1. Quid eſt permutatio?

Ermutatio accipitur vel generaliter vel ſpecialiter.
Generaliter accepta pleroſque contractus involvit, &
.icitur ad contractum innominatum, do ut des. Spe-
.ter verò ſumpta denotat peculiarem contractum in-
.ninatum vulgò Tauſch / & definitur: quòd ſit
.tractus innominatus, bonæ fidei, per quem una cer-
.a ſpecies pro altera vicaria præſtatione commutatur.
L. prin. & §. 2. ff. L. 5. C. h. t. P. König *hìc*
n. Confer. Reiffenſt. *eod. tit. n. 3. cum decem ſeq.*
Schmalzgr. *à n. 1. uſque ad n. 4. incluſ.*

2. *Quid requiritur ad perfectionem hu[jus] contractûs?*

Requiritur imprimìs, ſicut in omnibus contract[ibus] conſenſus ſive conventio. *arg. L. 13. §. 3. in fin. de pact.* deinde verò traditio rei ex una parte. *L[.] & ſeqq. C. h. t.* Solus autem conſenſus rebus [per]mutandis non ſufficit, nec facit permutation[em] *L. 1. §. 2. ff. eod. tit.* ſed tantùm placitum, [ſeu] pactum de permutatione contrahenda, quod de jur[e ci]vili actionem non parit. Unde etiam uterque imp[une] ab hoc contractu recedere poteſt. Lauterb. *ad ff. h[.] §. 3. cum ſeq.*

3. *Qualis actio competit ex permutatione?*

Actio *præſcriptis verbis*, quæ eſt bonæ fid[ei] competens ei, qui ex permutationibus causâ rem de[dit] contra accipientem, ut ipſe rem permiſſam det, a[ut] ſic ex ſua quoque parte contractum impleat. §. [...] *Inſt. de act. cit. L. 4. cum ſeq. C. h. t.* vide L[au]terb. *ad ff. eod. tit. §. 24. cum ſeqq.* Eſt au[tem] in arbitrio dantis, an velit agere præſcriptis verbis [an] pœnitere, & condictione ob cauſam causâ non ſecut[â] petere rem â ſe datam. Schmalzgr. *hic n. 19.* En[im] verò in hoc contractu non is obligatur, qui dedit, [ſed] qui rem accepit, unde etiam ipſe, quàmdiu ab al[tero] rem promiſſam nondum accepit, regulariter pœnit[ere] & rem datam ab accipiente condicere poteſt. Laut[erb.] *d. t. §. 21.* Confer. Perill. D. Kees *ad §. 28. Inſt[.] [de] act. n. 180. cum ſeq.*

4. *Poſſuntnè in hunc contractum deduci etiam res ſpirituales & Eccleſiaſticæ?*

Res una ſpiritualis pro altera ſpirituali rectè permutatur, eò, quòd hoc nullibi exceptum vel prohibitum reperiatur, nec appareat ulla inconvenientiæ ratio. At verò res ſpiritualis pro temporali citra crimen & labem Simoniæ nullo modo permutari poteſt, ut patet *ex c. fin. h. t.* vide tamen Schmalzgr. *hìc n. 22. & ſeqq.* Res porrò Eccleſiaſticæ permutari quidem â Prælatis poſſunt, ita tamen, ut ſi ſint immobiles, vel mobiles pretioſæ, adhibeantur ſolennitates à jure ad alienationem præſcriptæ. Ratio: quia permutatio eſt etiam alienatio *c. 5. de reb. Eccleſ. non alien.* cit. Schmalzgr. *n. 27.* add. Reiffenſt. *n. 14. & ſeq.* quod procedit, ſi permutatio fiat inter Eccleſiam, & Laicum: an verò etiam ſolennitates ſint neceſſariæ, quando permutatio celebratur inter ipſas Eccleſias, vel Monaſteria. Vide Engler *num. 6. h. t.* & Schmalzgr. *num. 30. cum quatuor ſeq.*

5. *Poſſuntnè etiam permutari beneficia Eccleſiaſtica?*

Poſſunt: quia & hìc non invenitur ſpecialis prohibitio, vel inconvenientia, neque datur aliquid temporale pro ſpirituali, ſed ſpirituale pro ſpirituali. Schamb. *n. 5.* modo tamen accedant debitæ ſolennitates & requiſita. vide Reiffenſt. *n. 17. eod. tit.*

6. *Quæ ſunt iſtæ ſolennitates & requiſita?*

Requiritur I. ut permutatio fiat ex juſta cauſa *c. h. t.* II. Ut uterque permutans habeat jus in bene-

beneficio. *c. 6. de except.* III. Ut beneficia perm-tanda dimittantur in ſuperioris manibus. *c. un. h. t.* 6. IV. Debet accedere authoritas ſuperioris Eccleſia-ci, & conſenſus eorum, qui jus præſentandi, vel elig-di ad illud habent. *c. 5. de jure Patron.* V. Si p-mutatio fiat coram S. Pontifice, debent exprimi cœ-permutantium beneficia. Et VI. debet permutatio facta publicari, ſecundum formam conſtitutionis Gre-rii XIII. *Humano*, editæ 5. Jan. 1573. quæ conſt-tio tamen, quoad permutationes coram ordinariis fa-non eſt ubique recepta. Vide Schamb. *cit. n. 5.* Schmalzgr. *n. 39. h. t.*

7. *Quid ſi unum beneficium ſit pingu-alterô, poteritne unius fœcunditas ſummâ pe-cuniariâ compenſari?*

Diſtinguendum eſt, an duæ Eccleſiæ v. gr. duo M-naſteria beneficia inter ſe permutent, vel an duo Cl-beneficiati? Primô caſu valet & procedit ejusmodi c-penſatio: uti manifeſtè probatur ex *textu in c. 6.* Secundô verò caſu non poteſt fieri talis permutatio, cum conſenſu Summi Pontificis. *arg. can. 7. cauſ.* 3. Ratio differentiæ in eo poſita eſt, quòd in prim-ſu fundi, & poſſeſſiones per incorporationem ſint in-minio permutantium, & ſic poſſeſſiones ſeu fundi f-liores, & majores poterunt compenſationem pecu-riam recipere. In ſecundo verò caſu fundi non ſur-dominio beneficiatorum: unde ſi permutent benefi-tantùm jus ſpirituale, quod habent, permutant: jus-tem ſpirituale compenſationem pecuniariam non rec-P. Engel *h. t. n. 4.* Vide Pichler *eod. tit. num* *cum ſeq.* Schmalzgr. *num. 56. & 4. ſeqq.* -ra circa hanc beneficiorum permutationem vide cit. Schmalzgr. *à num. 61. uſque ad fin.*

Confer Schambog. *num. 6. & ſeqq.* Zoës *eod. tit. p. tot.*

TITULUS XX.

De Feudis.

1. Quid eſt feudum?

FEudum nihil aliud eſt, quàm beneficium aliquod ſive jus gratuitò alicui de re aliqua ſub certis conditionibus ſub recognitione dominii directi conceſſum, ita ut in libris feudorum paſſim appellatur *beneficium, & benevola conceſſio.* P. König *hic n. 2.* Accipitur paſſim tripliciter. I. Objectivè pro ipſa re in feudum conceſſa, vulgò Lehen-Gut / Lehen-Stuck / in qua acceptione opponitur allodio ſeu bonis allodialibus, quæ vernaculâ appellamus, frey eigene Güter / ꝛc. II. Effectivè pro jure quod ex conceſſione feudi, tam domino, quàm vaſallo circa rem feudalem naſcitur, vel conſervatur die Lehens-Herrlichkeit. III. Formaliter pro conventione & contractu ipſo, quo res alicui conceditur in feudum Lehens-Geding. Et ille quidem qui concedit feudum, vocatur Dominus, vel ſimpliciter, vel cum addito: Dominus directus, Lehen-Herr. Qui accipit Vaſallus, vel feudatarius, aut beneficiarius Lehen-Mann: Res verò conceſſa feudum Lehen. P. Pichler *hic n. 2.* ſumptum porrò feudum in ultima acceptione definitur: quòd ſit *contractus vel conventio, quâ res immobilis vel æquivalens liberaliter perpetuò in aliquem transfertur ſub obligatione fidei mutuæ, & plerúmque præſtandi perſonalis obſequii.* Ita Vallenſis *hìc n. 2. & in re ſumm.* vid. pluribus Schambog. *in tr. de feudis tit. 1. n. 15. cum ſeqq.*

2. *Quæ requiruntur ad conſtitutionem feudi?*

Primò & principaliter debet eſſe conceſſio benevola, libera: quia appellatur beneficium, uti dictum. Unde ſi pro eo aliquando pecunia præſtetur, ex parte defic- â propria feudi natura & magis accedit ad emphytevſin. II. Debet eſſe conceſſio perpetua; quia feudum regula- riter extenditur ad deſcendentes & hæredes maſculos omnes illius, â quo acquiſitum eſt. *Lib. 1. feud tit.* §. 4. III. Debet conſtitui in re immobili, vel quæ hu- æquipollet, quales ſunt res tum corporales, tum inco- porales. Ratio: quia feudum ſic conſtitui debet, ut proprietas maneat penes concedentem, & dominium utile tranſeat in accipientem, quod non obtinet in re- bus mobilibus, quia in his dominium directum ab uti- ſeparari non poteſt, quippe eæ vel uſu conſumuntur, vel ſi ſerventur, nullam utilitatem præſtant ei, cui con- ceſſæ ſunt.

3. *Quomodo feudum differt ab em- phytevſi?*

Differt præcipuè in eo, I. quòd emphytevſis conce- datur erga certam annuam penſionem vel canonem: in feudo verò non ſolvitur penſio vel canon, ſed obſequium tantùm perſonale exhibetur. II. Emphytevta non tene- tur præſtare domino juramentum fidelitatis, hoc autem debet præſtare vaſallus. III. Emphytevta poteſt de em- phytevſi per teſtamentum diſponere, item rem emphy- tevticam ſine conſenſu domini oppignorare, non item vaſallus. IV. In emphytevſi ſuccedunt promiſcuè etiam fœminæ, ſecus in feudo ſaltem proprio &c. Schmalzgr. *hìc n. 20.* Vallenſ. *§. 1. n. 3.*

4. *A*

4. Ad quid obligatur Dominus ex hoc contractu?

Dominus obligatur I. ut vaſallum præſtita jurata fidelitate (niſi juramentum ſit remiſſum) in vacuam poſſionem introducat, ita, utſi moram culpabiliter admiſerit, vaſallo teneatur ad damna præſtanda. *2. F. 7. §. 6.* II. Debet præſtare evictionem ſive ſciens, ſive ignorans in re aliena vaſallum inveſtiverit. *2. F. 8.* ſi modo vaſallus eundem citaverit, nec ipſe tempore inveſtituræ ſciverit rem eſſe alienam. *cit. tit.* III. Dominus debet viciſſim fidelitatem non quidem juratam vaſallo; Unde citra amiſſionem proprietatis accuſare, vel injuria afficere non poteſt. P. König *h. t. n. 28.*

5. Quæ viciſſim obligatio vaſalli?

Vaſallus debet I. Domino reverentiam & fidelitatem. II. Obligatur ad ſervitia præſtanda. Ad quænam autem in ſpecie, colligendum erit ex pactis, & conventionibus, ac conſuetudinibus locorum. P.Engel *h. t. n.* III. Ut re feudali utatur tanquàm bonus Paterfamilias. IV. Si Dominus directus mutetur, vel perſona vaſalli, obligatur ad petendam inveſtituræ renovationem, & quidem intra annum & diem. *2. feud. tit. & 55. in prin.* Vide Pichler *h. t. n. 24.* Conſule P. König *eod. tit. num. 49.* & latè de juribus & obligationibus utriusque. Reiffenſtuel §. *4. per tot.*

6. Quotuplex eſt feudum?

Feuda variè & multipliciter dividuntur, utì videre eſt apud Schmalzgr. *hìc à n. 23. uſque ad n. 41.* & latè Schambog. *cit. tract. de feud. tit. 5. per tot.*

Prima & præcipua diviſio eſt, quòd feudum aliud proprium, aliud improprium. Proprium eſt, qu omnes proprietates, ſeu naturalia feudi habet. Improprium verò eſt: quod in quibusdam â natura feudi d flectit. Proprium ſubdividitur I. in nobile Ritter=Lehen/ & ignobile, Burger=& Bauren=Lehen. II. In regale & non regale. III. In novum & antiquum. IV. In hæreditarium ſimpliciter & in hæreditarium ex pacto & providentia, quod etiam gentilitium, ſive familiare, & feudum familiæ appellatur. V. In ligium & non ligium. VI. In ſæculare & Eccleſiaſticum &c. Improprium verò continet ſub ſe 1mo feudum fæmineum, Weiber= oder Gunckel=Lehen. 2do Francum, ſeu liberum, Frey=Lehen. 3tio Pignoratitium, Pfand-Lehen. 4to Feudum de Camera, Cammer=Lehen. 5to Feudum Cavenæ, ſeu de cavena, Kuchel= oder Keller=Lehen. 6to Feudum Soldatæ, Gnaden-Geld. 7mo Feudum Guardiæ, & Caſtaldiæ. 8vo Feudum Burſaticum, Beutel=Lehen. De quibus Pichler *hic num. 7. & 8.* Confer Schambog. *d. t.* 5. *de feudis.*

7. *Quibus modis acquiritur feudum?*

Tribus potiſſimum modis. 1. Ex pacto cum inveſtitura. 2. Præſcriptione. 3. Succeſſione. En *hic n. 13.* Reiffenſt. *n. 53.*

8. *Quomodo ex pacto cum inveſtitura?*

Per contractum feudalem, & traditionem rei feudalis, quæ traditio inveſtitura, Belehnung / Lehen-Empfängnus dicitur: alia eſt realis ſeu propria, quando Vaſallus realiter, & corporaliter introducitur

tei

ſeli poſſeſſionem : alia abuſiva, vel impropria, quando Vallo in Curia, vel ſolemniter aliquod ſignum tradi-tur pro re cum verbis inveſtituram ſignificantibus. Engel *hic num. 16.* Reiffenſt. *d. num. 53. cum trib. ſeq.* Confer Schmalzgr. *à num. 90. uſque ad num. 98.*

9. Quomodo acquiritur feudum per præſcriptionem?

Si quis rem aliquam per 30. annos ùt feudum poſſedit : tunc enim, licèt de ea nunquàm inveſtitus fuerit, eum tamen ùt feudalem præſcripſit : utì deciſum habetur in *lib. 2. feud. tit. 26. §. 30.* Requiritur tamen ad hoc 1. bona fides. 2. quòd poſſeſſor à domino requiſitus ſervitia feudalia præſtiterit, atque ſic ſe ùt Vaſallum ſemper geſſerit. P. König *hic n. 37.* Engel *n. 17.* Deinde poſſeſſio illa 30. annorum procedit tantùm, ſi adverſùs Dominum ſæcularem feudum præſcribatur ; nam contra Eccleſiam vel Monaſterium ex communiori ſententia 40. anni requiruntur, idem Engel & König loc. cit. Confer Reiffenſt. *h. t. n. 57. cum octo ſeq.*

10. Quomodo ſucceditur in feudis?

Olim quidem ſive ab initio nulla penitus dabatur ſucceſſio, ea tamen poſtea legibus & moribus eſt introducta, ac ſucceſſivè magis extenſa fuit, ùt conſtat ex *lib. 1. feud. tit. 1. §. 1.* Licet autem in rebus allodialibus duplex detur ſucceſſio, nimirùm ex teſtamento & ab inteſtato, quæ & legitima vocatur. In feudis tamen ſola ſucceſſio ab inteſtato ſive legitima, non item ex teſtamento admittitur. *per text. in lib. 1. feud. tit. 8. inpr.* Engel *hic n. 18.* Reiffenſt. *n. 69. & ſeq.* Hinc irrita & nulla eſt omnis diſpoſitio teſtamentaria circa feuda, etiamſi id fiat cum Conſenſu domini directi, niſi

niſi agnati quoque, de quorum præjudicio agitur, co
ſentiant. cit. Reiffenſt. n. 7. Niſi feudum ſit merè h
reditarium, adeoque improprium. P. König *hic*
38. in fin. quo ordine autem ſucceſſio iſta in feu
fiat? vide Engel *hic 20. uſque ad n. 33. incluſ.* Rei
fenſt. §. 3. & Schmalzgr. §. 4. *per tot. h. t.*

11. *Poteſtnè quis repudiatâ hæredita nihilominus ſuccedere in feudis?*

Agnatus poteſt, non autem filius. Ratio differe
tiæ eſt, quòd durum ſit, ut filius, qui feudum aliqu
liter habet ex beneficio Patris, quatenus eſt ab eo gen
tus, per repudiationem faciat bona Patris ſubhaſta
Econtra agnatus habet illud ex beneficio primi acquire
tis. Nec obeſt: quòd hæreditas non poſſit pro par
adiri, & pro parte repudiari: nam feudum ex pact
antiquis debitum eſt quid ſeparatum ab hæreditate.
Engel *h. t. n. 19.*

12. *Succeduntnè etiam fœminæ in feudis?*

Non ſuccedunt. Imo nec deſcendentes ex iis, quam
vis ſint mares. *2. F. 36.* item *2. F. V. Ad filias verò*
Ratio primi eſt, quòd feuda præcipuè dentur propte
ſervitia militaria, ad quæ fæminæ ſunt inepta. Rati
ſecundi: quia fæmina non poteſt plus juris transmitte
quàm ipſa habuit. Accedit, quòd feuda dentur ad con
ſervandas familias, fæmina autem nubendo mutat fami
liam. Stryk. *in exam. jur. feud. c. 15. q. 3. & 4*
vide Schmalzgr. *hic num. 117. cum quatuor ſeq.*
Excipitur tamen 1mo feudum hæreditarium cùm in ho
jure allodialium ſuccedatur. 2do. Quando id ita ſtatu
to, vel de conceſſione domini directi obtinet, ut fæminæ
etiam

eum in feudis ſuccedant, uti hic in Auſtria inter alia jura ſingularia hoc quoque reſpectu feudorum Auſtriacorum Landes-Fürſtliche Lehen / ſpecialiter conceſſum eſt, ut deficientibus ſaltem maſculis admittantur, ita tamen, ut Curatorem feudi einen Lehen-Trager accipiat, & juramentum fidelitatis præſtet. Finſtervvald. *li. 4. obſ. 46. n. 12. junct. n. 27.* 3. Excipitur feudum fœmineum, in quo fœminæ deficientibus ſaltem maſculis admittuntur, niſi conventum, ut etiam ſimul cum filiis ſuccedant. Vid. cit. Finſtervvald: *li. 4. obſ. 48. per tot.* An verò fœmina per maſculum ſemel excluſa perpetuò excluſa maneat? vid. Schmalzg. *h. t. n. 122. ibique cit.* Confer cit. Finſtervvald. *d. lib. 4. obſ. 27. n. 27. & ſeqq.*

Admittuntúrne etiam ad ſucceſſionem liberi vel agnati, ſi facti ſint Clerici vel Religioſi?

Negant hoc quàm plurimi per text. *in lib. 2. feud. tit. 21. tit. 26. §. 4. tit. 30. & tit. 36.* quibus textibus Clerici & Religioſi ſimpliciter & abſolutè feudorum incapaces pronuntiantur, ex ratione quòd deſinint eſſe milites hujus ſæculi, qui facti ſunt milites Criſti. vide Schmalzgr. *hic n. 77.* & *n. 80.* Contrarium tamen cum aliis rectius probatur, ſaltem cum hac moderatione, quatenus primò Religio vel Monaſterium eſt bonorum & ſucceſſionis capax. Secundò ſi feudum tale ſit, quòd â Clerico vel Religioſo poſſideri & ſervitia feudalia pro eo commodè præſtari poſſint; qualia ſunt feuda franca, quæ nullum ſervitium exigunt. Item feuda, quæ quidem ſervitium exigunt, ſed ita, ut vaſallus illud etiam per ſubſtitutum expedire, aut per ſe quoque etiam ut Religioſus præſtare poteſt. Huc ſpectant feuda ſimpliciter hæreditaria non pro agnatis tantum, ſed etiam pro extraneis conſtituta: & multo magis,

magis, de quibus in prima conſtitutione conſuetudin vel ſtatuto cautum eſt, ut etiam Clericus, vel Religi ſus in iis ſuccedat. Pichler *hic n.19.* Schmalzgr. *n.12* Hinc ſi è contra natura feudi aliud exigat, ut v. gr. ſervitia feudi talia ſint, quæ â ſtatu Religioſo vel Cle cali præſtari non valerent, nec per ſubſtitutum exped poſſent; item ſi feudo, de quo eſt quæſtio Regia, D calis, vel alia dignitas & jurisdictio temporalis eſt ann xa, tunc feudum non ad Monaſterium, ſed ad pro mos agnotos devolvetur. Idem Schmalzgr. *n. 12* Ratio autem concluſionis poſitæ fundatur I. in *lib. feud. tit. 40. §. fin.* ubi Clerici Epiſcopi, Abbat diſſertè ſupponuntur beneficia, ſive feuda â Rege h buiſſe. II. *in c. 6. & 7. de for. comp.* ubi Præpo tus ſuper feudis, de quibus fuit conventus jubetur c ram imperiali judicio reſpondere. III. In recepta co ſuetudine & uſu præſertim Germaniæ, ubi Epiſcopi alii Prælati Eccleſiaſtici Principatus, & territoria Imp. in feudum accipiunt. Engel *hic n. 24.* Conf Reiffenſt. *h. t. à n. 95. uſque ad n. 104.* ad contr ria reſpondet cit. Schmalzgr. *n. 79. junct. num. 8* Interim tamen ex cit. P. Engel *d. num. 24. in fi* notandum, quòd feudum, in quo Monaſterium lo Religioſi ſuccedit, ſolùm ad vitam ejus penes Mon ſterium maneat, eô verò mortuô ad Agnatos, Dominum directum redeat. Confer Schmalzgr. *num 130. cum ſeq.*

14. Quibus modis feudum amittitur?

Feuda ex quatuor præcipuè cauſis amittuntur. I. I injuſta alienatione ſine conſenſu Domini facta, uti co ſtat *ex lib. 2. feud. tit. 52. & 55. de prohibi feudi alien. per Lotharium & Fridericum.* Refutatione, ſive reſignatione feudi in manus Dom

ſi

ſimpliciter facta. *juxta c. un. lib. 2. feud. tit. 38.* III. Ob renovationem inveſtituræ tempore definito, ſcilicet intra annum & diem non petitam. *c. un. in pr. lib. 2. tit. 24.* & IV. Ob delictum, ſive feloniam in Dominum commiſſam. *cit. c. un. §. fin. & lib. 1. tit. 5. in pr.* de quibus latiùs Engel §. *3. per tot.* Confer Pichl. *n. 6. cum trib. ſeq.*

15. Cui aperitur feudum à Vaſallo amiſſum?

Volunt plerique, quòd ſi vaſallus ex prædictis cauſis feudum amittat, illud non ad Dominum, ſed ad proximos agnatos devolvatur. Ex ratione, quòd delicta ſuos debeant tenere authores. *L. 22. C. de pœn.* & quia jus alii quæſitum ſine facto ſuo non eſt auferendum. Accedit, quòd Vaſallus etiam cum conſenſu Domini feudum alienans non præjudicet agnatis ùt patet ex *lib. 2. feud. tit. 39.* & pluribus videre eſt apud Schmalzgr. *h. t. num.* ... *cum aliquot ſeq.* Huc facit, quòd aliàs Vaſallus pro libitu ſuo poſſet agnatis inferre præjudicium feudum ... è alienando, vel in tempore inveſtituram non petendo. Contrarium verò, nimirùm quòd feudum ex dictis cauſis amiſſum ad Dominum revertatur, probant diſertiſſimè text. q. præc. alleg. *in lib. 1. feud. tit. 5. lib. 2. tit. ... 44. 52. & 55. junct. tit. 24.* Reiffenſt. *hìc num.* ... *cum ſeq.* ubi etiam ad oppoſita reſp. *junct. n. 146. & n. 155. cum ſeq.* vide tamen etiam mediam aliorum ſententiam apud Engel *h. t. n. 41.* qui docent feudum ex prædictis cauſis amiſſum devolvi quidem ad Dominum, quamdiu Vaſallus, vivit, poſt mortem autem illius ad agnatos reverti. Confer Schmalzgr. *n. 90. cum. duob. ſeq.* Verò quæ concurrere debeant ad amiſſionem feudi ex mala alienatione, tradit Engel *num. 34. cum ſeq.* & Schmalzgr. *n. 177. h. t.* & de requiſitis ob amiſſam inveſtituræ renovationem vide Reiffenſt. *n. 141.* pariter de com-

commiſſione feudi ob feloniam cit. Engel *n. 46.* Picl *n. 30. cum ſeq.*

16. *Quid juris, ſi Clericus vel Prælat Eccleſiaſticus feudum ex delicto, vel alia cauſa amittat?*

Diſtinguendum hìc eſt inter feudum patrimon alicujus Prælati: & inter feudum annexum ſedi vel gnitati. De feudo patrimoniali, ſive quòd Prælatus unde, & non ratione Prælaturæ poſſidet, certum eſt a omnes, illud omninò amitti, eò quòd ſic ſolum ipſi non etiam alterius ſive Eccleſiæ præjudicium ſubverſet Schambog. *hìc n. 4.* Circa feudum verò annexum di vel dignitati ſubdiſtinguendum eſt, an illud ad ſol menſam Prælati pertineat? an verò etiam ad Capitul Primo caſu Prælatus, vel Rector ex cauſis præmiſſis p vatur quidem feudô illudque ad Dominum redit, tantùm ad vitam Prælati, eô verò mortuô reſtituitur r sùm Eccleſiæ. *text. expreſſ. in lib. 2. feud. tit. 40. fin.* Secundo autem caſu Prælatus delinquens pro tantùm parte fructibus feudi foret privandus, non eti pro ea parte, pro qua ad Capitulum ſimul pertinent. ſi & Capitulares cum capite ſeu Prælato deliquerin tunc enim totum feudum ad Dominum pertineret, qua diu Prælatus & Capitulares delinquentes vivunt. Schambog. *loc. alleg.* Reiffenſt. *eod. tit. n. 157.* Cæterum verò, an ex præallegatis cauſis feudum ipſo re, an verò primùm per ſententiam committatur; It an facultas revocandi feudum commiſſum, ſi illud Do nus in vivis non revocavit, ad hæredes ejus transeat? de Schmalzgr. *hìc n. 185. junct. n. 197. cum ſeq.* Pichler *n. 31. cum ſeq.*

16. *Qu*

17. *Quæ actiones competunt nomine feudi?*

Aliæ competunt vaſallo, aliæ Domino: & rursùs de feudo primùm conſtituendo, ac aliæ de jam conſtito. Si feudum nondum eſt conſtitutum, ſed tantum promiſſum, tunc vaſallo competit actio perſonalis contractu feudali ad præſtandum id quod Dominus illo promittit. Si verò jam ſit conſtitutum, & traditum, tunc competit ei utilis rei vindicatio contra quemque poſſeſſorem & detentorem, etiam ipſum Dominum, ſi ex poſt injuſta poſſeſſio ad eum pervenerit. Imo tantùm petitoriô, ſed etiam poſſeſſoriis remediis ſiinterdictis adipiſcendæ, retinendæ & recuperandæ uti eſt. Pariter Dominus non tantùm perſonaliter agere poteſt contra vaſallum ex conventione inita, ad id quod illus promiſit, ſi id præſtare recuſet: ſed etiam actione reali, ſi feudum ſit finitum, vel ob feloniam ad Dominum reverſum. vid. Schambog. *d. tract. de feud. tit.* *per tot.* Stryck *in Exam. Juris Feud. c. 26. per* Porrò de judicio feudali dictum *in tit. de for. p.*

TITULUS XXI.

De Pignoribus & aliis Cautionibus.

1. *Quid venit hìc pignoris nomine in genere?*

Ex nomine in genere hìc nihil aliud denotatur, quàm ſecuritas quædam, quæ alteri præſtatur de ſolutione debiti, aut ſatisfactione. Et ſiquidem nuda promiſſione fit, dicitur cautio ſimplex, ſi promittitur ſub juramento, dicitur juratoria; ſi fiat per pignora, vocatur pignoratoria:

ria : ſi demùm per fidejuſſores, dicitur fidejuſſoria. Pich *hic n. 4.* Valenſ. *n. 1.*

2. *Quotupliciter in jure ſumitur pignu & quomodo definitur?*

Pignus eo modo, quo ſuprà de feudis dictum, ſumit tripliciter: I. Objectivè pro ipſa re oppignorata, §. *2. Inſt. de act.* II. Effectivè pro jure reali, quod creditor in re c pignorata habet, *tot. tit. ff. & C. qui potior.* &c. I Formaliter pro ipſo contractu, ſeu conventione, ex qua gnoris obligatio deſcendit. *L. 1. §. fin. ff. de pactis.* c Pichler *h. t. n. 1.* Perill. D. Kees *Inſtit. lib. 3. tit. 1 n. 40.* atque hoc tertio modo ſumptum definitur, qu ſit contractus re initus, quô res aliqua traditur in ſecuri tem creditori. cit. D. Kees *loc. alleg.* aliter Engel & Ca niſtæ hic, qui paſſim definiunt, quòd ſit obligatio le vel hominis, quâ res alteri obligatur in ſecuritatem deb ut, ſi aliter ſatisfactum non fuerit, inde ſatisfieri poſſit.

3. *Quomodo differt pignus ab hypothec*

Si pignus genericè accipiatur, nihil, niſi ſolo nomi ſono differt ab hypotheca : quo ſenſu procedit. *L. 5. § ff. h. t.* ſtricte autem, & magis ſpecificè ſumptum in aliquatenus diſtinguitur, quòd pignus propriè locum hab in rebus, quæ manu traduntur, ideoque ferè tantùm ob net in mobilibus *L. 238. §. 2. ff. de v. s.* Hypoth verò magis in rebus immobilibus conſiſtit. Deinde pig non niſi rei traditione perficitur *§. 4. Inſtit. h. t. L. 1. §. 6. ff. de v. o.* Hypotheca verò ſolo pacto nuda conventione conſtituitur §. *7. Inſt. de act.* v Reiffenſt. *hic n. 4. & trib. ſeq.*

4. *Quotuplex eſt pignus?*

Pignus aliud inprimis eſt expreſſum : aliud tacitum. Expreſſum eſt, quod expreſſa partium conventione conſtituitur, unde etiam pignus conventionale, ſive hypotheca conventionalis appellatur. Tacitum verò, quòd ex ſola legis diſpoſitione abſque ullo alio partium pacto, vel conventione inducitur, quam ob rem etiam legale, ſive hypotheca legalis nuncupatur. Cujus varia exempla refert Engel. *hìc n. 1.* & plura accumulat Reiffenſt. *à n. 16. usque ad n. 32. eod. tit.* Confer Lauterb. *ad ff. in quibus cauſ. tacit. pig.* II. aliud judiciale, aliud prætorium. Illud eſt, quòd poſt rem judicatam judicati ſervandi vel exequendi causâ per miſſionem in bona, vel pignorum captionem inducitur *L. 2. C. qui pot. in pig. L.* [illegible] *tot. tit. C. ſi in cauſ. jud. pign. capt. ſit.* Hoc, prætorium eſt, quod ante ſententiam definitivam per miſſionem in poſſeſſionem bonorum ob debitoris contumaciam, vel cauſam aliam, v. g. rei ſervandæ causâ, ut in legat[illegible] ex primo decreto factam conſtituitur. Lauterb. *ad ff.* §. [illegible] *& 15. h. t.* Confer Brunneman. *ad L. 2. C. de prior. pig.* ubi notat differentias inter utrumque hoc judiciale, & prætorium pignus. III. Demum pignus, ſive hypotheca alia eſt generalis : alia ſpecialis. Generalis contrahitur, quando debitor creditori obligat omnia ſua bona in genere, nullô exceptô/ bey Verpfändung all Haab und Güter/ nichts darvon ausgenommen/ quo nomine veniunt omnia bona tam præſentia, quàm futura *L. 4. & L. fin. C. quæ res pign. oblig.* imo etiam jura, & actiones *L. 20. §. 1. ff. ad S.C. Trebel. L. 49. ff. de V. S.* P. König *hìc n. 7.* Confer Lauterb. *ad ff.* §. *21 cum duob. ſeq. h. t.* niſi, quæ jure ſpecialiter ſunt excepta, de quibus idem Lauterb. *d. t.* §. *26. cum ſeqq.* Specialis è contra hypotheca eſt, quæ in re aliqua certa, vel ſpecie conſtituitur, puta in domo, arca, agro &c. & hæc regulariter non extenditur ad alia, quàm de quibus

actum eſt. vide tamen cit. Lauterb. §. *31. cum ſe* *d. 4.*

5. Qui ſunt effectus pignoris?

Quatuor præcipui. *Primus* conſiſtit in jure in r quo res pignorata, vel hypothecata creditori, afficitur, v gore cujus creditor poteſt proſequi pignus à quocunq poſſeſſore tam remediis petitoriis, quàm poſſeſſoriis. La terb. *ad ff. h. t.* §. *64.* Jure quidem ff. & Cod. etia principali non conventô: jure Novellarum verò non alit quàm ſi principalis prius fuerit excuſſus: id Lauter *d. t.* §. *74. cum ſeq.* *Secundus* in eo, quòd nim rùm creditor pignoratitius, vel hypothecarius ratione ris realis, quod ei in re hypothecata competit, præferatur liquis creditoribus non hypothecariis, ſive chirographar *L. 6. C. de bon. auth. jud. poſſid.* *Tertius* in jure tinendi pignus, donec ſibi de credito plenè ſatisfactum fi rit. *L. 8.* §. *ult. & L. 9.* §. *3. ff. de pignor. act.* & q dem ex æquitate etiam propter aliud debitum, pro quo illa obligata non fuit. *L. un. C. etiam ob Chirogr.* *cun.* P. König *hic n. 30.* Confer Lauterb. *ad ff. eod. t* §. *fin.* *Quartus* deniquè in jure diſtrahendi pign *L. 7. & 14. C. diſtract. pign.* de quo vid. cit. Laute *ad ff. eod. tit. per tot.* vide etiam Reiffenſt. *h. t.* § *per tot.* Notandum autem hic eſt I. in ordine ad p xim: quòd hic in auſtria pignus conventionale nullas h beat vires, vel ſaltem alteri hypothecario in concurſu n præjudicet. Sutting. *in MM. SS. verb. hypothec.* n ſimul ſit judicialiter conſtituta. Bey dem Grun Buch / Weiß-Potten / oder Regierungs-Unt Marſchall-Ambt ordentlich vorgemercket. vide Sutting. *in Obſerv. 72. n. 2.* & reſolutum noviſſi per Imperat. de dat. Laxenburg 9. Maji 1713. II. Qu tam ad judiciale, quàm prætorium pignus requiratur act

ie würckliche immiſſio & apprehenſio. *L. 26. §. . de pig. act.* vide Lauterb. *ad ff. h. t.* §. *16.* & ſupra *ad tit. de eo, qui mitt. in poſſ. quæſt.* · *6.*

6. *Quæ actiones competunt ex pignore?*

Aliæ competunt, quatenus pignus conſideratur, ut ractus, & aliæ, quatenus producit jus in re. Ex ractu naſcitur duplex actio. Una directa, quæ com- debitori, ejusque hæredibus adversùs creditorem, ejus- hæredes debitô ſolutô ad rem oppignoratam cũ fructib9 tuendam. Altera, quæ datur creditori ad conſequen- indemnitatem, & ad præſtandum illud, quod pigno- omine abeſt. vide Perill. D. Kees *ad ff. 4. Inſt. quib. l. re contrah. obl.* & ibi Civiliſt. paſſim. Quatenus habet effectum juris realis, & perſequendi rem apud ncunque poſſeſſorem, tunc in ordine petitorii compe- ctio hypothecaria, eaque Serviana, vel quaſi, aut hy- hecaria de perſequendo pignore prætorio. Quoad poſ- rium verò, interdictum Salvianum vel quaſi. P. König *n. 28. cum ſeq.* Confer Schmalzgr. *num. 33. cum . ſeq. eod. tit.* cætera huc ſpectantia ſuppeditant). citati.

TITULUS XXII.

De Fidejuſſoribus.

1. *Quid eſt fidejuſſio, & quis dicitur fidejuſſor?*

Idejuſſio hìc nihil aliud ſignificat, quàm interceſſionem pro debito alieno, die Bürgſchafft. Hinc Fide- ſſor ille dicitur, qui fidem ſuam pro principali debitore

interponit, ac ejus obligationem in ſe quoque ſuſcip principali nihilominus manente obligato. P. Engel *h. num. 1.*

2. *Quomodo, & in quibus cauſis fideju ſio fieri poteſt?*

Olim fidejuſſio non niſi ſolenni ſtipulatione per int rogationem unius, & reſponſionem alterius fieri poter Hodie tamen conſuetudine univerſali præſertim Gerr niæ quovis nudo pacto, & quavis verborum forma, ſi in ſcriptis, ſive oretenus prolata, etiam inter abſentes, per epiſtolam rectè fieri poteſt. idem Engel *hìc n. 2.* P teſtque fidejuſſor cuilibet debito, & obligationi quom docunque contractæ accedere *L. 1. & L. 8. §. 1. ff. h.* nec refert, an ex contractu vel delicto oriatur oblig tio. *d. L. 8. h. t.* intellige, ſi ex delicto agatur civilit vel etiam criminaliter, ſed non niſi ad pecuniariam, n etiam ad pœnam corporis afflictivam. Reiffenſt. *hìc 12. cum trib. ſeq.* Confer Lauterb. *ad ff. h. t. §. cum ſeq. junct. §. 18. cum ſeqq.*

3. *Quotuplex eſt fidejuſſio?*

Vulgariter, & ſecundum uſum frequentiorem, alia principalis, & alia ſuccedanea: illa eſt, quâ fidejuſſor obligat pro debitore principali: hæc, quâ fidejuſſor p fidejuſſore conſtituitur, cujusmodi fidejuſſor in vernacu ein Ruck-Bürg dicitur. Alia deinde eſt fidejuſſio ſim plex, quâ quis pro debito ſe ſimpliciter obligat, & al indemnitatis, quâ quis tantùm in reſiduum, atque in eu caſum ſe obligat, in quantum principalis non poſſit int grum debitum perſolvere, qualis fidejuſſor ein Schal loß-Bürg ſalutatur. P. König *hìc n. 5. & 6.* Conf Lauterb. *ad ff. h. t. §. 7. cum ſeq.*

4. *Po*

4. *Poſſuntnè omnes fidejubendo ſe obligare?*

Regulariter quidem omnes fidejubere poſſunt, qui poſſunt contrahere : ſunt tamen quædam perſonæ, tam de jure civili, quàm canonico ſpecialiter exceptæ. Sic prohibentur fidejubere I. Milites *L. 30. ff. locat.* quod etiam de militibus noſtri temporis procedere affirmat P. Könin *h. t. n. 12.* Confer Lauterb. *ad ff. eod. tit.* §. 13. II. Pupilli ſine tutoris authoritate. §. *1. Inſtit. de auth. tut.* & ibi DD. paſſim. III. Minorennes ſine curatorum ſuorum conſenſu arg. *L. 3. c. de in integ. reſt.* vide Lauterb. *ad ff. h. t.* §. *14.* IV. Clerici *c. 1. h. t.* niſi pro Eccleſiis ſuis fidejubeant. *c. 2. eod. tit.* Engel *hìc n. 3.* vid tamen Zoës *eod. tit. n. 3.* Et V. à fortiori Religioſi, licet in Dignitate ſint conſtituti, ita quidem, ut, ſi Religioſus ſine conſenſu ſui Superioris, vel Prælatus ſine debitis ſolennitatibus fidejubeat, nec ipſe nec Monaſterium obligetur, *c. 4. h. t. c. 2. de ſolut.* Imò Prælatus fidejubendo Eccleſiam gravans incurrit ſuſpenſionem, cit. Engel *hìc n. 6.* confer Reiffenſt. *eod. t. à n. 28. usque ad n. 37.* VI. Denique Mulieres ex SC. Vellej. de quo Civiliſtæ paſſim, *ad ff. eod. t.* adeo ut non tantùm ſolvere non teneantur, ſed etiam ſolutum condicere poſſint. *L. 9. c. ad SC. Vellej.* ſuntque tutæ non tantùm pro foro externo, ſed etiam interno. Reiffenſt. *h. t. n. 20. cum ſeq.* niſi exceptis quibusdam caſibus, quos refert Engel *hìc n. 8.* Reiffenſt. *n. 22.* Schmalzgr. *n. 20. & duob. ſeq.* aut ſi Mulier beneficio SC. (prout in praxi obtinet,) certiorata renuntiaverit Sutting. in manuſcript. V. SC. Vellej.

5. *Quæ eſt obligatio fidejuſſorum?*

Fidejuſſor obligatur creditori æque, ac debitor prin-cipalis, & ſi plures ſint conſtituti, ſinguli ipſo jure in ſo-lidum obligantur, ita, ut jure ff. & C. in arbitrio ſit cre-ditoris, an malit principalem priùs quàm fidejuſſorem aut unum ex ipſis pro lubitu ſuo convenire. §. 4. & i DD. *Inſtit. h. t. L. 3. cum L. 5. C. eod. tit.* Conf. Lauterb. *ad ff. h. t.* §. *27. cum 4. ſeq.*

6. *Sed an non fidejuſſoribus contra ejus modi exactionem beneficia aliqua competunt?*

Competunt omninò: & quidem principaliter tria Scilicet I. beneficium ordinis ſive excuſſionis. II. Bene-ficium diviſionis, ſive Epiſtolæ Divi Hadriani, & III. Ce-dendarum actionum, de quibus DD. *ad* §. *4. Inſtit. h. t.* Confer Lauterb. *ad ff.* §. *33. cum aliquot ſeq. eod. tit.* Hic tamen in Auſtria beneficium ordinis ſive ex-cuſſionis non habet locum, ſed poteſt creditor, imò tene-tur fidejuſſorem ante principalem convenire, aliàs fideju-ſor liberatur, niſi ſit fidejuſſor indemnitatis, ein Schad-loß-Bürg. vid. Perill. D. Kees. *ad dict.* §. *4. Inſtit. h. t.* Iſtis poteſt adjungi IV. beneficium *ex L. Si con-tendat 28. ff. h. t.* vigore cujus fidejuſſor unus ex plu-ribus conventus, cui competit beneficium diviſionis, ſi forte metuit, nè cæteri confidejuſſores lapſu temporis fiant non ſolvendo, poteſt officium Judicis implorare ad hoc ut dividatur inter ſe & confidejuſſorem actio, ne diutiùs cunctante creditore exceptio diviſionis ſibi perire poſſit dum ſcilicet confidejuſſores fiunt idonei. vide Brunnem. *ad d. L. 28*, & confer. Lauterb. *ad ff. eôd. tit.* §. *49 cum ſeq.* imò eſt & V. beneficium nempe liberationis competens fidejuſſoribus non quidem adversùs creditorem

ſe-

dversùs ipſum debitorem principalem, qui diu differt
ionem, vel facultatibus labi incipit, aut fidejuſſor jam
ondemnatus, vel prope diem condemnandus ad hoc,
lvat, & ſe in fidejuſſione liberet, ſive exoneret,
er ihn der Bürgſchafft enthaben möge / uti col-
it DD. *ex L. 38. §. 1. ff. & L. 10. C. mand.*
nnem. *ibid.* vide Pichler *hìc n. 11.* & Schmalzgr.
5. Confer Reiffenſt. *n. 65. & ſeq. eod. tit.* ubi be-
ium hoc ad plures caſus extendunt.

. *Qualis actio competit adverſus fidejuſſorem?*

Datur actio ex ſtipulatu, ſi ſtipulatione: condictio
aut actio ex moribus, ſi pacto nudo fidejuſſio con-
ta fuit. P. König *hìc n. 23. cum ſeq.* Confer Franz.
Inſtit. h. t. n. 33. & ſeqq.

8. *Quæ è contra datur actio fidejuſſori, ſi conventus ante debitorem ſolvit?*

Habet actionem mandati, vel negotiorum geſtorum
tra ipſum principalem priorem quidem, ſi pro valen-
te & conſentiente interceſſit, poſteriorem verò, ſi inter-
it pro abſente, & ignorante §. *6. Inſtit. h. t. L. 20.*
§. *n. ff. mand.* Pro invito, ſi quis interceſſerit, actio-
n non habet. *L. 6. §. 2. & L. 50. ff. d. t.* Franz. *ad*
it. n. 48. h. t. Confer Lauterb. *ad ff. eod. tit. 57.*
n trib. ſeq.

TITULUS XXIII.

De Solutionibus.

1. Quid eſt Solutio?

SOlutio in genere accepta denotat quemcunque modun quò debitor ab obligatione liberatur, ſive id fiat ipſ jure per realem debiti oblationem, vel novationem, acce ptationem, compenſationem, delegationem &c. Sive op exceptionis per pactum de non petendo &c. quo ſen procedit illud: Anweiſung iſt eine Zahlung; ſtrict verò, & ſpecialiter accipitur pro naturali præſtatione eju quod debetur. *L. 46. L. 49. pr. L. 61. & L. 101. ff. h. t.* & huc ſpectat alterum illud German. Anweiſun iſt keine Zahlung. Schmalzgr. *hic n. 1.* atque hoc mo do ſumpta ſolutio definitur: quòd ſit rei debitæ credito ri facta redditio, id. Schmalzgr. *n. 2.* P. König *eod. ti num. 2.*

2. Quis eſt effectus ſolutionis?

Inducit liberationem ipſo jure, & conſequenter toll tur non tantùm obligatio principalis, ſed etiam acceſſori tum rerum, tum perſonarum, ùt ſunt fidejuſſores, p gnora & hypothecæ *pr Inſt. quib. mod. toll. oblig. L 38. §. 2. L. 34. ff. h. t. cum ſimilib.* P. König *hic n 30.* Confer Lauterb. *ad ff. h. t. §. cum ſeq.*

3. Quæ ſunt requiſita ſolutionis?

Ad hoc ut rite fiat ſolutio, & prædictum effectur conſequatur, neceſſe eſt I. ut illud, quod ſolvitur, ſit i ipſum, quod debetur: aliud enim pro alio invito cred tori non obtruditur. *L. 2. §. 1. ff. de reb. cred.* except caſu, quo res debita præſtari non poteſt. vid. Lauterl

ff. h.t. §. *17. cum ſeq.* An autem & quomodo ſo-
in alia moneta fieri poſſit. vide Schmalzgr. *hic n.*
& ſeq. Pichler *n. 14. cum 4. ſeq.* Confer Engel
o. & duob. ſeq. II. Debet ſolvi res tota, particula-
nim ſolutio regulariter non admittitur. *L. 122. pr. ff.*
v. o. exceptis aliquibus caſibus, quos refert Lauterb.
§. *24.* III. Solutio debet fieri loco, & tempore de-
, ac opportuno, neque enim creditor quolibet loco
tempore tenetur acceptare ſolutionem, ſed ſi convenit
erto loco, ſolutio ibi facienda, ſi non ? ibi, ubi ob-
io eſt contracta, vel in loco rei acceptæ. Idem pro-
ionaliter eſt de tempore, ut nimirùm ſolutio regula-
fiat tempore convento, ſi quod expreſſum, ſi non,
præſenti quidem die debetur. *L. 41.* §. *1. ff. de* v. o.
debet tamen creditor ſtatim cum ſacco paratus veni-
ſed commodum aliquod tempus concedere debitori.
3. pr. ff. de uſur. vid. P. König *hic n. 23. cum*
b. ſeq. & Lauterb. *ad ff. eod. tit.* §. *27. cum trib.*
adde Scdmalzgr. *n. 3. cum quatuor ſeq.*

Quomodo proceditur contra debitores ſolutionem denegantes?

Decernitur contra eos executio per Judicem juxta cu-
ibet loci conſuetudinem, & praxim forenſem per ca-
nem pignorum, & rerum, ac bonorum diſtractionem,
qua in ordine ad praxim Auſtriacam videri poteſt Sut-
Obſerv. 116. cum ſeq. Servato tamen ſemper tem-
, modo, ac ordine, de quibus Lauterb. *ad ff. de re*
ic. §. *34. cum duob. ſeq.* & ſi bona non ſufficiant,
proceditur usque ad incarcerationem debitoris, à qua
en ſe liberare poteſt bonis in tempore cedendo. vide
malzgr. *hic à n. 23. usque ad n. 28.*

5. *Poſſuntnè etiam taliter per incarcera tionem, vel bonorum ceſſionem ad ſolutionem compelli Clerici?*

Minimè: Clerici enim habent beneficium competen tiæ, vi cujus iis relinqui debet â creditore tantùm, i egeant pro congruentia ſui ſtatûs, modo idoneam præ ſtent cautionem ſe ſoluturos, cùm ad meliorem fortu nam pervenerint, *per text. in c. Odoardus 3. h.* Schambog. *hìc num. 4.* Vallens. *eod. tit. §.* *per tot.*

6. *Tenetúrne Succeſſor in Prælatura, ve beneficio Eccleſiaſtico debita ab anteceſſoribus contracta ſolvere?*

Si debita contracta ſunt nomine Eccleſiæ, & pro ne ceſſitate, vel utilitate ejusdem non eſt dubium, qu talia debita ſolvi debeant per ſucceſſorem. *c. 1. h.* Idem ferè eſt ſi contracta ſunt pro neceſſaria ipſius ante ceſſoris perſonæ ſuſtentatione, vel pro valetudinis repa ratione, & ſimilibus aliis neceſſariis: ex ratione, quò Eccleſia Rectorem ſuum, vel Prælatum teneatur alere eique neceſſaria ſubminiſtrare. Schambog. *hìc num.* Quod ſi verò Anteceſſor contraxit debita ex mutuo pi ſplendore, aliisque rebus inutilibus, vel ſaltem uſu nó neceſſariis, tunc verius eſt ſucceſſorem ad ea non teneri niſi communi conſenſu Capituli ſint contracta. vide dic *ad tit. de pactis q. 36. cum duab. ſeq.* Schmalzg *hìc num. 48.* Cœterùm, unde & ex quibus bonis de bita nomine Eccleſiæ, vel pro neceſſitate Prælati contra cta ſolvi debeant? tractat idem Schmalzgr. *num. 5.* *cum ſeqq. ibid.*

TITU

TITULUS XXIV.

De Donationibus.

1. *Quid eſt donatio?*

DOnatio prout hìc, & in genere civili ſumitur, eſt liberalitas nullo jure cogente facta, ut colligitur, ex *L. 1. & 29. pr. ff. h. t.* vel pleniùs eſt rei licitæ id eſt, non prohibitæ donari, nullo jure cogente, ex mera liberalitate facta collatio, ſive datio. Schmalzgr. *hìc num. 1.* accipitur dupliciter, I. pro ipſa re donata, ſive actuali rei traditione. II. Pro conventione de re aliqua donanda, quo ſecundo modo hìc conſideratur.

2. *Quotupliciter fit donatio?*

Communiter his ferè tribus modis: I. Per ſtipulationem, ſeu promiſſionem, quando nimirùm aliquis rogatus, vel ad interrogationem alterius ſe daturum promittit. II. Per nudum pactum nulla præcedente interrogatione, nec ſecuta ſolenni reſponſione. III. Per nudam pollicitationem, quando ſcilicet aliquis motu proprio non interrogatus nec requiſitus daturum ſe aliquid alicui promittit. Engel *hìc n. 1.*

3. *Intereſtnè aliquid, an donatio hoc vel illo modo fiat?*

Omninò, nam ſi fiat per pollicitationem, non prius obligat quàm ſi fuit acceptata, juxta naturam pollicitationis, quæ eſt ſolius offerentis promiſſio, & ante acceptationem, obligationem non producit. vide dicta *ad tit. de pact. q. 2. cum quatuor ſeq.* Si vero ſtipulatio interceſſit, tunc ſtatim obligat, & agi poteſt ex

ex ſtipulatu per ea, quæ de ſtipulationibus paſſim tradi tur. Facta porrò per pactum nudum, olim quidem n lam habuit præſtandi neceſſitatem: hodie tamen, qu primùm eſt perfecta, ſtatim producit obligationen & actionem, nec revocari ampliùs poteſt. §. *2. in Inſt. h. t.*

4. *Quomodo perficitur donatio?*

Perficitur ſtatim, ac donator voluntatem ſuam ſc ptis, aut ſine ſcriptis manifeſtavit *cit. §. 2. Inſt. h.* adeoque à ſolo conſenſu vires ſuas, ac robur accip licet nec ſtipulatio, nec traditio intervenerit. vide Per D. Kees *ad Inſt. eod. tit. n. 11.* Quod tamen n ita crudè accipiendum, quaſi non requireretur etiam parte donatarii conſenſus, ſive acceptatio: hæc enim omnem donationem eſt neceſſaria, eò, quòd invito n detur beneficium, hincque ante eam ſemper adhuc p teſt revocari, cùm necdum ſit pactum legitimum, ſola offerentis promiſſio, ſive nuda pollicitatio. V Schmalzgr. *hic n. 6. cum duob. ſeq.* Senſus er eſt, quòd ad hoc, ut dicatur donatio perfecta, non quiratur præcisè rei interventus, ſed ſufficiat mut conſenſus, ad excludendam videlicet pœnitentiam, ju ea, quæ ſuprà quoque de emptione - venditione di ſunt, ad cujus exemplum *in cit. §. 2.* donatio di tur perfici, & habere præſtandi neceſſitatem. Con Lauterb. *ad ff. h. t. §. 7. cum duob. ſeq.*

5. *Qualis actio competit ex donatione*

Si ſtipulatione perficitur, competit actio ex ſtipu tu, ſive condictio certi, ſi pacto nudo condictio ex ge, ſcilicet *L. 3. 5. C. h. t.* toties enim condictio lege applicatur, quoties jura dant actionem, & nom actionis non exprimunt. *tot. tit. ff. de condict. ex le*

Poſ

...t etiam forte non incongruè dici actio ex donato, ...a, quæ ſuperiùs *ad tit. de precariis* dicta ſunt. ...l *hìc n. 3.* Confer Lauterb. §. *34. d. t.*

6. *Quotuplex eſt donatio?*

...uplex, donatio nempe inter vivos, & donatio mor... ausâ *pr. Inſt. h. t.* ubi de utráque latè DD. paſ... Donatio verò inter vivos alia eſt propria, alia im...ria. Illa, quæ fit ex motivo meræ liberalitatis, & ...ocabiliter. Hæc, quæ fit ob aliquam cauſam, quò ...net donatio remuneratoria, donatio propter nuptias ... vide Lauterb. *d. t.* §. *3. & 4.*

7. *Poteſtnè quilibet res ſuas inter vivos donare?*

...egulariter quidem omnes poſſunt donationes facere, ... habent dominium & adminiſtrationem rerum ſua... *arg. L. 21. c. mand.* ſunt tamen certæ dona...es de jure prohibitæ, de quibus paſſim DD. *ad ... t.* Lauterb. ibid. §. *21. cum ſeq. junct.* §. *28.* ...fer Schmalzgr. *hìc* §. *3. per tot.* Inter quas præ...è eminet I. donatio ſimplex facta â Patre filio in po...te exiſtenti. *L. 11. & 17. C. h. t.* niſi ſilentio, ...orte patris confirmetur. *L. 25. C. de donat. int. & uxor. L. 2. C. de in offic. donat.* vel eman...ione ſecuta non fuerit adempta. *L. 31.* §. *2. ff. ...l. L. 17. C. h. t.* Lauterb. *ad ff. h. t.* §. *26.* ...I. Donatio inter virum, & uxorem, quæ pariter ſtan...atrimonio factæ non valent, niſi morte fuerint con...atæ. *tot. tit. ff. de don. int. vir. & uxor.* & ...auterb. quod tamen de conſuetudine Auſtriæ non ...edit, ubi teſte Walth. *lib. 3. tit. 17.* & Finſtervv. ...*4. obſ. 22. n. 10.* indiſtinctè valent etiam ſtante ...rimonio factæ.

8. *An*

8. *An & quomodo Clericis permiſſum eſt donare?*

De bonis patrimonialibus liberè quascúnque donationes facere poſſunt. *arg. cit. L. 21. C. mand.* de bonis verò proſpectu Eccleſiæ acquiſitis non niſi ad causas pias, & remuneratoris meritis proportionatas. Schmalzgr. *hìc num. 31.*

9. *Quid dicendum de Religioſis?*

Religioſi privati, vel conſiderantur, ut ſunt in Monaſterio ſub obedientia Superiorum, nec beneficium, nec adminiſtrationes habentes: vel quatenus degunt extra Monaſterium in beneficio, vel adminiſtratione, vel denique quatenus quidem etiam ſunt in Monaſterio, habent tamen adminiſtrationem aliquam ſibi commiſſam. Secundo caſu poſſunt non minùs, ac alii beneficiarii ſeculares donationes honeſtas & moderatas facere, etiam ſine conſenſu Prælati ordinis. Tertio caſu poſſunt quidem ſecundùm limites, & conditiones adminiſtrationis non tantùm eleemoſinas, & modicas donationes facere, ſed etiam pro casûs emergentiâ res alias adminiſtrationi ſuæ commiſſas alienare, dependenter tamen ab ordinatione per Superiorem ſibi data, déque ejusdem expreſſa, vel rationabiliter præſumpta licentia. Primo verò ſine expreſſa vel tacita licentia penitus nihil, nè quidem pauperibus donare poſſunt. vide Reiffenſt. *hìc â num. 43. uſque ad num. 49.* Schmalzgr. *num. 31. cum duob. ſeq.*

10. *Quid juris eſt in Prælatis, & Epiſcopis?*

Hi, quia pleniorem habent rerum ad Eccleſias pertinentium adminiſtrationem, hinc etiam major facu

competit faciendi donationes etiam majores, non n exceſſivas, vide cit. Reiffenſt. *à n. 35. uſque ad n. 4.* Schmalzgr. *à n. 34. uſque ad n. 38.* Schamb. *& ſeq. junct. n. 9.* ubi docet, poſſe etiam Epi- m in ſua Diœceſi monaſterium extruere, illudque dditibus Epiſcopatûs dotare.

Habetnè donatio inter vivos opus aliqua ſolennitate?

egulariter ſufficit ſola voluntas quocunque modo rata, nec ad ejus perfectionem teſtes, vel ſcriptura ritur. *cit. §. 2. Inſt. h. t.* ſi tamen excedat 500. s, tunc requiritur, ut actis publicis inſinuetur. §. *t. & L. 36. C. h. t.* qua de re vide Lauterb. *ad ff. tit. §. cum 7. ſeq.*

Poteſtnè donatio inter vivos legitimè facta quandoque revocari?

res communiter adſtruuntur cauſæ, ob quas dona- el pro parte, vel in totum revocari poteſt. I. Re- tur pro parte, ſi ſit inofficioſa lædens legitimam li- rum. II. Ob ingratitudinem donatarii, & quidem tum. III. Ob ſupernaſcentiam liberorum. Vide erb. *à §. 41. uſque ad §. 57.* Quid verò juris rca donationem mortis cauſâ, & quid ad eam requi- , ac quomodo differat à donatione inter vivos. latè idem Lauterb. *ad ff. de donat. mortis cauſâ.*

Quid ſi donatio facta ſit Eccleſiæ, & Prælatus ſit ingratus?

Non poteſt revocari donatio, ratio eſt, quòd deli- perſonæ non debeat nocere Eccleſiæ *c. 76. de R. J. in.*

J. in 6. Similiter donatio remuneratoria, don dotis, vel donatio propter nuptias, vel juramentô fir ta propter ingratitudinem non revocari poteſt. Pic *h. t. num. 13.*

TITULUS XXV.

De peculio Clericorum.

1. *Quid intelligitur hìc nomine pecul*

NOmine peculii in jure venit parva, & puſilla p nia ſervo, vel filiofamilias à Domino, vel P conceſſa. *L. 5. ff. de peculio.* Prout autem eſt h loci, ſumitur pro patrimonio, & bonis quibuscur Clericorum. Engel *hìc n. 1.* Confer Schmalzgr. *pr. eod. tit.*

2. *Quotuplex eſt peculium Clericorum*

Bona Clericorum in quadruplici ſunt differentia. Alia dicuntur patrimonialia, quæ Clericis obveniun cauſa merè profana. v. gr. hæreditate, legato, vel natione facta ab amicis, & cognatis, nullo habito re ctu ad Eccleſiam. *c. 9. de teſt.* Quando autem miles donationes cenſeantur Clericis factæ intuitu p næ, & non intuitu Eccleſiæ, tradit P. König *h. t.* Porrò, quæ Clericus acquirit poſt ſuſceptum Clerica non naturam peculii adventitii, ſed quaſi caſtrenſis bent. P. Engel *h. t. n. 3.* II. Alia ſunt bona q patrimonialia, ſeu induſtrialia, quæ ſcilicet Clericis veniunt tanquàm merces, vel ſtipendium ob labor & functionem ſacram. Ad hanc bonorum claſſem j communem DD. revocantur redditus ſtolæ, qui de tur Parochis ex adminiſtratione Sacramentorum &c probabilius etiam diſtributiones quotidianæ, cùm & dentur tanquàm denarius diurnus propter ſpecialem duſtr

…iam, & diligentiam, nec veniant nomine fructuum …onicatûs. *arg. c. un. de Cler. non reſid. in 6.* König *h. t. n. 6.* Engel *num. 5.* III. Alia ſunt … proſpectu Eccleſiæ acquiſita, quæ nimirùm Clerici …irunt intuitu beneficii Eccleſiaſtici in titulum collati. …nt decimæ, fructus agrorum. Huc etiam revo-…P. König *h. t. num. 5.* redditus Capellaniarum, …aliorum beneficiorum ſimplicium. IV. Tandem ſunt … parſimonialia, quæ Clerici ſibi de congrua ſuſten-…ne parciùs vivendo ſubtrahunt. P. Engel *h. t. n. 7.* Confer Reiffenſt. *â num. 3. uſque ad num.* …*incluſ.*

… *Sed quid venit nomine congruæ ſuſtentationis?*

…anè in hac re nihil certi determinari poteſt, ſed id … foro externo Judicis arbitrio, pro foro interno ju-… prudentis, ac timoratæ conſcientiæ viri determi-…dum eſt. Tradit tamen P. Engel *h. t. n. 8. 9. & 10.* …dam Regulas, quarum I. eſt, quòd Clericus ha-… bona patrimonialia non teneatur de his ſuſtentatio-… ſuam deſumere, ſed poſſit ex redditibus Eccleſiæ …re, cùm dignus ſit operarius mercede ſua, & nemo …is ſtipendiis militare cogatur: imo deducere poteſt …ptus, quos fecit in ſuſtentationem de bonis patri-…ialibus, antequàm fructus v. gr. naſcuntur. II. …grua ſuſtentatio deſumenda eſt à conditione perſo-…; unde plus in ſuam ſuſtentationem impendere po-…, nobilis vel graduatus, quàm ignobilis, vel minus …ratus. III. Clericus diligentior in adminiſtratione officii, quàm de jure tenetur v. gr. ſæpiùs concio-…do &c. poteſt etiam plùs ſibi applicare de redditibus E…leſiæ, quos redditus, ſi noluerit conſumere, bonis parſimonialibus vel induſtrialibus accenſere poterit. ita P. Engel.

4. *Quorum bonorum Clerici ſunt Domini?*

Certum eſt I. Clericos habere Dominium bonorum patrimonialium, vel quaſi, cùm patrimonialia per Clericatum non amittant, quaſi autem patrimonialia tanquàm mercedem laborum ſuorum ſine obligatione erogandi in pias cauſas recipiant. II. Satis convenit inter DD. Clericos eſſe Dominos bonorum proſpectu Eccleſiæ acquiſitorum, ſaltem eorum, quæ ad congruam eorum ſuſtentationem neceſſaria ſunt. Probant id *ex Trid. ſeſſ. 23. c. 1. §. ſi quis autem de reform.* ubi habetur, quòd non reſidentes pro rata temporis abſentiæ *fructus non faciant ſuos.* Ergò â contrario reſidentes ſuos faciunt. Idem etiam probatur *ex ſeſſ. 14. c. 12. de reform.* Accedit ratio, quòd iſti fructus, & redditus â Clericis percipiantur tanquàm merces, & ſtipendium laborum. P. Pichler *h. t. n. 5.* Confer. Reiffenſt. *hìc à n. 13. uſque ad n. 21. incluſ.*

5. *Sed quid dicendum de bonis, quæ quidem intuitu Eccleſiæ acquiruntur, ſed ſuperflua ſunt ad congruam ſuſtentationem?*

Hìc in duas ſcinduntur DD. ſententias. Recentiores communiter docent, Clericos etiam ſuperfluorum bonorum eſſe Dominos, ità Pichler *h. t. num. 6.* Schmalzgr. *num. 9. cum ſeq.* Braun. *in tract. de dominio c. 5. §. 2. n. 20.* Alii è contra negativam utraque manu propugnant: utriusque ſententiæ fundamenta recenſet Reiffenſt. *h. t. §. 11.* & tandem *n. 51.* Accedit ad poſteriorem tanquàm juri conformiorem, & tutiorem, cui, & nos accedimus. Interim quidquid ſit de hac ſententiarum diverſitate, in eo tamen etiam DD.

primæ ſententiæ conveniunt, quòd dominium illud non ſit abſolutum, ſed limitatum, cum obligatione uctus illos ſuperfluos erogandi ad pias cauſas, adeo, ut Clericus notabilem ſummam in uſus profanos expendat, graviter peccet. teſte cit. Reiffenſt. *n. 52.* & Bran. *n. 22.* Confer Engel *hìc n. 13. cum ſeq.* Cæterùm verò obligationem iſtam, néque ex jure divino vel naturali, nec ex virtute charitatis, aut Religionis, neque etiam ex virtute juſtitiæ, ſed tantùm ex præcepto Eccleſiaſtico deſcendere, in eaque radicari cenſet P. Pichler *hìc n. 9. cum ſeq.* & Schmalzgr. *n. 26. cum ſeq.* oppoſitum autem rursùs propugnat Reiffenſt. *hìc n. 56. & ſeqq.*

Sed quid hìc venit nomine piarum cauſarum?

Nomine piarum cauſarum hoc loco non tantùm veniunt pauperes, ſed etiam fundationes factæ pro miſſis celebrandis, alendis ſtudioſis, & univerſim, quæ ad cultum divinum vel ad miſericordiam tam corporalem, quàm ſpiritualem alterius ordinantur. Et licet in Conc. Tr. *ſeſſ. 25. c. 1. de reform.* Clericis interdicatur ne ex redditibus Eccleſiæ conſanguineos ditent, cenſet tamen P. Engel *n. 12.* cum communi, poſſe beneficiatos aliquanto plus in ſuos conſanguineos erogare, ne ſecundùm ſtatum ſuum egeant, vel ut honeſtiores in domo ipſius conſpici poſſint. Quæ autem quantitas hac in materia dicatur notabilis, nihil certi ſtatuunt DD. ſed communiter id relinquunt prudentum judicio.

TITULUS XXVI.

De teſtamentis, & ultimis volunta-tibus.

1. *Quid eſt teſtamentum?*

TEſtamentum hìc nihil aliud denotat, quàm ultim[a] hominis de rebus ſuis diſpoſitionem, & voluntate[m]. Et latè ſumptum comprehendit etiam Codicillos, ſtri[ctè] verò acceptum denotat eam voluntatem, quæ Codic[il]lis opponitur. P. König *hìc num.* 1. In qua poſ[te]riore ſignificatione definitur, quòd ſit voluntatis noſ[træ] juſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fi[eri] velit. *L. 1. ff. qui teſt. fac. pri. Inſt. h. t.* vel, ut [alii] definiunt: eſt ultima voluntas, directam hæredis inſ[ti]tutionem continens.

2. *Eſtnè aliquod diſcrimen, ſive ſpeci[a]litas quoad teſtamenta inter forum civile & Canonicum?*

Non invenitur circa hoc magna aliqua diſcrepanti[a] præterquàm I. circa numerum, & ſolennitatem teſtiu[m]. II. Circa teſtamenta ad pias cauſas & III. quòd jure qu[o]que Can. certæ quædam perſonæ teſtari ſpecialiter p[ro]hibeantur, & quædam inſtitui quoque non poſſi[nt]. Unde quoad reliqua, in quibus jus canonicum expre[ſſè] non receſſit, obtinet diſpoſitio juris civilis ju[xta] *c. 1. de nov. oper. Nunt.* & conſequenter tota h[æc] ferè materia ex Interpretibus juris civilis potiſſimùm petenda. videri etiam poteſt Reiffenſt. & Schmalzgr. *h[ic]* qui totos quaſi tractatus conſcripſerunt.

3. Q

3. *Qui ergò jure Canonico teſtari ſpecialiter prohibentur?*

. Clerici de bonis proſpectu Eccleſiæ acquiſitis, ut ortat *ex c. 1. 7. 9. 12.* & paſſim *h. t.* eò quòd oı iſta poſt mortem eorum ipſo jure redeant ad Ecleam cit. *c. 7. & 12. h. t. c. 1. & 3. ſupra de col. Cleric.* Reiffenſt. *hìc n. 328.* Schambog. *n.* II. Religioſi profeſſi *c. 7. cauſ. 19. q. 3. & c. 2. h. t.* ametſi facti ſint Prælati, vel Epiſcopi, quia per Prælatuam, vel Epiſcopatum non liberantur â voto paupertatis, uia nec Epiſcopi poſſunt teſtari de bonis intuitu Ecleæ acquiſitis. *c. 1. h. t.* vide P. König *hìc num. 26.* chmalzgr. *num. 81.* III. Uſurarii manifeſti, niſi as reſtituerint, vel ſaltem de iis reſtituendis caverint. *de uſur. in 6.* vide Schmalzgr. *hìc n. 79.* IV. etici, eorumque receptatores, fautores, & defenors. *c. 13. §. credentes de hæretic.* Sed hoc prot tantùm de hæreticis non toleratis, tolerati enim, ues ſunt Lutherani, & Calviniſtæ, hodie paſſim vaid teſtantur. V. Denique prohibentur jure can. teſtai qui Romanæ Eccleſiæ Cardinalem hoſtiliter perſentur, percutiunt, capiunt, vel ad id conſilium, vel au lium præſtant. *c. 6. de pœn. in 6.*

4. *Quæ viciſſim perſonæ jure canonico inſtitui vetantur?*

I. Hæretici, & perſecutores Cardinalium, per jur. al g. II. Religioſi bonorum incapaces, quales ſunt fratr minorum de obſervantia & PP. Capucini, quibus neque in communi neque in particulari relinqui aliquid pote. *c. 3.* poſt medium *V. ad hæc cum fratres de V. S.* pterquàm ſub moderamine ibidem expreſſo, vide Sumalzgr. *hìc num. 96.* Huc ſpectant III. Pro-

teſſi, & Coadjutores formati S. J. in particulari, r tamen ii, qui necdum ultima vota ediderunt, nec ip rum Collegia, & domus probationis, benè verò mus Profeſſæ, ſaltem in tantùm, quòd immobilia iis gata recipere, vel poſſidere non valeant, ſed oblata v dere, & pecuniam in neceſſarios uſus convertere teneant Vide Schmalzgr. *n. 97. cum ſeq.*

5. *Sed quid dicendum de conſuetudine, q paſſim Clerici de fructibus beneficiorum ſu rum liberè teſtantur, etiam ad uſus profanos?*

Talem conſuetudinem omnino valere, atque ſic de cto validam eſſe ambabus manibus ſuſtinet P. Pich *hìc n. 52.* & Schmalzgr. *num. 85. eod. tit.* E tamen tanquàm irrationabilem damnat P. En *h. t. num. 3.* Ratio ejus eſt, quòd omnis conſ tudo ſit irrationabilis, quæ invitat ad peccatum, t autem foret conſuetudo teſtandi ad profanos uſus, n ùt ſuperiùs dictum eſt, Clericus graviter peccat, d inter vivos ſuperfluos fructus in profanos uſus impen licet concederetur eum eſſe Dominum horum fructu ergò â fortiori peccabit teſtando, cùm teſtamentum mò incipiat valere poſt mortem. *L. 1. ff. qui teſ ment. facere.* Poſt mortem autem Clericus non amplius Dominus, cùm ipſo jure bona proſpectu Ec ſiæ acquiſita ad Eccleſiam devolvantur, per text. cl *in c. 12. h. t. & c. 7. eod.* Cui egregiè adſtipu tur Reiffenſt. *hìc n. 335. & ſeq.* ubi etiam adve riorum fundamenta ſolidè refutat. Cui pariter & conformiter ad dicta *in tit. præc.* accedimus.

6. Q

6. *Quid autem faciendum, ut Clerici de redditibus ſuorum beneficiorum teſtari valeant?*

Poſſunt, imò ſi velint de facto teſtari, debent ſibi conſulere per impetrationem indulti Pontificii, utpote, qui ſolus ſuprà jus diſpenſat. Indultum autem hoc ſemel conceſſum probabilius durat non tantùm quoad primum actum teſtandi, ſed etiam quoad reliqua teſtamenta, ſi velit Clericus prius mutare, eò, quòd ejusmodi privilegium cenſeatur eſſe conceſſum ſecundum naturam actûs, ad quem datum eſt, neque exſpirat morte Pontificis, quia gratiæ regulariter non exſpirant morte concedentis re integra. *c. 36. de præb. in 6. cum ſimilib.* Imo probabilius quoque convalidat teſtamentum jam prius factum, ſi nihil poſt impetratam licentiam circa illud immutatum ſit. Engel *hic num. 9.* Non obſtante, quòd teſtamentum factum à pagano non convaleſcat, ſi is poſtea miles factus fuerit. *L. 20. §. 1. ff. de teſt. milit.* ad quod reſpon. idem Engel ibidem.

7 Quid juris, ſi quis de facto ſine licentia S. Pontificis teſtatus eſt, debentnè hæredes reſtituere hæreditatem Eccleſiæ?

Ad reſtitutionem eos ſimpliciter obligat Reiffenſt. *h. num. 353. junct. trib. ſeq.* maximè, ſi ſciverint, aut prudenter ſuſpicari poſſint bona hæreditaria meri intuitu Eccleſiæ eſſe acquiſita, ac ſuperflua. P. Engel tamen è contra *n. 3. in fin. h. t.* exiſtimat, quòd antequàm hæc conſuetudo authoritate ſuperiorum declaretur invalida, poſſint hæredes in foro interno excuſari, propter authoritatem extrinſecam magni nominis DD.

DD. conſuetudinem prædictam validam pronunti tium.

8. *In quantum ergò receſſit jus Ca quoad ſolennitatem, & numerum teſtium?*

In hoc, quòd jure civili in omni teſtamento ſolen requirantur 7. teſtes, iique puberes, cives Roman mares non fæminæ, & rogati, neque fortuiti §. *Inſt. de teſtam. ord.* in aliis autem non ſolennib ſaltem quinque. *L. ult. C. de Codicill. L. ult. C. donat. mortis cauſ.* at verò jure can. firma jube tur permanere teſtamenta facta â Paræcianis cora Presbytero & tribus, vel duabus aliis idoneis perſon *text. in c. 10. h. t.*

9. *Sed nunquid per hanc conſtitutione correctum eſt jus civile etiam quoad terras imperii?*

Id aliquibus placet ea potiſſimùm ratione, qu *in d. c. 10.* Pontifex damnet, ac reprobet co ſuetudinem, ac legem, quâ plures teſtes requiru tur, tanquàm alienam â lege Dei, & inſuper pœna excommunicationis decernat in eum, qui teſtamentu coram Parocho, & duobus teſtibus confectum impugn vid. Schmalzgr. *hìc num. 32.* Communior tam DD. eſt, non eſſe correctum jus civile, ſed tantùm ſe differentiam inter jus civile, & Canonicum, adeoq utrumque ſervandum eſſe in ſuo foro. Ratio, quòd non verſemur in materia ſpirituali, aut Eccleſiaſtica fovente peccatum, ſed merè profana, & temporali. E gel *hìc n. 12.* ad contrarium reſpond. cit. Schmalzg *n. 33.* & Confer. Engel *d. n. 12. cum ſeq.* add. Pich *hìc n. 34.*

10. S

o *Sed an ergò præſentia Parochi, & ...um: vel trium teſtium hôc ipsô ſaltem in fo... ...o Can. pro forma ſubſtantiali præſcripta cenſetur?*

Affirmat hoc Pichler *hic num. 36.* & alii ferè ...nuniter. In negativam autem tanquàm veriſimilio... & menti *d. c. 10.* communiorem recedit En... *...od. tit. n. 14.* ex ratione, quia Pontifex *in c. 10. cit.* ...it reprobare ſolennitatem juris civilis ad valorem te...enti requiſitam, ergo credibile non eſt, quòd ipſe ...erit novam ſolennitatem ſive formam ſubſtantialem ...cribere, & præſentiam Parochi, ac duorum, vel ...n teſtium ad valorem teſtamenti requirere, ſi forte ...nde v. gr. per ſcripturam de voluntate defuncti ſuffi...cer conſtet. Præſertim cùm ibi Pontifex ſe fundet in ... Divina, in ore duorum, vel trium omne verbum ...ſtere edicentis, quæ utique duos, vel tres teſtes ... per modum ſolennitatis ad valorem, ſed præcisè ...robandum aliquod negotium requirit. Accedit: ... ſi inſuper præſentia Parochi eſſet neceſſaria, tunc ...s, quô Parochus ipſe vellet facere teſtamentum, eſ...decisſus. Poteſt tamen ſententia P. Pichleri procede... quando aliàs de voluntate teſtatoris ſufficienter ... conſtat, tunc enim duo ſaltem teſtes eſſent abſolu... ...ceſſarii.

. *Quô jure tenentur Clerici extra terras Pontificias teſtari?*

Exiſtimat P. Schmalzgr. *num. 34. h. t.* debere ... obſervare ſolennitates juris civilis, ſaltem ſi teſten... ad cauſas profanas, ſed melius cum P. Engel *num. 10.* & Pichler *num. 35.* dicendum, ſuffi..., ſi teſtentur ſecundùm jus canon. Ratio: ubi jus civile,

vile, & can. diſcrepant, Clerici non ſubjacent legibus vilibus, ſed Canonicis *c. 9. de for. comp.*

12. Quid ergò obtinet de jure can. circa t- ſtamenta ad pias cauſas?

Talia teſtamenta tam in foro can. quàm civili non quirunt ſolennitates juris civilis, ſed ſufficiunt duo ſtes, modo cœteroquin adſint ea, quæ de jure natur & gentium requiruntur ad valorem teſtamenti Reiffen *hìc n. 138. junct. num. 146.* & intermediis, & pr batur *ex c. 11. h. t.* Ratio eſt; quia ejusmodi ſtamenta juxta communem regulantur ſecundùm gentium, quo jure non habemus ſolennitates; Eng *hìc num. 18.* & quia in cauſa & materia ſpiritua quale eſt teſtamentum ad pias cauſas ſervandum eſt jus nonicum in utroque foro. arg. *c. 7. & c. 10. de conſt.* Imo, ſi de voluntate defuncti aliunde v. gr. per ſcript ram indubitatam, ſufficienter conſtet, tunc nec duo ſtes abſolutè requiruntur, ex dicta ratione cit. Eng *d. n. 18.* & Pichl. *n. 39. h. t.* Confer Reiffenſt. *n. 15* Præterea non requiruntur, ut teſtes ſint rogati. Ite poſſunt in ejusmodi teſtamentis tanquàm teſtes interve re fæminæ. Ratio: quia & teſtium rogatio, & quòd f minæ in teſtamentis non poſſint eſſe teſtes, eſt ſolennit juris civilis. idem Reiffenſt. *n. 154. cum ſeq.*

13. Valentnè ergò etiam teſtamenta a pias cauſas eorum, qui ſolo jure civili ſunt in habiles ad teſtandum, quales ſunt filiifamili prodigi, damnati ad ultimum ſuppli- cium &c.?

Valent ſimiliter ex dicta ratione. Accedit *L.* *C. de SS. Eccleſ.* ubi Imperator unicuique absque ul

lim

...tione concedit facultatem teſtandi ad pias cauſas.
... *h. t. n. 4.* Confer. Reiffenſt. *n. 321. cum ſeq. tit.*
... Quod tamen intellige, ut procedat de iis bonis,
...m perfectum dominium habent. Hinc ſi damna-
...iquis ſit ob crimen, cui confiſcatio bonorum eſt
...a, teſtamentum illius, nec ad pias cauſas ſubſiſtit.
...r quia filius familias peculii profectitii dominus non
...; de eo quoque ſaltem ſine conſenſu patris nec ad pias
...s teſtari poteſt. cit. Reiffenſt. *n. 321. cum ſeqq.*
...atem etiam quoad peculium adventitium, in quo pa-
...competit uſus fructus, conſenſu patris opus neceſſario
...abit? vide Engel *n. 7. h. t.*

4 *Quid dicendum de legatis profanis ... teſtamento principaliter ad pias cauſas ſine ſolennitatibus condito, relictis?*

...o valore ejusmodi legatorum reſpondet P. Engel
... *. 19.* ex ratione, quia acceſſorium ſequitur prin-
...pa. Accedit quòd jure Novell. valeant legata extra-
...eis relicta in teſtamento Patris inter liberos. *auth.*
... *ſine C. h. t.* Non obſtante *L. 12. §. ex im-*
...ecto C. h. t. & L. fin. c. famil. hercis. quia hi
...s intelliguntur de perſona extranea, quæ una cum
...s eſt hæres inſtituta.

5 *Valentnè autem ſimiliter legata pia ... ſtamento principaliter ad profanas cauſas conjecto, ſed ob defectum ſolennitatum, vel alia de cauſa deſtituto?*

...alere ea quoque rectiſſimè cenſet idem Engel
... *. 20. h. t.* Ratio patet ex dictis, quia in le-
...ati relictis ad cauſas pias nullæ deſiderantur ſolennita-
tes

tes juris civilis, ſi verò hæres non vult adire, poteſt
lud adire pia causâ per Novell. *1. c. 1. ſ. 1.* ubi h
rede ſcripto non adeunte datur poteſtas legatariis,
fidei Commiſſariis illud adeundi, & voluntatem defun
adimplendi.

16. *Quid juris, ſi teſtator quidem incep facere teſtamentum, ſed morte præoccupatus non perfecit?*

Si ſufficienter conſtat de perfectâ teſtatoris volun
te, legata pia non erunt inutilia per jam dicta, ſecus
teſtator voluntatem ſuam perfectè non declaravit, ut
gr. quia tantùm locutus eſt, ſe hoc, vel illud alicui p
cauſæ ſuo tempore relicturum, quia tunc deficeret co
ſenſus plenus, & abſolutus, qui tamen jure natur
deſideratur ad omnem actum legitimum. Engel *hic*
num. 20. q. 15. Sed de hoc vide pleniſſimè Re
fenſt. *num. 166. cum 4. ſeq. h. t.* plura tandem
materiam hujus tit. ſpectantia doctè & ſolidè ſuppe
tat idem Author: & in ſpecie circa illam quæſtioner
an & quomodo teſtamentum ſolennitatibus deſtitutu
valeat, vel non valeat pro utroque foro *ſ. 4. &*
nec non de executionibus, & executione teſtament
rum, ac voluntatis ultimæ commutatione *ſ. 23. p*
tot. Confer. quoad prædicta Schmalzgr. *num.*
cum 4. *ſeq. & ſ. 7. & 8. per tot. junct. ſ. 9.*
portione Canonica Epiſcopali.

TIT.

TITULUS XXVII.

De Succeſſionibus ab inteſtato.

1. *Quid eſt ſucceſſio ab inteſtato, & quando ei eſt locus?*

Succeſſio ab inteſtato eſt hæreditatis legitimæ extra caſum ultimæ voluntatis defuncti acquiſitio. *ot tit. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* locus ei eſt ur, quando ſuccedi ex teſtamento non poteſt, vel, qui defunctus nullum condidit, vel quia eſt non jure ac m, aut ex poſt deſtitutum, ruptum, vel annullat. Schmalzgr. *hic num. 1. & 2.* Pichler *hic num. 1.*

2. *Quo ordine defertur ſucceſſio ab inteſtato?*

Ordo iſte deſcribitur in Nov. 118. juxta quam ſucceſſio ab inteſtato defertur primo loco deſcendentibus, ſecundo aſcendentibus, tertio collateralibus, quarto conjugi ſuperſtiti, & quinto tandem omnibus deficientibus ſuccedit fiſcus. De his omnibus pleniſſimè tractant Interpretes Juris civilis ad Inſtit. *& ff. h. t.*

3. *Quomodo ſucceditur Clericis ab inteſtato?*

In bonis patrimonialibus, & quaſi patrimonialibus, de quibus ſupra in tit. de pecul. Cleric. ſuccedunt, qui Clericis ſunt ſanguine juncti, & quidem eo ordine, quô jure civili deſcendentes, aut collaterales ſuccedunt, cum jure canonico circa hoc nihil ſit immutatum. Engel *hic num. 20.* Schmalzgr. *num. 56.* Hinc, ſi Clericus liberos juſtos, puta ante Clericatum in matrimonio ſuſce-

ſuſceptos : vel in locis, ubi Clericis uſus matrimonii conceſſus, uti in Eccleſia Græca, ex matrimonio pr creatos habuerit, illi procul dubio primo loco ſuccedu & his deficientibus ſucceſſio primùm aliis defertur. I beri autem illegitimi ad ſucceſſionem penitus non adm tuntur, eò, quòd non tam naturalibus, quàm poti adulterinis adnumerentur, quibus non datur hæredit ne quidem matris. *auth. ex Complexa C. de i ceſt.* ſed alimenta duntaxat. idem Engel *num.* 2 *in fin. h. t.*

4. *Quid ſi defuncto Clerico nulli ſint agn ti vel cognati?*

Tunc Clerico ſuccedit Eccleſia, vel altare, cui ſ vivit, tanquàm uxor ſpiritualis *c. 1. h. t.* ſi nullu habuit beneficium, tunc ſuccedit fiſcus Epiſcopi. v cit. Engel *hìc num. 22.* In multis tamen locis (forte etiam hìc) bona patrimonialia Clericorum, ſi teſtati, & abſque ſanguineis decedant, apprehendit fiſ ſæcularis excluſo Eccleſiaſtico. Schmalzgr. *hìc n.* Confer Schambog. *h. t. n. 3. cum 4. ſeq.*

5. *Quis ſuccedit in bonis intuitu Eccleſ quæſitis?*

In his, procul dubio ſuccedit Eccleſia, excluſis c ſanguineis *c. 1. & c. fin. de pecul. Cleric. c. 7. c. 11. de teſtam.* vide Schmalzgr. *hìc n. 56. cum ſ* Niſi aliud habeat conſuetudo, vel ubi viget jus ſpolii, gore cujus bona Eccleſiaſticorum Cameræ Apoſtolicæ plicantur. idem Schmalzgr. *n. 58.*

6. *Quis*

Quis ſuccedit Clerico peregrino in aliquo loco ab inteſtato decedenti?

De his exſtat conſtitutio in *auth. omnes pere-ini c. commun. de ſucceſſ.* ubi ſtatuitur, ut, ſi tales rici inteſtati deceſſerint, bona ipſorum per manus Epi-pi, ſi fieri poſſit, hæredibus tradantur, vel in pias cau- erogentur, & ſi hoſpes aliquid ex talium bonis acce-rit, jubetur Epiſcopo triplum reſtituere, quibus ei viſum rit applicandum. Cui proinde inhærendum, niſi, & ca hoc alia obtineret conſuetudo. Schmalzgr. *n. 2. h. t.*

Quis ſuccedit Novitio ante profeſſionem in religione decedenti?

Vel fecit aliquam de rebus ſuis diſpoſitionem, vel non it. Si fecit? tunc procul dubio ad eum pertinet hære-as, cui illam reliquit, aut aliàs per ceſſionem, vel do-tionem tranſtulit: ſive is demum ſit ipſum Monaſte-m, ſive alius. Quia unusquisque de rebus ſuis diſpo-ndi liberrimam habet facultatem, quæ Novitiis nullibi adempta. Si verò non fecit? tunc ſunt quidem ali-i, & in ſpecie Finſterwald. *L. 4. Obſerv. 25.* qui pu-t tali caſu bona Novitii Monaſterio acquiri excluſis redibus ab inteſtato. per *auth. ingreſſi c. de SS. Ec. ſ.* Communior tamen eſt ſententia contraria fave-redibus ab inteſtato: cujus ratio eſt; quòd N[illegible] verus ndum profeſſus, non cenſeatur unquàm [illegible] redire: ligioſus, eò, quòd ſemper potuerit ad [illegible]ulum redire: ut ergò ante profeſſionem perſonar[illegible]uam cum effectu huc non obtulit Monaſterio, i[illegible] nec bona. Nec obſt. th. cit. quia loquitur de ja[illegible] profeſſis. Perill. D. Kees ad ſtit. h. t. n. 16.

8. *Quid juris in Religioſo profeſſo, ſi ante profeſſionem non diſpoſuerit?*

Quia Religioſus per profeſſionem in religione en ſam ſe, & ſua bona ſubitò in Monaſterium transtu d. *auth. ingreſſ. c. de SS. Eccleſ.* hinc religio vel eſt bonorum capax, vel non: ſi primum? tunc b na profeſſi quocunque titulo quæſita ex tunc ſtatim tr ſeunt ad Monaſterium. *auth. ingreſſi cit. & auth qua mulier* Canonizata *in can. 7. & can. 9. ca 19. quæſt. 3.* Si ſecundum? tunc ſtatim devolvuntur hæredes illius ab inteſtato perinde, ac ſi morte natu fuiſſet defunctus, utì eſt communis omnium ſenſus doctrina. Schmalzgr. *hìc n. 67. cum ſeq.* Confer Scha bog. *n. 10. & ſeq.*

9. *Sed debeturnè tali caſu ſaltem liber, vel parentibus, ſi quos in ſæculo reliquit, legitima?*

Non eſt dubium, quin debeatur, patet de filiis & aliis deſcendentibus ex *cit. can. 9. cauſ. 19. quæſt. 3.* & *auth. ſi qua mulier C. de SS. Eccleſ.* de parentibus v rò, & aliis aſcendentibus conſentit communis teſte Schmalzgr. *hìc n. 79.* Schambog. *n. 13. eod. tit.*

10. *Quando autem iſta legitima deb extra[illegible] an ſtatim poſt profeſſionem, an ver[illegible] primùm poſt mortem?*

Volunt nonnulli poſt mortem primum eſſe extrad dam per *auth. ſi qua mulier cit.* & quia viventis nu eſt hæreditas, ſed probabilius eſt ſtatim deberi I. c. 14. de Regular. II. argumento *a pari ex L. 56.* de Epiſcop. & Cleric. ubi mulier, ſi maritus profitea ri-

igionem, mox lucratur dotem ex pacto ſibi debitam
ſt mortem mariti. vide cit. Schambog. *num. 14.* &
hmalzgr. *n. 80. h. t.*

1. Retinentnè etiam Religioſi, & Monachi jus ab inteſtato ſuccedendi ſuis parentibus, vel conſanguineis?

Retinent omnino, uti patet ex *L. 56. §. 1. de Epiſcop. Cleric.* ita tamen, ut non ſibi, ſed Monaſteriis acquint, exemplo ſervi: & quia per profeſſionem ſe, & ſua na Monaſterio mancipant. *cit. auth. ingreſſi C. de S. Eccleſ.* idque procedit ſine diſtinctione, an medicant ſint, nec nè. arg. *Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. de Regular.* is minoribus de obſervantia, & Capucinis, ac Profeſſis, Coadjutoribus formatis in ſocietate, nec non eorum mibus profeſſis exceptis, juxta dicta ſupra de teſtam. 14. Perill. D. Kees. *Inſt. h. t. n. 14. cum ſeq.*

TITULUS XXVIII.

De Sepultura.

1. Quid eſt ſepultura?

Epultura in jure tripliciter accipitur. I. Pro jure ſepeliendi corpora ſeu cadavera mortuorum. II. Pro loco ipſo, in quo cadavera ſepeliuntur, & III. pro actu, ritu, ſeu officio, quod in ſepeliendis humanis corporibus impenditur. In præſenti præcipuè eſt ſermo de ſepultura ſecundo modo accepta, qualiter ſumpta definitur, quòd ſit locus Religioſus authoritate Epiſcopi deputatus ad tumulanda fidelium piè decedentium corpora, arg. *c. 3. h. t.* 14. *de Relig. domib.* vide Reiffenſt. *hic n. 2. cum ſeq.*

2. *Quæ loca hodie ejusmodi ſepulturis d… putari poſſunt vel debent?*

Talia hodie ſunt Cœmeteria, vel Eccleſiæ, quam… enim olim in Eccleſiis ipſis nullus laicus, ſed tantùm E… ſcopi, Abbates & Presbyteri digniores ſepeliri potueri… *can. 18. cauſ. 13. q. 2.* Hodie tamen id etiam laicis p… mittitur. *can. 17. cauſ. & q. cit.* Pichler *h. t. num.* Engel *n. 1.* Confer Reiffenſt. *n. 4. & .4 ſeq.*

3. *Competitnè omnibus Eccleſiis jus… ſepulturæ?*

Minimè. Sed regulariter jus ſepeliendi debetur præ… sè Eccleſiis parœcialibus *Clement. Dudum §. hujusm… di h. t.* Ex privilegio tamen etiam aliis Eccleſiis com… tere poteſt, prout patet ex cit. Clement. Imo ex ge… rali conſuetudine, vel privilegio defacto omnibus M… naſteriis Regularium jus ſepulturæ competere (ſalt… quatenus ibi ſepulturam aliquis ſibi elegerit,) teſtis eſt … perientia. Engel *hic n. 3.* Confer Reiffenſt. *eod. tit… 29. & ſeq.*

4. *Ubi, ſive in qua Eccleſia vel cœme… rio quis ſepeliendus?*

Niſi quis habeat ſepulturam majorum, vel ſibi ipſi e… gerit, ſepeliendus eſt in cœmeterio Eccleſiæ ſuæ Paroc… lis, ubi vivus ſacramenta frequentare ſolebat. *c. 1. & … h. t. c. 1. eod. in 6.* adeò, ut, licet quis extra Paroch… moriatur v. g. in villa ſua, ubi recreationis causâ com… rabatur, nihilominus in Parochia ſui domicilii, ſi com… dè deferri poſſit, ſepeliendus ſit. *c. 3. h. t. in 6.* Ra… quia ſicut ad Parochum tanquàm proprium Paſtorem … ctat fideles ſuos adhuc vivos paſcere verbo Divino, & …

ere ſacramentis &c. ità ad eundem pertinet providere mortuis de ſacra ſepultura. Schmalzgr. *hìc n. 38.* Engel *d. tit. n. 4. verſ. quòd ſi denique.* Quòd ſi defunctus in duabus Parochiis domicilium habuit, in illa ſepelitur, in qua deceſſit, vel ſi extra utramque mortuus ſit, in ea, ad quam arbitrio amicorum commodiùs deportari poteſt. *arg. c. 2. h. t. in 6.* vide cit. Schmalzgr. *n. 40. t.* Peregrini verò, item milites, vagabundi &c. ſepeliendi ſunt in Parochia loci, ubi decedunt, præſertim à Parocho talis loci petierint ultima ſacramenta. Pichler *hic n. 7.* vide tamen etiam P. König *h. t. n. 9.* de reliquis verò, in ſpecie de clericis ſæcularibus, Religioſis, eorumque novitiis, famulis item, ac ſervitialibus, ſi extrà ſepta Monaſterii decedant, vide Reiffenſt. *à n. 13. uſque ad 21.*

Cur dictum: niſi quis ſepulturam habeat majorum, vel ſibi elegerit?

Quia ſi quis ſibi ſepulturam elegit, ibi ſepeliendus eſt. *c. 1. h. t. & c. 1. & 2. eod. in 6.* Pariter ſi majores aliquam determinatam ſepulturam habeant, in ea ſepeliendus eſt defunctus, quia tacitè hanc ſibi elegiſſe videtur, dum ſibi à majoribus paratam novit, nec tamen voluntatem contrariam declaravit. *c. 1. h. t. c. 3. eod. in 6.* vid Reiffenſt. *n. 11.* & Engel *n. hìc.* Confer Schmalzgr. §. *3. per tot. eod. tit.* Excipitur mulier, quæ ſi ſepulturam non elegerit, non in ſepulchro majorum, ſed mariti, & ſi plures habuit, ultimi, ſepelienda eſt, ut quos conjunxit unum conjugium, & quorum mens una ſemper fuit, ſepultura non ſeparet. *c. n. 2. & 3. quæſt. 2. c. 3. h. t. in 6.* Engel *n. 5.* an autem idem quoque vice verſa obtineat in marito, ſi is ſibi ſepulturam non elegerit. vide cit. Reiffenſt. *num 24. cum ſeq.* & Schmalzgr. *n. 34.*

6. *Eſtnè cuilibet libera ſepulturæ electio*

Cuilibet utriusque ſexûs pubertatem adepto perm-ſum eſt regulariter eligere ſepulturam, modò locus, que eligit, jus ſepulturæ habeat. *c. 1. h. t. c. 3. 4. eod. in*. Excipiuntur tamen I. impuberes. *c. 4. h. t. in 6.* II. D-mnati ad mortem. *arg. Clem. 1. de pœnit. & rem.* III. Religioſi profeſſi, utpote proprium velle, & nolle n-habentes, niſi procul à ſuis Monaſteriis decedant, vel b-neficium Eccleſiaſticum poſſideant extra clauſtra. No-tii verò utpote adhuc obedientiam non profeſſi liberè ſ-ſepulturam eligere poſſunt. Quod etiam de Prælatis ſ-ve Abbatibus paſſim traditur, modò tamen juſta & rat-nabilis cauſa concurrat, nè cæteroqui bonam ſuorum M-naſteriorum opinionem lædant. *c. fin. h. t. in 8.* P. E-gel *h. t. n. 10.* Reiffenſt. *n. 42. cum ſeq.* Quomo-autem in tali caſu, quando v. g. apud regulares aliquis ſe-pulturam ſibi elegit, funus conduci, & quid circa hoc o-ſervandum ſit? vid. apud eund. Reiffenſt. *n. 34. cum tr. ſeq.*

7. *Sed quid conſequitur Eccleſia Parochia-lis, ſi Parochianus alibi ſepelia-tur?*

De jure debetur Eccleſiæ Parochiali portio Canonica omnibus bonis (exceptis, quæ pro fabrica Eccleſiæ, orn-mentis, anniverſario, ſeptimo, vigeſimo, legantur *c. fin. teſt.*) quæ ratione ſepulturæ obveniunt Eccleſiæ, qua defunctus ſepelitur. Quæ etiam portio funeraria, ſ-ve quarta funeraria appellatur. *c. 9. & 10. h. t.* de q-vid. Reiffenſt. *hic n. 46. cum 12. ſeq.* & Schmalzgr. *7. per tot.* Hodie conſuetudine plurimorum locoru-portio hæc in deſuetudinem abiit: & Parochiali Ecc-ſiæ tantùm ſolvitur taxa ſtolæ, de luminibus, tumba, aliis verò nihil eidem præſtatur. An verò Parochus Eccl

..cleſia Parochialis in ejusmodi caſibus prætendere ſaltem ..ſſit, ut apud ſe celebrentur conſuetæ exequiæ, & officia ..nebria? vid. Pichler *n. 4. cum ſeq.*

8. *Licetnè autem aliquid accipere pro ſepultura?*

Pro ipſa ſepultura ſive loco, & exequiis nullo modo ..cipere aliquid vel exigere eſt permiſſum, uti ſunt textus ..erti *in c. 13. h. t. cum ſimilib. Concord. c. 9. de Si-..onia*, ubi horribile eſſe dicitur, pro ſepulturis & exe-..iis mortuorum aliquid exigere. *junct. c. 8. eod. tit.* ..bi etiam reprobatur omnis conſuetudo contraria.

... *Sed quomodo tamen ſalvatur conſuetudo, quâ hodie paſſim pro ſepulturis certæ taxæ penduntur & exiguntur?*

Hanc conſuetudinem communis DD. propterea ſalvat, & à labe Simoniæ excuſat, quòd pecunia hæc non detur p.. ipſo loco ſacro, in quo quis ſepelitur, ſed vel pro con-..ſervatione cœmeterii, ſuſtentatione cantorum, ſpeciali la-b..e, ſuſtentatione Parochi, præſertim cum decimæ per-ſ..ales paſſim ſint abrogatæ. Præterea pecunia, non exi-g..ir pro loco ſacro, ſed pro obligatione Eccleſiæ, quâ ſe o..igat, quòd nullum alium velit ad eundem locum ſepeli-re.. quæ obligatio utique eſt quid temporale. Interim ta-m..n ſub hoc prætextu defunctorum cadavera, donec jura ſt..æ perſolvantur, inhumata relinquere non tantùm ſem-p.. illicitum, ſed etiam damnabile eſt, ac ob id ejusmodi in..ſcretos & turpi avaritia correptos Parochos graviter per o..inarios eſſ.. coërcendos paſſim notant DD. vide quoad h.. fusè Reiffenſt. *h. t. à n. 65. usque ad n. 75.*

10. Gaudentnè omnes ſepulturâ Eccleſiaſticâ?

Gaudent regulariter omnes fideles piè & religiosè functi *can. 28. cauſ. 13. q. 2.* etiam ad mortem condemnati, niſi crimen & pœna legibus ſtatuta aliud exi[gat] vid. Reiffenſt. *hìc n. 76.* & qui aliàs per SS. Can. eâ i[ndi]gni reputantur.

11. Qui ſunt indigni ſepulturâ Eccleſiaſticâ?

Tales ſunt omnes I. infideles, veluti Judæi, Turcæ *can. 27. & ſeq. de conſecr. diſt. 1.* quò etiam perti[nent] infantes fidelium ſine baptiſmo decedentes. cit. Reiffe[nſt.] *hìc n. 77.* confer Schmalzgr. *n. 71.* II. Hæretici, [eo]rumque in crimine hæreſeos defenſores, fautores, ac r[ece]ptatores *c. 8. & 13. de hæret. c. 2. eod. in 6.* niſi co[n]ſuetudo in iis præſertim locis, ubi hæretici cum Catho[licis] ſunt commixti, vel gravis metus excuſet, vid. Pic[hler] *hìc num. 11.* III. Excommunicati, non tolerati, *c.* [...] *h. t.* & probabiliter etiamtolerati, ſi publicè conſtet de [ex]communicatione. P. Engel *cit. n. 19.* niſi ante obitum [de]diſſent ſigna pœnitentiæ, & voluntatis præſtandi ſati[sfa]ctionem, quò tamen caſu priùs, etiam jam mortui, ab[ſol]vendi forent à cenſura. cit. Pichler *hìc num. 10.* Co[nfer] Schmalzgr. *num. 57. cum 6. ſeq.* Excommunicatis [an]numerandi notoriè interdicti. *Clement. 1. h. t. c.* [...] *de ſent. excom. in 6.* IV. Uſurarii manifeſti, niſi p[ri]us quoque dederint ſigna pœnitentiæ, & reſtitutionem fecer[int] vel idoneam cautionem de ea. V. Raptores, & Incen[dia]rii *c. 2. & 5. de rapt.* VI. Decimas Eccleſiæ deb[itas] injuſtè detinentes *c. 19. de deci.* VII. Maledici, [&] blaſphemi *c. 2. de maled.* Imò omnes in notorio p[ec]cato mortali decedentes, ut ſi in ipſo crimine furti, vel [ad]ulterii interempti ſint. *can. 19. & 21. cauſ. 13. quaſt.*

VIII. I[n]-

II Religioſi proprietarii *c. 2. & 4. de ſtatu Monach.* I. Qui omiſerunt confeſſionem Paſchalem. vide tamen gel *hìc num. 20.* X. Suicidæ, qui ſe ipſos volunta- & ſponte occiderunt, nimirùm ex iracundia, deſpera- ne, non verò mente capti aut fatui. vide Schmalzgr. *67. cum duob. ſeq.* XI. Qui in torneamentis oc- mbunt. *c. de torneament.* aut in duello formali, ſci- et ex condicto, ſtatuto tempore, & in loco convento ſtituto, etiamſi pœnitentes moriantur. *Trid. ſeſſ. 125. Reform. c. 19.* aut duellum honoris defendendi cau- ſuſcepiſſent. Engel *hìc n. 22.*

2. *Quid juris ſi defacto aliquis ex ejus-modi indignis in loco ſacro vel Eccleſia ſepultus fuerit?*

De excommunicatis conſtat *ex c. 12. h. t. & c. 7. de nſecr. Eccleſ.* quòd iterùm exhumari, ſi oſſa diſcerni ſſint, & Eccleſia vel cœmeterium reconciliari debeat, ac nec hoc fiat, nemo interea ibidem ſepeliri poſſit. *un. de conſecr. Eccleſ. in 6.* Idem de infidelibus paganis tenet communis DD. ſchola teſte Reiffenſtuel *c num. 91.* An autem idem quoque de reliquis indi- is procedat? vide eund. *eod. tit. n. 92.*

13. *Quæ ſunt pœnæ ſepelientium in-dignum?*

I. Incurrunt reatum peccati mortalis, quia in re gravi olant præceptum Eccleſiæ. Pichler *n. 12.* II. Sepelientes communicatum non toleratum, vel nominatim interdi- um, aut manifeſtum uſurarium, incurrunt excommu- cationem *cap. 2. de hæret. in 6. Clement. 1. h. t.* chmalzgr. *hìc num. 53. cum ſeq.* Qui autem ſepe- nt non indignum, ſed tantùm alienum Parochianum vito Parocho, debent reſtituere corpus ſeu cadaver, unâ

cum omnibus, quæ ratione illius acceperunt. *c. 5.* ... *10. h. t.* idem Schmalzgr. *n. 77. hìc.*

TITULUS XXIX.

De Parochiis & alienis Parochiais.

1. Quid eſt Parochia, & qui Parochiani?

Parochia eſt locus, in quo degit populus certæ alicui Eccleſiæ deputatus. Parochiani verò dicuntur, qui ... modo certæ alicui Eccleſiæ ſubjecti ſunt. Engel *hìc. n.* ... Confer Reiffenſt. *n. 3.* & Schmalzgr. *n. 2. eod. tit.* ... itaque, qui intra limites Parochiæ alicujus ſtabiliter habitant, ac domicilium ibi fixerunt, ſive Clerici ſint, ... laici, dicuntur proprii Parochiani reſpectu illius Paroc... reſpectu alterius verò, in cujus Parochia domicilia non habent, alieni. Sicut autem aliquis in duobus locis poteſt habere domicilium, ità & poteſt eſſe utriusque Paro... proprius Parochianus. Pulchrè Engel *h. t. num. 23.* ... etiam notat, quando quis cenſeatur duplex domicilium conſtituiſſe, ad hoc ut Parochianus utriusque Parochi... poſſit.

2. Quæ dicitur Eccleſia Parochialis?

Parochialis Eccleſia eſt, quæ habet populum certis limitibus diſtinctum, & certum eumque unum Rectorem cum poteſtate fori pœnitentialis, id eſt ligandi & ſolvendi, & ſubditis Sacramenta adminiſtrandi; hæc enim tria ſcilicet certus populus, certus & unus Rector, & poteſtas fori pœnitentialis neceſſariò concurrere debent, ad conſtitutionem Eccleſiæ Parochialis. vide Schmalzgr. *hìc n.* ... & Reiffenſt. *à dict. num. 2. usque ad n. 8.* Dicitur etiam quandoque Plebanalis, baptiſmalis, item Eccleſia matr...

...trix, ſumptô hoc vocabulô largè, & ſi ſub ſe conti-...t alias Eccleſias, vel Capellas, nam in rigore Eccleſia ...trix dicitur Eccleſia Cathedralis, ſeu Epiſcopalis. *Vien. h.t.n. 1.*

3. *Cujus eſt deſignare limites Parochiarum?*

Id pertinet ad officium Epiſcopi. *Trid. ſeſſ. 24. cap. ... de Reform.* nam ſi Parochianorum numerus in tantùm ...reſcat, vel locorum diſtantia faciat, quò minùs præſer-...i tempore hyemali populus ad unam Eccleſiam com-...dè pervenire, vel ægrotantibus Sacramenta deportari ...ant, poterunt Epiſcopi novas Parochias etiam invitis ...toribus exigere, & pro ſuſtentatione novorum Paro-...rum competentem portionem ex redditibus matricis ...leſiæ aſſignare, aut his non ſufficientibus populum ad ...henta novis Parochis præſtanda compellere. *Trid. ſeſſ. ... Reform. c. 4.* Et ex adverſo, ſi aliqua Parochia ad ...am paupertatem devenerit, ut ex ejus redditibus Pa-...ius ali nequeat, nec per unionem beneficiorum ſim-...lium ei provideri poſſit, ex duabus Parochiis unam Pa-...chiam facere. *Trid. cit. ſeſſ. 1.* vide dicta ſuprà ad *tit. ... benefic. Eccleſ.* add. de limitib. Paroch. Schmalzgr. ...*h.t. per tot.* Engel *hìc num. 2. cum ſeq.*

... *Quæ ſunt jura Eccleſiæ Parochialis?*

Eccleſiæ Parochiales habent jurisdictionem fori inter-ni ſive pœnitentialis. Item jus aſſervandi Euchariſtiam, fo... em baptiſmalem, nec non habendi cœmetrium, & jus ſepliendi defunctos, item jus decimas, & oblationes per-cipiendi, cum pluribus aliis ſimilibus. De quibus Scmalzgr. *hìc n. 9. cum trib. ſeq.* Jurisdictio verò fori externi Parochis nullatenus competit. P. Engel *h. t. num. 21.*

5. Si

5. Si quæ Eccleſia habeat hæc jura, e[t-] nè hôc ipsô ſtatim judicanda Parochialis?

Præciſè ex his juribus non probatur aliquam Eccl[eſi]am eſſe Parochialem, ſicut nec econtrariò ex defectu h[orum] jurium reprobatur; eò quòd ſimilia poſſint etiam [a]liis Eccleſiis ex privilegio, præſcriptione vel conſuet[ud]ine competere: quando tamen conſtat, Eccleſiam alic[u]am eſſe Parochialem, tunc quoad omnia præcitata jura [h]abet fundatam intentionem. P. Engel *h. t. n. 6. cum d[e]b. ſeq.*

6. Quod eſt officium Parochi?

Parochi officium eſt ſuis Parochianis Sacramenta (c[on]firmatione, & ordine exceptis, quæ muneris Epiſco[pa]lis ſunt,) adminiſtrare, pueris quoque, & rudibus cat[echi]ſare, & miſſas præſertim diebus Dominicis, & fe[ſtis] celebrare. *Trid. ſeſſ. 24. de Reform. c. 4.* Ipſum [ut] miſſæ ſacrificium pro ovibus ſuis offerre. *Trid. ſeſſ.* [...] *c. 1. de Reform.* Integram tamen miſſam non ten[etur] Parochus ſemper, ſed juxta boni viri arbitrium in maj[ori]bus ſolùm feſtivitatibus applicare; cùm obligatio ad [ce]lebrandum diverſa ſit ab obligatione ad applicand[um]. Accedit, quòd Parochus fructus non percipiat, ut ad [in]tentionem populi celebret, ſed ratione Paſtoralis ſui [of]ficii. P. Engel *h. t. num. 19.* Cœterùm an & quo[mo]do extra caſum neceſſitatis vicinus Parochus vel ſacer[dos] alienis Parochianis Sacramentà quoque adminiſtrare po[ſſit,] vide Schmalzgr. *n. 13. cum ſeq. h. t.*

7. Quod eſt munus Parochianorum?

Parochiani tenentur pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, [n]on alia Sacramenta in propria Parochia percipere, at[que] ibidem Miſſæ ſacrificium audire. *c. 2. h. t.* Hodie

nu-

... ſive per privilegia, ſive per conſuetudinem ferè ob... ...um eſt, ut Parochiani non obligentur miſſam audire, ... confeſſionem & communionem Paſchalem in propria ...chia percipere. Pichler *h. t. n. 3.* ſi tamen major ... Parochianorum alibi miſſam audire vellet, id à Paro... ...h non foret tolerandum. P. Engel *h. t. n. 28.*

TITULUS XXX.

...e Decimis, Primitiis & Obligationibus.

1. *Quid ſunt Decimæ?*

...Ecimæ ſunt decima, vel quota pars bonorum omnium ... juſtè acquiſitorum, Deo in recognitionem univerſa... ...ominii debita, & ipſius Miniſtris perſolvenda. P. En... ...*h. t. n. 1.* König *eod. n. 2.* dicitur autem vel *quo...* ...*ars*; quia non ſemper decima pars ſolvitur, ſed in... ...um duodecima, vigeſima, vel alia, prout etiam hìc in ...ria de agris plerumque quidem decimus merges aut ...vus die zehende Garmben / oder Schober / quan... ...e verò decimus quintus, imo decimus ſextus, de vi... ... autem duodecima vel decima ſexta urna zwölff⸗oder ...fzehende Emer pendi ſolet, quamvis portio illa ſem... ...vocetur & habeatur pro decima.

... *Quo jure ſunt introductæ decimæ?*

...olunt aliqui eas ad jus naturæ reducere, eò quòd ad... ...u ante legem gentes quædam decimas Deo perſolviſ... ...en, uti videre eſt apud Rebuff. *tr. de decim. quæſt. 1.* ...ed ...ectiùs idem Rebuff. *ibid. num. 9.* concludit, de... ...ns, ſaltem quatenus ſunt decima pars fructuum, lege ...Di in antiquo teſtamento eſſe inſtitutas, & per Moyſen ...pu...catas, ut perſolvantur à populo filiis Levi pro miniſte-

rio.

rio, in quo deſerviebant in tabernaculo. *Exod.* 2
& Levit. c. ult. dictante quadam ratione naturali,
eſt, ut recognoſcamus illum, qui hoc nobis dedit. (
fer Werndle *Tract. de decim. c. 4.*

3. *Quo jure hodie debentur decimæ?*

Vel eas conſideramus materialiter, quatenus nim
ſunt neceſſarium Miniſtrorum Eccleſiæ ſtipendium pro
neſta & neceſſaria eorum ſuſtentatione, vel formal
quatenus ſunt certa, & determinata portio v. g.
ma &c. Primo modo acceptæ etiamnum hodie jure
vino, imò naturali debentur, quia naturalis ratio di
ut qui alicui ſervitium præſtat, ab eodem ſtipendium
ſtum recipiat, & DEUS quoque præcipit, ut qui altar
ſervit, de altari vivat. Atque huc ſpectant text. *in can.*
cauſ. 16. q. 2. can. 1. cauſ. 16. q. 7. & c. 14. h. t.
ſimilib. Prout verò ſecundo modo conſiderantur,
communior præſertim recentiorum docet, eas non
jure poſitivo Eccleſiaſtico deberi: tum; quia in novo te
mento nullus textus, nullaque lex reperitur, ex qua
obligatio probari poſſit, tum, quia decimas taliter co
deratas ſive quoad quotam alterari, minui, imò tolli
ſe omnes concedunt, ita Pichler. *hic n. 9. cum ſeq.*
Schmalzgr. *num. 6. & ſeq.* vide tamen in contrari
Reiffenſt. *13. cum ſeq.* Cæterùm quando obligatio
vendi decimas per Eccleſiam introducta ſit? vide Wer
d. tr. c. 8. per tot.

4. *Quotuplices ſunt decimæ?*

Juxta communem interpretum diviſionem aliæ
profanæ, quæ ſunt ſpecies quædam tributi, quod o
temporales Domini ſubditorum prædiis imponebant,
quibus vide Tholoſſ. in Syntagm. *lib. 2. c. 20. num.*
quò revocari poteſt decima illa hic in Auſtria uſitata, vu

Berg-Recht. Aliæ Eccleſiaſticæ, quæ ſcilicet leſiis, & Clero ſolvuntur. Hæ porro dividuntur in diales, & perſonales. Prædiales ſunt, quæ debentur fructibus prædiorum, ut de vino, frumento, fæno &c. onales ſunt, quæ ſolvebantur de rebus, quas quis ſuâ ſtriâ, & operâ acquiſivit, veluti, ex negotiatione alia-rofeſſione. His aliqui addunt decimas mixtas, quæ icet ex fructibus pecorum, aliorumvè animalium ſol-tur. Verùm, cùm in jure harum decimarum nul-at mentio, communior DD. eas ad prædiales refert ngel *h. t. n. 1.* P. König *eod. n. 4.* Porrò ex de-s prædialibus aliquæ dicuntur majores der groß Ze-e)/ quæ ſolvuntur ex vino, frumento &c. Aliæ mi-s, ſive minutæ, der kleine Zehend / quæ ex fructibus orum, fœtibus animalium, aliisque rebus minutis tantur. Schmalzgr. *h. t. n. 5.* Inter has verò aliæ decimæ antiquæ, aliæ novales. Novalia autem, vel ſunt riè talia, quando videlicet fundus nunquàm cultus ad ltram redigitur, German: Neubrüch/ Neugerieth vel opriè, quando terra ante hac jam ſemel culta noviter m ad culturam reducitur, vel facie mutatâ v. g. ex prato , ex agro vinea efficitur. German. Aufbrüch. Pichler *v. 22.* & Schmalzgr. *n. 31.* alias diviſiones vide apud eiff. *quæſt. 2.*

5. *Quis tenetur ſolvere decimas?*

Decimas perſonales (ſicuti ſunt in uſu,) tenentur præ-iſè ſolvere omnes & ſoli baptizati, qui in ſpiritualibus lici Parocho ſubjecti ad percipienda ab eo Sacramenta un obligati. Pichler *hìc n. 14.* Ad decimas verò præ-ial obligantur omnes, quicunque in aliqua Parochia un s & prædia poſſident, niſi ab iis ſpecialiter ſint exem-ti. *24. t.* ut adeo etiam Principes ſæculares teneantur ad ec as: imò Epiſcopi quoque & Summus Pontifex de-en ſolvere decimas ex prædiis, quæ in aliena Parochia oſſi ent titulo temporali v. g. ex hæreditate, emptio-ne &c.

ne &c. quia poſt diviſionem Diœceſium, & Parochi
prædia unicuique Eccleſiæ deputata habent onus de
rum annexum, cùm quo ad quemcunque poſſeſſ
transeunt. Idem & multò magis eſt de aliis Cleri
Religioſis. Pichler *h. t. n. 1. cum ſeq.* latè Reifſt.
§. 3.

6. Quibus perſonis & Eccleſiis ſolven decimæ?

Olim, quando Diœceſes nondum erant in ſuas chias diviſæ, uniuscujusque diœceſeos decimæ pe bant ad clerum illius diœceſis, & colligebantur ab E po, qui deinde cum proportione eas diſtribuebat in cos illius diœceſis. *can. 1. & 3. cauſ. 17. quæ* At verò poſt diviſas Parochias decimæ jure ſaltem muni, non alii, quàm Parocho proprio ſunt ſolve adeo, ut is ſuper earundem perceptione habeat in jur datam intentionem adversùs quemcunque etiam E pum. *c. 24. & c. 29. h. t.* pulchrè Engel *hìc n. 3. ſeq.* confer Reiffenſt. *eod. tit. §. 5. per tot.* Ex tur tamen in jure communi quarta pars decimarum, alii quidam caſus, quibus Epiſcopo quoque integræ de tur decimæ, quos vid. apud Schmalzgr. *n. 28. h. t.*

7. Sed cui in ſpecie Parocho vel Eccl ſolvendæ ſunt decimæ?

De perſonalibus vide Schmalzgr. *hìc n. 28.* diales verò ſolvuntur ei Eccleſiæ Parochiali, in cuju ſtrictu ſita ſunt prædia, vel intrà cujus fines paſcuntu malia, ex quorum fœtura dantur. *c. 4. 13. & 16.* vide Pichler *h. t. num. 2.* Schmalzgr. *num. 29. ſeq.*

8. *Iſ-*

Poſſuntnè tamen aliis quóque Clericis non Parochis & Eccleſiis non Parochialibus ſæcularibus, & regularibus decimæ competere?

Poſſunt quandoque competere: & quidem I. ex privilegio Sedis Apoſtolicæ. *c. 27. & 30. h. t.* II. per ...ionem Eccleſiæ ad alteram. *can. 54. cauſ. 16. quæſt. ... & c. 30. cit.* III. Ex conſuetudine, ſi forte in aliquo ...o vel diœceſi obtineat, ut decimæ prædiales non ſolvan... Eccleſiis, ubi ſita ſunt prædia, ſed ubi poſſeſſores præ...orum percipiunt Sacramenta. *c. 18. & 20. h. t.* IV. ... præſcriptione *c. 29. 31. eod. & c. 4. ac 6. de præ...ript.* vide Picher *hìc n. 11.*

9. *Cui debentur decimæ novalium?*

In praxi graviſſima & quotidianis diſputationibus agita... eſt ipſa controverſia inter Dominos prædiorum, & de...atores, reſolutione Cæſarea quantocyùs non immeri... decidenda, ſtando autem in jure communi decimæ no...ium indubitanter pertinent ad Parochum loci, intra cu... Parochiæ fines conſurgunt. Si verò in loco nullius ...ochiæ fiant, tunc debentur Epiſcopo, quia ipſe eſt Pa...hus loci, qui proprium Parochum non habet. *text. ... c. 13. h. t.* Engel *hìc n. 7.*

...*. Sed quid ſi in aliqua Parochia præter Parochum alicui alteri quóque ex privilegio vel præſcriptione jus decimandi competat?*

Hìc diſtinguendum eſſe videtur, inter Novalia im...pria & propria. De novalibus impropriis decimæ ad ...i pertinent, qui aliàs in illo fundo ſive de jure, ſive ...rivilegio, aut conſuetudine jus decimandi obtinet. De

novalibus verò propriis probabilius (ſaltem regularite & de jure communi pertinent ad Parochum , & non eum , qui ex privilegio vel conſuetudine ibidem quoc decimas habet. Prima pars non habet dubitationem, de Pichler *hìc n. 29. cum ſeq.* Secunda probatur tu *ex c. 13. cit.* tum & maximè *ex c. 29. & 30. h.* ubi hoc clarè deciſum reperitur. vide cit. Pichler *nu. 26. cum ſeq.* ubi etiam ad contraria reſpondet.

11. Quare dictum ſaltem regulariter, de jure communi?

Quia data concluſio fallit, ſi pro poſſeſſore juris cimandi in aliena Parochia militet aliqua ſpecialis ra *c. 29. cit.* ubi Pontifex circa finem diſertè addit : *n ab his, qui aliàs percipiunt Decimas, rationabi cauſa oſtendatur, per quam appareat novali ad eos decimas pertinere.* Talis procul dubio e Si v. g. præſcribens præter ordinarium jus decimandi in per præſcriptionem juris purcipiendi decimas novali probare poſſit, demonſtrando, quòd hactenus de exurg tibus novalibus ſemper ſolitus fuerit decimas accipe Item ſi ex loco inculto hactenus utilitatem aliquam ſe per percepit v. g. ex ligno, glandibus &c. vel ſi deci proſcriptæ ſint intra limites certi prædii, & ibi pars ali inculta ad culturam redigatur , pulchrè Engel *hìc n.* De praxi verò circa novalia ſequens habetur conſtitu in Tract. *de jurib. incorp. tit. 6 § 5.* quod deci ejusmodi novalium poſt annos libertatis nach der Frey-Jahren / ad eos decimatores , ſive Eccleſia cos , ſive ſæculares pertineant , welche auf die Grund die Zehend-Gerechtigkeit haben , & excipi tur die freye Gründ : quomodo autem hoc ſit int ligendum, auf dieſen Grund / ſcilicet an particula importet illum ipſum fundum , ex quo novalia facta , verò territorium vicinum : Item quid propriè

n freyer Grund / hoc ibi non explicatur : & hinc illæ
quotidianæ contentiones. Confer Finſterw. *lib.3.Obſerv.*
18.

12. Quomodo ſolvendæ ſunt decimæ?

De perſonalibus vide *c. 28.h.t.* Decimæ verò prædiales ſolvi debent de fructibus integris nulla habita ſumptuum, vel ſeminis aut expenſarum deductione. *c. 4. 5. 8. 22. 23. 26. 28. & 33.h.t.* Pichler *hìc num. 38.* concordat praxis *in d. tr. de jurib. incor. cit. tit. 6. §. 14.* Qui autem & quando decimæ ſolvi debeant, item an non ſolutæ ſequantur poſſeſſorem prædii : vel an Parochiani eas ſuis ſumptibus devehere teneantur ? an, qualiter ab eo qui jus decimandi habet prohiberi poſſint, nè priùs ſine ſuo præſcitu decimas ſeparent ? vide Engel *hìc n. 11. 15. cum trib. ſeq.* Confer Reiffenſt. *à. n. 28. usque ad n. 39.* add. in ordine ad praxim cit. Finſterw. *lib. 3. Obſerv. 128. cum 4. ſeq. & Obſerv. 139. cum dub. ſeq.*

13. Poteſtnè etiam laicis competere jus decimandi?

Loquendo de jure communi diſtinguendum eſt inter jus decimandi directum & utile. Juris decimandi directi laici abſolutè ſunt incapaces. Ratio : quia jus hoc eſt jus ſpirituale *can. 68. cauſ. 16. quæſt. 1.* & competit clericis præcise propter ſpirituale miniſterium *can. 13. & 15. cauſ. 10. quæſt. 1.* quod non cadit in laicos, conſequenter nec illud; cùm naturalis ratio dictet, neminem ſtipendii eſſe capacem, qui non eſt capax miniſterii cui reſpondet ſtipendium. Et hinc illud nec poſſidere, nec præſcribere ullo unquàm tempore poſſunt. *c. 15. 17. 19. & 31. h. t. c. 7. de præſcript.* Reiffenſt. *hìc n. 13.* & Pichler *n. 12. cum ſeq.* ubi etiam ad contra-

ria reſpondet. Circa jus decimandi verò utile ſecern ſunt tempora ante, & poſt Concil. Lateran. Ante hoc cil poterant laici decimas obtinere, & paſſim obtine in feudum, ùt colligitur *ex c. 7.* de his quæ fiunt à *& c. 31. h. t.* ac fatentur omnes. At verò ver dictur ter. Concil. Epiſcopis hæc poteſtas eſt adempta, ita laicos juris decimandi etiam utilis tantùm, capaces re nequeant, *can. 1. cauſ. 16. quæſt. 7. c. 7. de ſcript. & c. 17. & 31. cit.* idem Pichler *d. n. 12.* Reiffenſt. *num. 134.*

14. *Sed quomodo ergò defendendi Laici jus decimandi hodie ſibi paſſim vindicantes?*

Non videtur alia eſſe ratio, quàm præſumptio & privilegii, quæ fundatur in tempore immemoria cujus initii memoria non exſtat. *arg. c. 1. de pr in 6. & c. 26. de V. S.* etiamſi titulus iſte vel privile hactenus probari nequeat. Quia enim tot annoru tervallo laici jus decimandi pacificè detinent, nemir dem quæſtionem movente, meritò præſumendum e juſtè poſſidere incepiſſe, ex privilegio videlicet conc ne Summi Pontificis, vel in feudatione ante Concil. Et quia varii ſunt caſus, ex quibus inſtrumenta perii perdi poſſunt, non debent propterea inquietari, nec Eccleſia in tot humanæ conditionis caſibus occaſi aucupari, Laicos privandi jure, quod fortè Majores ol clara in Eccleſiam merita obtinuerunt, ità Reiffenſt. *num. 141.*

15. *Sed quid intereſt, an Laici dica præſcripſiſſe decimas, vel an in illarum poſſ ſione ob immemorialitatem temporis relinquantur?*

Hoc intereſt, quòd Laicus, ſi poſſet præſcribere

ris, completa præſcriptione non teneatur eas reſtituere ſi ſibi conſtet de vitioſo titulo. Econtra, ſi relinquatur tantùm in poſſeſſione, ac deinde conſtet de vitioſo initio hujus poſſeſſionis, debet laicus decimas Eccleſiæ reſtituere, nam præſumptio cedit veritati. Et una præſumptio per aliam, vel plures fortiores eliditur: habet enim Parochus plures præſumptiones pro ſe. cit. Reiffenſt. *num. 142.* Confer circa hanc totam quæſtionem de his, Engel *h. t. à n. 25. uſque ad num. 41.* add. Gonis. tract. *de Decim. cap. 13. per tot.* Prodeſt enim iſta poſſeſſio ad hoc, quòd Laici jus decimandi eo modo poſſidentes poſſint per venditionem, donationem & ſimiles contractus in alios Laicos transferre, ut probat cit. Reiffenſt. *n. 145. eod. tit.*

16. *Quid juris circa hoc obtinet in praxi?*

Jure Auſtriaco Laici decimarum hactenus ſunt capaces, unde eas acquirere & præſcribere poſſunt, prout diſertè ſtatuitur in tract. *de jur. incor. tit. 6. §. 1.* in *verbis*: in dieſem Ertz-Hertzogthum ſeynd von Alters her ſowohl die weltlich als geiſtliche Perſonen der Zehenden fähig / wann ſie anderſt dieſelbe mit rechtmäßigen Titul oder Verjährung an ſich gebracht haben. Et hinc paſſim ſunt in Commercio Laicorum. vide Finſtervv. *lib. 3. obſ. 126. per tot.* Per hoc tamen non putamus pro his terris decimas penitùs eſſe ſæculariſatas, quin Eccleſia vel Parochus, ſi de juſto titulo, præſumpto ſaltem, non appareat, poſſit eas vindicare.

1. *Poſſuntnè decimæ Eccleſiaſticæ conſuetudine vel ſtatuto abrogari?*

Si per ſubtractionem decimarum Parochis & benefi-
ciatis

ciatis adimeretur neceſſaria ſuſtentatio, & media hor vivendi, nulla conſuetudine vel ſtatuto tolli nec abrc poſſunt, nè quidem de conſenſu & privilegio S. Pc ficis. Quodſi verò Clericis & Parochis aliâ viâ, ac mediis ſufficienter proſpiceretur, tunc nihil obſtat, talis conſuetudo, aut ſtatutum valeret. Ratio utriu patet ex dictis ſuprà in q. 3. Confer. Reiffenſt. *n. cum duob. ſeq. & n. 86. cum ſeqq.* Schmalzgr. *n. 59. & ſeq.* Et ſic in Auſtria, ac alibi multæ da Parochiæ, quæ nullas decimas percipiunt. Cæterùn rò per hoc quoque minimè putamus, ex eo, quòd rici aliunde fortè ſint divites, decimas eis propterea negari poſſe. Sicut Principi non propterea rectè d gantur tributa, quòd ſit locuples. Rebuff. *de dec q. 7. n. 14.* Confer. Reiffenſt. *hìc n. 114.* & Wer *tract. de decim. c. 8.*

18. *Quid juris, ſi aliquis oppona exemptionem, vel immunitatem?*

Tunc allegans debet eam probare. *c. 24. in fin.* aliàs pro Parocho reſpondendum, quia Parochus & cleſia eo nomine habet in jure fundatam intentionem dicta in q. 6. Hinc licèt aliàs ſpoliatus ante omnia reſtituendus. *c. 2. de reſtit. ſpol. in 6.* Spoliatus men à Parocho non reſtituitur *c. 2. de reſtit. ſpol. in* quod poſtremum verò tunc tantùm procedit, qua ſpoliatus in nulla, vel in modica tantùm temporis po ſione fuit. Engel *hìc n. 3.* Confer. Reiffenſt. *n. cum duob. ſeq.* & quoad praxim Finſtervv. *lib. 4. 139. per tot.*

19. Q

19. *Quomodo acquiritur immunitas ſive exemptio â decimis?*

Variis modis. I. Et principaliter per privilegium S. ontificis ùt patet *ex c. 10. & pen. h. t.* & ab inctione variorum ordinum, & Religionum, quibus c immunitas â Sede Apoſtolica eſt conceſſa. Vide hmalzgr. *hìc n. 53.* Reiffenſt. *num. 62. cum ſeqq.* I per transáctionem *c. fin. de rer. perm.* III. per reiſſionem ejus, cui debentur decimæ. *c. fin. cauſ. 16. q.* ita tamen ut niſi ſuperioris authoritas intervenerit, ta- contractus minimè obliget ſucceſſorem. *c. 8. de trans.* uis autem hac in parte ſit ſuperior? item, an privilegia ſmodi de decimis non ſolvendis ſint latæ vel ſtrictæ inpretationis, conſequenter etiam ad decimas novalium tendantur? vide quoad primum Engel *hìc num. 56.* oad ſecundum Pichler *eod. tit. n. 19.* Reiffenſt. *n.* *. cum. 4. ſeq.* Schmalzgr. *n. 50.*

20. *Poteſtnè etiam immunitas iſta acquiri præſcriptione, præſertim â Laicis?*

Omninò ut conſtat ex *c. 18. h. t. & c. 1. de præſ. in 6.* Nec obſtat, quòd laici non poſſint præſcri e decimas, quia alia eſt ratio acquiſitionis juris decindi, tanquàm rei ſpiritualis; alia immunitatis, quæ il ſpirituale involvit. vide Pichler *hìc num. 18.* antum autem tempus ad ejusmodi præſcriptionem ju communi ſit neceſſarium? Item an lapſo tempore non tùm præteritæ, ſed etiam futuræ decimæ cenſeantur eſpræſcriptæ? vide cit. Pichl. *n. 17. cum ſeq.* Confer. Igel *hìc à n. 49. uſque ad n. 53.*

21. *Quid circa hoc praxi obtinet?*

Hìc in Auſtria, ſi aliquis per 32. annos decimas n
perſolvit, non poteſt ampliùs ſuper iis ſolvendis inqui
tari. Requiritur tamen ut deſuper fuerit interpellatu
deinde quòd fundus potiori tempore cultus fuerit, & d
mum ſi per negligentiam tantùm conductoris vel Vaſa
exactæ non fuerunt, hoc Domino non præjudicat. U
hæc omnia diſertè deciſa ſunt. *ind. tr. de jur. incor*
cit. tit. 6. §. 10.

22. *Coram quo Judice lites ſuper decim ſunt tractandæ, ac quibus remediis peti debent?*

Quis jure communi in materia ſit Judex, vi
Schmalzgr. *§.* 4. Pichler *§. 3. h. t. per tot.* & Rei
fenſt. *à num. 159. uſque ad num. 166.* Jure A
ſtriaco res eſt expedita, quòd omnes decimarum cau
non tantùm in poſſeſſorio, ſed etiam petitorio coram e
celſo Regimine ventilari & decidi debeant: ſicut etia
ventilatur & deciditur jus patronatûs, teſte quotidiana e
perientia. Finſtervv. *lib. 4. obſ. 144.* Petuntur a
tem tum remediis petitoriis, tum poſſeſſoriis. de qui
vid. Rebuff. *de decim. q. 9.* Confer. Werndle *co*
tr. pag. 295.

23. *Quid ſunt primitiæ & quo jure debitæ?*

Primitiæ ſunt primi fructus, qui Dei beneficio
agris, vineis, hortis, arboribus percipiuntur, ac Deo
ſignum gratitudinis offeruntur, ita com. in lege veteri d
bebantur jure Divino, Exod. *23. v. 13. & 15. n. 18. v. 1.*
In lege verò nova ſolùm debentur ex præcepto Eccleſi
ſtico. *can. 6. diſt. 32. can. 65. c. 16. q. 1.* Verù
hod

die paſſim per contrariam conſuetudinem ſublatæ ſunt. ve Schmalzgr. *hìc n. 79. cum trib. ſeq.* & Reiffenſt. *n. 171. uſque ad n. 178.*

24. *Quæ dicuntur oblationes, & an earum aliqua obligatio?*

Oblationes ſunt dona, quæ fideles de bonis propriis, licitis ad Altare Deo, & Eccleſiæ offerunt. Earum obligatio per ſe & regulariter loquendo nulla eſt, quia per ſe, & naturâ ſuâ ſunt ſpontaneæ & liberæ. Vide Pichler *n. hìc 54.* Reiffenſt. *n. 181. cum. ſeq.*

25. *Quare additum: & regulariter?*

Quia quandoque per accidens poſſunt fieri obligatoriæ. Veluti I. ex promiſſione, aut voto. II. Ex donatione inter vivos, vel ultima voluntate. III. Ex indigentia Eccleſiæ, vel Miniſtrorum ejusdem non habentium aliunde congruam ſuſtentationem. IV. Conſuetudine, quando populus longo tempore, videlicet 10. annis oblationes in certis ſolennitatibus fecit, quaſi ex obligatione, ſive intentione obligationis contrahendæ. V. Præſcriptione, ſi ipſi Rectores Eccleſiæ longo tempore ejusmodi oblationes, quaſi debitas exegerunt, & receperunt à Parochianis. Vide Reiffenſt. *hìc à n. 183. uſque ad n. 189.* Schmalzgr. *n. 85.*

26. *Ad quem pertinent oblationes?*

Oblationes omnes ſive ad altare, ſive ad imaginem ...rum, ſive in Eccleſia Parochiali, ſive in alia, ſive in Oratorio, Capella, aut alio loco intrà fines Parochiæ depoſitæ, ſive ipſe Parochus celebret, ſive alius, jure communi regulariter ſpectant ad Parochum loci; niſi aliud conſtet de mente offerentium. ita com. *ex can. 13. 1. cauſ. 10. q. 1. c. 10. de præſcript. c. 9. de his,*

quæ fiunt à Prælat. Dictum autem : *jure com*[...] *ni, & niſi aliud conſtet de mente offerenti*[...] Quia plerumque fiunt, vel altari, & imagini, aut [...] cello vel Eccleſiæ, aut etiam Neo - myſtis : ita, ut [...] cto vix aliæ oblationes ad Parochum pertineant, qu[...] quæ fiunt ſub ejus Miſſa ad altare, vel in benedict[...] nuptiarum, adminiſtratione Sacramentorum, intro[...] ctione mulierum in Eccleſiam, in exequiis, ſepult[...] &c. Pichler *hìc num. 55.* Ad quem verò inſpe[...] & adminiſtratio ejusmodi oblationum ſpectet ? [...] Schmalzgr. *eod. tit. n. 94.* Hìc in Auſtria cu[...] hanc plerumque ſibi arrogant Eccleſiarum Patroni, [...] quandoque Advocati.

27. *Proceduntnè etiam dicta de* [...] *cleſiis Regularium non Parochialium ?*

Non procedunt : nam Regulares in ſuis Eccleſiis [...] ctas oblationes ſibi applicare poſſunt, nec Parocho easd[...] reſtituere tenentur. *c. 1. de ſtatu Monach. c. 16.* [...] *exceſſ. Prælat.* Pichler *h. t. n. 56.* P. Engel *eod. n.* [...] An autem Religioſi in ſuis Eccleſiis poſſint truncos, cap[...] las, vel menſas parare ad recipiendas oblationes fideliu[...] vid. id. Pichler *n. 57.*

TITULUS XXXI.

De Regularibus & tranſeuntibus a[d] Religionem.

1. *Qui dicuntur Regulares, & qui R*[e]*ligioſi ?*

REgulares dicuntur, qui ſub aliqua regula vivunt : R[e]ligioſi verò, qui voto paupertatis, obedientiæ & [...] ſtit[...]

ſtatis obſtricti, ſe imperio alicujus Prælati ſubjecerunt. Engel *hìc num. 1.* Confer. P. Pichler *eod. tit. num. 1.*

2. Qui veniunt nomine tranſeuntium ad Religionem?

Hoc nomine intelliguntur ii, qui ingrediuntur novitium: vel etiam qui finito novitiatu emittunt actualiter vota, aut profeſſionem Religioſam. cit. Pichl. *n. 4.*

3. Quid eſt Religio?

Religio poteſt accipi, vel pro complexu articulorum omnium fidei, quod Religio Catholica dicitur, vel pro virtute ſpeciali, quâ debitus Deo honor exhibetur. Prout autem eſt hujus loci, denotat modum ſtabilem in communi vivendi ab Eccleſia approbatum, & ſic ſumpta definiri communiter ſolet: quòd ſit fidelium ad Christianæ vitæ & charitatis perfectionem tendentium editis votis perpetuæ paupertatis, caſtitatis ac obedientiæ ſtabilis in communi vivendi modus ab Eccleſia approbatus, cit. Engel *hìc d. n. 1.* latè Reiffenſt. *à num. 1. uſquè ad num. 10.*

4. Suntnè tria vota de ſubſtantia ſtatûs Religioſi?

Omnino arg. *c. 6. in fin. de ſtatu Monach.* & quidem, ut ſint ſolennia, ſeu ut tam ipſe vovens ſit obligatus Religioni, quàm ipſa Religio voventi, patet id ex cap. cit. P. Engel *h. t. num. 10.* Excipitur tamen Societas JEſu, in qua licet poſt biennium Novitiatûs vota tantùm ſimplicia emittantur, habent tamen hæc vota, ſicut alia ſolemnia vim irritandi matrimonium, voventesque verè Religioſos efficiunt, ut pluribus habetur in

Bulla

Bulla *aſcendente Domino* Gregorii XIII. Con
Schmalzgr. *h. t. n. 3. cum ſeq.*

5. *Sed cur hæc tria potius vota, quàm a in Religione deſiderantur?*

Quia per hæc tria homo propriè & totaliter ſe off Deo in holocauſtum : ſcilicet animam per obedientia bona per paupertatem, corpus per caſtitatem. Cæter autem non ſufficit caſtitas qualiſcunque, aut conjugal ſed requiritur perfecta & abſoluta. Unde probabil propriè Religioſi non ſunt ordines Militarium, qui t tùm conjugalem caſtitatem vovent, licet ſint perſo Eccleſiaſticæ. Veri tamen Religioſi ſunt Milites teu nici, Jeroſolymitani, ac alii tria vota emittentes. N ceſſe tamen non eſt, ut hæc vota omnia emittantur plicitè, ſed ſufficit, quòd id fiat implicitè, ſic Benedict vovent obedientiam ſecundùm Regulam SS. Pat. Be dicti. P. Engel *h. t. n. 9.* Confer. Schmalzgr. *hic 2. per tot.*

6. *Quo jure eſt inſtitutus ſtatus Religioſus?*

Status Religioſus ſecundùm ſe eſt inſtitutus à Chri Domino: patet id ex variis textibus Evangelii, quib Chriſtus ad tria Evangelica conſilia cohortatur. vide men Reiffenſt. *hic num. 15.* Si verò ſtatus Religioſ conſideretur quoad peculiarem, & determinatum m dum vivendi, ſive Regulam, originem ſuam debet inſ tutioni Eccleſiaſticæ, nam ùt dictum, approbatio Re gionum dependet ab Eccleſia. Schmalzgr. *h. t. n. 3. &* Quæ approbatio olim quidem etiam Epiſcopis compet bat, hodie autem non niſi cum conſenſu S. Pontificis f ri poteſt, utì videre eſt apud Engel *hic num. 1* Porrò circa diverſitatem atque originem diverſorum or

nun

um, & Regularium videri poſſunt. Barboſa *ad tit.* *d ſtatu Monach.* & fusè Reiffenſt. *h. t. §. 2.* *p. tot.*

7 Eſtnè omnibus permiſſum ad Religionem tranſire?

Regulariter quidem omnes Chriſtiani Religionem in-:di & profiteri poſſunt. Excipiuntur tamen I. non ha-ntes legitimam ætatem, quales ſunt impuberes reſpe-ti ingreſsûs & minores 16. annis, quoad profeſſionem nittendam. Reiffenſt. *hìc num. 68.* Item ii, qui ordines promoveri non poſſunt juxta dicta in lib. 1. luti ſervi, obligati ad ratiocinia, ære alieno gravati, rpore vitiati, &c. II. Conjux ſine conſenſu alterius poſt atrimonium conſum̃atum. *c. 3. de convers. conjugat.* I. Epiſcopi confirmati, vel conſecrati ſine licentia Pa-: *c. 18. h. t.* videantur dicta lib. 1. tit. de renun-tio. IV. Liberi, ſi habeant parentes in gravi, vel trema neceſſitate conſtitutos, ac probabilis affulgeat s, quòd in ſæculo poſſint juvare parentes absque ma-feſto & proximo periculo propriæ ſalutis. Extra hunc ſum, licet ſit de honeſtate, ut liberi requirant con-iſum parentum, non tamen eſt neceſſarius, cùm po-or ſit cauſa Dei, & propriæ ſalutis, quàm parentum. plures alii. De quibus fusè Schmalzgr. *h. t. §. 3.* & eiffenſt. *§. 3. per tot.*

8. Quibus modis quis poteſt fieri Religioſus?

Duobus. I. Profeſſione eáque tacita vel expreſſa, de a infrà. II. Parentum oblatione. Quô tamen caſu re-uiritur, ut oblatus, vel oblata poſt pubertatem profeſ-onem ratificet, alias enim liberè Religionem deſerere ſſunt. Vallenſ. *hìc. §. 2. n. 1.* vide Engel *n. 18* add.

add. Schmalzgr. *num. 150. cum trib. ſeq.* Imò die annullatur omnis profeſſio, quæ fit ante decim ſextum annum completum. *Trid. Seſſ. 25. de gul. c. 15.*

9. *Poteſtnè quis cogi ad ingrediendu Religionem?*

Extra caſus à jure expreſſos nemo poteſt cogi ad tum Religioſum amplectendum. Imo cogentes vi nem, vel viduam, aut aliam mulierem ingredi Relig nem excommunicantur *in Trid. Seſſ. 25. de Regul* 18. Idem etiam eſt de impedientibus, qua de re tan vide Engel *hic n. 20. & ſeq.*

10. *Si quis vovit ingredi Religionem, in uno ordine non ſuſcipitur, tenetúrne ingredi aliam?*

Diſtinguendum, an quis in genere voverit aliqu Religionem ingredi, vel an certum tantùm ordinem, denique, an certum Monaſterium: ſi primum? te bitur alium ordinem, non tamen ſtrictiſſimum, aut v dè auſterum ingredi. *arg. c. 81. de R. J. in 6.* ſi cundum? in uno Monaſterio non ſuſceptus, debet alio ejusdem ordinis petitionem facere: ſi nullibi ſuſ piatur, vel ſaltem non in tali Monaſterio, quod ſuæ v cationi reſpondet, liberatus eſt à voto. Si tertium? n in eo Monaſterio ſuſcipitur, ſimiliter ſolutus eſt à vo cit. Engel *h. t. n. 22.*

11. *Sed quid, ſi quis voviſſet Religionem, & eandem jam eſſet ingreſſus, poſſetnè denuò egredi?*

Niſi ſimul voviſſet profeſſionem, poſſet egredi; qu

ı ubio tantùm cenſetur ſe obligâſſe ad experiendam Re- gnem, cui obligationi per ingreſſum ſatisfecit. Idem nel *h. t. cit. n.* ubi in fine notat, quòd vovens ſtri- li em Religionem, licet non poſſit absque diſpenſatio- e aut commutatione voti ingredi laxiorem, validè ta- n defacto in laxiori profiteatur; quia votum ſimplex e olemne tollitur. Confer. quoad hanc & priorem quæſt. ſenſt. *eod. tit. n. 111. cum duob. ſeq.*

Ad quem pertinet ſuſceptio Novitiorum, vel admiſſio ad Profeſſionem?

Hac in re nihil clarè eſt deciſum in jure, communior am DD. docet ſuſceptionem Novitiorum, vel ad- ni onem ad profeſſionem pertinere ad Abbatem, cum o enſu Capituli arg. eorum quæ dicta ſunt *h. lib. tit.* o Interim conſuetudo ſingulorum locorum erit opti- a legum interpres. Vide Engel *hic n. 23.* Confer. chnalzgr. *n. 182.* & Reiffenſt. *num. 167. cum ſeq.* d autem ſit juris circa ſuſceptionem, & profeſſionem ialium? videri poterit. *Trid. Seſſ. 25. de Re- c. 17.*

Quid juris conſequitur Prælatus in Novitios?

Prælatis ordinum maximè exemptorum competit re- u iter omnis jurisdictio tam fori interni, quàm exter- ni ſuos Novitios. Unde rectè poſſunt iis præcipere n ia, quæ Parochus, vel Epiſcopus ſubditis ſuis poteſt p æcipere. Item delinquentes punire, tenentúrque No- viti obedire etiam ſub peccato, ſi ita materia exigat, no quidem ex vi voti obedientiæ, quò defacto carent, ſed x vi jurisdictionis Eccleſiaſticæ. In ordinibus non ex ptis inſpicienda ſunt potiſſimùm cujusque ordinis ſta- tut & conſuetudines. Schmalzgr. *hic n. 88.*

14. Quid

14. *Quid è contra conſequuntur N... vitii ?*

In favorabilibus comprehenduntur nomine Reli... ſorum. *arg. c. 21. §. quamvis de ſent. excom. i...* atque hinc gaudent omnibus juribus ac privilegiis ... Religionis, quam intrârunt, ùt habet communis. ... gaudent privilegio fori & canonis. *c. 21. cit.* Reiff... *hic num. 115.*

15. *Tenentúrne autem tempore No... tiatûs ad tria vota & præcepta Regulæ ac ſtatuta ?*

Per ſe & directè non tenentur, quia ad ea ſe nec... obligârunt per profeſſionem. De honeſtate tamen ... ligantur, nè aliàs confuſio & perturbatio in Monaſt... oriatur. Idem Reiffenſt. *n. 124. cum ſeq.* Schmal... *n. 85. cum ſeq.*

16. *An & qualiter obligantur Nov... ad perſeverantiam in Religione ?*

Nullam eo nomine habent obligationem, ſed ſi ... luerint, aut Religionem ſibi non convenire crediderint, poſſunt liberè etiam citrà aliam cauſam, ac citrà ſu... riorum licentiam ad ſæculum redire. text. *in c. 20 &* *23. h. t.* Reiffenſt. *hic n. 109.* Schmalzgr. *n. 77. c...* *ſeq.* nec tenentur ſumptus & expenſas interim ad ſui ... ſtentationem à monaſterio factas reſtituere, juxta comm... nem apud cit. Reiffenſt. *n. 127.* Quamvis è con... Monaſterium iis omnia, quæ ſecum tulerunt, reſtit... debeat. id. Reiffenſt. *n. 120.*

17. *Qi...*

7. Quid juris eſt circa donationes, renuntiationes, vel ceſſiones bonorum à Novitiis ante, vel poſt ingreſſum factas?

Jure antiquo poterant renuntiare bonis & juribus ſuis, que ante vel poſt ingreſſum amicis ſuis vel cuilibet alti liberè donare. Hodie tamen Conc. Trid. *ſeſſ. 29. c. 16.* de Regul. irritavit & invalidavit omnes ejusmodi donationes, ceſſiones & renuntiationes, à Novitiis intuitu Religionis etiam ipſi Monaſterio, vel alii cuilibet de cauſæ factas, niſi fiant juxta formam ibidem expreſſam. Schmalzgr. *hìc n. 96.*

18. Quæ eſt illa forma Trid. expreſſa?

Hæc: quòd nimirùm donatio illa, ceſſio vel renuntiatio, adhoc ut valeat, & effectum ſuum ſortiatur, debeat fieri I. intrà duos menſes proximos ante profeſſionem. II. Debet fieri cum licentia Epiſcopi. III. Debet ſubſequi profeſſio, licentia tamen Epiſcopi hodie in priſque Religionibus non requiritur. Item ſub hac diſpoſitione Trid. non comprehenduntur Novitii Soc. JEſu utì videre eſt apud cit. Schmalzgr. *d. num. 96. & num. 103.*

19. Suntnè per hanc Concil. conſtitutionem invalidati etiam actus vel alii contractus oneroſi?

Minimè: quia Concilium illos tantùm actus & contractus invalidavit, quibus bona & jura Novitiorum notabiliter minuuntur, nè hac occaſione bonis carere, & propterea fortè in Religione manere cogantur. Quod non evenit in actibus ultimæ voluntatis, qui ſemper ſunt revocabiles, nec in contractibus oneroſis, in quibus tantundem

tundem recipiunt, quantum dant. Engel *hìc n. 28.* C[...] fer. Reiffenſt. *n. 136. cum ſeq.*

20. *Comprehenditnè autem præfata co[n]ſtitutio donationes factas non tantùm à No[vi]tiis jam ingreſſis, ſed etiam ab iis, qui n[on]dum actualiter ſunt ingreſſi: intuitu tamen ingreſsûs aliqua donârunt?*

Sunt aliqui in hac ſententia, quòd donationes [...] valeant, eò, quòd Concilium videatur tantùm loqu[i de] novitiis, & ſit lex quædam exorbitans, & juris comm[u]nis correctoria. Schmalzgr. *hìc n. 129.* Contrari[um] tamen rectiùs tuetur Reiffenſt. *eod. tit. n. 141. c[um] aliquot ſeq.* ex ratione: quòd finis, ratio, & inten[tio] Concilii æque in his, quàm in illis obtineat.

21. *Obligatnè memorata conſtitutio Co[n]cilii etiam in terris Imperii?*

Obligat: quia, ùt dictum Novitii in favorabili[bu]s veniunt nomine Religioſorum, conſequenter in eor[um] diſpoſitionibus attenditur jus canonicum *c. 9. de f[oro] compet.* Engel *hìc n. 30.*

22. *Quando facienda executio diſpo[ſi]tionis, quam quis fecit in novitiatu?*

Diſtinguendum eſt: an Novitius fecerit actum quæ[n]dam inter vivos v. gr. donationem, renuntiatio em[...] an verò diſpoſuerit per actum ultimæ voluntat[is] v. [...] teſtamentum, codicillum &c. Primo caſu ſecuta pro[feſ]ſione ſtatim facienda executio, & bona acquiruntur [...]

-i hoc modo relicta ſunt. Ratio : quia talis actus ſe-
ita profeſſione ſtatim ſortitur effectum. Secundo verò
ſu : ſi Monaſterio aliquid relictum , illudque bono-
m capax eſt, tunc eidem quoque ſtatim acquiritur, ſi-
t acquireretur ſtatim, ſi nullam diſpoſitionem feciſſet,
r auth. ingreſſi, C. de SS. Eccleſ. Si verò fuit relictum
traneo, & monaſterium, uti dictum ſit bonorum ca-
ax, tunc probabiliùs eſt, exſpectandum eſſe mortem na-
ralem profeſſi, ita ut bona eò usque apud Monaſterium
rmaneant, niſi ingreſſus aliter diſpoſuerit, vel conſue-
dine loci obtineat, quòd bona Profeſſorum ſtatim re-
ctis in ſæculo acquirantur, ùt probat Engel *hìc n. 31.*
œterùm verò, ſi Profeſſus nullam diſpoſitionem fece-
t tunc omnia illius bona Monaſterio ipſo facto quærun-
r. per auth. ingreſſi. cit. & dictum ſuprà *in tit. de
cceſſ. ab inteſt.* Quomodo autem donatio vel re-
ntiatio facta etiam juxta formam Concilii corruat ſe-
ta profeſſione invalida, aut ſi renuntians mortuus fue-
: ante profeſſionem : item an convaleſcat, ſi profeſſio
validè facta ratificetur ? vide Schmalzgr. *hìc à n.
13. uſque ad num. 118.* & quid juris ſit circa uſum
uctum patri in bonis filii adventitiis competenti, ſi pater
l filius ingrediatur Religionem ? Engel *hìc num.
3. & ſeq.*

23. *Quid eſt Profeſſio?*

Profeſſio Religioſa eſt approbatæ ab Eccleſia Religio-
s ſolemnis promiſſio, quâ quis ſe obſervationi certæ ali-
ijus Monachalis Regulæ obſtringit. P. König *h.t. n.*
Confer. Schmalzgr. *hìc n. 149. cum ſeq.*

24. *Quotuplex eſt Profeſſio?*

Profeſſio eſt duplex, Expreſſa, & Tacita. Expreſsè
ri dicitur, quando quis vel verbis, vel ſcriptis, vel

 utris-

utriſque ſimul ſe alicui probatæ Religioni devovet. citè fit, quando quis non verbis, ſed alio indicio m tem ſuam Religionis tacitæ à ſe ſuſceptæ explicat : luti, ſi habitum Novitiis & Profeſſis communem annum geſtet, vel habitum Profeſſorum diſtinctum triduum. *c. 18. & 22. h. t.* vide cit. Schmalz *hic num. 155. & ſeq.* Sed hujus Profeſſionis citæ hodie rarus & vix ullus eſt uſus, niſi quando preſſa invalide fuit emiſſa; abſolute tamen procedere nec cenſetur eſſe revocata per Trid. modò concurr omnes conditiones, quæ aliàs ad profeſſionem valida tum de jure communi, tum etiam ab eod. Trid. quiruntur, uti pluribus videre eſt apud eund. Schmalz *n. 158. cum 9. ſeq.* Reiffenſt. *à num. 176. uſque n. 180.* Quâ autem formâ profeſſio expreſſa em debeat? vide cit. Schmalzgr. *n. 179. & aliquot ſ* Confer. Reiffenſt. *n. 171. cum 5. ſeq.*

25. *Quæ requiruntur, ut Profeſſio ſi valida?*

Requiritur I. ut liberè ſit emiſſa non vi aut metu torta. II. Ut fiat decimô ſextô ætatis annô comple III. Ut Novitius per integrum, ac continuum annum, eſt, non interruptum ſteterit in probatione. Atque u ex his deficientibus profeſſio eſt invalida. *Trid. ſ 25. c. 18. de Regul.* vid. Reiffenſt. *hic à n. 1 uſque ad num. 170.* De ſpeciali tamen privilegio h bent nonnulli ordines, ut eorum Novitii poſſint eti ante annum probationis completum ad lucrandas ind gentias & alias gratias Profeſſorum profeſſionem emit re in articulo mortis. Engel *hic n. 24.* Confer. Reiffen. *num. 182. & ſeq.*

26. *Q*

26. *Qui ſunt effectus Profeſſionis validæ?*

Horum varios enumerat Reiffenſt. *hic à n. 186. ſque ad n. 192.* & Schmalzgr. *n. 206. cum duob. ſeq.* Præcipui ſunt I. quòd inducat obligationem perpetuam ad ſervanda vota ſubſtantialia, & ad manendum in Religione, ita, ut néque Profeſſus à Religione recedere, neque Religio eum dimittere poſſit. II. Dirimit non tantùm ſponſalia, ſed etiam matrimonium contractum nondum tamen conſummatum, ùt dicetur infrâ in lib. 4. III. Solvit patriam poteſtatem, in quantum ea Religioni onerosa eſt. IV. Extinguit omnia vota realia & perſonalia, exceptis illis, quæ concernunt jura tertii, & V. aufert irregularitatem ex natalibus provenientem, ſaltem in ordine ad ſacros ordines ſuſcipiendos, licet non ad dignitates & Prælaturas, prout latiùs explicant auth. cit. Confer P. König *h. t. num. 19. & ſeq.* Excipiuntur tamen quoad dictum primum effectum Religioſi S. JEſu qui poſt emiſſa vota ſimplicia ipſi quidem Religioni, non tamen è contra Religio ipſis obligatur, ut habet Engel *hìc n. 11.* Confer. Schmalzgr. *n. 209.* Item quamvis poſt profeſſionem emiſſam nemo etiam mutuò conſenſu dimitti ampliùs poſſit: ex gravibus tamen & juſtis cauſis poſſe aliquem etiam invitum ex Religione ejici, apud omnes in comperto eſt, & dicetur infr. Qualiter autem S. Pontifex in profeſſione diſpenſare poſſit? vide cit. Schmalzgr. *hìc n. 211. cum ſeq.*

7. *Cur dictum:* profeſſionis validæ?

Quia ſi profeſſio ſit nulla, nullum producit effectum: poterit tamen profeſſus ſi voluerit, cognitô ac ſublatô impedimento nullitatis Profeſſionem per novum conſenſum, vel expreſſum, vel tacitum ratificare: nec requiritur novus conſenſus Religionis, quia is, vel adhuc mo-

raliter perſeverat, vel à Papa ſuppletur. Pichler *h. t. n. 9. in fine.* Confer. Schmalzgr. *hìc n. 191. cum ſeq.* & Reiffenſt. *n. 217.*

28. *Quibus ex cauſis poteſt impugnari Profeſſio?*

Cauſa impugnandi profeſſionem eſt omiſſio alicujus ſubſtantialis requiſiti ad profeſſionem, de quibus ſuprà i *q. 25.* text. in Concil. Trid. *ſeſſ. 25. c. 19.* de Regul. vide Reiffenſt. *hìc n. 194. & aliquot ſeq.* ubi etiam refert conditiones & modum, quo impugnatio iſta proponi poſſit vel debeat. Competit autem hoc jus impugnandi non tantùm Profeſſo, ſed etiam Religioni, ſi velit, ex natura correlativorum. Schmalzgr. *eod. tit. num. 194.*

29. *Intra quod tempus debet proponi nullitas Profeſſionis?*

Intrà quinquennium Concil. Trid. cit. Nam hôc finitô impugnare profeſſionem volens regulariter ampliùs ſaltem in via ordinaria non auditur, etiamſi id jus ſibi competere ignoraverit, ſed compellitur ad ſe gerendum pro Religioſo. Pichler *hìc n. 9.* vide tamen Schmalzgr. *hìc num. 198. cum duob. ſeq.* Dictum autem: *ſaltem in via ordinaria.* Nam quòd ignorans, aut impeditus à reclamando per viam reſtitutionis in integrum, licèt ſit majorennis jus reclamandi recipere poſſit, omnes ferè concedunt, utì videre eſt apud cit. Reiffenſt. *n. 200. cum ſeq.* & Schmalzgr. *num. 201. & ſeq.* Præterea dicta potiſſimùm tantum procedunt pro foro externo. Pro foro interno, ſi alicui nullitas Profeſſionis eſt certa, eam tamen probare nequit, non tenetur ratificare Profeſſionem, ſed poteſt etiam occultè diſcedere ſecluſô ſcandalô: benè tamen facit, ſi eam ratificet, imò ac

ratificationem inducendus eſt à Confeſſario, ſi ſine ſcandalo, vel gravi præjudicio diſcedere nequit. vide Reiffenſt. *hic n. 205. cum 6. ſeq.*

3. *An & qualiter aliquis invitus ex Religione expelli poteſt?*

Negant hoc aliqui, utì videre eſt apud Schmalzgr. *hic num. 245.* Contrarium tamen eodem teſte verius & communi DD. aſſenſu receptum eſt, quatenus videlicet juſta & gravis cauſa id exigit. *arg. c. 16. cauſ. q. 3.*

3. *Quæ ſunt cauſæ, ex quibus quis à Religione ejici poteſt?*

Cauſa ejectionis eſt quodvis grave crimen, ſi in eo pertinaciter perſeveret, & notoriè incorrigibilis ſit; utem quis dicatur incorrigibilis, non ſufficit, ut ſæpii monitus ſe non emendaverit, ſed inſuper juxta Decretum S. Congreg. Concil. Trid. Interpret. juſſu Urbani VI. editum requiritur, ut unô annô in carceribus, jejuniô, & pœnitentia probatus non reſipuerit, ſed indurat animô in depravatis moribus perſeveret. P. König *n. 21.* vide Reiffenſt. *hic n. 226. cum 5. ſeq.* An autem & quomodo talis ejectus liberetur ab obligationibus in Profeſſione contractis: item an, & quomodo poſſe rurſum ad Religionem redire, ac Religio ipſum recipere teneatur? vide cit. Schmalzgr. *h. t. n. 252. cum 5. q.* Confer Engel *n. 56.*

3. *Sed cujus ſunt bona, quæ ejusmodi ejecti acquirunt?*

De his extat quidem conſtitutio in Bulla Gregorii XIII. quam allegat Schmalzgr. *h. t. n. 265.* vigore cujus tamen ejectorum, nec non Apoſtatarum ſive fugitivorum

 bona

bona ad Cameram Apoſtolicam, tanquàm ſpolia pe[r-]
nent, ſed cùm in Germania ſpoliorum non ſit uſus, [di-]
cendum cum P. Engel *n. 57.* & cit. Schmalzgr. *n. 2[..]*
bona ejectorum pertinere ad Monaſterium. Ratio e[ſt,]
quòd Religio per expulſionem talem Religioſum ſolù[m]
ſeparet à convictu, non autem abdicet à ſe jura, quæ h[a-]
bet contemplatione ipſius. Quòd à fortiori procedit [in]
fugitivis & Apoſtatis, eò, quòd hi per factum ſuum n[on]
poſſint Monaſterium jure ſuo privare. Confer. quoad om[nia]
hæc Reiffenſt. *h. t.* §. *8. per tot.*

33. *Licetnè etiam, & quomodo de un[a] Religione ad aliam tranſire?*

Quamvis hoc regulariter neque utile, neque lauda[bi-]
le ſit, nihilominus tamen concors & unanimis eſt D[D.]
ſententia, poſſe omnes Religioſos etiam moniales de R[e-]
ligione laxiore tranſire ad ſtrictiorem. *per c. 18. h.*
modò tamen ſequentia concurrant. I. Quòd talis tranſit[us]
non fiat ex levitate, vel temeritate. II. Quòd petatur [li-]
centia, licet non obtineatur. III. Nè id fiat cum gra[vi]
infamia, vel detrimento Religionis deſerendæ; & IV. [ut]
tranſiens, antequàm recipiatur, exhibeat dimiſſorias[;]
qua de re vid. cit. Reiffenſt. *§. 9.* & Schmalzgr. *§. [..]*
per tot.

34. *Poteſtnè quis etiam ad Laxiorem tranſire?*

Si ſubſit cauſa v. gr. infirmitatis &c. poteſt quis cu[m]
licentia ſui ſuperioris & Epiſcopi etiam ad laxiorem or-
dinem tranſire; ſine causâ verò requiritur licentia S[.]
Pontificis, quàmquàm non deſint DD. qui etiam in ho[c]
caſu licentiam Epiſcopi ſufficere doceant. P. Enge[l]
h. t. n. 63. Confer. cit. Schmalzgr. *n. 230. cum duob[.]*
ſeq. Excipiuntur tamen Religioſi ordinum mendican-
tium

..., qui ad nullam Religionem ordinum non mendi-...rum etiam fortè ſtrictiorem (ſolô Carthuſianorum or-...exceptô) ſine conſenſu S. Pontificis tranſire poſſunt. ...n. I. *h, t.* id. Engel *n. 61.*

Sed tenetúrne tranſiens in alio Mo-naſterio ſubire Novitiatum?

Tenetur, quia ad valorem Profeſſionis requiritur, ut ...per annum Religionem ſit expertus, ſi tamen quis ...aret talem ſtatum ſibi non expedire, poſſet ad prio-... ordinem, & Monaſterium redire, cùm de natura ...itiatus ſit, ut pœnitere liceat. cit. Engel *hic n. 64.*

Quid Juris circa bona illorum, qui ad aliam Religionem tran-ſeunt?

...ona, quæ tranſiens acquirit ante Profeſſionem in ...do Monaſterio pertinent ad Monaſterium, in quo ...priùs profeſſus erat, ſi ſit bonorum capax, ſecùs ...nſanguineos: quæ verò acquirit poſt Profeſſionem ...undo Monaſterio, pertinent ad Monaſterium ſe-...rum, ſi ſit bonorum capax, aliàs pariter ad conſan-...eos devolvuntur. P. Engel *h. t. num. 65.* Quid autem ſit juris circa bona eorum, qui ex Mona-...ſunt Epiſcopi, vel promoventur ad beneficia, vel ...chias extra Monaſterium? videri poterit idem En-gel *h. t. n. 66. & ſeq.*

TITULUS XXXII.

De converſione conjugatorum.

1. *Quid hìc denotatur per converſione conjugatorum ?*

PEr converſionem hìc nihil aliud intelligitur, quàm p feſſio, ſive ingreſſus in religionem unius, vel utrius ex conjugatis. Pichler *hìc n. 1.*

2. *Licetnè ergò conjugatis Religione ingredi ?*

Diſtinguendum eſt inter matrimonium ratum, & c ſummatum. Poſt matrimonium ratum tantùm, ſive, qu necdum eſt conſummatum, ſemper licitum eſt, cuivis c jugum etiam altero invitò religionem ingredi: ità comm nis per text. in *c. 2. h. t.* ſi verò matrimonium ja fuit conſummatum, non licet ampliùs uni conjugum religionem tranſire, niſi id fiat de communi conſen & præterea alter conjugum pro ſua quoque parte ſequ tur, ſi juvenis ſit, vel de incontinentia ſuſpectus: ſi a tem ſenex, vel talis, de quo tam facilè incontinentiæ ſpicio haberi non poſſit, votum ſaltèm caſtitatis ad man Epiſcopi emittat. *c. 4. 9. 13. & 18. h. t.* Schmalzgr. *h n. 32.* Rationem differentiæ vid. apud Engel *hìc n.* junct. *n. 3.* confer quoad hanc ſecundam partem Re fenſt. *hìc à n. 10. uſque ad n. 25.*

3. *Quamdiu poteſt aliquis differre conſum mationem matrimonii ?*

Si neutra pars urgeat, poteſt ad libitum differri; qu conſummatio, ſive executio debiti conjugalis non eſt eſſentia matrimonii, per conſequens etiam facultas tr

ſeur

...ni ad religionem eò uſque ſemper erit libera. vide ...h alzgr. *hic n. 8. cum ſeq.* Si verò ab altera par... c...ſummatio urgeatur, tunc cuivis conjugum compe... ...neſtre ad deliberandum, an in conjugio manere, vel ...igionem tranſire velit, per text. *in c. 7. h. t.* con... ...uiter intra hoc bimeſtre uxor viro, & reciprocè hic ... ebitum conjugale reddere non tenetur: imò, ſi ...lt poteſt intermedio illo tempore à viro abeſſe, dum... ...o ſufficientem cautionem præſtet, quòd intra duos ...en...s vel religionem ingredi, vel ad conjugium redire ...li...cit. Reiffenſt. *hìc n. 4. cum ſeq.* an autem, & ...m...odo Eccleſia facultatem hanc alterô invitô religio... ...m ...ngrediendi rectè concedere potuerit. vide Engel ...c ...*um. 3.*

. *...oteſtnè autem pars in ſæculo relicta ...ſt ingreſſum alterius ſtatim ad aliud matrimonium tranſire?*

...inimè, ſed tenetur expectare profeſſionem ingreſſi ...r ...egrum annum. Ratio, quia matrimonium ratum ...n...m per nudum ingreſſum, quàm potiùs primùm ...r...ofeſſionem in religione emiſſam ſolvitur. Reiffenſt. ...c ... *3.* & quia annus iſte probationis cuilibet ingreſ..., ...m de jure antiquo, quàm novo Conc. Trid. eſt con...ſſu, quo proinde etiam alter ex conjugibus tali in caſu ...iv...i non debet. vid. Engel *hic n. 5.* Confer Schambog. ...*d. it. n. .. cum 4. ſeq.*

. *...ed quid ſi aliquis ante matrimonium ...um ſponſa habuerit congreſſum ſive copulam, po...t...ſtnè ipſe, vel illa alterô invitô religionem poſtea adhuc ingredi?*

...egant hoc aliqui ex eo; quòd copula ante matri...on...m habita fictione juris cenſeatur in ipſo matrimo-

nio

nio habita fuiſſe. Affirmativa tamen communis & rec
eſt ex ratione, quòd per ejusmodi copulam utpote n
fornicariam, non poſſit dici matrimonium conſum
tum, neque habere ſignificationem conjunctionis Ch
cum Eccleſia, Engel *hìc n. 7.* an autem idem quo
obtineat, ſi conſtante matrimonio intra deliberati
tempora copula per vim, aut metum ſit extorta? vid.
gantem Engel *h. t. n. 8.* è contra affirmantem Reiffe
eôd. tit. n. 6. & trib. ſeq. Schmalzgr. *n. 11. cum*
tid. ſeq. Confer. quoad utrumque Schambog. *à n.*
uſque ad n. 46.

6. *Quid juris, ſi poſt matrimonium co ſummatum conjux ignarô vel invitô alterô conj religionem ingrediatur, eamque profeſſus fuerit?*

Talis profeſſio nulla eſt, & invalida, utpote in p
judicium alterius facta, qui jure ſuo privari non potu
conſequenter revocari ſemper ad ſæculum poteſt per al
rum conjugem, & revocatus redire tenetur, uti om
conveniunt, & patet ex *c. 3. h. t.* Reiffenſt. *hìc n.*
Imò non tantùm ad repetitionem alterius conjugis,
etiam ſponte propria, & non revocatus liberè exire
teſt Schmalzgr. *hìc n. 27.* Schambog. *n. 8. cum*
ſeq. Confer tamen Engel *hìc n. 12.* Neque con
leſcit profeſſio, etiamſi pars relicta in Sæculo ex poſt c
ſenſerit, aut mortua fuerit, nisì per novum conſenſ
tacitum, vel expreſſum fuerit renovata. cit. Engel *n. 10*

7. *Sed poteſtné tali caſu conjux reverſ mortuo altero conjuge ad aliud matrimoni tranſire, vel an tenetur ad religionem reverti?*

Licite non contrahit matrimonium, quamvìs init
tenea

t. Ratio primæ partis; quia quamvis ejusmodi
ſſio non valuerit, ut votum ſolenne, valuit tamen
n ùt votum ſimplex, eò, quòd præſumatur actum
râſſe omni meliori modo, quò valere poteſt. Unde
ixore vivente poteſt debitum exigere, licèt exactum
itur reddere. Et probatur manifeſtè per *c. 3. cit.*
12. h. t. Ratio ſecundæ partis, quia votum
lex caſtitatis conſtituit tantùm impedimentum im-
ns, non etiam dirimens, cit. Schambog. *d. n. 8.*
rùm verò ad monaſterium redire non eſt cogendus,
conſultiùs faciat, ſi redeat, ut habetur in cit.
. h. t. Quid autem juris, ſi conſenſu quidem
us conjugis ingreſſus fuerit procuratus, alter autem
lit ſimul ad religionem tranſire, nec votum incon-
tiæ emittere, & tamen ſit de incontinentia ſuſpe-
? Item, an tali caſu profeſſio alterius omninò valeat.
d Zoës *h. t. n. 14. cum ſeq.* & Schmalzgr. *à n.*
ſque ad finem. Confer. quoad primum Engel *n.*
ód. tit.

Nullinè ſunt caſus, quibus poſt conſum-tum matrimonium parte etiam altera invita ad religionem tranſire poſſit?

nt duo præcipui. I. Si alter conjugum commit-
t ulterium, tunc enim pars innocens poterit ingredi
li nem. *c. 21. cauſ. 27. q. 2. & c. 15. cum*
uo ſeq. h. t. II. Si alter incidat in hæreſin, &
idi ô Eccleſiæ fiat ſeparatio. *c. fin. h. t. junct. c. 6.*
fi de divort. Vallenſ. *hìc n. 5. cum ſeq.* Confer.
ch nbog. *eôd tit. n. 27. cum trib. ſeq.* & Reiffenſt.
n. 27. uſque ad fin.

9. Diſ.

9. *Diſſolvuntnè etiam ſacri ordines ma-trimonium ratum?*

Non diſſolvunt, quia hoc privilegium ſoli Re[ligio]ni conceſſum, eò, quòd ibi profeſſus, quaſi mundo [mor]tuus cenſeatur. *Extrav. Antiquæ Joann. XXI[I. de] voto* Engel *hic n. 14.* Zoës *n. 20.*

10. *Sed tenentnè ordines taliter ſu-ſcepti?*

Illicitè quidem ſuſcipiuntur, ſuſcepti tamen te[nent] propter characterem indelebilem, qui cum ordinum [col]latione imprimitur. Zoës *hic. n. 24.* & hinc t[alis] ordinatus tenetur ad omnimodam caſtitatem ex [vo]to ſolenni ordini ſacro per Eccleſiæ conſtitutionem [ad]juncto. Petente tamen uxore ad eam redire, & [ma]trimonium conſummare cogendus eſt, niſi malit re[ligio]nem ingredi. cit. *Extrav. Joann. XXII.* (...) idem & multò magis procedit in ordinato poſt matri[mo]nium conſummatum, in quo juri uxori quæſito eâ i[nvitâ] tantò minùs potuit præjudicare, niſi in caſibus, in [qui]bus invita quoque religionem ingredi poteſt, de q[uibus] *q. 8.* tunc enim eâ quoque invitâ ordines ſuſciper[e po]ſet. vide Reiffenſt. *hic n. 33. cum ſeq.* ſi verò [uxor] ſpontè conſentiret, tunc ordinatio etiam licita red[di]tur: ſaltem, ſi uxor Religionem ingrediatur, a[ut] incontinentia non ſit ſuſpecta. Engel *h. t. n. 14.* Confer quoad hæc Zoës *eôd. tit. à num. 24. u[sque] ad fin.*

TIT.

TITULUS XXXIII.

De converſione Infidelium.

1. *Qui hìc conveniunt nomine infidelium?*

Infidelium nomine hìc tantùm proprie veniunt ii, qui non ſunt Chriſtiani, & qui fidem Chriſtianam nunquam ſuſceperunt, neque Eccleſiam per baptiſmum unquam ingreſſi ſunt, quales ſunt Judæi, Pagani, Saraceni &c. Nam hæretici & Apoſtatæ, licèt etiam ipſi infidelium nomine latè ſumpto comprehendantur, infideles tamen propriè non ſunt, & non tam converti, quàm reverti dicuntur. Schmalzgr. *hìc n. 1.*

2. *Quid ſpeciale conſequuntur infideles ad finem converſi?*

Hoc, quòd ſi unus infidelium conjugum convertatur, altero in infidelitate permanente, matrimonium eorum in infidelitate contractum, licèt conſummatum, diſſolvatur quoad vinculum, ità, ut converſus in fidelitate poſſit in Domino nubere, cui velit. *per text. in c. 7. & c. 28. de divort.* & conveniunt omnes Reiffenſt. *hìc n. 4.* Schmbog. *n. 4.*

3 *Sed quando proprie diſſolvitur illud matrimonium?*

Probabiliùs eſt, matrimonium ejusmodi non ſtatim per ipſa converſione unius ex infidelibus ipsô factò diſſolvi, ſed tunc primùm, quando converſus ad alias nuptias tranſit. Engel *hìc n. 2.* exemplô deductô à matrimonio conjugum converſorum, quòd ſimiliter non cum ipſa converſione, ſive ingreſſu in religionem, ſed primùm per profeſſionem ſolvitur. Hinc, ſi alter conjux adhuc infidelis,

lis, antequam converſus contrahat, ad fidem quoque vertatur, tenebitur eum recipere, eique adhærere *c. 8. de divort.* Reiffenſt. *hìc n. 4. add.* Schamb. an autem, & qualiter converſus teneatur recipere adhærere conjugi infideli, ſi quidem nolit converti, tamen pacificè, & ſinè ſcandalo converſo cohabitare. cit. Engel *d. n. 2.*

4. *Quid juris, ſi ambo ad fidem convr- tantur?*

Tunc matrimonium illorum fit ratum, ſive rati tur ab Eccleſia, nec diſſolvitur, tametſi illud iniiſſer gradu aliquo cognationis, & affinitatis ſolo jure Eccl ſtico (non item naturali) prohibito *c. 4. infr. de ſang. & affinit.* vide Schamb. *hìc n. 2.* Quò ſi converſus plures in infidelitate habuit uxores, priman tinebit, ſi converti quoque velit, ſi non? tunc non netur aliam ex habitis recipere, etiamſi omnes con ti velint, ſed poterit pro libitu nubere. Reiffenſt. *num. 3.*

5. *Quid præterea circa converſos ſpecialiter in hoc titulo conſtituitur?*

Hæc duo ſingularia. I. quòd converſio ad fidem patrocinetur in impedimento criminis, conſequenter, interfecit maritum Chriſtianæ, converſus ad fidem du eam non poteſt, ſi modò & mulieris dolus interven *c. 11. h. t.* Zoës *hìc n. 2.* Confer Schamb. *n. 6. cum* II. Quòd, licèt ſpectato jure civili filius minor trie apud matrem ſit educandus, major autem apud patr *L. 1. §. ſi verò. ff. de lib. exhib. & L. pen. C. de p poſt.* converſo tamen ad fidem, ſive ille ſit pater, ſive m communis proles potius aſſignatur, ejusque condi nem ſequitur, quatenus adhuc doli non eſt capax. *c. 2. d. t.*

. vid. cit. Zöes *d. n. 2.* & Schambog. *n. 7.* add. Reiſ-
aſt. *n. 6. cum ſeq.*

TITULUS XXXIV.

De Voto, & Voti redemptione.

1. Quid eſt votum?

VOtum eſt promiſſio deliberata DEO facta de meliori bono. Ita com. explicationem vid. apud Schmalzgr. *h. n. 1. cum ſeq.* conf. Engel *hic à 1. usque ad n.* *incluſ.*

2. Quid hìc venit per voti redemptionem?

Strictè loquendo redemptio voti fit, quando obligatio voti perſonalis transfertur in opus reale v. g. eleemoſynam, vel ædificationem pii loci. Hìc tamen generaliùs ſumitur pro omni liberatione à voto nondum ſoluto, quod quadrupliciter fieri poteſt. I. Irritatione voti. II. ejus commutatione. III. Diſpenſatione, & IV. deficientiâ materiæ, ſi nempe materia voti vel ex parte deſtruatur, ut quia evadit impoſſibilis, vel deſinit eſſe de meliori bono. Pichler *hìc num. 2.*

3. Quotuplex eſt votum?

Prima, & principalis voti diviſio eſt, quòd aliud ſit ſimplex, aliud ſolenne. Simplex eſt, quod privata voluntate fit, & in quo non intervenit publica Eccleſiæ ſolennitas & acceptatio. Solenne verò, quod certa Eccleſiæ ſolennitate perficitur, ab eaque locò DEI acceptatur, cujusmodi vota ſolennia duo in Eccleſia reperiuntur: unum Religioſæ Profeſſionis, quod emittitur in religione à Sede Apoſtolica approbata, & alterum caſtitatis, ſive continen-

tiæ,quod eſt annexum majoribus ordinibus. Reliqua or dicuntur ſimplicia, licèt quandoque cum ſolennitat perficiantur, ùt accidit in votis Societ. Jeſu. Schaml *hìc num. 6.* II. Dividitur votum in reale, perſc le, & mixtum. Reale eſt, quò res aliqua externa pro titur. Perſonale, quò aliquid promittitur, quod ſo perſonam voventis attingit. Mixtum, quò utrum promittitur. v. g. peregrinatio cum oblatione. III conditionale, & abſolutum, hoc ſtatim obligat : i verò, quando conditio purificata eſt. Plures diviſi ſuppeditat Schmalzgr. *h. t. n. 6. cum duob. ſeq.*

4. *Quis eſt effectus voti?*

Votum imprimis tam ſimplex, quàm ſolenne obl ad fidem ſemel Deo datam ſervandam. vid. P. Kö *hìc num. 21.* ſpecialiter verò votum ſolenne reddit vo tem inhabilem ad actus voto repugnantes, & nomina invalidat matrimonium contrahendum. Votum au ſimplex actus voto oppſitos reddit tantùm illicitos, etiam invalidos ; unde non irritat matrimonium. ceptis votis Soc. Jes. quæ licèt necdum ſolenniter ſint e ſa reddunt tamen voventem inhabilem ad matrimoni Pichler *hìc n. 6.* idque ex conſtitutione Gregorii X *aſcendente Domino.* Confer Schambog. *eôd. tit. n cum ſeq.*

5. *Qualis ex voto oritur obligatio?*

Votum validum parit obligationem gravem, vel le (prout nempe materia voti fuerit gravis, vel levis) e quendi id, quòd promiſſum eſt, *c. 6. h. t.* Ratio; c oportet Deo fidem datam ſervare. Imò, ſi quis ſci voviſſe, poteſt ad ejus obſervationem à Judice Eccleſia co compelli. *c. 3. de Judiciis c. 7. de fid. inſtr.* P. I gel *hìc n. 12.* Porrò, quia voti obligatio comm ſuratur intentioni ipſius voventis, utpote quod eſt lex

a ; ideò etiam in gravi materia poteſt ſe quis leviter igare, non tamen viciſſim in materia levi graviter, cum ntio non poſſit annectere obligationem gravem materiæ . In dubio cenſetur quis ſe voluiſſe obligare ſecundum proportionem materiæ. Pichler *h. t. n. 8.* Schmalzgr. *l. tit. num. 32. & ſeq.* Confer Schambog. *num 26. in ſeq.* add. Engel *num. 12.*

6 Quo tempore tenetur quis adimplere ſuum votum?

Vel votum factum eſt cum deſignatione certi temporis vel non ? Si primum ? implendum eſt pro tempore deſignato, niſi juſta, & rationabilis cauſa dilationem ſuadeat. *c. 5. h. t.* ſi ſecundum ? votum implendum eſt, cùm primùm poteſt judiciô prudentis viri, & ſpectatis circumſtantiis: nam de ratione promiſſionis in genere eſt, ut obligat ſtatim, & impleri debeat, cùm primùm ſpectatis circumſtantiis impleri poteſt. Schmalzgr. *hìc num. 40. cum ſeq.* add. Schambog. *num. 29.* & Engel *n. 13.*

7 Quæ ſunt juſtæ cauſæ, ut poſſit differri votum?

Inter plures alias præcipuè ſunt hæ duæ. I. Quando qui adimplendo votum notabilem incurreret incommoditatem ; quia vovens non intendit ſe obligare cum tanta incommoditate. II. Quandoquis prævidet, ſe poſſe adimplere votum ſuum alio tempore majori cum devotione vid. cit. Schmalzgr. *hìc n. 42.*

8 Si vovens rem aliquam pro certo tempore, vel die, prævideat ſe tunc impeditum fore, teneturnè prævenire, & votum anticipare, aut etiam poſtea ſaltèm implere?

Circa hoc potiſſimùm inſpicienda eſt intentio voven-

tis, qualiter nimirùm votum ſuum ejusmodi tempori, diei annexum eſſe voluerit ? Nam ſi ratio, vel devo ejusmodi temporis ſpecialiter moveat ad hoc, vel ill movendum pro tali tempore, tunc votum ità eſt ann xum illi tempori, ut eô elapsô non amplius obliget, ideo nec anticipare illud tenetur vovens, nec ex poſt i plere, v. g. voviſti jejunare certo die in commemoration alicujus Sancti, vel peregrinari ad aliquem locum pro c ta feſtivitate, tunc, ſi eo die, vel feſtivitate impeditus non teneris alio die ante, vel poſt jejunare, aut peregri ri : quia votum hoc utpote certo illi diei, vel feſtivit inſeparabiliter annexum, & intentione voventis præc pro illo tempore obligat, & cum lapſu illius extinguit Quòd ſi verò tempus, ſivè ratio illius ad taliter vovend ſpecialiter non moveat, ſed ex alio fine, puta faciend vel differendæ executionis causâ adjiciatur, tunc regul riter ad evitandum votifragium prævisô impedimen præſtat, & debet votum, vel anticipari, vel ex poſt adh impleri, ſic, ſi voviſti intra annum, vel in feſto Paſcha religionem ingredi, aut hôc annô ad Cellas Marianas pe grinari, & factum non eſt, debes poſt annum voto ſat facere. Pariter ſi voviſti intra 3. ſequentes dies ſemel j junare, ſi non poſſis ultimô, teneris primô, vel ſecu dô, &c. ità ferè paſſim moraliſtæ in ſpecie Leonard. Ja ſen. *in Theol. Mor. caſu. 69. n. 13. & 14.* & in ſu ſtantia conveniunt Canoniſtæ Zöes *h. t. n. 54.* Schar bog. *num. 32.*

9. *Quid ſi votum pro aliqua parte fiat impoſſibile?*

Si materia voti ſit individua, & una pars fiat impoſ bilis moraliter, vel phyſicè, non tenetur vovens parte poſſibilem implere: niſi intentio voventis alia fuiſſet, q generaliter in materia voti eſt attendenda, ſi verò mate voti eſt dividua, diſtinguendum, an pars principalis f impoſſibilis, vel verò tantum ſecundaria ? ſi primur

n

rum eſt obligatio votum implendi ; quia acceſſorium ſequitur principale, ſecùs, ſi ſecundum. Quid autem principaliter ſit promiſſum, iterum ex intentione voventis dimetiendum erit. P. Engel *hìc num. 14.*

D. *Qui votum per ſe implere nequit, teneturnè per alium implere?*

In votis perſonalibus non eſt obligatio implendi ea per alium, ſi ipſe vovens per ſe implere nequeat : niſi vovens non tam ſui afflictionem, quàm alterius v. g. animarum in purgatorio juvamen intendiſſet : ſi tamen alius commodè haberi non poſſet, nec in hoc caſu foret obligatus, eò, quòd non ſit præſumendus, ſe in hoc caſu obligare voluiſſe. In votis verò realibus aliter ſe res habet : nam ſi à vovente impleri nequeant, per alium impleri debent, cùm nihil interſit, ſive ipſe vovens, ſive alius impleat. Porrò in mixtis attendendum eſt, an id, quod eſt reale voti v. g. peregrinatio, & in ea oblatio fuerit acceſſoria, vel principaliter in obligatione. Item, an intentio voventis fuerit, ſe ad ſingulas partes voti diviſim obligare, vel non ? & conſequenter diſcurrendum, ſicut in quæſtio 9. dictum fuit. vid. cit. Engel *hìc n. 15.*

I. *Tenenturnè etiam hæredes defuncti ad impletionem voti?*

Eadem adhibenda eſt diſtinctio, quòd ſcilicet perſonalia non teneantur implere, ſecùs realia *c. 6. de teſtam.* & *c. 18. de cenſib.* P. König *h. t. n. 21.* In mixtis rurſùs inſpiciendum eſt, an id, quod eſt reale voti, ſit ſeparabile ab eo, quod eſt perſonale, & ab eo independenter promiſſum ? & cæteris paribus impleri debet etiam per hæredem, ſaltèm ſecundùm vires hæreditatis, & ſalva liberis legitimâ, quæ ſicut legatis, ita & votis gravari non poteſt. Schambog. *hìc num. 33.* Ex quibus etiam

 illud

illud infertur, quòd ſi communitas, vel civitas aliqua v
veat peregrinationem, jejunium, &c. ſucceſſores non o
ligentur ex tali voto, quamvis obligari poſſint ex pac
conſuetudine, aut ſtatuto cum approbatione Epiſcopi ſ
tèm tacita facta. P. Engel *h. t. n. 17.*

12. *Quibus modis tollitur obligatio voti?*

Ceſſat, & tollitur quatuor illis modis, quos præn ſimus in quæſtione 2. nimirùm I. ſi materia voti deficiat, quia opus Deo promiſſum propter circumſtantias ſup venientes eſt illicitum, aut majoris boni impeditivum. Si à ſuperiore irritetur. III. Si commutetur. IV. Si v venti diſpenſatio concedatur, de quibus vid. Eng *hic §. 1. per tot.* Reiffenſt. *à n. 8. usque ad fin.* co fer Schmalzgr. §. *3. per tot. eód. tit.*

TITULUS XXXV.

De Statu Monachorum, & Canoni corum Regularium.

1. Quid hìc venit nomine ſtatûs?

STatus plerumque dupliciter accipitur: I. latiùs, p quavis vitæ conditione, II. ſtrictè pro conditione vit ſtabili, per quam alteri tenemur adſtricti, cujusmodi tr ſunt ſtatus in Eccleſia, nimirum Clericorum, Religioſorum & conjugum Pichler *hìc n. 1.*

2. Quid, & quotuplex eſt ſtatus Religioſus?

Status religioſus definitur: quòd ſit fidelium ad Chri ſtianæ vitæ perfectionem tendentium ſtabilis in commun viven

ndi modus ab Eccleſia approbatus, editis tribus votis, pertatis, caſtitatis, & obedientiæ. Et dividitur in ſta- Monachorum, & Canonicorum Regularium P. Kö- *hic n. 2. cum ſeq.*

In quo, quod ſtatum attinet, differunt Monachi à Canonicis Regularibus?

nter Monachos, & Canonicos Regulares præcipuè hæc differentia, quòd Monachi ſtrictiori regulæ, Canonici ulares laxiori ſubſint. Pirhing. *h. t. 1. in pr.* confer ambog. *n. 5.*

Quid ſtatui Monachorum, & Canonicorum Regularium potiſſimùm convenit?

llud inprimis, ut regulam, quam profeſſi ſunt, dili- er obſervent, & præcipuè tria vota, paupertatis, ca- tis, & obedientiæ ſanctè cuſtodiant. Vallenſ. *hic n. 2.*

Qualis obligatio conſurgit ex voto obedientiæ?

Vi voti obedientiæ tenetur Religioſus obſequi ſuperio- ræcipienti, quæ vel directè, vel explicitè, vel indirectè nplicitè ſunt conſentaneæ regulæ, cui ſe generaliter inxit. P. König *h. t. num. 11.* An autem, & quo- o teneantur religioſi acceptare ſtatuta regulæ reſor- oria? diximus *in lib. 1. de conſtit. quæſt. 15.* & it fuſiùs Schmalzgr. *hìc n. 76. cum 5. ſeq.* ſicut, & plura huc ſpectantia §. *3. per tot.*

6. Ad quid tenetur Religioſus vi voti caſtitatis?

Vi voti caſtitatis Religioſus ab omni delectione venerea, non tantùm extra, ſicut laici, ſed etiam intra matrimonium abſtinere tenetur, ità, ut duplicem transgrediendo committat malitiam, contra votum ſcilicet, & præceptum Decalogi, de cujus ſacrilegii gravitate paſſim moraliſtæ, & latè de obligatione hujus voti, nec non ejus diſpenſatione Schmalzgr. *h. t. §. 2. per tot.*

7. Ad quid obligatur Religioſus ration[e] voti paupertatis?

Ex voto paupertatis Religioſus non tantùm incapa[x] eſt Dominii bonorum, ſed ei quoque illicitus redditu[r] omnis temporalis rei uſus ſine Prælati voluntate, & licentia, ſaltem præſumpta *c. 5. de regul. c. 6. h. t.* atque ho[c] voto paupertatis tenentur quoque Prælati; quia ſicut i[n] religioſis ſubditis, ità & in ſe ipſis ſuperflua amputare debent. P. König *h. t. n. 12. in fin.* ubi tamen monet ut hi in ſuos liberales potiùs ſint, quàm parci, cùm tantò magis diſciplina vigeat, quantò uberius (intra limite[s] tamen religioſæ decentiæ) religioſis præſertim in victu, & veſtitu provideatur. Porrò de paupertate, quam profitentur, qui in ſocietate nondum ſunt profeſſi, vel Coadjutores formati, videantur DD. ejusdem Societatis, confer iterum quoad hanc obligationem Schmalzgr. *h. t. §. 1. per tot.*

8. Quæ ſunt pœnæ Religioſorum proprietariorum?

I. Privantur per biennium voce activa, & paſſiva *c. 4. & 6. h. t. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 2.* II. Si i[n] hoc vitio decedunt, à ſepultura Eccleſiaſtica excluduntur

c. (

cit. Quinimò ſi defacto ſepeliri talem aliquem in ſacro contigerit, tunc iterum effodi, ac in ſterquili- ſepeliri jubetur. *c. 4. cit.* ut tamen prædictas pœnas incurrat, non ſufficit, ut apud eum pecunia, vel res oſa fuerit inventa, ſed requiritur, ut factum tale à tione religioſæ paupertatis nullatenus excuſari poſſit. ngel *b. t. n. 5.* confer. Schmalzgr. *n. 30. cum ſeq.*

In quibus præterea conſiſtit ſtatus Regularium?

Jt non vagentur, ſed in ſuis Monaſteriis maneant. Ad tamen arctiùs obligantur Moniales, quàm Monachi: juxta conſtitutionem Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de regul.* nulli Monialium poſt profeſſionem licet exire ex aſterio, etiam ad breve tempus, quocunque prætextu, x aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbata. Ingredientes verò earum Monaſteria ſine licentia ſuperioris riptis obtenta incurrunt pœnam excommunicationis acto. Quæ tamen excommunicatio juxta probabim non eſt reſervata. P. Engel *n. 11.* nec extenditur gredientes Monaſteria virorum. idem *num. 13.* Non nte Bulla Gregorii XIII. *ubi gratia*: quia ibi fer- antùm excommunicationis ſententia in quaſdam Co- ſas, & ſimiles perſonas, quæ prætextu ſuorum pri- iorum Monaſteria ingredi præſumunt. *cit.* Engel plura huc ſpectantia, & in ſpecie de Clauſura Regum vid. apud cit. Schmalzgr. *§. 4.* & Reiffenſt. *§.* *r tot. h. t.*

TITULUS XXXVI.

De Religioſis Domibus, ut Epiſcop ſint ſubjectæ?

1. *Quid intelligitur hìc per domum Re ligioſam?*

IN genere per domum religioſam intelligitur locus c tui divino, vel aliis piis uſibus deſtinatus. *c. 4. h.* Qui locus, ſi ſit conſecratus, dicitur propriè dom ſacra: ſi verò tantùm authoritate Epiſcopi domus ſit e cta, non tamen conſecrata, in ſpecie domus Religioſa minatur: ſi verò nec authoritas Epiſcopi, nec conſec tio intervenerit, propriè domus pia appellatur. Pich *h. t. n. 1.* confer Reiffenſt. *n. 1. cum duob. ſeq. h. t.*

2. *Cui ſubjectæ ſunt ejusmodi domus?*

Epiſcopus habet in jure fundatam intentionem, qu ejusdem jurisdictioni omnes domus ſacræ, & Religio ſint ſubjectæ; unde, quæ ſubjectionem ſubterfugere v lunt, exemptionem docere debent. *c. 3. 4. 6. & 7. h.* Schambog. *hìc n. 3.* & Schmalzgr. *n. 4.* add. Engel *n.* Quod procedit non tantùm, ſi Eccleſia, vel alius locus ſ cer, aut religioſus ſit incorporatus Monaſterio exempt ſed etiam, ſi Eccleſia, vel Monaſterium unius Diœce ſit unitum Monaſterio vel Eccleſiæ alterius Diœceſeo nam nihilominùs manet ſub jurisdictione illius Epiſcop in cujus Diœceſi exiſtit. cit. Schmalzgr. *n. 5. junct. n. 1 cum duob. ſeq.*

3. *Se*

3. ſed cujus jurisdictioni cenſebitur ſubje- …a eſſe Eccleſia ædificata in loco, de quo dubitatur, in cujus ſit Diœceſi?

…lactenus erit ſub illius jurisdictione, qui, antequam …cc ſia ædificetur, in incolas illius loci, ſeu territorii ju- …a Eiſcopalia exercuit, vel Sacramenta quædam contulit. …rg. c. 1. h. t. vid. cit. Schmalzgr. *hìc n. 7. cum duob.* …eq. Schambog. *n. 4. & ſeq.*

4. An, & quomodo ſubſunt Epiſcopo Hoſpitalia, & aliæ ejusmodi domus piæ?

…eſpondeo ſub diſtinctione, vel enim ſunt erecta au- …ho…rate Epiſcopi, vel non: ſi primum? ſubſunt juris- …licti…ni Epiſcopi. *c. 3. h. t.* ſi ſecundum? manent ſub …uri…ictione Principis, vel aliorum dominorum, quorum …uth…ritate ſunt erecta; quia licet quidem ſint loca pia …ion…amen religioſa, ſed profana. id. Schmalzgr. *n. 13.* …un *duob. ſeq.* Schambog. *n. 13.*

5. Quid juris parit Epiſcopo hæc locorum religioſorum ſubjectio?

…ræter jurisdictionem fori interni, & exactionem ju- …riu…t Epiſcopalium duo principaliter Epiſcopo competunt: …. ju… viſitandi ejusmodi loca religioſa, II. jus exigendi ra- …ion… ab Adminiſtrationibus, ùt patet ex Trid. *ſeſſ. 22.* *de …form. c. 8. & c. 9.* Reiffenſt. *hìc n. 5. cum ſeq.* …niſi… …iter in fundatione cautum ſit, aut ejusmodi loca …expr…sè fuerint erecta ſub immediata protectione Regum, …ut …orum ſublimium Principum Regalia in ditionibus …ubj…tis exercentium. Schmalzgr. *hìc n. 10. cum. 6. ſeq.* …ic e…im Hoſpitalia, & alia pia loca ordinum militarium, …ec …n aliorum locorum Religioſorum non ſubſunt viſi- …atio…i Epiſcopi Clem. *2. §. 2. h. t.* Quòd ſi verò ex privi-

privilegio, vel conſuetudine rationum exactiones ab modi locis religioſis ad alios v. g. Patronos pertir cum his nihilominùs etiam Ordinarius concurrit, cit. *ſeſſ. 22. c. 9.* vel locò illius Parochus loci, utì h Auſtria paſſim. An autem, & quomodo Epiſcopus ab quoque locis piis non religioſis in ſubſidium ſaltem tiones exigere, & inquirere poſſit, an omnia juxta fundatorum intentionem debitè applicentur, & adr ſtrentur? vid. Reiffenſt. *hìc n. 9.* In praxi id ſ rarius procedit, ut circa ejusmodi loca inſpectio aliq admittatur.

6. *Potéſtne Epiſcopus vi ſuæ jurisdictio religioſa, & alia pia loca, vel fundationes ad tum pium uſum erectas in alium uſum pium transferre?*

Olim poterat Clem. *2. cit. h. t.* hodie tamen aliter, quàm ſi in eum finem, in quem fundati ſunt, poſſunt applicari, tunc enim poteſt Ordinarius, cum bus de capitulo in alium pium uſum inſtitutioni pr miorem, & utiliorem convertere. Trid. *ſeſſ. 25. de form. c. 8.* Reiffenſt. *n. 10.*

7. *Quis poteſt dare licentiam nova M naſteria erigendi, vel conſtituendi?*

Non conveniunt in hoc DD. aliqui enim volunt ter licentiam Epiſcopi, requiri etiam conſenſum Sum Pontificis, utì videre eſt apud Schmalzgr. *hìc num.* cui ſententiæ etiam ipſe accedit. Verùm quidquid f ſit in Italia, & Inſulis adjacentibus: in Germania tam & aliis Provinciis conſenſus iſte S. Pontificis non amp videtur eſſe neceſſarius, ſive ſermo ſit de Monaſteriis m dicantium, ſive non mendicantium, tum per Conc. T *ſeſſ. 25. de Regular. c. 3.* tum per alia tria decreta

hanc materiam noviſſimè edita, videlicet Clementis Papæ III. de Anno 1625. in quibus nulla penitùs facta de conſenſu Pontificis mentione ſolus requiritur Epiſcopi conſenſ, ùt benè probat Reiffenſt. *n. 36. cum duob. ſeq.* *tit. de Eccl. ædific.*

Quid præterea requiritur ad erectionem novorum Monaſteriorum?

Juxta præallegatas tres conſtitutiones, quas per extenſum adducit cit. Reiffenſt. loco allegat. præter conſenſum Epiſcopi requiritur inſuper I. Conſenſus Parochi, vel Capituli curam animarum in tali loco exercentis. II. Principis, & incolarum ejusdem loci. III. Religioſorum in vicinia domicilia habentium. IV. Ut in tali domicilio 12. ſaltèm Religioſi habitare, & competenter ſuſtentari valeant. Confer Schmalzgr. *h. t. n. 31. cum 5. ſeq.* An verò dicta decreta comprehendant etiam Monaſteria Monialium? Item an eædem conſtitutiones obſervandæ etiam ſint in translatione, ampliatione & reædificatione conventûs, tradit id. Schmalzgr. *n. 38. & 5. ſeq.*

Sed poteſtnè etiam Epiſcopus novam aliquam religionem in ſua diœceſi inſtituere?

Olim ſufficiebat ſolius Epiſcopi authoritas, & approbatio. Sed hoc poſtea in Conc. Later. ſub Innoc. III. celebrato inhibitum fuit, ùt conſtat ex *c. fin. h. t. & c. un. eod. in 6.*ità, ut hodiè nullam religionem recipere liceat Epiſcopis, quæ non priùs ſit à Sede Apoſtolica approbata Pichler, Scharbog. *hìc num. 16.* & Engel *num. 7.* quid autem juris ſit circa alias congregationes privatas tam virorum, quàm mulierum? vid. Schmalzgr. *hìc à n. 47. usque ad fin.*

10. Quid

10. *Quid juris, ſi Eccleſia, vel Monaſterium regulare deficiat, aut Religioſi diſcipli[nam] regularem excuſſerint, poteſtnè hoc ipſo ſæcul[ari]zari, & in aliam Eccleſiam ſæcularem, ve[l] collegium mutari?*

Quin hoc poſſit fieri authoritate S. Pontificis, no[n] dubium per *c. 2. h. t.* Epiſcopis autem hoc non alite[r] conceſſum, quàm, ſi nulli Religioſi reperiantur, qu[i] ejusmodi Monaſterium reſtaurari, vel diſciplina coll[apſa] reformari poſſit *c. 5. eod.* Unde debet imprimis ter[ri] reformatio per Religioſos ejusdem Monaſterii, in ho[rum] defectu vocandi Religioſi ſtrictioris obſervantiæ ejus[dem] ordinis ex alio monaſterio: hìs deficientibus Religioſ[i] terius ordinis: & ſi demum neque per alios reform[atio] poſſet inſtitui, tunc primùm ibi collocandi ſunt Clerici [ſæ]culares, Schmalzgr. *hìc num. 25.* licèt verò Pontife[x] hunc ordinem non adſtringatur, non tamen cenſetur [...] velle hac poteſtate, niſi ex graviſſimis cauſis, ac præ[ce]dente cauſæ cognitione. Engel *h. t. n. 11. in fin.*

TITULUS XXXVII.

De Capellis Monachorum, & ali[o]rum Religioſorum.

1. *Quid hìc venit nomine Capellæ?*

CApella varias habet ſignificationes, utì videre eſt a[pud] Schmalzgr. *hìc n. 2.* communiter accipitur pro [Ora]torio Deo dicato, vel in Eccleſia, vel extra Eccleſiam, [...] tamen loco ſumitur pro Eccleſia curata, ſide Parochiali [in]corporata Monaſterio, vel Eccleſiæ Regulari. Pichle[r] Schmalzgr. *hìc n. 1.*

2. *Qu-*

2. Quotupliciter poteſt aliqua Eccleſia unita eſſe alicui Monaſterio?

Dupliciter: I. quoad jura temporalia tantùm, II. quoad jura temporalia, & ſpiritualia ſimul. Et ſiquidem populus illic manet ſub jurisdictione Epiſcopi, tunc dicitur incorporatio facta pleno jure, ſi verò præter Eccleſiam unitam etiam populus ab Epiſcopi jurisdictione fiat exemptus & Monaſterio ſubjectus; tunc dicitur facta eſſe pleniſſimo jure. ...mbog. *hìc n. 3.* & Engel *n. 11. verſ. alii tamen ...t. num. ſeq.*

3. Quomodo fit, & quid juris conſequitur Monaſterium per unionem Eccleſiæ, quoad temporalia tantùm, ſibi factam?

Unio quoad temporalia tunc cenſetur eſſe facta, quando fructus, decimæ, aliique reditus Parochiæ, Monaſterio illiusque menſæ incorporantur, jus autem inſtituendi Rectorem remanet penes Epiſcopum. Unde hoc in caſu præter fructuum perceptionem Monaſterium præcisè conſequitur jus præſentandi Parochum ſive Beneficiatum, qui de populi cura Epiſcopo rationem reddat, Abbati verò pro rebus temporalibus ad monaſterium pertinentibus ſubjectionem debitam exhibeat, ùt inſinuat *can. 6. cauſ. 16. quæſt. 2. & c. 31. de præb. cum ſimilib.* Iſte autem præſentandus regulariter debet eſſe ſæcularis, nec poteſt Abbas, excepto caſu neceſſitatis, ubi nimirùm ſæculares Clerici haberi commodè non poſſunt, regularem præſentare. Item debet eſſe perpetuus conſequenter non poteſt ab Abbate ad lubitum amoveri *cit. c. 31. de præb.* Reiff. inſt. *hìc n. 3. junct. n. 5. & 7.*

4. Quid

4. *Quid juris in unione pleno jur facta?*

Pleno jure dicuntur uniri Eccleſiæ, quando præte percipiendi reditus temporales, etiam adminiſtratio tualium ſive curæ animarum in monaſterium eſt tran Atque in tali Parochia Rector principalis cenſetur eſſe bas monaſterii, ad eumque pertinet proviſio, ſive ex tio Vicarii qualiscunque ſive regularis, ſive ſæcularis, e absque inveſtitura, adeoque ad nutum Prælati amov cit. Reiffenſt. *num. 5. junct. num. 8.* neque pro c tione talis Parochiæ Epiſcopus concurſum publicare eſt, nec Abbas tenetur, uti declaravit Pius V. in *Ad exequendum.* nec in ea locum habet terminus teranenſis concilii, & ideo ejus collatio propter vacan ultra 6. menſes ad Epiſcopum non devolvitur, cùm quam vacare cenſeatur. Clem. *un. de exceſſ. Præl.* fer Engel *hic num. 11.*

5. *Quid in unione pleniſſimo jure facta?*

Cum hac tranſit etiam populus in jurisdictionem naſterii, ſive Abbatis, eoque caſu Epiſcopus nihil h in Parochia, ſed Abbas eſt locò Epiſcopi, & ordinari Engel *hic num. 12.*

6. *An, & qualem jurisdictionem ha Epiſcopus in Parochiis Monaſterio incorporatis?*

Si Parochia eſt pleniſſimo jure incorporata, tunc mox dictum, Epiſcopus nihil in ea juris habet, & nec viſitare, nec examinare, vel approbare eos poteſt, in ejusmodi Eccleſiis exponunt Prælati. *c. 21. de pri c. 1.* Trid. *ſeſſ. 25. c. 11. de regul.* Pichl. *hic n. 2.* ſi au p

..o jure (& multò magis quoad temporalia tantùm,) ..facta fuit, tunc de jure hujusmodi expoſiti etiam Re-..res ad nutum amovibiles in præfatis Eccleſiis conſtitu-..ram animarum exercentes ſubſunt immediatè in iis, ..ad dictam curam & Sacramentorum adminiſtratio-..pertinent, jurisdictioni, viſitationi, & correctioni Epi-..i, in cujus diœceſi ſunt ſitæ, cit. Trid. *ſeſſ. 25. c. 11.* ..liquis tamen defectibus regulares, præſertim exem-..taliter nullo modo ſubſunt Epiſcopo, ſed viſitatio, ..orrectio expoſiti, ad Prælatum regularem pertinet. ..cit. Reiffenſt. *n. 10. h. t. ibique in ſeqq.* ubi etiam ..at. de *congrua portione* Vicariis ejusmodi conſti-..da, à quo nimirum, item qualis, & quanta, & de ..us reditibus conſtitui, atque aſſignari debeat?

TITULUS XXXVIII.

De Jure Patronatûs.

1. Quid eſt jus Patronatûs?

J.. Patronatus eſt jus, ſeu poteſtas præſentandi Clericum ..l beneficium vacans. Germanis **das Pfarr-Lehen/ ob geiſtliches Lehen-Recht.** P. König *h. t. n. 3.* En-gel.. *1.* Hoc jus, licèt non ſit merè temporale, nec eſt ta..n merè ſpirituale, ſed ſpirituali, ſcilicet inſtitutioni an..xum, quâ de re vid. Schmalzgr. *h. t. n. 2. trib. ſeq.* co..er Schambog. *n. 5. & ſeq.*

2. Quotuplex eſt jus Patronatûs?

..ræcipua, & uſitatiſſima diviſio eſt, quòd aliud ſit Ec-cleſ..ſticum, aliud Laicum, aliud mixtum. Eccleſiaſticum dic..ur, quod competit ratione Eccleſiæ, ſive deinde quis fun..verit Eccleſiam ex bonis Eccleſiaſticis, ſive jus illud ori..nem habuerit ex patrimoniis Laici, ac poſtea quovis

modo fuerit translatum in Eccleſiam, aut annexum gnitati, aut beneficio Eccleſiaſtico. Laicum eſt, quod a cui Laico, ſive Clerico competit ratione fundationis, a dotationis, ex bonis ſæcularibus, ſive proprio patrimon. Mixtum denique eſt, quod partim ratione Eccleſiæ, p tim ratione proprii patrimonii competit. vid. cit. Schmalz *hic n. 6. & 8. ſeq.* plures diviſiones ſuppeditat Reiffen *n. 45. & aliquot ſeq. eod. tit.*

3. *Quænam ſunt præcipuæ differentiæ inter jus Patronatûs Eccleſiaſticum, & Laicum?*

Vivianus cit. à Schmalzgr. *h. t. n. 17.* quadragin octo differentias enumerat. Præcipuæ verò ſunt, I. qu Patronus Eccleſiaſticus ſex: Laicùs verò quatuor men habeat ad præſentandum *c. 22. h. t. c. un. eôd. in* II. Laicus poteſt præſentare plures, tam ſimul, quàm ſu ceſſivè, modo id faciat, antequam unius ſecuta eſt inſtit tio, nec eum, quem ſemel præſentavit, excludat: Eccl ſiaſticus unum tantùm absque poteſtate variandi præſe tare poteſt, *c. 5. & 24. h. t.* & hæc ratio eſt; qu re longius habeat tempus ad præſentandum, ut cùm uno gravetur, in alio relevetur. P. Engel *num. 11.* I Papa, niſi clarè exprimat, non cenſetur derogare juri P tronatûs Laico, benè tamen Eccleſiaſtico *c. 28. h. t.* I Laicus præſentando indignum pro illa vice probabili non privatur jure præſentandi, benè Eccleſiaſticus. *c. 2.* *ſupple. negli. Prælat. c. 4. de off. Ind. Ordinari* V. In Laico Patronatu ad Eccleſias Parochiales non hab locum *concurſus*, at in Eccleſiaſtico Trid. *ſeſſ. 24.* *18. de reform. verſ. quòd ſi jus.* Pichler *n. 4.* rat autem, quare Pontifices juri Patronatûs Laicorum tant favores conceſſerint, eſt, ut hoc modo ad fundandas, dotandas Eccleſias invitarentur. vid. Reiffenſt. *hic à n. 5* *usque ad n. 65.*

4. *Qu*

.. *Quinam ſunt capaces juris Patronatûs?*

Juris patronatûs capaces ſunt omnes Chriſtiani, non ..ùm Clerici, ſed etiam Laici, (nam licèt hoc jus ſit ..ituali annexum, ſunt tamen Laici per privilegium ..erſale ad hoc habilitati) imò & fæminæ *c. 7. & ..n de conceſſ. præb.* nec non pupilli, minores, & ..ntes, ſed hi, ſi ſeptennium nondum ſunt egreſſi, non ..eiſe ipſos, ſed per tutores actualiter præſentare valent, ..ecs eſt, ſi ſeptenniô ſint majores, tunc enim in præ..erando tutori præferuntur. P. König *h. t. n. 22.* ..vid Reiffenſt. *hìc à num. 36. uſque ad num. 42.* ..Dium autem *Chriſtiani.* Hinc excluduntur Ju..dæi infideles, item hæretici ſaltèm de jure communi: ..dea Reiffenſt. *num. 43.* De facto tamen ex S. ..ontificis, & Prælatorum Eccleſiaſticorum conniventia ..n Germania noſtra admittuntur etiam præſentationes ab ..hæreticis factæ, modò Clericus ab ipſis præſentatus ſit ..idoneus. Schmalzgr. *hìc num. 68.* qui etiam quoad ..plura alia huc ſpectantia videri poteſt. *§. 3. per tot.*

.5 *Quibus modis acquiritur jus Patronatûs?*

..ales ſunt tres potiſſimùm cauſæ, & modi, ſcilicet ..undatio, dotatio, & ædificatio Eccleſiæ juxta vul..rem illum verſiculum: Patronum faciunt, dos, ædi..catio, fundus. Engel *hìc num. 18.* poteſt tamen etiam acquiri ex ſpeciali S. Pontificis privilegio, item præſcriptione, ſicut alia jura, de quo vide Reiffenſt. *hìc num. 12. cum 4. ſeq.* Ex dictis autem tribus cau.., & modis quilibet disjunctim, & ſeparatim ſufficit; adeò, ut ſi plures concurrant, ità, ut unus dotet,

alter fundet, & tertius ædificet, omnes fiant Patroni ſolidum. cit. Reiffenſt. *n. 4. junct. num. 10.* Con Schmalzgr. *eod. tit. n. 50. cum 7. ſeq.*

6. *Sed quis dicitur fundare, conſtrue aut dotare Eccleſiam?*

Fundare dicitur is, qui fundum, ſive ſolum dat, quô conſtruitur Eccleſia. *Can. 32. cauſ. 16. q.* conſtruere is, cujus nomine, & ſumptibus ædificatu vel collapſa reſtituitur. *Can. 33. cauſ. & q. c* Dotare denique dicitur ille, qui aſſignat Eccleſiæ co ſtruendæ, vel conſtructæ reditus annuos ſufficien pro neceſſariis ejusdem uſibus, & Miniſtrorum congi ſuſtentatione. *Can. 31. cauſ. & q. cit.* vid. Reiffen *hìc à n. 6. uſque ad n. 10.*

7. *Quid requiritur, ut aliquis ex pr dictis capitibus jus Patronatûs acquirat?*

Requiritur I. Ut id, quod facit, vel expreſſe, tacitè faciat animo fundandi, conſtruendi, vel dota di Eccleſiam, aliàs Benefactor, non Patronus cen bitur. Non eſt tamen neceſsè, ut quis expreſsè hoc ſibi reſervet, ſed ſufficit, quòd actu contrario non mittat. II. Ut reditus, quos dat, ſint ſufficienter neceſſariis uſibus, & ſuſtentatione miniſtrorum, aliâ & hic quoque magìs pro benefactore, quàm patrono putandus eſſet. Excipitur caſus, quô plures dotem ſ ficientem aſſignarent, tunc enim quilibet eorum Pat nus Eccleſiæ efficitur, eò, quòd quilibet ratione co munitatis, & ſocietatis cenſeatur dotem ſufficient præſtitiſſe. III. Requiritur, ut interveniat authori Ordinarii, cujus nomine venit Epiſcopus, & quili Prælatus jurisdictionem quaſi Epiſcopalem habens,

ko

lo conſtruendæ Eccleſiæ, aut Capellæ : vel Benefi-ci erigendi. Vide Schmalzgr. *hìc num. 34. cum ſeq.*

8 *Competitnè jus Patronatûs ex ædificatione, dotatione, vel fundatione cujuscunque Eccleſiæ?*

Non competit in omnibus, ſaltèm plenè, & quoad omnes effectus, ſed diſtinguendum eſt inter Eccleſias collegiatas, ſive conventuales, & inter non collegiatas, ſive non conventuales. In his quidem ex dictis tribus modis indiſtinctè acquiritur jus Patronatûs, & quidem plenum ac quoad omnes effectus. In iis autem, non niſi quoad honorem, & alios ſimiles effectus, de quibus infrà. Unde jus præſentandi, vel nominandi Prælatum ad vacantem talem Eccleſiam non conſequitur, niſi illud ſpecialiter obtentum ſit indultò Pontificiò, ut clarè deciſum habetur, *in c. 25. h. t.* Quod adeò procedit, ut fundator Laicus (aliud eſt in fundatore Eccleſiaſtico) ne quidem in limine fundationis valeat ſibi, vel ſucceſſoribus reſervare jus præſentandi, vel eligendi Prælatum pro tali Eccleſia ſine Pontificis conſenſu, quia hujus eſt incapax per *dict. in tit. de elect. q. 5.* nisì quæſtio ſit de ſolo aſſenſu, & approbatione electionis : nam hunc ſaltèm interveniente Epiſcopi authoritate ſibi, & ſucceſſoribus ſuis reſervare poteſt. vide Schmalzgr. *hìc à num. 44. uſque ad num. 49.*

9 *Cui competit jus Patronatûs in Eccleſia diruta per alium reſtaurata, vel de novo dotata?*

Illi, qui eam de novo reſtauravit, vel cùm dos prior amiſſa, de novo dotavit, circa quod tamen ſequentia [illegible]-

bent concurrere I. ut reædificatio, vel novæ dotis c
ſtitutio fiat de licentia Diœceſani cum conditione acc
rendi jus patronatûs. II. Ut prior Patronus ea de
moneatur, an fortè ipſe reædificare, aut redotare i
velit. III. Ut Eccleſia ſit omninò diruta, vel dos p
omninò amiſſa. vid. cit. Schmalzgr. *n. 61. cum* J
Engel *n. 21. h. t.* An autem, & quibus modis jus
tronatûs ſemel acquiſitum in alios transferri poſſit ?
Reiffenſt. *à n. 17. uſque ad n. 35.* & Schmalzgr.
5. per tot. h. t.

10. *Quæ jura, & beneficia conſequ- tur Patronus in Eccleſia patro- nata?*

Hæc quatuor præcipuè ſunt, prout enumerantur
c. 25. h. t. & conſiſtunt partim in honore, & em
lumento, partim verò in onere, juxta verſiculos ill
Patrono debetur honos, onus, emolumentum, pr
ſentet, præſit, defendat, alatur egenus. Engel *hìc n.*
P. König *num. 29.*

11. *In quo conſiſtunt jura honorifica Patroni?*

Primò in præcedentia tum in- tum extra Eccleſian
debetur enim Patrono ſedes honorabilior, & locus
gnior in Eccleſia, nec non prioritas in proceſſionibus,
ſuſcipienda pace, thurificatione, & aliis actibus ſimi
bùs. arg. *c. 26. cauſ. 16. q. 7. & c. 25. cit. h.*
Excipitur tamen dominus territorialis loci, nam h
etiam in Eccleſia patronata Patronum præcedit. vid. Rei
fenſt. *hìc n. 110. & ſeq.* Secundò verò, & potiſſimù
in jure præſentandi.

12. Qui

2. Quid conſequitur Patronus per jus præſentandi?

Quòd poſſit præſentare Clericum ad beneficium vacantem, quem etiam ordinarius, modò ſit idoneus, & aliud nihil obſtet, neceſſariò admittere, & in beneficio inſtituere tenetur, adeò, ut cæteroqui collatio alteri facta, ſit nulla, utì deciditur *in Can. 32. cauſ. 16. q. 7. & c. 14. & 29. h. t.* ſaltèm ſi patronus opponat, & contradicat. cit. Reiffenſt. *n. 67. junct. n. 69. & ſeq.* vel *n. 2. cit.*

3. Intra quale tempus facienda præſentatio?

Patronus Eccleſiaſticus juxta dicta ſuprâ in *q. 3.* habet ſex, Laicus verò quatuor duntaxat menſes, intra quos, ſi ceſſante legitimo impedimento præſentatio facta non fuerit, jus conferendi beneficium ad ordinarium devolvitur. Vallenſ. *hic* §. *3. num. 1. cum duob. ſeq.* Quibus verò caſibus tempora illa Patronis non currant, ne lapſus noceat? vid. apud Schmalzgr. *num. 220. & trib. ſeq.*

4. Quomodo fieri debet, & cujus præſentatio eſt præferenda, ſi plures ſunt Patroni, ac plures ab eis præſententur?

Si plures ſunt Patroni per modum unius, ùt accidit in Collegiis, capitulis, & aliis communitatibus, tunc omnes ſunt vocandi, ac citandi, adeò, ut ſi unus negligatur, & ſpernatur, præſentatio ſit nulla. arg. *c. 28. & 36. de elect.* vocatis autem, & citatis ille præfertur, qui habet majora, utì in ſimili dictum *in tit. de elect.*

elect. ſi verò jus præſentandi competit pluribus, ùt ſi gulis, tunc quilibet poteſt ſeparatim præſentare, etia non vocatîs, vel monitîs reliquîs. Interim ex præſe tatis ille eſt potior, in quem major pars conſpirat. ar *c. 3. h t.* Pichler *hìc n. 7.* modò tamen ſit dignus nam aliàs præferetur præſentatus à minore parte. Reiffenſ *hìc num. 93.*

15. *Sed quid, ſi præſentati in votis ſint pa res, & nemo habeat majora?*

Tunc ex ſententia cit. Reiffenſt. *num. 94. h.* i nullus eorum acquiſivit jus, nec tenetur Epiſcopus al quem ex præſentatis etiam digniorem inſtituere. Ex ra tione; tum quia, ut præſentatio à pluribus facta ſit va lida, debet fieri à majore parte: per dicta in q. præc tum quia in tali caſu patroni revera diſcordant, in caſ autem diſcordiæ liberum eſt Epiſcopo providere arg *c. 3. h. t.* vid. tamen Schmalzgr. *hìc n. 211. cum trib ſeq.* Porrò quid Epiſcopo ſit faciendum, ſi Patron ratione præſentationis inter ſe diſcordent, & præſenta tionem nimìs protrahunt. Vide Schambog. *hì num. 32.*

16. *Poteſtnè Patronus ſe ipſum præſen tare, & quid juris in filiis, & conſan guineis?*

Non poteſt ſe ipſum præſentare, quia inter dantem & accipientem debet eſſe diſtinctio. *c. fin. de Inſtit.* ſupplicare tamen poteſt Epiſcopo, ut ſibi conferat bene ficium, vel ſi plures ſint conpatroni poteſt præſentatio nem ſuæ perſonæ ab illis factam acceptare. Filios verò & conſanguineos non prohibetur præſentare, nè ſin deterioris conditionis, quàm extranei. Accedit *c. 61*

de R

de R. *J. in 6.* P. Engel *hìc n. 3.* Confer Schmalzgr. *num. 169. cum 5. ſeq.* & *tot. §. 6.* circa plures alias quæſtiones ad jus præſentandi pertinentes.

7. *In quo conſiſtit jus utile, ſive emolumentum Patroni?*

In hoc præcipuè, quòd ſi ad inopiam vergat, ab Eccleſia ei modeſtè ſuccurrendum ſit, ut loquitur text. in *ci. c. 25. h. t.* Ratio conſiſtit in æquitate, quâ ad remunerandum quivis obligatus eſt eos, à quibus beneficia accepit, qualis autem inopia hìc requiratur, & in quantum alimenta hujusmodi ſubminiſtranda ſint. vide Reiffenſt. *n. 113. cum trib. ſeq.*

8. *Quæ ſunt onera, ac munera Patroni?*

Duas præcipuè habet obligationes Patronus. Primò quidem debet curare, nè à Rectore, vel miniſtris, aut aliis quibuscunque bona Eccleſiæ dilapidentur, aut malè, vel contra finem à fundatore intentum applicentur. Secundò, ut Eccleſiam tamquam Advocatus ipſius in - & extra judicium pro poſſibili defendat: ſumptus tamen non tenetur ex propriis anticipare, ſed ſatisfacit, ſi id faciat Eccleſiæ expenſis. Reiffenſt. *n. 117. cum duob. seq.* Eſt tamen in multis locis, ſicut, & hìc in Auſtria jus Advocatiæ à jure Patronatûs diſtinctum, illudque propriè in defendendo conſiſtit, & dicitur Vogtey/ Vogt-Herrlichkeit/ conſequenter, ſi quis ſolùm jus defendendi Eccleſiam ſinè jure præſentandi habeat, dicitur præcisè Advocatus Vogt-Herr. Et tale jus Advocatiæ in terris Imperii competit Imperatori, nec non Ducibus, & Principibus in ſuis territoriis. Schmalzgr. *hìc n. 100.* Concordat quoad omnia ferè enumerata jura,

ra, & prærogativas Jus Auſtriacum, uti videre eſt i
tract. de jur. incorp. tit. 1. per tot.

19. *Competitnè Patronis præter jura, & prærogativas enumeratas jurisdictio quoque, vel poteſtas in bona Eccleſiæ, vel Rectorem ejusdem?*

Jure communi nulla omninò jurisdictio, vel poteſta eo nomine iis competit, nisì in prima fundatione alite conſtitutum, vel conſuetudine quid ampliùs introdu ctum ſit, uti fusè, & ſolidè probat cit. Reiffenſt *à num. 120. uſque ad num. 124.* Jure tamen Au ſtriaco Patrono aſſeritur inſuper jus exigendi, & aſſiden di ratiociniis ſuper bonis, & reditibus ad Eccleſiam per tinentibus. Item jus intereſſendi hæreditariis adjudica tionibus per ſe, vel ſubſtitutos, **denen Abhandlun gen der verſtorbenen Pfarrern / und** Beneficiate **durch ſich / oder Gewalttrager beyzuwohnen /** ne non jus inſtituendi, ſive inveſtiendi in temporalibus ci *tr. de jurib. incorp. §. 14. cum ſeq.*

20. *Quibûs modîs amittitur jus Patronatûs?*

Jus Patronatûs amittitur. I. Si Eccleſia ſine ſpe reæd ficationis pereat, vel dos ei adimatur. II. Si cum Patro conſenſu ex Eccleſia patronata fiat Monaſterium, v Eccleſia collegiata. III. Si Eccleſia patronata alteri Eccl ſiæ, vel Monaſterio ſinè reſervatione juris patronatu uniatur. IV. Si Patronus incidat in hæreſim, Schiſm Apoſtaſiam, vel committat crimen læſæ Majeſtatis. V Si quis per ſe, vel per alium Rectorem Eccleſiæ, v alium Clericum ejusdem mutilat, vel occidit. *c. penul h. t.* VI. Si ſcienter, & malitiosè ſe ingerat in pe ceptione fructuum beneficii patronati ſibi applicando

v

vel impediendo, nè ad beneficium perveniant. VII. Si us patronatûs vendere, vel alió illicitô modô transferre um præſumat. VIII. Per non uſum poſitivum. P. König *h. t. n. 33. & duob. ſeq.* P. Engel *eod. num. 26.* Confer. Reiffenſt. *hìc num. 125. uſque ad fin.*

TITULUS XXXIX.

De Cenſibus, Exactionibus, & Procurationibus.

1. *Quid juxta primam rubricæ partem eſt cenſus?*

NOmen censûs variè accipitur, prout videre eſt apud Schmalzgr. *h. t. n. 1.* & in genere ſignificat omnem penſionem, quæ ex quocunque capite annuatim alicui ſolvitur, hìc autem ſumitur pro onere reali, vel qualibet penſione annua, quæ ex proventibus Eccleſiaſticis ab Eccleſiis, Monaſteriis, & aliis piis locis debetur, & ſolvitur ſuperioribus, Prælatis in recognitionem ſubjectionis, vel etiam aliis ex juſta cauſa. Schmalzgr. cit. P. König *h. t. n. 2.*

2. *Quotuplex quoad præſens eſt cenſus?*

Cenſus prout hìc ſumitur eſt duplex, novus, & antiquus. Novus eſt, qui ab initio non fuit impoſitus, vel qui non ſolvitur regulariter ab aliis Eccleſiis. Antiquus, qui ſtatim cum tempore fundationis, vel conſecrationis, vel conceſſæ exemptionis Eccleſiæ fuit impoſitus. Uterque eſt vel temporalis, vel perpetuus. P. Engel *h. t. n. 2.*

3. *Quis*

3. *Quis poteſt cenſum antiquum conſtituere?*

Cenſum antiquum tam perpetuum, quàm tempo[ra]lem imponere poteſt I. Papa *c. 2. de præb. in c. 8. de privil.* II. Epiſcopus tam in propriam, quà[m] alterius utilitatem. III. Prælatus alius quilibet juriſ[di]ctionem quaſi Epiſcopalem in Eccleſiis pleno j[u]re ſ[ibi] ſubjectis obtinens. *c. 7. 16. & 21. h. t. c. 23. de ju[re] patron.* IV. Demum ſolent quandoque etiam Patroni [in] limine fundationis cenſum annuum ſibi reſervare, qu[od] etiam iis permittitur, modo fiat authoritate Epiſcopi *c. 24. Elect. & c. 23. de jure patron.* vide Schmalz[g] *hic n. 8. cum ſeq.*

4. *Quis poteſt novum conſtituere, vel a[n]tiquum augere?*

Novum cenſum perpetuum conſtituere, vel an[ti]quum augere poteſt ſ[o]lus Papa. *c. 3. & 7. h. t. C[le]ment. 1. §. eodem quoque de ſupplend. neglig.* E[x]cipiunt tamen DD. duos caſus, in quibus etiam Epiſ[co]pus poteſt novum cenſum perpetuum conſtituere. I. [E]quando cum conſenſu Capituli eximit aliquam Eccleſi[am] à ſua jurisdictione *c. 6. de Religioſ. dom.* II. Qu[an]do cenſus novus non obvenit Epiſcopo, ſed Eccleſiæ p[au]peri, aut beneficio tenui c. 9. de his, quæ fiunt à P[ræ]lat. Quibus alii addunt penſionem alumnaticam pro [se]minario fundando: nam juxta Conc. Trid. *ſeſſ. 23. de refor.* ſtatutum eſt, ut in qualibet Eccleſia Cat[he]drali erigatur ſeminarium, in quo juvenes inſtruantu[r], ad quod conſervandum Epiſcopus poteſt omnibus be[ne]ficiis ſuæ Diœceſis penſionem perpetuam imponere. Engel *h. t. n. 4.*

5. Cr

5. Cur dictum perpetuum?

Quia temporalem poteſt Epiſcopus ex juſtis cauſis [im]ponere, modò id fiat beneficio vacante. cit. Engel [n]um. 3. Inter juſtas autem cauſas plerumque refertur, [ſi] e duobus litigantibus de beneficio unus cedere velit, [re]ſervata ſibi aliqua penſione *c. 5. de trans. & c. 21. de rab.* Item, ſi Beneficiatus decrepitus, aut ægro[t]us ſo modô erga certam aliquam penſionem renuntiet [b]eneficio. Et demum, ſi fiat pro neceſſitate Eccleſiæ Ca[t]hedralis ad ejus reparationem, aut ad ſolvenda debita [p]ro Epiſcopatu contracta, idem Engel *loc. cit.* Schmalzgr. *num. 13. hic.*

6. Quid juxta ſecundam rubricæ partem ſunt exactiones?

Hoc nomine veniunt tributa, aliæque ſimiles collectæ pecuniariæ, quæ tum à Principibus ſæcularibus imponuntur, tum etiam quandoque ex præcepto, vel permiſſione Canonum Prælatis Eccleſiaſticis penduntur. Et hæ quoad præſens, vel ſunt ordinariæ, veluti Cathedraticum, Portio Canonica, Quarta decimationum, & Procurationes, vel extraordinariæ, quò pertinet ſubſidium Charitativum. Schambog. *hic n. 12. cum ſeq.*

7. Quid eſt Cathedraticum?

Cathedraticum vulgò Gold-Gulden/ eſt certa ſumma, id eſt duo ſolidi *c. 16. de ff. ordi.* ſingulis annis in recognitione n Epiſcopalis Cathedræ præſtanda, & quæ olim in Synodo deponi debebat, etiam Synodaticum appellatur. P. König *n. 3.* Confer. Engel *hic. n. 5.* & Schmalzgr. *n. 50.* add. Reiffenſt. *n. 10. cum ſeq.*

8. Qui-

8. *Quinam tenentur præſtare Cathedra- ticum?*

Cathedraticum debetur Epiſcopis ab omnibus Eccl- ſiis, Beneficiis, Capellis, & Parochiis ſæcularib *c. 16. cit.* non tamen ab ipſis Monaſteriis, & Regul- ribus etiam non exemptis. *Can. 8. cauſ. 10. q.* Ex ratione, quia Cathedraticum pertinet ad legem Di- ceſanam (de qua *tit. de M. & O. q. 28.*) â q- Monaſteria ſunt exempta. Imò etiam Eccleſiæ Parochi- les pleno jure unitæ, prout contra Pichler *n. 7.* defe- dit P. König *n. 10.* eò, quòd tales Parochiæ aſſuma- naturam, conſuetudines, & privilegia Monaſteriorur quibus uniuntur. An autem, & quatenus penſio i- conſuetudine, vel præſcriptione pro parte, vel in totu- tolli, & abrogari poſſit. vid. Engel *hìc n. 7.* Schmalzg- *num. 52.*

9. *Quid eſt portio Canonica?*

Eſt certa penſio, quæ ex proventibus, & relictis E- cleſiæ ab Epiſcopo detrahitur, eaque duplex eſt, una quæ dicitur Epiſcopalis, & debetur Epiſcopo ex lega- relictis piis locis in ſua Diœceſi. *Can. 7. & 8. cauſ. 10.* 1. Altera Parochialis, quæ debetur Eccleſiæ Parochi- li, ſeu ejus Rectori ex omnibus, quæ obveniunt ex - tione funeris alteri Eccleſiæ, in qua Parochianus ejus ſep- litur. Schamb. *hìc num. 13.* Sed portio hæc tam E- ſcopalis, quàm Parochialis in plerisque locis dudum ja- ab uſu receſſit, interim de utraque vid. Schmalzgr. & qu- dem de prima ad *tit. de teſtam. §. 9.* de ſecunda *ad ti- de ſepult. §. 7. per tot.*

10. Qu-

o. *Quid eſt quarta decimationum?*

ſt quarta pars decimarum, quam Parochi jure com-
nu ſolvere debent Epiſcopo ad immitationem legis an-
iqu, in qua populus Levitis ſolvebat decimas, ipſi ve-
ò Levitæ ex his decimis decimam partem dabant ſacerdo-
ibu, utì expreſsè ſtatuitur in *c. 16. de offi. ordi. &*
4 de præſcript. c. 19. h. t. cum ſimilib. Schmalzgr.
t. de decim. n. 27. Hoc etiam ubique ferè in de-
uetudinem abiit.

1. *Quid eſt Charitativum ſubſidium?*

ſt quædam extraordinaria exactio, quam Prælati Ec-
leſtici præſertim Epiſcopi ex manifeſta, & rationa-
ili cauſa à ſuis ſubditis in ſubſidium exigunt *c. 6. h. t.*
Reinſt. *hìc n. 19.* Confer. Engel *n. 8.* & Schmalzgr.
n. 53. licèt autem hoc ſubſidium ab initio cum
haritate peti debeat arg. *c. 18. v. in ſecundo*, ſi ta-
men rationabilis ſubſit cauſa, poſſunt ſubditi etiam invi-
i ad illud præſtandum cogi, P. Engel *cit.* König *n.*
22. Rationem dat Schmalzgr. *n. 54.* quòd charitas
non minùs obliget Clericos ad ſuccurrendum Epiſcopo,
vel Eccleſiæ Cathedrali, quàm divites ad dandam eleemo-
ſynam in tempore magnæ famis.

12. *Quæ ſunt juſtæ cauſæ, ex quibus peti poteſt Charitativum ſubſidium?*

Præcipuæ poſſunt eſſe I. ſi magni ſumptus ſint facien-
di Epiſcopo in confirmatione, vel conſecratione ſua, &
tur vocatur, Inful- und Weyh-Steuer. II. Si re-
paranda ſit fabrica Eccleſiæ Cathedralis, vel expungen-
da debita nomine Eccleſiæ, non proprio, contracta. III.
Si

Si magnæ expenſæ pro Eccleſiæ juribus defendendis facien-
dæ &c. Schmalzgr. *h. t. n. 60.*

13. *Quibus, & à quibus præſtandum Cha- ritativum ſubſidium?*

Charitativum ſubſidium debetur Epiſcopo, vel etia[m] Capitulo ſede vacante ab omnibus Clericis, Beneficia[tis] etiam Canonicis ultra congruam ſuſtentationem redit[us] beneficiales habentibus, per totam ſuam Diœceſi[m]. Pichler *hìc n. 9.* Confer Reiffenſt. *eod. tit. n. 23. cu[m] ſeq.* Dicitur autem ab omnibus Clericis &c. Na[m] Monaſteria, & Regulares ex unanimi ferè omnium ſe[n]tentia ad hoc ſubſidium non tenentur, eò, quòd pen[..] ſive exactio iſta pertineat ad legem Diœceſanam juxta [..]cta ad *tit. de major. & obed. q. 28.* à qua lege Mo[na]ſteria, & regulares ſunt exempti, *Can. 8. cauſ. 10. q.* niſi ſermo ſit de capellis, & Eccleſiis ſæcularibus, qui[bus] præſunt. vide cit. Reiffenſt. *hìc num. 27. cum ſ[eq.]* Cæterùm quantitas hujus exactionis in jure non eſt [de]terminata, unde plerumque ab ipſis Epiſcopis taxat[ur] vide cit. Schmalzgr. *hìc n. 69. cum ſeq.* ſi verò [..] per ejus exceſſu controverſia oriatur, res ad ſuperiorem [..]ſet deferenda. Reiffenſt. *n. 36.*

14. *Quid ſunt Procurationes?*

Procurationes (de quibus in tertia rubricæ parte) ſ[unt] expenſæ neceſſariæ, quæ Epiſcopo, aliisque Prælatis obe[un]tibus viſitationem ab iis, quos viſitant exhibentur, [ob] congrua ſuſtentatione. P. Engel *h. tit. n. 13.* Con[f.] Schmalzgr. *hìc n. 100. & ſeq.*

15. Q[ui-]

I. Quibus Prælatis debentur Procurationes?

Principaliter Epiſcopo, ſi Diœceſim: Archi-Epiſcopo, & Nuntio Apoſtolico, ſi Provinciam: & Archi-Diacono, ſi diſtrictum viſitent. Quòd ſi viſitationem obeant per alios v. gr. Epiſcopus per Vicarium generalem &c. non iis, ſed his, qui viſitant, procurationes debentur. *c. 6. de offic. ord. in 6.* Schmalzgr. *num. 103.* Ne verò per ejusmodi procurationes nimiùm graventur ſubditi, Conc. Trid. certum modum præſcripſit, de quo cit. Schmalzgr. *n. 104. h. t.*

II. Quænam Eccleſiæ tenentur ad Procurationes?

Omnes tam ſæculares, quàm Regulares, quæ, & quando viſitantur, & viſitationi ſunt ſubjectæ *c. 14. c. 23 h. t.* Trid. *ſeſſ. 24. c. 3. de refor.* Excipiuntur tamen I. Oratoria privata *c. fin. h. t.* II. Eccleſiæ per ſpeciale privilegium, vel conſuetudinem univerſalem alicujus Diœceſis ab iis exemptæ *c. 17. eòd.* III. Hoſpitalia, & alia pia loca pro pauperibus deputata. IV. Eccleſiæ pauperes, quæ reditus ſufficientes non habent, ad procurationes præſtandas. vide Schmalzgr. *h. t. n. 105. cum trib. ſeq.* & Reiffenſt. *n. 50. & 5. ſeq.* Cæterùm, an & quomodo procurationibus memoratis pro parte, vel in totum præſcribi poſſit, tractat id. Reiffenſt. *n. 62.* add. *eund. n. 64. cum ſeqq.* ubi etiam aliquid ſubjicit de viſitationibus, ob quas procurationes penduntur.

TITULUS XL.

De conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris.

1. *Quid hic venit nomine Eccleſiæ, (vel) Altaris?*

PEr Eccleſiam hic intelligitur ædes ſacra, in qua fi(de)les ad percipienda Sacramenta, & rem divinam a(u)diendam congregantur. Per altare autem venit lapis (ad) ſacrificandum ordinatus, & conſecratus, quod aliud (est) fixum, ſeu immobile, hoc eſt certo loco tanquam b(asi) affixum, cujus ſaltèm ſuperior pars debet eſſe lapid(ea). Aliud portatile, ſeu mobile, aut viaticum, quod mov(eri) & ab uno loco in alium transferri poteſt. Pichler *hic* 2. Confer. Schmalzgr. *eôd. tit. n. 1. & 2. junct.* 31. *cum trib. ſeq.*

2. *Quid eſt conſecratio Eccleſiæ, & Altaris?*

Eſt Eccleſiæ vel Altaris dedicatio facta Deo à legiti(mo) Miniſtro, debita materia, & forma interveniente cum (in)tentione canonica. P. König *h. t. n.* 2. Confer Schmal(zgr.) *hic n. 4. cum duob. ſeq.*

3. *Quis eſt legitimus Miniſter conſecrat(io)nis Eccleſiæ?*

Conſecrationis Eccleſiæ legitimus & ordinarius (est) Epiſcopus conſecratus. *can. 14. & 15. diſt. 1. de con-ſecrat.* & quidem proprius *c. 2. h. t. c. 1. de Reli-gioſ. dom.* Extraordinarius poteſt eſſe quilibet ſace(rdos) ex privilegio, vel commiſſione S. Pontificis. P. Kö(nig)

hic. 4. cum ſeq. Epiſcopus autem non poteſt conſecrationem committere ſimplici ſacerdoti non Epiſcopo, cùm ſit actus ordinis Epiſcopalis *can. 4. diſt. 68.* qui ab eo, quàm à S. Pontifice alteri committi nequit. *arg. c. 9. h. t.* Aliud eſt de benedictione Eccleſiæ, vel Altaris. Schmalzgr. *hìc num. 15. cum ſeq.* Quæ autem requirantur, & quid obſervare debeat Epiſcopus circa conſecrationes Eccleſiarum? vid. apud eundem *num. 17. & trib. ſeq.*

4. Quis poteſt conſecrare Altaria?

De jure communi & ordinario conſecranda quoque tantum ſunt ab Epiſcopo, non etiam à ſimplici ſacerdote, *Can. 4. diſt. 68.* cit. Schmalzgr. *n. 37.* Confer. Reiffenſt. *n. 32.* Ex privilegiis tamen SS. Pontificum pluribus Religionum Abbatibus conceſſis, eorumque communicatione videmus paſſim, poteſtatem hanc conſecrandi Altaria & alias res Eccleſiarum, Abbatibus, uſum mitræ, & baculi habentibus, competere, ab iisque quotidie exerceri. Quod etiam ſtante privilegio expreſſo dubitationem non habet, cùm eò modò etiam quilibet alius ſacerdos inferior elevari poſſit. An autem facultas hæc conſuetudine, vel præſcriptione immemoriali acquiri poſſit? negat conſtanter Reiffenſt. *hìc num. 34.* Affirmat è contra Engel *num. 9.* & Pasquallig in notis ad Lauret de Francis ab eo allegatus. Quòd ſi verò Abbati, vel alii cuipiam memorata facultas conſecrandi, vel benedicendi res & paramenta Eccleſiæ pro uſu fratrum, & ſuæ Eccleſiæ conceſſa ſit, tunc ferè omnes conveniunt, poſſe eundem ejusmodi facultate, ſaltèm cum licentia Ordinarii uti etiam pro aliis Eccleſiis, utì in ſpecie tenet P. König *hic n. 6.* & pluribus firmat Reiffenſt. *num. 51 cum ſeqq.*

5. *Quæ præterea res conſecrari ſolent, & debent?*

Præter Eccleſias & Altaria conſecrari etiam debe Calices, & patenæ, quæ deſerviunt ad uſum miſſæ, aſſervandum corpus Domini, & quidem etiam jure ſi tèm communi, & ordinario à ſolo Epiſcopo. Pote tamen non minùs & hæc facultas ex privilegio, communicatione aliis quoque Prælatis competere, pro de facto competit Abbatibus. Item Superioribus Or Min. S. Franciſci, nec non PP. Societ. JEſu apud Indo Schmalzgr. *hìc num. 50. cum ſeq.* Huc pertine Campanæ, quæ etiam ex uſu, & longæva Eccleſiæ co ſuetudine paſſim ungi, & conſecrari ſolent, ut nimiri earum uſus tantò aptior, ac convenientior ſit ad cultu divinum, convocandum populum ad Eccleſias, nec a fugandos malignos ſpiritus & tempeſtates. vide Schmalzgr. *n. 55. cum duob. ſeq. h. t.*

6. *Conſecrandáne etiam ſunt cæmeteria & reliqua paramenta Eccleſiæ?*

Cæmeteria propriè non conſecrantur, ſed tantùm b nedicuntur; quia non unguntur, idem eſt de veſtib ſacris & aliis paramentis Eccleſiarum ad uſum miſſæ ſervientibus: utì ſunt amictus, ſeu humerale, alb cingulum &c. Engel *hìc n. 8.* Confer. Schmalzgr. *58. cum ſeq.*

7. *Quæ eſt differentia inter conſecrationem & benedictionem?*

Differt conſecratio à benedictione præcipuè per h quòd iſta non fiat per aliquam unctionem, ſed per aſp ſionem aquæ luſtralis, & certas preces: conſecratio rò fiat per unctionem chriſmatis. Præterea benedi

fi-

[illegible]is poteſt etiam ab Epiſcopo committi ſimplici ſacer-[illegible] ſecùs ac conſecratio, Pichler *hìc num. 3.* Item [illegible]cratio adhæret parietibus, benedictio pavimento, [illegible] dirutis parietibus perit conſecratio, non etiam benedictio. Schmalzgr. *eod. tit. n. 10.* Quâ autem for-[illegible] ritu tam conſecratio, quàm benedictio fieri debent, [illegible]dum eſt ex rituali Rom.

8. *Debentnè Eccleſiæ, vel Altaria neceſſariò eſſe conſecrata, ad hoc, ut in iis, vel ſuper iis ſacra celebrari poſſint?*

[illegible]ccleſia non debet neceſſariò eſſe conſecrata ad hoc, ut [illegible]vina celebrari valeant; ſed ſufficit, ſi locus iſte ſit Deo [illegible]us in uſus profanos non convertendus. Benè verò [illegible], ſive ſit fixum, ſive portatile. vid. Schmalzgr. *h. t.* [illegible]*iunct. n. 35. cum duob. ſeq.*

9. *An, & quomodo Eccleſia, vel alia res conſecrata debet vel poteſt reconſecrari?*

[illegible]egulariter Eccleſia ſemel conſecrata, non poteſt, [illegible]bet reconſecrari, uti diſſertè ſtatuitur *in can. 3.* *[illegible] 68.* niſi debita forma non fuerit adhibita, vel du-[illegible] ſit, aut ignoretur, quòd Eccleſia jam ſemel fuerit [illegible]crata. Schmalzgr. *hìc n. 21. cum ſeq.* Excipiun-[illegible] tamen *in Can. 3. cit.* duo caſus, nimirùm, ſi con-[illegible] Eccleſiam execrari, vel pollui, quamvis in hoc [illegible]culo caſu Eccleſia non tam reconſecrari, quàm recon-[illegible] dicatur.

10. *Quomodo execratur Eccleſia?*

[illegible]oc poteſt duobûs modîs contingere. I. per confla-

grationem, ſive exuſtionem, ſi nimirùm ità exuratur ut licèt parietes remaneant, cruſta tamen interior maj ex parte tollatur, & delapſa ſit. II. Per ruinam, & d ſtructionem parietum ex toto, vel ex majori parte, n etiam, ſi tectum tantùm corruat, illæſis parietibus, ſi de his etiam quid modicum dirutum ſit majori parte læſa. vide Schmalzgr. *hìc à n. 23. uſque ad num. 2* Confer de execratione Altaris, & Calicum. Reiffen *à n. 37. cum 4. ſeq. & n. 44. cum trib. ſeq. junct.* *57.* add. cit. Schmalzgr. *à n. 43. uſque ad n. 47. & 52. cum duob. ſeq. junct. n. 60. & ſeq.*

11. Quomodo Eccleſia polluitur?

Eccleſia polluitur, quando certæ quædam actiones t pes, indecentes, loco ſacro injurioſæ, in ea committun nam licèt ſancta non poſſint revera, & phyſicè à pr nis, & turpibus coinquinari *c. 7. de cohib. Clerico, & Mul.* in morali tamen exiſtimatione indecens reputa ut hoſtia immaculata, & divinum officium offeratu loco ſceleribus coinquinato, antequam aliquà ejus loci purgatio fiat. P. Engel *hìc n. 10.* Schmalzgr. *eod. n. 63.* Quænam autem in ſpecie illæ ſint actiones caſus, quibus Eccleſia polluitur? vide Engel *hìc à n. 11. uſque ad n. 21.* Confer. Schmalzgr. *à num. uſque ad n. 83.*

12. An, & quibûs modîs etiam pollui Cæmeterium?

Polluitur etiam, & quidem iiſdem, quibus Eccl nam pollutâ Eccleſiâ cenſetur etiam pollutum cæmete tanquam acceſſorium, non tamen viciſſim. *c. un. h. 6.* Engel *n. 21. in fin.* Confer Schmalzgr. *num. cum duob. ſeq.*

13. Quis eſt effectus pollutionis?

ffectus Eccleſiæ pollutæ eſt, quòd in ea ſacra, & di- officia peragi nequeant, nec in illa, aut cæmeterio ri mortuus, nisi priùs reconcilietur, aut Epiſcopus d probabiliter poteſt, ſi reconciliari tam citò non) diſpenſet. Quòd ſi contingeret durante miſſa, ſiam pollui, communiter diſtinguitur, an ante con- ionem, vel poſtea id accidat: ità, ut priori caſu etiam cæpta deſerenda ſit, non verò poſteriori. P. *n. 22. cum duob. ſeq.* Reiffenſt. *n. 23. & ſeq.* er Schmalzgr. *n. 64. & ſeq.*

. Quomodo Eccleſia polluta reconcilianda?

ccleſia polluta reconcilianda eſt per aſperſionem aquæ, ino, & cinere benedicto *c. 4. h. t.* per ſolam au- lebrationem miſſæ probabiliùs non reconciliatur, cit. Engel *num. 24.* & Schmalzgr. *num. 84 cum*

15. A quo facienda reconciliatio?

iſtinguendum, an Eccleſia ſit conſecrata, vel tan- benedicta? ſi primum? reconciliatio fieri debet ab Epi- , nec poteſt ab eodem ſimplici ſacerdoti committi. *h. t.* ſi ſecundum? reconciliatio fieri poteſt à ſacer- *c. fin. h. t.* cit. Schmalzgr. *d. n. 84.* Confer Reif- *n. 25. cum. 4. ſeq.*

TITULUS XLI.

De celebratione Miſſarum, & Sacramento Euchariſtiæ, & aliis divinis officiis.

1. Quid eſt Miſſa?

MIſſa eſt ſacrificium, in quo Deo Omnipotenti veri corpus, & ſanguis Chriſti, ſub ſpeciebus panis, vini offertur in memoriam paſſionis ipſius, & divi Majeſtatis recognitionem P. König *h. t. n. 3. & re com.*

2. Qualiter obligantur Sacerdotes ad mi ſacrificium celebrandum?

Non eſt quidem lex aliqua divina, aut humana ol gans ſacerdotes ad legendum quotidie, per ſe tamen loqu do valdè conſultum, & decens eſt, ut quotidie, ſi poſſ celebrent. Schmalzgr. *hic n. 36.*

3. Sed quid in Parochis, & aliis Curati

Hi ex officio ſuo obligantur præcepto Eccleſiaſtico ſe, vel per alios ſingulis ſaltèm dominicis, & feſtis die celebrare miſſam, ut populus eis ſubjectus occaſionem beat implendi præceptum Eccleſiæ. Schmalzgr. *hic n* Imò ſi populus ſit ità numeroſus, ut omnes ſimul poſſint aſſiſtere, iisdem diebus, tenebitur Parochus cu ut per cooperatores, vel alios ſacerdotes duæ, vel pl fiant miſſæ, poteritque ad id ab Epiſcopo habita rat redituum cogi. Trid. *ſeſſ. 21. de refor. c. 4.* Ce rùm verò an & qualiter obligatus ſit Miſſam offerre ſuis Parochianis? diximus alibi, & pluribus tr Reiffenſt. *hic n. 22. & ſeq. uſque ad fin.* Schmalzgr. *§. 4. eod. tit. per tot.* ubi ex propo

to...m quaſi materiam de applicatione fructûs Miſſæ Sacri...ii cum quæſtionibus eò pertinentibus pertractat. *ju...t. §. 5. de miſſarum, & officiorum divinorum re...ctione.*

3. Quâ horâ celebranda miſſa?

Ex conſuetudine & praxi Eccleſiæ definitum eſt ſpati...a ab exortu auroræ usque ad meridiem. Excipitur ta...en I. nox Nativitatis Domini. II. Si ægroto alioquin m...ituro dandum eſſet viaticum, & conſecratæ particulæ h...eri non poſſent. III. Si quis aliud privilegium habeat, ve...x cauſa ab Epiſcopo diſpenſetur. Et IV. denique in G...mania conſuetudine paſſim invaluit, ut hyemali temp...e, ubi diu non illuceſcit, tribus, & quatuor etiam ante...uroram horis miſſæ inchoëntur pro majori commodi...te operariorum, & famulorum. cit. Schmalzgr. *n. 46.*

4. Quo loco debent celebrari miſſæ?

Locus, in quo Sacrificium Miſſæ offertur, debet re...gariter eſſe conſecratus, vel ſaltèm benedictus, aut ...id per expreſſum deputatus, & hoc fieri debet ſuper a...ari, prout *dict. tit. præced.* Hinc in oratoriis pri...vis ſinè privilegio Apoſtolico, aut ſaltèm licentia Epiſ...opi Miſſæ dici nequeunt, nec audientes Miſſas in ſimi...l...us oratoriis ſatisfaciunt præcepto. Schmalzgr. *hic n.* ...'. Quod etiam intelligendum de Sacellis privatis re...g...larium, quæ extra in domibus ruralibus illorum ere...a ſunt, non obſtantibus quibuscunque privilegiis, & ...nceſſionibus ante Concil. Trid. obtentis, nam hæc per ...ct. Concil. *ſeſſ. 22. de obſerv. in celeb. Miſſ.* & de...etum Clement. XI. ſunt revocata, utì videre eſt apud ...chler *hic num. 4.* & Reiffenſt. *à num. 5. usque ad ...um. 11. incluſ.* idque multò magis procedit de aliis ...ibuscunque locis, & domibus authoritate Eccleſiaſtica

ad hoc non deputatis, etiamſi adhibeatur altare portat le conſecratum. Excepto caſu neceſſitatis, vel privileg poſt Trid. obtenti cit. Reiffenſt. *num.* 12. *&* 6. *ſe* confer Schmalzgr. ad *tit. præc. num.* 8. *cum trib. ſe* Prætereæ Con. Trid. Decreto non obſtante, poſſe etiar adhuc hodie Regulares in oratoriis, & capellis domeſtic imò etiam in Cameris, & cellis ſuis, ubi fortè frater in firmus decumbit, miſſam celebrare, docet idem Reiffenſ *num.* 19. *cum duob. ſeq.* Quod autem hodiè quoqu Epiſcopi poſſint dare licentiam celebrandi ſuper altari por tatili in loco non ſacro, tradit Schmalzgr. *tit. præc. n.* 1 licèt contrarium exiſtimet Reiffenſt. *hìc n.* 3. *cum ſeq.*

5. *An, & quando poteſt ſacerdos, vel Pa rochus plures miſſas uno die legere?*

Olim ſacerdotes ob eorum paucitatem eadem die præſertim in majoribus anni feſtivitatibus pluries ſacrif care poterant. *Can.* 11. *diſt.* 2. *de conſecr.* Poſte autem auctô numerô ſacerdotum id interdictur fuit. *Can.* 53. *diſt.* 1. *de conſ. & c.* 12. *h. t.* Excipi tur tamen etiam adhuc hodie I. ſolennitas Natalis Do mini. II. Quando providendus eſt moriturus, & non po eſt haberi hoſtia conſecrata. III. Quando unus Parochus re git duas Parochias, & alius ſacerdos deeſt, neque popul unius Parochiæ commodè ad alteram venire poteſt. cit Schmalzgr. *h. t. n.* 40. *& ſeq.* confer Engel *hìc num.* 3. *cum. ſeq.*

6. *Quid eſt Euchariſtia?*

Euchariſtia (latinè bona gratia,) eſt Sacramentum cor poris, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini a ſpiritualem animarum refectionem divinitus inſtitutum Schmalzgr. *h. t. n.* 3.

7. *Eſt*

7. Eſtnè aliqua obligatio ſumendi Euchariſtiam?

Extra communionem Paſchalem non eſt obligatio ear ſuſcipiendi. Laudabile tamen eſt, ſi ſæpiùs in anno ſuſpiatur. Imò quotidie petenti exceptis conjugibus, non eſt deneganda. P. Engel *h. t. n. 13. & 14.* Plura de hoc Sacram. vid. apud Schmalzgr. *§. 1. per tot. h. t.* & Moraliſtas, ac Theologos paſſim.

8. Quid intelligitur hìc per officium divinum?

Hoc nomine veniunt hìc Horæ Canonicæ, ſive Breviarium, quod eſt certa forma DEUM precandi, & laudandi, mente pariter, & voce ab Eccleſiæ Antiſtitibus inſtituta & publicè peragenda. P. König *h. t. n. 29.* Pichler *n. 3.* confer Schmalzgr. *51. cum duob. ſeq.*

9. Quinam obligantur ad officium divinum?

Ad hoc obligantur I. Clerici in ſacris conſtituti, *c. 1. & 9. h. t.* licèt ſint ſuſpenſi, depoſiti, aut degradati, quia ex delicto ſuo nemo debet reportare commodum. II. Religioſi, (idem eſt de Monialibus,) ad chorum profeſſi vi generalis conſuetudinis Religionum. III. Beneficiati *c. 15. de reſcript. in 6.* etiamſi tenue duntaxat habeant beneficium. &c. de quibus omnibus vid. Schmalzgr. *hìc à n. 51. usque ad n. 83. incluſ.*

10. Quæ eſt pœna negligentium horas Canonicas?

Pro Clericis, & Religioſis, qui nullum beneficium habent, nulla conſtituta eſt in jure pœna. Beneficiati verò culpabiliter penſum horarum non perſolventes tenentur ad reſtitutionem fructuum pro rata, ità, ut, qui omittit

tit una die omnes horas, amittat etiam omnes fructus r- ſpondentes illi diei, qui matutinum, dimidiam, qui h- ram, ſextam partem, quæ reſtitutio facienda eſt fabric Eccleſiæ, cui deſerviunt, vel pauperibus Leo X. in Con Lateran. Pius V. in Bulla *Ex proximo*, etiam an ſententiam declaratoriam Judicis. Alexander VII. in pr poſitionibus damnatis prop. 20. Engel *hic num.* 1 Schmalzgr. *n.* 9(.*cum ſeq.*

11. *Comprehenduntúrne etiam ſub ha diſpoſitione Parochi, & alii Curati?*

Omninò: ità tamen, ut de æquitate ſaltem non t neantur omnes fructus reſtituere, ſed tantùm illos, q correſpondent Breviario, ut benè interpretatur Eng *hic n. 23. cum ſeq.* Qualis verò inſuper attentio ad pe ſolvendas horas Canonicas requiratur, & quando eâ n glectâ beneficiati ad reſtitutionem fructuum obligentu nec non alias quasdam quæſtiones huc pertinentes, vi apud eund. Engel *à n. 27. usque ad n. 34.*

12. *Quæ ſunt cauſæ excuſantes ab ora tione breviarii?*

I. Eſt naturalis oblivio. II. Infirmitas corporalis, e qua vel evidenter, vel judicio medici ſinè magna difficul tate oratio fieri nequit. III. Gravis, & repentina occupati quæ ſine ſcandalo, vel magno damno intermitti non po eſt. IV. Diſpenſatio S. Pontificis. V. Defectus brevi rii. Qui verò non poſſet totum officium perſolvere, te netur ſaltèm id, quod poteſt. Innocent. VI. *in prop damnat. prop. 54.* vid. cit. Engel *n. 35. cum ſeq. h.* confer quoad materiam hanc de obligatione Breviar Schambog. *à n. 47. usque ad fin. eod. tit.*

TITU

TITULUS XLII.

De Baptismo, & ejus effectu.

1. *Quid eſt Baptiſmus?*

Baptiſmus eſt Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vitæ ità communis. Confer Vallenſ. *hìc n. 3. ſeq.* de hujus inſtitutione, neceſſitate, ſubjecta forma, materia, vid. fusè Schmalzgr. *h. t. à. n. 1. usque ad n. 39.*

2. *Quotuplex eſt Baptiſmus?*

Verus, & proprius baptiſmus eſt tantùm unicus juxta illud Apoſtoli: *unus DEUS, una fides, unum baptiſma;* & iſte dicitur baptiſmus fluminis, de quo procedit data definitio. Huic additur baptiſmus flaminis & baptiſmus ſanguinis, *can. 34. diſt. 4. de conſecr.* quorum prior fit per deſiderium, & votum formale, vel virtuale ſuſcipiendi in re ſacramentum baptiſmi. Alter vero per Martyrium, neuter autem eſt verè baptiſmus, ſed effectum duntaxat baptiſmi habet, & in defectu baptiſmi fluminis ſufficit ad obtinendam ſalutem, & juſtificationem. Vid. Schambog. *n. 10. cum trib. ſeq.*

3. *Quis eſt Miniſter hujus Sacramenti?*

Validè conferri baptiſmus poteſt à quovis homine viatore etiam hæretico, & infideli, modò ſervet materiam, formam ab Eccleſia præſcriptam, & facere intendat, quod facit Eccleſia, ùt patet *ex can. 59. cauſ. 1. q. 1. can. 24. diſt. 4. de conſecr.* Licitè verò à ſolo ſacerdote, & quidem extra caſum neceſſitatis à proprio parocho. Schmalzgr. *hìc num. 40. cum ſeq.* confer Schambog. *n. 38. cum ſeq.*

4. *Sunt-*

4. Suntnè præter miniſtrum baptiſmi, ali. etiam perſonæ neceſſariæ?

Solent, ac ſi neceſſitas baptizandi non impediat, di bent adhiberi certi ſponſores, ſive levatores, qui Patri appellantur, ut ſcilicet eorum fide, ac profeſſione parvu li, qui per ſe credere, & loqui neſciunt, aut qui pro ſe re ſpondere non poſſunt, veluti muti, ſurdi, & ægrotante baptiſmum ſuſcipiant, ùt patet ex *Can. 74. cum ſe dist. 4. de conſecr.* Vallenſ. *hìc §. 2. num. 4.* De ju re communi autem non plures, quàm unus, vel duo. Con cil. Trid. *ſeſſ. 24. c. 2. de Reform. matr.* admitten ſunt. Cujus verò ſint ætatis ſexûs, vel conditionis nc intereſt, dummodò ſint rationis capaces, & fideles Catho lici. Engel *hìc n. 13.* Et licèt quidem olim Abbatibu & Religioſis Clauſtralibus patrinos agere, fuerit inhi bitum, *Can. 103. cum ſeq. cit. diſt. 4. de conſecr.* Ho die tamen ceſſante fortè ratione (de qua Gloſſ. *in Ca 104.* ibid.) Religioſos quoque præſertim Abbates patri officium ſæpiùs in ſe ſuſcipere conſtat ab experientia. vi Schambog. *hìc n. 58. cum ſeq.*

5. Qui ſunt effectus baptiſmi?

Effectus baptiſmi quinque recenſentur: à P. Kör *h. t. num. 14.* I. Eſt, quòd conferat gratiam ſanctifica tem cum habitibus fidei, ſdei, & charitatis. II. Remi tit non ſolum peccatum originale, ſed etiam actualia i adultis. III. Delet pœnam peccatis debitam. IV. Imp mit Characterem. *Trid. ſeſſ. 7. Can. 9. de ſacra. inge* V. Baptizatum efficit de corpore Eccleſiæ, hujuſque jur diction i ſubjicit. *c. 3. h. t.* confer. cit. Schambog. *hìc 90. cum 5. ſeq.* apud quem inſuper plures huc ſpectan quæſtiones videri poſſunt.

TITULUS XLIII.

De Presbytero non baptizato.

1. *Quid ſpecialiter conſtituitur in hoc titulo?*

Jòd non baptizatus non poſſit ordinari, & ſi de facto uerit ordinatus, non recipiat characterem ordinis, liredebatur baptizatus. *c. 1. & 3. h. t.* Ratio, quia ſmus eſt janua reliquorum Sacramentorum. Unde baptizari, & de novo ordinari debet. *cit. c. 1. & 3.*

2. *ed eſtnè ad hoc neceſſarius baptiſmus fluminis, an verò ſufficiat baptiſmus flaminis?*

oluerunt olim aliqui ſufficere baptiſmum flaminis, idere eſt apud Schmalzgr. *hìc num. 2.* ſed in conm ſtat aperta juris deciſio in cit. *c. 1. & 3. h. t.* qui s loquuntur de vero baptiſmo, verus baptiſmus aueſt baptiſmus fluminis per *dict. tit. præc. quæſt. 2.* rùm verò pro baptiſmo maximè in homine inter ſtianos educato regulariter ſemper præſumitur, cit. Schambog. *hìc num. 3.* Quinimò, ſi quis non zatus crediderit probabiliter ſe eſſe baptizatum, in e credulitate, ac fide Catholica usque ad extremum diem perſeveraverit, omiſſio baptiſmi ei non nocebit. Valenſ. *hìc n. 1. verſ. quòd ſi &c.*

3. *Eruntnè autem Sacramenta à tali Presbytero collata valida?*

Diſtinguendum inter ea, quæ ex inſtitutione divina rdine dependent, & ea, quæ non dependent. Priora on erunt valida; quia ea, quæ de jure divino requiur ad valorem Sacramentorum, non poteſt ſupplere Ecleſia, licet juxta S. Thom. cit. à P. Engel *h. t. num. 3.*

pie

piè credi poſſit, quòd Chriſtus tanquam ſummus Sace dos ſuppleat hunc defectum, quoad effectum Sacramen Poſteriora erunt valida. arg. *L. 3. ff. de off. Præl.* un baptiſmi à tali Presbytero collati, item matrimonia p eum ſolemnizata non ſunt repetenda. Engel *hìc num.* confer Schmalzgr. *eôd. tit. num. 5. cum ſeq.*

TITULUS XLIV.

De cuſtodia Euchariſtiæ, chriſmati & aliorum Sacramentorum.

1. *Quid hoc titulo præcipitur?*

PRæcipitur I. ut in Eccleſiis Euchariſtia, Chriſma, alia ad Sacramentorum uſum deputata, ſub fideli c ſtodia conſerventur, & cuſtodiantur. II. Nè profana ſu pellectilia extra caſum neceſſitatis in Eccleſiis reponant & ut Oratoria, vaſa, corporalia, purificatoria, & re qua Eccleſiæ munda, & nitida ſint, ut patet ex. *c. 1. 2. eod.*

2. *Sed in quibus Eccleſiis poteſt, vel d bet Euchariſtia aſſervari?*

Regulariter tantùm in Parochialibus, non item in pellis, vel aliis ejusmodi Eccleſiis non Parochialibus: ex indulto Pontificio juxta communem. & Trid. *ſeſſ. c. 10. de regular.* adeò, ut plerique velint, ne quid de licentia Epiſcopi in ejusmodi Eccleſiis, ſive Cape Euchariſtiam aſſervari poſſe. Schambog. *hìc num. 3.* co fer Schmalzgr. *n. 16. & ſeq.*

3. *Quomodo decenter aſſervanda Eu chariſtia?*

Aſſervari debet in tabernaculo ad id decenter orn ante quod diu, noctuque lampas ardeat. Ad cujus c ſe

ervationem & olei præſtationem, ſi Parochiani non concurrant, tenebuntur ii, qui ad conſervationem, & reparationem Eccleſiæ ſunt obligati, de quibus Trid. *ſeſſ. 21. de reform.* vid. Schmalzgr. *hìc num. 9. cum. 4. ſeq. iunct. num. 25.*

TITULUS XLV.

De Reliquiis, & Veneratione Sanctorum.

1. Quid ſunt reliquiæ Sanctorum?

Per reliquias intelliguntur hìc corpora Sanctorum, vel eorum partes, uti oſſa, carnes, capilli, dentes, cineres, item veſtes, & alia eorum uſu, vel attactu ſacrata, pariter inſtrumenta Martyrii, ut funes, cruces, &c. Pichler *hìc num. 1.*

2. Quid hôc titulô ſtatuitur de Sanctis eorumque reliquiis?

Imprimis prohibetur, nè aliquis pro Sancto colatur, non Canonizatus, ſeu absque authoritate Eccleſiæ, ſcilicet, cultu publico, privatus enim non cenſetur prohibitus. *c. 1. h. t.* II. Nè reliquiæ antiquæ oſtendantur extra capſam, vel exponantur venales, *c. 2. eôd.* III. Nè noviter inventæ exponantur publico cultui absque approbatione S. Pontificis, ſi tamen unà cum reliquiis inveniatur ſcriptura, aut inſtrumentum publicum, vel aliunde certò conſtet, eas eſſe alicujus ſancti antiquitus approbati, ſufficit authoritas Epiſcopi. *Trid. ſeſſ. 25. in Decret. de Invocat. Venerat. religu. ſanct. &c.* vid. Schmalzgr. & Reiffenſt. *h. t. §. 2. per tot.* ubi inſuper plures quæſtiones huc facientes pertractant, ſpecialiter verò agit etiam uterque in *§. 1.* de veneratione, & cultu Sanctorum, ac Beatorum, nec eorum canonizatione, ac beatificatione.

TITULUS XLVI.

De Obſervatione Jejuniorum.

1. *Quid eſt Jejunium?*

JEjunium eſt parſimonia victûs, & abſtinentia ciborur certis temporibus ab Eccleſia inſtitutis. P. König, *h. t. n. 1.* & communiter omnes.

2. *In quibus conſiſtit forma eſſentialis Jejunii?*

In his tribus: I. in abſtinentia à certi generis cibis, i eſt carnibus, *can. 4. diſt. 4. & can. 10. diſt. 3. de con ſecr.* Ova autem, & butyrum, ac cætera ejusmo lacticinia, licèt quidem jure communi, & hæc ſaltèm quadrageſima cenſeantur eſſe prohibita, in plerisque tame Germaniæ provinciis contraria conſuetudine paſſim pe miſſa ſunt. Schmalzgr. *hìc n. 3.* II. Conſiſtit in abſ nentia à pluribus refectionibus, ità, ut nimirùm de jure i trà unam diem naturalem, non niſi ſemel liceat corpus c bo reficere. Conſuetudine tamen etiam introductum e ut præter unam integram refectionem liceat etiam v ſperi adhibere collationem, ſive cœnulam, quid auter & quantum tunc liceat ſumere, mirè variant DD. vi Pichler *hic num. 6.* III. Denique conſiſtit jujuniu in certa refectionis hora, quæ hodie ex conſuetudine p ſim recepta eſt circa meridiem. vid. Vallenſ. *hìc n. 3.*

3. *An ſi cum aliquo particulariter, v quandoque in quadrageſima generaliter diſpen tur in eſu carnium cenſeatur etiam eſſe di- ſpenſatum in jejunio quoad ſecundam refectionem?*

Negant hoc quidem permulti, ſunt tamen etiam non pauci, qui affirmativam tuentur in ſpecie Schmalz

, c

num. 16. & ab eo alleg. Ratio, quia per diſpenſatio-ne ad eſum carnium cenſetur eſſe ſublata eſſentia jejunii Eccleſiaſtici, conſequenter etiam ejus præceptum; & obligatio.

TITULUS XLVII.

De Purificatione poſt partum.

1. *Quid hic indicatur nomine purificationis?*

Purificatio hic denotat illud tempus, quô olim in antiquo teſtamento mulieres partum enixæ debeant abſtinere ab ingreſſu Eccleſiæ.

2. *Eſtnè hodie etiam in lege nova hujus purificationis aliquod præceptum?*

Non eſt amplius; unde hodie mulieres, niſi malint ſpontè abſtinere, licitè, & ſinè peccato poſſunt poſt partum ingredi, & frequentare Eccleſias, *c. un. h. t.* Paſſim tamen etiam hodie adhuc certo aliquo tempore abſtinere, & poſtea per Sacerdotem publicè ad Eccleſiam introduci ſolent, adeò, ut lex illa veteris teſtamenti quaſi conſuetudine iterum invaluerit. Nec obſtat, quod fuerit lex ceremonialis, quæ non ſolùm cum novo teſtamento mortuæ, ſed etiam mortiferæ dicuntur. Nam non omnes leges ceremoniales antiqui teſtamenti hodiè ſunt mortiferæ, ſed tantùm typicæ, non etiam religioſæ. vid. Pichler *hic n.* 2.

3. *Ad quem pertinet iſta mulierum introductio?*

De jure privativè ſpectat ad Parochum, adeoque in Eccleſiis Regularium, vel in alienis Parochialibus regulariter fieri, nec recipi debet. vid. Schmalzgr. *hic num.* 5. *cum ſeq.*

TITULUS XLVIII.

De Eccleſiis ædificandis, vel reparandis.

1. Quid requiritur ad conſtructionem novæ Eccleſiæ?

QUatuor potiſſimùm: I. Conſenſus, & authoritas Epiſcopi. II. Ut antequam ædificetur Eccleſia, Epiſcop ad locum futuri ædificii ſe conferat, ibique atrium deſign ac crucem figat, & primum lapidem ponat, quod tam non ſemper tenetur facere per ſe, ſed poteſt etiam id p ſubſtitutum peragere. III. Neceſſe eſt, ut dos prius ab qui Eccleſiam exſtruit, Eccleſiæ conſtituatur. Et IV. Eccleſia noviter ædificanda, non vergat in præjudicium terius Eccleſiæ Parochialis: niſi id exigat neceſſitas, alia juſta cauſa, uti dictum *ad tit. de Parochiis.* vi Reiffenſt. *h. t. n. 4. cum 8. ſeq.* confer Schmalzgr. *eo tit. §. 1. per tot.* Quid autem circa ædificationem, erectionem monaſteriorum, conventuum, & aliorum corum Religioſorum obſervari debeat? tradit cit. Reiffenſt. *hìc §. 2. per tot.*

2. A quibus debent Eccleſiæ ruinoſæ reparari aut inſtaurari?

Primùm Eccleſiæ reſtaurandæ ſunt ex reditibus, & proventibus cujuslibet Eccleſiæ, de cujus reparatione a tur, ſi quos habet; ſi verò Eccleſia nullos habeat redit vel hi ad reſtaurandam Eccleſiam non ſufficiant, tunc bent concurrere Patroni, & alii, qui ex dictis Eccleſis p venientes fructus percipiunt, aut in illorum defectum rochiani *Trid. ſeſſ. 21. de Reform. c. 7.* niſi aliter u ac conſuetudine alicujus loci ſit proſpectum, videatur ſum Schmalzgr. *§. 2. h. t. per tot.* Reiffenſt. *à nu. 21. usque ad num. 28. incluſ.*

III.

TITULUS XLIX.

De Immunitate Eccleſiarum, Cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium.

. *Quid eſt Immunitas Eccleſiaſtica?*

IMmunitas in genere eſt libertas quædam, & exemptio ab oneribus publicis: immunitas verò Eccleſiaſtica communiter deſcribitur: quòd ſit jus, quô loca, res, vel perſonæ Eccleſiaſticæ à communi onere, ſeu obligatione liberæ ſunt. P. Engel hìc & Schmalzgr. *n. 1.*

2. *Quotuplex eſt immunitas?*

Immunitas ùt ſic dividitur in localem, quæ locis, realem quæ rebus, perſonalem, quæ perſonis competit.

3 *Quid eſt immunitas localis, & in quibus conſiſtit?*

Immunitas localis eſt jus competens Eccleſiis, aliisque locis, vi cujus actus profani in iis exerceri non valent, & malefactores illuc confugientes in vita, & membris proteguntur. Unde patet in duobus conſiſtere immunitatem localem: ſcilicet I. quod actus profani v. g. nundinæ mercaturæ, ludi theatrales, & alia ejusmodi negotia, aut ejusmodi vana, ac profana opera (de quibus fusè Schmalzgr. *hìc à n. 67. usque ad n. 87. incluſ.*) in Eccleſiis fieri nequeant. II. Quòd illuc confugientes ſint tuti in vita, & membris, quô ſecundô modô conſiderata immunitas localis jus aſyli, ſive aſyliæ appellatur.

4. *An benè, & quo jure hæc aſylia ſive jus aſyli ſit introductum?*

Videtur quaſi hoc jus noxium, ac damnoſum eſſe reipublicæ dum delictis quodammodo impunitatem præſtat. Defenditur tamen communiter à DD. tum authoritate D. Auguſt. Serm. 5. de dedic. Eccleſ. tum quia Templa, & Altaria

 taria

taria Deo ac vero Numini conſecrata non debent eſſe l
vioris conditionis, quàm aræ, & ſtatuæ Ethnicorum,
Principum ſæcularium, à quibus confugientes ad eas a
ſtrahere piaculum fuerat. Schmalzgr. *hìc n. 89. cum ſe*
Porrò licèt aliqui jus hoc ex naturali jure deſcendere: a
juri divino tribuendum eſſe exiſtiment, veriùs tamen,
communius teſte cit. Schmalzgr. *n. 93. eôd. tit.* ab aliis d
cetur, quòd jus aſyli in lege nova ſuam originem trah
ex ſolo jure poſitivo humano, eoque tum civili, ùt patet
ex *tot. tit. c. de his, qui ad Eccleſias confug.* tu
Eccleſiaſtico arg. *c. 6. 9. & fin. h. t.* Et ratio e
quia, licèt jus naturæ ac divinum, Dei cultum præ
piat, non tamen dictat, reos ad templa confugientes
inde non abſtrahendos, neque extractio rei, ut prome
tas pœnas luat, in Dei, vel ſacri loci contemptum ced
ſed inſuper referri poteſt ad finem honeſtum, ac bonu
Reipublicæ, cujus intereſt, ne delicta maneant impuni
Ad contraria reſp. P. Pichler *hìc n. 7.* confer Reiffen
eôd. tit. n. 22. cum 4. ſeq.

5. Quibus locis competit jus Aſyli?

Jure Aſyli gaudent imprimis Eccleſiæ, non ſolùm co
ſecratæ, ſed etiam benedictæ, aut alia ratione, ut erecti
ne crucis ad publicum ſacrificium miſſæ deputatæ. In
etiam interdictæ, vel pollutæ, ac necdum reconciliat
II. Cæmeteria, ſive contigua ſint, ſive ſeparata. III. M
naſteria, & eorum horti, areæ, ſtabula &c. modò in
Monaſterii ſepta contineantur. IV. Oratoria, & Cap
læ authoritate Epiſcopi erectæ. V. Hoſpitalia & Xe
dochia, ſi ſint ſimpliciter authoritate Epiſcopi erecta. V
Palatia Epiſcoporum, & ex decreto S. Congreat. citat
Schmalzgr. *h. t. num. 110.* Domus Parochorum. V
Ex communi DD. calculo tabernaculum, in quo aſſerv
ſolet Euchariſtia, quod etiam extendunt ad Sacerdote
qui ad ægrum deportat Euchariſtiam, imò plerique doce
aſſociantem ſe comitantibus tutum eſſe. cit. Schmalz
toto §. 3. Reiffenſt. §. *2.* Pichler *n. 9.* P. König *n. 3.*
ſeq.

6. Qu

6. *Quinam gaudent jure Aſyli?*

Jure aſyli gaudent regulariter omnes ſpecialiter non exepti, etiam infideles, pagani, ſaltèm ſi velint ſe convertere ad fidem Catholicam. Item hæretici, ſi propter alia dicta, quàm propter hæreſim ad Eccleſiam confugiant, cùm hoc privilegium ſit locale, non perſonale. Excommunicati quoque, & perſonaliter interdicti. Item debitores civiles, ſi ad evitandum carcerem ad Eccleſiam ſe recipiunt. Quemadmodum ſingula rursùs fusè demonſtrant ab h. cit. Schmalzgr. *§. 4.* Reiffenſt. *§. 3. h. t. per tot.* Pfeifer Pichler *num. 10. cum ſeq.* & conſtat ex Bulla Gregor. XIV. ubi certa tantùm crimina excipiuntur, conſequenter in aliis non exceptis regula firma manet.

7. *Gaudentnè etiam Clerici, & Religioſi hac immunitate?*

Certum eſt I. gaudere eos hoc aſyli privilegio contra Judices ſæculares, cùm non debeant eſſe deterioris conditionis, quàm quilibet alius Laicus. Certum eſt II. eos non gaudere hôc privilegiò reſpectu Judicis Eccleſiaſtici in criminibus exceptis. Quid autem juris ſit reſpectu judicis Eccleſiaſtici, & in criminibus non exceptis, variant DD. quemadmodum pro utraque ſententia affert rationes Schmalzgr. *h. t. num. 165. & ſeq.* Ipſe tamen *num.* 17. cum P. Engel *num 18.* König *n. 11.* mediam amplectitur viam, ſcilicet diſtinguendo: an extrahendi ſint eo fine, ut tradantur Judici ſæculari, vel ut à ſuo Magiſtratu Eccleſiaſtico puniantur causâ diſciplinæ, correctionis? In primo caſu docet eos gaudere privilegio aſyli ex ratione prædicta; quia Clerici, & Religioſi non debent eſſe deterioris conditionis, quàm Laici. Secus in ſecundo caſu, quia mens S. Pontificis non fuit per immunitatem Eccleſiarum tollere morum correctionem, ad contraria reſpondet P. Pichler *h. t. num. 13.* vid. tamen etiam Reiffenſt. *eod. tit. num. 57. & aliquot ſeq.* qui

Clericis quidem ſæcularibus jus aſyli concedit, non it
Religioſis delinquentibus.

8. Quæ crimina reos excludunt ab Aſyl

Circa hoc famoſa, & notabilis eſt Bulla Greg XIV. incip. *cùm aliàs*, quam per extenſum exhil Reiffenſt. *hic n. 82.* eamque noviſſimè confirmavit pii mè regnans Benedictus XIII. in Conc. Rom. anno Ju læi 1725. celebrato. Juxta quam proinde certa quæd crimina nominatim ſunt excepta, & privilegio aſyli p vantur: I. Publici latrones, qui ſcilicet in viis publicis pinæ causâ ex inſidiis aggrediuntur homines, & reſiſt tes occidunt. II. Viarum graſſatores, qui ſcilicet itin frequentata obſident, & viatores ex inſidiis aggrediu tur, vulgò Land- und Straſſen-Rauber. III. D populatores agrorum, ſeu, qui ſegetes agrorum, fruct vinearum devaſtant ex propoſito. IV. Qui aliquem in E cleſia occiderunt, vel mutilârunt. V. Homicidæ pro torii. VI. Qui rei ſunt criminis Aſſaſinii. VII. Rei hæ ſeos, ſi propter ipſum crimen hæreſis ſe ad aſylum re piunt. Et demùm VIII. rei criminis læſæ Majeſtatis in p ſonam ipſiusmet Principis, circa quæ omnia, & ſingu cum ſuis declarationibus, ampliationibus, & limitatio bus vide Schmalzgr. §. 5. & Reiffenſt. §. 4. *&* 5. *t. per tot.*

9. Sed obligatnè memorata Bulla Gregoriana etiam extra territorium Pontificis omnes & ubique?

Volunt hoc fortè nonnulli in dubium trahere, tu quia Bulla hæc non ubique fuit promulgata: tum, qu juxta ejusdem prooemium videtur Pontifex nihil aliud i tendiſſe, quàm revocare privilegia Apoſtolica extraheri Laicos delinquentes, quibusdam Principibus conceſſa, co ſequenter obligare ſola illa loca, ubi ejusmodi privileg obtinebant. Sed communis & conſtans eſt doctrina

cc-

contrarium, ex ratione, quòd quævis conſtitutio Apoſtolii circa res, & jura Eccleſiaſtica, non pro certo loco, nec pro certis perſonis, ſed univerſaliter lata obliget in utroque foro, omnes, & ubique. arg. *c. 1. de conſt.* ſed talis eſt præfata Bulla Gregoriana, ut paſſim ex contextu apparet. ergo. ad rationes dubit. reſpondet Reiffenſt. *hic n. 85. cum ſeq.*

P. *Quales ſunt effectus, & commoda immunitatis localis?*

Præcipui ſunt I. quòd rei confugientes recipiendi ſint, nec repelli poſſint, adeò, ut excludentes ab aſylo incurrant excommunicationem reſervatam Extrav. *3. int. com. de pæn. & remiſſ.* II. Si non ſint rei criminis excepti, extrahi inde vel extradi inviti nequeunt. *Can. 8. & trib. ſeq. cauſ. 17. q. 4.* & ſi per injuriam extra caſus exceptos extracti fuerint, debent ante omnia reſtitui Eccleſiæ. *Can. 6. & 8. cauſ. 17. q. 4.* III. Magiſtratus ſæcularis prohibere, vel impedire non poteſt, quò minùs victus, & veſtitus ac reliqua vitæ neceſſaria ad reum in Eccleſiam deferantur *Can. 35. cauſ. & q. cit.* vide Schmalzgr. *hic n. 166. & ſeq. uſque ad n. 274.* & Reiffenſt. *§. 6. per tot.*

1. *Poteſtnè, aut an debeat Reus ad Eccleſiam confugiens curiæ ſæculari ſaltèm erga impunitatem promiſſam extradi?*

Olim hoc fieri poterat, ſaltèm ſi Judex ſæcularis juramentô præſtitó impunitatem promiſit. arg. *Can. 35. & 36. cauſ. 17. q. 4.* Hodie tamen poſt Bullam Gregorii XIV. cit. hoc non videtur eſſe permiſſum, eò, quòd memorata Bulla concedat tantùm Prælatis, & Rectoribus Eccleſiæ facultatem extradendi reum in caſibus exceptis, ergò in non exceptis non poſſunt extradere.

Reiffenſt. *hic n. 178.* Quod adeò verum eſſe d… Schmalzgr. *eòd. tit. n. 104.* ut Rector, qui hujusm… di reum in caſu non excepto extradidit, vel extradendi … cultatem dedit, ſi ei indè mors, vel mutilatio ſequatu…, irregularitatem contrahat.

12. *Sed tenetúrne ſaltem Rector reum co… fugum cuſtodire, nè elabatur?*

Affirmant hoc aliqui cum hoc annexo, quòd ſi reus … gerit, Prælatus, vel Rector Eccleſiæ teneatur de culpa, qu… ſequitur Reiffenſt. *h. t. n. 174.* Saltèm in caſu, quò … cuſtodia fuit requiſitus, & dubium ſit, an reus gaudeat … re aſyli, vel non? donec nimirùm ſuper eo cognoſcatu… ſed hoc non probat Schmalzgr. *eòd. tit n. 290.* eò qu… hoc modo Eccleſia mutaretur in carcerem, & ex Cleri… fierent ſatellites, & lictores, præſertim cùm Judex ſæc… laris habeat alia media fugam impediendi, nempè app… nendo cuſtodes extra Eccleſiæ fines; vel petendo ab E… ſcopo, ut interea transferatur ad carcerem juris Eccleſia… ci. Quò facit, quòd obligatio iſta nullibi in jure ſit pr… ſcripta.

13. *Quid ergò juris in criminibus exceptis*

In his tam Epiſcopi, quàm inferiores Regulares, & ſ… culares Rectores Eccleſiarum non tantùm poſſunt, ſed etia… tenentur reum Judici ſæculari ad ejus requiſitionem extr… dere citra metum vel notam irregularitatis, aut alicuj… cenſuræ Eccleſiaſticæ, quod clarè patet ex Bulla Grego… *cit.* §. 3. nec opus eſt, ut tali caſu recipiant juramentu… de non infligenda pœna mortis, aut corporali, aut eo n… mine proteſtentur. Reiffenſt. *hic n. 182. junct. n. ſe…* ubi inſuper nec licentiam Epiſcopi requiri docet, ſi clarè … indubitanter conſtet, crimen eſſe exceptum.

14. *Pi…*

1. Poteſtnè autem in ejuſmodi criminibus xceptis Judex ſæcularis reum propria authoritate extrahere?

Minimè, ſed hoc debet fieri cum licentia, & conſenſu piſcopi, vel ejus Officialis ſive Vicarii generalis. Prætea debet intereſſe perſona Eccleſiaſtica habens poteſtatei ab Epiſcopo reum extradendi. Inſuper nisì manifeſtè co tet crimen eſſe exceptum, non debet, nec poteſt ſtatir reus extradi, ſed interim ad cuſtodiam Carceris Eccleaſtici deduci, ibique tam diu detineri, donec cognitu fuerit, an gaudeat jure aſyli, nec nè? prout omnia ha iterum clarè habentur ſtatuta in d. Bulla §. 4. Confer: R fenſt. *hìc n. 186. cum aliquot ſeqq.*

5. Sed quis in ejuſmodi caſu eſt Judex cognitionis?

Cognitio iſta pertinet præcisè ad Epiſcopum, & quidei privativè, adeò, ut ſi Judex inferior vel ſæcularis deſu r jam formâſſet proceſſum, eumque Epiſcopo communi ret, non teneatur, nec poſſit Epiſcopus eidem ſtare, ſed de t novum proceſſum formare, quâ de re rurſum pulchrè R fenſt. *hìc à n. 193. uſque ad n. 202.*

1. Quæ ſunt pœnæ violantium immunitatem Eccleſiaſticam?

Ante omnia debet fieri reſtitutio rei injuriosè, & ſinè lic itia Epiſcopi extracti, etiamsì notoriè conſtet, eum co miſiſſe crimen exceptum, & quidem reſtitutio facienda d locum, unde extractus eſt, ac publicè ac ſolenniter: ne ſufficit, ſi excarceretur, aut Epiſcopo ſiſtatur. Utì ſi liter pluribus videre eſt apud cit. Reiffenſt. *à num.* 2 . *uſque ad n. 209.* Præter hoc verò jure civili viola res immunitatem olim fiebant rei crim nis læſæ Majeſt s *L. 2. C. de his, qu. ad Eccl. conf.* & jubebantur

ultimo

ultimo ſupplicio affici *L. 6. C. eód.* Jure autem (committunt Sacrilegium *c. 7. & 9. cauſ. 17. q. 4* inſuper ipsó factô incurrunt excommunicationem latæ tentiæ, id. Reiffenſt. *n. 210. & ſ. ſeq. junct. n. 216 aliquot ſeq.* ubi declarat, qui violatorum nomin ordine ad has pœnas incurrendas comprehendantur. C Schmalzgr. *eod. tit. §. 8. per tot.*

17. *Quid eſt, & in quibus conſiſtit imm nitas rerum, & perſonarum Eccleſiaſticarum?*

Hæc eſt privilegium, quó perſonæ Eccleſiaſticæ, rumque res à jurisdictione, & poteſtate ſæculari exemptæ, & conſiſtit præcipuè in ſequentibus: I. in pri legio Canonis, de quo infrà *lib. 5. de ſent. exc* II. In privilegio fori, de quo dictum *lib. 2. de j comp.* III. In exemptione ab obligatione legum civiliu de qua *lib. 1. tit. de conſtit.* IV. In exemptione oneribus perſonalibus. V. In exemptione, quæ impon tur rebus, uti ſunt tributa, vectigalia, collectæ Schmalzgr. *hic n. 9.*

18. *A quibus oneribus immunes ſunt Ecc ſiæ & perſonæ Eccleſiaſticæ, ac earum bona?*

Spectato jure communi Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque p ſonæ ordinariè & regulariter exemptæ ſunt ab omni oneribus, præſtationibus, & exactionibus, quæ, & q Principes & domini territoriales ſubditis, eorumque bo ac prædiis vi poteſt , & jurisdictionis territorialis im nunt, quomodoc e vocentur, ut ſunt I. onera per nalia, quæ perſonis imponuntur ſinè reſpectu ad eor bona, & conſiſtunt vel in labore perſonali, uti eſt tute curatela, operæ, ſeu angariæ, & perangariæ Fro

Dien

[illegible]enſt / Schar-Werck oder Robbot / ꝛc. vel in ſo-[illegible]ione alicujus certæ pecuniæ ſingulis capitibus imponi [illegible]ota, veluti capitatio Kopf-Steuer. II. Onera rea-[illegible] quæ ipſis rebus, ſeu bonis imponuntur ſinè reſpectu [illegible]erſonas eas poſſidentes, qualia ſunt tributa, & contri-[illegible]iones ordinariæ die ordinari-Steuer und Anlagen / [illegible] ſpectant acciſæ Aufſchläg / item indebita, & Datiæ [illegible] und Umgeld / ꝛc. III. Mixta, quæ vel exigunt la-[illegible]m perſonalem, & ſimul ſumptus, utì eſt ire ad bellum [illegible]priis ſumptibus, vel imponuntur ſubditis cum reſpectu [illegible]dorum bona. Utì ſunt collectæ, & contributiones ex-[illegible]rdinariæ non habentes certam annuam præſtationem [illegible] penſitationem, die extraordinari-Steuer und Anla-[illegible] / telonia, vectigalia, & portoria Mauth- und Zoll / ꝛc. [illegible]uibus Pichler *hìc n. 26.* Eſt communis, & probatur [illegible]raliter per varios juris *Can. textus in c. 10. de con-*[illegible] *c. 46. de ſent. excom. c. 4. de cenſib. in 6. c. fin.* [illegible] *& Trid. ſeſſ. 25. c. 20. de refor.* & notanter per [illegible]tit. Urbani VIII. incip. *Romanus Pontifex*, quàm [illegible]extenſum refert Reiffenſt. *hìc n. 274.* Ex jure verò [illegible] per *auth. item nulla C. de Epiſc. & Cleric.* In [illegible]e autem de oneribus perſonalibus, & mixtis vid. Schmalzgr. *à n. 10. uſque ad n. 14. incluſ.* Confer. Pichler *n. 28. & 32.* de realibus, ſive tributis, & con-[illegible]tionibus ordinariis. Reiff. *n. 238, ubi etiam ad* *co[illegible]raria reſpondet.*

1[illegible]. Sed proceditnè immunitas realis indi-ſtinctè quoad omnia bona Eccleſiarum & perſona-rum Eccleſiaſticarum etiam patrimonialia?

Procedit indiſtinctè, adeoquè non tantùm bona Eccle-ſiarum qu[illegible]cunque juſtô titulô acquiſita, & ad eas perti-nentia, ſed etiam bona patrimonialia Clericorum gaudent immunitate reali per jura *in q. præc.* allegata, quæ gene-raliter

raliter loquuntur. vide Reiffenſt. *à n. 226. uſque ad 230.* Confer. Schmalzgr. *n. 16. cum ſeq. uſque ad 30. incluſ.* Ratio eſt, quòd res ſequantur conditio[nem] perſonæ,& magìs dignum trahat ad ſe minus dignum. [No]tandum tamen eſt ex P. Engel *h. t. n. 24.* circa fir[ma] bona Clericorum tantùm in conſequentiam partici[pare] exemptionem Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum. U[nde] quædam privilegia ſingularia bonis Eccleſiarum princi[pali]ter conceſſa, ùt reſtitutio in integrum, præſcriptio 40. [an]norum &c. ad bona privatorum Clericorum patrimo[nia]lia non extenduntur.

20. *Quare dictum in q. 18. quæ Principes & Domini territoriales imponunt vi poteſtatis jurisdictionis territorialis?*

Ad diſtinctionem eorum onerum, quæ rei propter [rem] ipſam absque intuitu perſonæ poſſidentis conſtanter, & p[er]petuò ex natura rei, vel contractu, pactóve inhærent, [&] merè realia dicuntur: ad hæc enim Eccleſiæ, & Eccleſia[sti]ca perſonæ abſolutè obligantur, eò, quòd res tranſeat c[um] ſuo onere, & quilibet rei ſuæ conditionem, ac onus p[ro] lubitu imponere valeat. Unde ſi Eccleſia vel perſona Eccle[sia]ſtica acquirat rem feudalem, vel emphytevticam: vel res [al]lodialis eidem in feudum, vel emphytevſim conferatur, [te]nentur ad onera ratione feudi, vel emphytevſis tali rei inh[æ]rentia. vid. Reiffenſt. *hìc. n. 275.* Volunt tamen eti[am] aliqui, quòd ſi contributiones, & tributa, quæ titulo ju[ris]dictionis à ſubditis exiguntur, non ſint nova, ſed antiq[ua], quæ jam prius, quàm bona ejusmodi ad Eccleſias perve[ni]ſent, certo, & ſtabili modo eodem titulò jurisdictionis [im]poſita fuiſſent, ab his quoque Clerici, & perſonæ Eccleſia[sti]cæ non ſint immunes, utì videre eſt apud Pichl. *n. 30*

21. *Quare præterea dictum ordinariè, [ſeu] regulariter?*

Quia ex communi DD. ſententia in caſu extraord[inario]

tio, gravis alicujus neceſſitatis Eccleſiæ quoque, & Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur ad collectas, & contributiones, aliaque præſtationes, modò eæ non exigantur, tanquam à ſubditis, & in ſignum ſubjectionis, ſed tanquam impenſæ ad procurandum commune bonum, vel avertendum malum, & concurrant conditiones à Sacris Canon. requiſitæ, quâ de re latè Reiffenſt. *hìc à n. 253. uſque ad n. 261.* Confer. Pichler *hìc n. 33. cum ſeq.* Pariter ex communi quoque ferè ſententia Perſonæ Eccleſiaſticæ non ſunt immunes ab onere concurrendi ad onera, ſeu publicè neceſſaria ac utilia vel conſtruenda, vel reparanda, quorum uſus, & commodum immediatè ad ſingulos Clericos æque ac Laicos pertinet: utì eſt reparatio pontium, viarum, murorum &c. vide cit. Pichl. *n. 35. cum ſeq.* & Schmalzgr. *n. ., cum 6. ſeqq.*

2. *Quare denique dictum ſpectato jure communi?*

Quia ex plurimorum locorum antiquiſſimo uſu, & recepta conſuetudine, utì etiam hìc in Auſtria indiſtinctè tenentur ad omnia onera realia & mixta ratione bonorum, quæ poſſident, nec non ad Gabellas, portoria, & vectigalia, ùt patet ab experientia, an autem, & quô juris fundamentô aut titulô hoc introduci potuerit? vid. Reiffenſt. *n. 22. cum ſeq.*

TITULUS L.

Ne Clerici, vel Monachi Sæcularibus negotiis ſe immiſceant.

1. *Quænam negotia hoc titulo Clericis inhibentur?*

EA ſunt varia, veluti contentiones, & lites perſequi *c. 2. h. t.* ſervire Principibus Laicis quoad Laica *c. 4. eod.*

eôd. judicium ſanguinis exercere *c. 5. eôd.* Mercaturam per ſe tractare *c. eôd.* Item tabellionatûs officio fungi, *c. 8. h. t.* exercere quoque Chirurgiam, *c. penult. h. t.* nec non Medicinæ, vel juri civili ſtudere, *c. 3. & fin. h. t. c. 1. eôd. in 6.* Interim tamen quoad ſtudium juris, vel medicinæ communis eſt DD. doctrina, quòd hæc conſtitutio pœnalis ſit ſtrictæ interpretationis, & non comprehendat illos, qui privatim ad majorem intelligentiam juris Canonici, Juri civili ſtudent. Imo de facto plurimæ univerſitates habent privilegia Papalia, quibus hæc conſtitutio relaxatur. Proût de Salisburgenſi teſtatur P. Engel *h. t. in fin.* de aliis Schmalzgr. *eôd. n. 85.* Et de hac celeberrima univerſitate Viennenſi teſtantur acta, & privilegia ejusdem.

2. *Quæ ſunt pœnæ ſe negotiis ſæcularibus immiſcentibus?*

Eæ quoque ſunt variæ pro varietate negotii, cui Clericus, vel Religioſus incumbit, veluti ab officio, & beneficio depoſitio in Clerico procuratore, & vice Principis judicante, vel judicium ſanguinis agitante, munusvè tabellionis exercente: privilegii immunitatis amiſſio in Clerico negotiatore, ſi tertiò monitus non deſtiterit: Excommunicatio in Clerico, vel Religioſo profeſſo leges, vel medicinam audiente, ſi redire ad clauſtrum detrectet. Videantur jure priori. *quæſt. cit.* & ea, quæ fusè de hoc tit. congeſſit Schmalzgr.

Finis Libri III.

(o)

LIBER

LIBER IV.

TITULUS PRIMUS.

De Sponſalibus, & Matrimoniis.

1. *Quid hìc intelligitur nomine ſponſalium?*

SPonſalia à ſpondendo dicta variè ſumuntur, prout videre eſt apud Schmalzgr. *h. t. n. 2.* König *eôd. num. 3.* Hìc loci verò ſponſalia accipiuntur pro futuri matrimonii promiſſione, quam vulgò ſponſalia de futuro dicimus. Unde in dubio, quando in jure, vel aliàs de ſponſalibus fit mentio, ſponſalia de futuro regulariter intelliguntur. Schmalzgr. *cit. in fin.* Pichler *eôd. n. 2.*

2. *Quid ſunt ſponſalia hôc modô conſiderata?*

Communiter à DD. definiri ſolent, quòd ſint mutua, & reciproca promiſſio futuri matrimonii. Deſumitur ex *L. 1. ff. h. t. Can. 3. cauſ. 30. q. 5.* Clariùs proea deſcribit Pichler *h. t. num. 5.* quòd ſint promiſſio vera, voluntaria, deliberata, ac mutua, ſigno ſenſibili expreſſa futuri matrimonii inter perſonas jure habiles.

3. *Quæ requiruntur ad valorem ſponſ. liorum?*

Ex data definitione patet ad eorundem valorem quiri : I. Ut adſit promiſſio : non enim ſufficit nudi propoſitum, utpote quod nullam inducit obligatione: & quidem debet eſſe promiſſio vera, non ficta, non mulata, aut per jocum tantùm emiſſa ſinè intentione obligandi. Unde qui taliter promitteret, non hab intentionem ſe obligandi, non obligaretur ſaltèm in c ſcientia : ſi tamen è contra haberet animum ſe oblig di, vel promittendi, licèt intenderet non ſervare promi verè obligaretur. Schmalzgr. *h. t. num. 25. & ſ* II. Requiritur, ut ſit voluntaria, & deliberata, id ſinè errore, & metu (de quo infra) ac cum tanta delil ratione, quanta requiritur ad peccatum mortale. III. ſit mutua; quia promittens non cenſetur ſe aliter ol gare, quàm ſecundùm naturam ſponſaliorum, & ſub cita conditione, ſi etiam altera pars repromittat. Hi ſi quis merè gratuitò promitteret alteri matrimoniu licèt obligetur ex hac promiſſione, ſi eam altera p acceptet, non tamen vera contrahit ſponſalia, ex ratic allata. P. Engel *num. 3.* Schmalzgr. *num. 42. &* IV. Ut ſit ſigno ſenſibili expreſſa, ſcilicet verbis, ſcriptura, nutibus, aut aliis indiciis. V. Ut ſit ſut matrimonii, aliàs erunt ſponſalia de præſenti. VI. I nique debet eſſe inter perſonas jure habiles, inter q nimirùm aliquando conſiſtere poteſt matrimonium. præfatus Pichler *loc. cit.* Confer Reiffenſt. *hic à n uſque ad 20.* An verò ſinè ſponſalibus ritè cont hi poſſit matrimonium? item an ſponſalitia promiſſi beat ſemper reſpicere perſonam certam, vel ſuffici quòd aliquis promittat ex tribus v. gr. filiabus ſe un ducturum, quam pater illi dederit? vide Schmalzgr. *35. cum 4. ſeq.*

4. Qi-

4 *Quare dictum fictè promittentem non obligari ſaltèm in conſcientia?*

Quia pro foro externo ſemper præſumitur ſeria p[ro]miſſio, & propterea etiam ad ſervandum promiſſum d[eb]et condemnari promiſſor, nisì legitimè probet jocum, ſi[m]ulationem, vel fictionem, utì comprobat praxis C[o]nſiſtoriorum. Vide Reiffenſt. *hìc num.* 7. Pichler *num.* 6.

5 *Quìd ſi verò ſub ejusmodi ficta promiſſione impetratus fuit uſus corporis?*

Non obligari talem ad defloratam ducendam, ſed ſat[is]facere dotem congruam conſtituendo, docet Sc[h]malzgr. *hìc num.* 32. Contrarium tamen tenet Pell. D. Kees. *Inſt. tit. de nupt. n.* 10. P. Engel *h. n.* 13. König *num.* 31. & plerique. Deſumitur ex *c. de Adul. & ſtup.* & ratio eſt; quòd licèt ſic fict[è] promittens vi contractûs ſponſalitii, qui defectu veræ [p]romiſſionis nullus eſt, non obligetur, obligetur tamen ex eo, quòd in tali ficta promiſſione interveniat contra[ct]us innominatus, *facio, ut facias*, cujus ea eſt nat[ur]a, ut ſi ex una parte ſit impletus, etiam altera pars ex [æ]quitate naturali teneatur ad eundem implendum add. Pic[h]ler *h. t. num.* 7. *junct. n. ſeq.* Ubi contraria reſ[olv]it. In hoc tamen conveniunt omnes, quòd ſi pue[ll]a potuit facilè advertere, quòd deflorator fictè tantùm [p]romittat, ùt, quia eſt longè dignioris conditionis, non [t]eneatur deflorator eam ducere, quia ſic deflorata fra[ud]i videtur conſenſiſſe. Schmalzgr. *num.* 30. Ad qui[d] autem aliàs teneatur deflorans virginem, etiam abs[q]ue promiſſione matrimonii vid. cit. Pichler *n.* 9.

cum ſeq. & de tota hac materia plenè Reiffenſt. §. *h. t. per tot.*

6. *Per quæ verba, aut verborum formulam pro foro externo præſumi, & judicari debet, contracta eſſe ſponſalia?*

Univerſaliter loquendo, & ſi de alia intentione conſtet, cenſentur ſemper per ea verba eſſe contract, quæ juxta communem intelligentiam communem uſum loquendi ac loci conſuetudinem ſponſalia, ſeu promiſſionem matrimonii ſignificant, qualia ſunt, *promitto tibi matrimonium, obligo me ad te ducendum, vel tibi nubendum, Deus ſit teſtis, quòd de ducam, diabolus me rapiat, nisì te ducam,* &c. non item, *tu es meus chariſſimus, vel mea chariſſima, theſaurus meus, cor meum &c.* Du biſt mein Liebſter / mein Schatz / mein Hertz / Pichler *hìc num. 11.* nisì ex circumſtantiis, vel tractu prævio aliud conſtet. In dubio, ſi ex verbis ſufficienter non conſtet, & proferens inſuper neget ſe ex animo obligandi protuliſſe, Judex debet illum abſolvere, & ad ſummum poteſt ipſi juramentum purgatorium defe; qua de re plenè Reiffenſt. *num. 44. cum 8. ſeq.* autem per iſta verba: *nullam aliam ducam, nisì* cenſeri quoque debeant contracta eſſe ſponſalia? tra ex profeſſo Schmalzgr. *num. 54. cum duob. ſeq.* Pichler *num. 19.* Confer. quoad omnia prædicta Reiffenſt. *§. 2. hìc per tot.* Porrò an, & quomodo ſola taciturnitas ſufficiat ad contrahenda ſponſalia? Schmalgr. *à n. 58. uſque n. 69.*

7. Ir

7. Per quæ ſigna cenſentur contrahi ſponſalia?

Pariter per ea, quæ juxta communem intelligentiam, a: conſuetudinem loci conſenſum in futuras nuptias expmunt: quia ſicut verba, ità & ſigna juxta communn acceptionem, & conſuetudinem accipi debent. Sic qımvis ſubarrhatio, ſeu immiſſio, & acceptio annuli irdigitum, item porrectio manuum &c. ſint indifferenti, ſi tamen fiant poſt prævium tractatum de ſponſalib, vel matrimonio, contracta cenſentur ſponſalia. P. Egel *h. t. n. 8.* Schmalzgr. *n. 70. cum ſeq.* Unde nnent DD. quando ſigna, vel verba indifferentia inteveniunt, præcipuè attendendum eſſe ad circumſtantias, c P. Engel, P. König *n. 40.* Confer. iterum quoad hic quæſtionem Reiffenſt. §. *3. per tot.*

8 Valentnè ſponſalia per vim aut metum extorta?

Volunt plerique talia ſponſalia abſolutè non valere, & nullius eſſe momenti, ſicut non valet abſolutè matrimnium taliter contractum. Rectiùs autem ſentire videtu Schmalzgr. *hìc n. 427.* & cum eo Pichler *n. 14.* a ſponſalia valere ſaltèm ipſo jure, ſuccurri tamen metu paſſo exceptione, vel actione quod metùs causâ ad exnplum aliorum contractuum metu initorum. Contrarium ſolutionem vid. apud eosd.

9 An & quomodo in ſponſalibus poſſunt nterveniré Arrhæ, & cui cedunt matrimoniô ſecutô, vel non?

Poſſunt licitè, & validè intervenire, ùt conſtat ex *L. 3. & L. 5. C. de ſponſalib.* Secutô autem matrionio jure communi redeunt ad dantem, juxta naturam

ram pignoris ad cujus exemplum dantur. Conſuetu-
ne verò remanent accipienti, & in quibusdam locis
dunt conſiſtoriis, quod ſecundum tamen probari ſa
non poteſt. Si verò matrimonium non ſequatur, tu
intereſt, an culpâ accipientis, vel dantis, aut verò nu
lius culpa ſecutum non fuerit. Primo caſu accipiens t
netur reſtituere duplicatas: Secundo dans amittit, qu
dedit. Tertio verò reſtituit quilibet, quod accep
L. 3. & 5. cit. Pichler *hìc num. 20.* & latè Reiffen
à num. 176. uſque ad num. 186. Utrum autem
& quomodo pœna quoque ſponſalibus adjici poſſit? tr
ctant Inſtitutiſtæ paſſim *ad tit. de ſponſal.* & pulch
cit. Reiffenſt. *hìc n. 187.* cum multis ſeqq. De ſpon
ſalitia largitate. vid. Pichler *hìc n. 21.* & dicetur fortè in
frà *ad tit. de donat. int. vir. & uxor.*

10. *Quomodo, & per quos ineuntur ſponſalia?*

Inire, & contrahere quilibet ſponſalia poteſt, nc
tantùm per ſe, ſed etiam per alium. v. gr. Procuratore
Proxennetam, imò & per literas *c. fin. de procur. in*
Requiritur tamen I. ut procurator habeat mandatum ſpe
ciale ad contrahendum, & quidem cum determinata, &
individuali perſona. II. Ut per ſe exequatur mandatum
non etiam per ſubſtitutum. III. Ut mandatum nec tacit
nec expreſsè ſit revocatum *cit. c. fin.* De parentibus
fratribus &c. dicetur tit. ſeq. interim vid. Pichle
hìc n. 27. cum trib. ſeq.

11. *Qui ſunt effectus ſponſaliorum?*

Duo præcipui, unus eſt obligatio, quâ ſponſus, &
ſponſa obligantur ad implementum contractûs, & ma
trimonium in facie Eccleſiæ contrahendum, & quidem
ſub peccato gravi, niſi adſit juſta cauſa. Reiffenſt
hì

h. n. 137. cum ſeq. Alter impedimentum publicæ honeſtatis, vi cujus intrà certos gradus prohibetur matrimonium cum conſanguineis ſponſæ, vel ſponſi.

12. *Quando autem aliquis tenetur ad hoc implementum perficiendum?*

Intereſt, an tempus aliquod, ſive dies executioni ſit præfixa, an verò non? Primo caſu obligant pro illo die, vel tempore, quia pacta dant legem contractui. Secundo probabiliùs tunc, quando altera pars petit, ac exigit. arg. *L. 10. C. de pign.* ubi dicitur, debitores præſtites priùs denuntiationibus conveniendos eſſe. Pichler *h. n.40.* vid. tamen Reiffenſt. *eod. tit. n. 143.cum ſeq.* ubi vult ſponſalia hoc caſu ſtatim obligare, & adimpleri debere, quàm primùm commodè fieri poteſt, etiam parte altera non petente.

13. *Quid juris, ſi aliquis non velit adimplere, aut ſinè cauſa differat?*

Talis poteſt & debet per cenſuras Eccleſiaſticas, aliiſq; ejuſmodi remedia competentia compelli, niſi rationabilis cauſa obſtiterit *c. 2. & 10. h. t.* & confirmat praxis Conſiſtoriorum. Quòd ſi autem omnia remedia, nec cenſuræ proficiant, tunc finaliter non poteſt cogi, ſed debet dimitti, & abſolvi, præſertim ſi advertatur magna animorum averſio, & timeantur mali exitus; pulchrè Reiffenſt. *hìc à num. 152. uſque ad 166.* An verò & quomodo tali caſu pars altera poſſit petere compenſationem pecuniariam, præſertim ſi nullum damnum oſtendere valeat, atque an Judex ad ejuſmodi compenſationem adigere renuentem poſſit? tractat idem Reiffenſt. *n. 167. cum 8. ſeqq.*

14. Quid eſt impedimentum publicæ honeſtatis ?

Eſt quædam quaſi affinitas ex inchoatione matrimonii per conjunctionem non corporum, ſed animorum orta inter ſponſos, & conjugio cum ipſorum conſanguineis contrahendo obſtans. Schmalzgr. *h. t. n. 96.*

15. Quo jure eſt hoc impedimentum introductum ?

Jure ſolùm poſitivo Eccleſiaſtico *Can. 11. 14. 1. & 31. cauſ. 27. q. 2. c. 3. 4. 8. h. t.* Et quidem ad exemplum veræ affinitatis, quæ oritur ex conjunctione corporum. Ratio autem inductiva hujus impedimenti fuit, quia ſicut inhoneſtum eſt, ut aliquis jungatur matrimonio conſanguineæ ejus, cui ipſe erat conjunctus corpore: ità inhoneſtum quoque viſum fuit, ut etiam jungatur ei, cui etſi non corpore, mente tamen & animo erat conjunctus. Pichler *hìc n. 35.* & Reiffenſt. *infrà de ſponſ. duor. n. 10.*

16. Ex quibus ſponſalibus oritur ?

Oritur non tantùm ex ſponſalibus de futuro, ſed etiam, & quidem à fortiori ex ſponſalibus de præſenti, ſive matrimonio rato, utì arguunt DD. ex *Can. 11. & 14. cauſ. 27. q. 2. c. 3. 4. & 8. h. t. cum ſimilib.* qui textus licèt de matrimonio rato expreſſè non loquantur; quia tamen vinculum matrimonii rati fortius eſt, quàm quod ex ſponſalibus deſcendit: ideò etiam de eo communiter exaudiuntur. Schmalzgr. *hìc num. 98.*

17. QUOUS-

17. *Quouſque dirimit hoc impedimentum?*

Olim tam in ſponſalibus de futuro, quàm de præſenti quibuscunque etiam invalidis (dummodo non fuiſſet invalida ex parte conſenſûs) inducebatur, & dirimat hoc impedimentum uſque ad quartum gradum. arg. *c. 8. h. t.* junct. *c. 8. de conſangu. & affin.* Postea autem per Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 3. de reform. matr.* duplex circa hoc interceſſit mutatio. I. Ut non è impedimentum hoc non ampliùs oriatur ex ſponſalibus quacunque ratione invalidis. II. Ut ortum ex ſponſalibus validis, non excedat primum gradum. Reiffenſt. *cit. tit. de ſponſ. duor. n. 12. cum ſeq.*

18. *Sed proceditnè iſta correctio etiam in matrimonio rato?*

Minimè, ſed circa hoc obſervanda eſt adhuc diſpoſitio juris antiqui, utpote per cit. Trid. expreſsè non immutata, conſequenter ſicut antea impedimentum publicæ honeſtatis ex eo etiam quacunque ratione invalido (dummodo non ex parte conſenſûs) oriebatur, & dirimebat uſque ad quartum gradum incluſivè, ità & nunc arg. *L. 22. C. de appell.* & declaravit Pius V. in conſtitutione: *ad Romanam* de An. 1568. cit. Reiffenſt. *loco ut ſuprà. n. 14.*

19. *Quid juris in ſponſalibus conditionatis?*

Ante eventum conditionis non oritur hoc impedimentum *c. un. §. ille verò h. t. in 6.* Ratio, quia conditio ſuſpendit conſenſum uſque in eventum ſui. Poſt eventum verò conditionis oritur, quia tunc ſponſalia ſunt pura, & habent perfectum conſenſum. Schmalzgr. *h. t. num. 108* Engel *eôd. §. 6. n. 7.*

20. *Eſtnè hoc impedimentum perpetuu[m], conſequenter, an duret ſponſalibus etiam ex aliqua cauſa diſſolutis?*

Non eſſe perpetuum, & conſequenter non mane[re] ſponſalia disſolvantur mutuo conſenſu, docet Engel *h.* *§. 6. num. 3.* propter quandam Cardinalium declara[tio]nem, & quia quævis res eò modò disſolvitur, quò c[olli]gata eſt; ſed veriùs eſt, manere univerſaliter prædic[tum] impedimentum publicæ honeſtatis, ex quacunque c[auſa] reſolvantur ſponſalia, tum arg. *c. 5. de deſponſat. imp[ub].* tum propter poſteriorem declarat. Card. de die 6. Julii [an]no 1658. ab Alexandro VII. approbatam: Et ratio eſt, q[uia] impedimenta matrimonii ſemel nata non amplius dep[en]deant à voluntate contrahentium, erat autem jam nat[um] hoc impedimentum, cùm ſponſalia fuerint valida. cit R[ei]fenſt. *d. t. num. 15.* König *eôd. tit. n. fin.* Schmal[z]. *hìc num. 114.*

21. *Quibus ex cauſis ſponſalia diſſol[vi] poſſunt?*

Solvuntur variis modis & I. quidem mutuo c[on]ſenſu *c. 2. h. t.* II. per abſentiam, vel diſceſſum uniu[s] ſponſis in alienas terras, alterô inſciô, aut invitô. *c.* *h. t.* III. Lapſu temporis matrimonio ineundo pr[æfi]xi, ſi nimirùm finiendæ obligationis cauſá ſit adjectu[m] *c. 22. h. t.* IV. per ingreſſum in Religionem arg. *c.* *de conv. conjug.* V. per matrimonium cum alio con[tra]ctum. *c. 31. h. t.* VI. per fornicationem unius. *c.* *de jurej.* VII. per ſupervenientem mutationem in[sig]nis animi, corporis, famæ, aut fortunæ. cit. *c. 25.* *[de] jurej.* VIII. per impedimentum affinitatis, vel aliud [ſi]mile dirimens ſuperveniens. IX. deficiente vel non ad[im]pleta conditione, ſub qua ſponſalia fuerunt inita. *c. 3.*

cc

ecd. appoſ. &c. de quibus omnibus & ſingulis latè Reiffenſt. *hic* §. *7. & 8. per tot.* Schmalzgr. §. *4. per tot.* confer Pichler §. *4. ſimiliter per tot.*

2. *Sed præbentnè cauſæ enumeratæ facultatem reſiliendi, quando ante ſponſalia jam exiſtebant, & poſtea primùm tantùm detecta ſunt?*

Omninò: Ratio, quia in jure paria ſunt, non eſſe, & non apparere arg. *L. 77. ff. de contra. empt.* & ſupervenire aliquem talem cauſam, vel ignorantes præcedere, cùm res tunc primùm de jure cenſeatur fieri, quando innoteſcit. arg. *c. paſtoralis de Exemt.* Reiffenſt. *hìc n. 26.* Limitant hoc aliqui, idemque Reiffenſt. *n. ſeq.* in caſu fornicationis à ſponſo ante ſponſalia commiſſæ. vide tamen Schmalzgr. *n. 176. h. t.*

2. *Teneturnè is, qui aliquo defectu laborat, hunc manifeſtare alteri parti, quando judicat alteram non contracturam, ſi ſciret?*

Si alteruter ex ſponſis laborat tali defectu, qui multùm noxius futurus foret etiam alteri parti, vel matrimonium notabiliter redderet difficilius, tenetur vel à contractu abſtinere, vel illum defectum detegere, ſivè ante, ſive poſt ſponſalia emerſerit. Ratio, quia aliàs in contractu graviter deciperet compartem, & contra juſtitiam peccaret, ſicut qui merces inutiles, aut noxias venderet, *L. 1. ff. de ædil. edict.* hujusmodi defectus eſſe cenſentur morbus noxius. v. g. gallicus, paralyſis, lepra, &c. infamia ex genere, vel delicto proveniens, graviditas ſponſæ ab alio &c. ſi verò defectus occultus ità non nocet, licèt minùs commodum, aut appetibile reddat matrimonium, non tenetur

tenetur eum manifeſtare illô laborans, qualis v. g. eſt ſponſa ante vel poſt ſponſalia fuit fornicata, ſi ſit pau vel ignobilis, cùm tamen credebatur dives. Reiffe *hìc num. 301. cum ſeq.* confer Pichler *num. 57. e tit.*

24. *Poſſuntnè ſponſi propriâ authorita reſilire à ſponſalibus, ſi aliqua cauſa ex præ-dictis ſubſit?*

Si ſponſalia ſint clàm contracta, & cauſa diſſolve ſit occulta, juſta tamen & certa, poſſunt reſilire, nec digent authoritate judicis Eccleſiaſtici. Idem dicendu ſi ſponſalia ſint publicè contracta, cauſa tamen diſſolve di ſit publica, & notoria, quia in utroque caſu ex l diſſolutione propria authoritate facta, nullum oritur ſc dalum, neque neceſſitas dictam authoritatem aliquo j cauta reperitur, ſi verò cauſa diſſolvendi ſit dubia, deb accedere authoritas Judicis Eccleſiaſtici, quia vi contract ſponſalitii, quilibet ſponſus eſt in poſſeſſione juris acqui ti, ut fiat, quod promiſſum eſt, in dubio autem nem licet propria authoritate deturbare alterum de poſſeſſio juris ſui. Pichler *h. t. n. 70.* Schmalzgr. *216.* Engel *3. num. 12.*

25. *Quando conſtare debet de cauſu, ut l ceat recedere â ſponſalibus?*

Si cauſa præcisè ſit talis, ut præbeat tantùm facult tem reſiliendi, utì eſt v. g. fornicatio, vel morbus & non verò dirimit, vel impedit matrimonium ex ſe, tu requiritur plena probatio, ſaltèm pro foro externo, qu non eſt ratio recedendi à diſpoſitione juris communis, qu toties requirit plenam probationem, quoties agitur c præjudicio tertii. *c. 4. & 23. de teſtib. L. 9. C. eôd.* verò cauſa reſiliendi ſit impedimentum dirimens, vel in pedie

piens v. g. allegetur affinitas, vel votum caſtitatis ſponſa antecedens &c. ſufficit ſemiplena probatio *c. 22. eod. c. 2. h. t. c. 2. de conſ. & affin.* quia agitur de vitando pecato, & animæ periculo. vid. Pichler *hic num. 71.* confer Reiffenſt. *à num. 312. usque ad num. 321.*

26. Quid eſt matrimonium?

Miſſa ſignificatione nominis, de qua Schmalzgr. *hic n. 2. cum ſeq.* matrimonium quoad rem ipſam duobus modis accipi poteſt: I. Præcisè pro contractu civili, quô inter virum, & mulierem mutua poteſtas traditur in ordine ad copulam conjugalem, & conſortium vitæ communis. II. Pro Sacramento, quô viro & mulieri legitimô modô copulatis gratia confertur ad perpetuam vitæ conſuetudinem mutuò peragendam. P. König *hìc n. 83.* Definitur in §. *1. Inſt. de patria poteſt.* quòd ſit viri, & mulieris conjunctio individuam vitæ conſuetudinem continens; quam definitionem ferè omnes ſequuntur. Ejusdem explanationem vid. apud Vallenſ. *hìc §. 5. per tot.* & Schmalzgr. *n. 224. cum duob. ſeq.*

27. Poteſtnè à fidelibus celebrari ſive contrahi matrimonium in ratione contractûs tantùm cum excluſione rationis Sacramenti?

Negant hoc fere communiter Theologi, & plerique Canoniſtæ ex ratione: quòd contractus matrimonii inter Chriſtianos ex inſtitutione Chriſti intrinſece, & neceſſariò ſit Sacramentum. Deinde quia alias ſequeretur pleraque matrimonia acatholicorum, vel cum ipſis contracta puros eſſe contractus, neque magìs indiſſolubilia fore, quàm matrimonia infidelium. Contrarium tamen tuetur P. König *hic num. 84.* & Pichler *num. 77.* quorum fundamentum præcipue conſiſtit in Concil. Florent. quod in De-

creto

creto unionis §. 5. definit, omnia ſacramenta tribus pe ci, rebûs tanquam materiâ, verbis tanquam formâ, & p ſonâ miniſtri conferentis Sacramentum, cum intenti faciendi, quod facit Eccleſia : Ergo ſi conjuges, qui conſenſu omnium ſunt miniſtri Sacramenti matrimo non habent intentionem conficiendi Sacramentum, tantùm civilem contractum, talis contractus revera Sac mentum non erit : neque ulla authoritas, aut ratio git aſſerere, Chriſtum ità inſeparabiliter utramque rat nem conjunxiſſe, ut deficiente ratione ſacramenti defic etiam contractus, quandoquidem contractum non ann lavit, ſed ei in ſua natura relicto ſolùm addidit dignitat ſacramenti, ità auth. *cit. loc. alleg.* ubi etiam ad oppoſ reſpondent. vid. tamen pro contraria ſententia Schmalz *h. t. n. 301. cum ſeq.*

28. *Quotuplex eſt matrimonium?*

Communis diviſio eſt, quòd aliud ſit legitimum, ali ratum, aliud conſummatum. Legitimum eſt, quod ta tum naturali, & legitimo conſenſu absque ratificatio Eccleſiæ contrahitur, tale eſt apud infideles. Ratum, qu eſt juxta formam Eccleſiæ contractum, necdum tam copulâ carnali conſummatum. Conſummatum verò, qu copula carnali perfectum eſt. vid. Schmalzgr. *hìc n. 22 cum ſeq.* Dividitur tamen etiam adhuc II. in matrim nium verum, præſumptum, & putativum. Matrim nium verum, prout opponitur præſumpto, eſt, quod ni tur legitimis probationibus, prout vero opponitur put tivo, eſt, quod verè initum eſt inter perſonas habiles contrahendum. Præſumptum eſt, de quo non niſi ex pr ſumptionibus conſtat, quod olim ante Conc. Trid. fieba quotiescunque poſt ſponſalia inter duas perſonas habiles ir ta, ſecuta fuerat carnalis copula. Putativum denique nu cupatur, quod de facto bona fide in facie Eccleſiæ celebr tum eſt, ſed ob latens aliquod impedimentum juris ſu ſiſtere non potuit, cit. P. König *h. t. n. 89. cum ſeq.* II

Der

)eque dividitur in matrimonium Canonicum, & poli-icun, ſive civile. Canonicum eſt, in quo concurrunt a, quæ à SS. Can. ad matrimonium præſcripta ſunt. Po-tiım, in quo præterea etiam illa concurrunt, quæ civi-te& politicè requiruntur, puta pacta dotalia, traductio n omum mariti, &c. Huc pertinet matrimonium ad norgennaticum, ſeu lege Salica contractum. Aliis ma-rimonium conſcientiæ dictum, quod nihil aliud eſt, quàm onnctio viri cum fœmina inferioris conditionis, eò pa-tonita, ut uxor & liberi inde nati dono nuptiali, vel lierta portione tempore ſponſalium deſtinata conten-i ſit, & à cæteris bonis avitis ac paternis unà cum ti-uli dignitatibus, & inſignibus abſtineant, ut patet ex *Lib. 2. feud. tit. 29.* Schmalzgr. *hic num. 237. cum rii ſeq.* ubi inſuper oſtendit pactum ejusmodi vel con-enonem eſſe licitam: item an, & quatenus, Pater il-us pactum hoc ſtante matrimonio in præjudicium li-erum primi matrimonii, vel agnatorum poſſit revoca-e non? & demum, an ſi filii vel nepotes prioris ma-rimonii ſivè legitimis hæredibus decedant, eo ſaltèm ca-u filii ex matrimonio ad morgennaticam contracto ſuc-edant in bonis patris, aut avi?

29. *Quid requiritur ut matrimonium validè contrahatur?*

imum, & fundamentale requiſitum ad valorem matrimonii eſt conſenſus contrahentium mutuus, verbis, el gnis ſponſalia de præſenti ſignificantibus ſufficien-er preſſus, de quo ac circa quæſtiones eò incidentes lur us videri poteſt, P. König *à num. 103. usque ad num 112. incl.* & Pichler *num. 86. cum trib. ſeq.* I. t contrahentes non ſint inhabiles ob defectum ali-quer, vel naturæ, vel juris, ſcilicet, nè laborent aliquo mpedimento. Quæ verò ſint ſubſtantialia matrimonii, & comodo ea intervenire debeant? vid Schmalzgr. *num 26. & ſeq.*

30. Qua

30. *Quæ ſunt impedimenta matrimon?*

Hæc ſunt in duplici differentia, alia enim ſunt tant impedientia, alia verò dirimentia: priora prohibent t tùm matrimonium contrahendum, contractum tar non annullant. Poſteriora verò & prohibent, & anr lant. Pichler *hìc num. 91.*

31. *Quæ ſunt impedientia?*

Iſta olim erant 12. ut conſtat ex vulgaribus illis ve bus:

Eccleſiæ vetitum, nec non tempus feriatum.
atque Catechiſmus, ſponſalia, jungito votun
inceſtus, raptus, ſponſata mors mulieris,
ſuſceptus propriæ ſobolis, mors Presbyteralis,
vel ſi pœniteat ſolenniter, aut monialem
accipiat, prohibent hæc conjugium ſociandun

Quorum 5. priora oriuntur absque delicto, reliqua v ex crimine procedebant: & hodiè per univerſalem co uetudinem ſublata ſunt, præterea etiam impedimentu ſCatechiſmi per Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 2. de Refor matrim.* abrogatum, ut proinde hodiè 4. tantum i pedimenta impedientia adhuc reſtent, nimirùm: Sac tum tempus, vetitum, ſponſalia, votum. de quibus l loco.

32. *Quæ ſunt impedimenta dirimentia*

Hæc pariter de jure antiquo fuerunt 12. quibus Co Trid. duo ſuperaddidit, nimirùm clandeſtinitatis & rapt ità, ut hodiè ſint 14. imò ſi ætatem impuberem pro ſp ciali impedimento ſumere velimus, tunc ſunt 15. quæ militer ſequentibus verſibus continentur:

Err

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
ultûs diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas;
i ſis affinis, ſi fortè coire nequibis,
Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis,
mulier ſit rapta, loco nec reddita tuto,
æc facienda vetant connubia, facta retra-
ctant.

D impedimento honeſtatis dictum jam ſupra h. t. De vo, & ordine agitur infrà *ad tit. 6.* de conditione, ſci-lic ſervili in *tit. 9.* De cognatione, & affinitate in *tit. 11. 12. & 13.* de crimine in *tit. 7.* De ligamine in *it. 4.* De impotentia in *tit. 15.* De ætate in *tit. 2.* De clandeſtinitate in *tit. 3.* Unde hìc videndum eſt de npedimento erroris, vis ſeu metûs, raptùs, & diſpa-ris ultûs.

3. *Qualis error vitiat Matrimonium?*

Præcisè error circa ſubſtantiam perſonæ, idque non tanm jure poſitivo, ſed etiam naturali, quia talis error toll conſenſum ſubſtantialem: error verò tantùm circa acciens v. g. qualitatem perſonæ, divitias, nobilitatem, pulhritudinem &c. non vitiat, nec dirimit matrimonium, quinon obſtante tali errore habetur conſenſus abſolutus in rſonam præſentem. Excipiunt tamen DD. I. niſi quaas redundet in perſonam, ut ſi quis intendat contra-herum primogenita, quam aliter non novit, & ejus lo-co trudatur ſecundogenita; II. niſi conſenſus eſſet con-ditinatus, & qualitas foret in conditionem expreſſam dedta. vid. de hoc pleniùs Schmalzgr. *h. t. Sect. 3. §. 3.* & Liſſenſt. *§. 9. per tot.* confer Pichler *num. 102. cum 5. ſeq.*

34. *Qualis vis, aut metus obſtat valor Matrimonii?*

Ut ob metum contractus matrimonialis ſit nullus, requiritur: I. Ut metus ſit gravis ſaltèm reſpectivè, id eſt habito reſpectu ad perſonam, cui incutitur. II. Ut ſit injuſtè incuſſus. III. Ut ſit incuſſus ad extorquendum matrimonium. IV. Ut metus perduret. Hinc ſi ceſſante metu liberè poſtea aliquis conſentiat ad copulam, matrimonium convalidatur, neque ex cauſa nullitatis impugnari amplius poteſt. Solus autem metus reverentialis non ſufficit ad invalidandum matrimonium, quemadmodum de hoc plenius quoque rurſum tractant auth. cit. Schmalzgr. *ſect.* | *§.* 2. Reiffenſt. *d. §. 9.* Pichler *à num. 108. usque ad num. 116.*

35. *Quid eſt, & in quo conſiſtit impedimentum raptûs?*

Impedimentum hoc, utì ſuperiùs dictum, introductum eſt à Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 6. de Reform.* & in quantum dirimit matrimonium, eſt violenta abductio fœminæ in ordine ad contrahendum matrimonium. Reiffenſt. *hìc num. 373.*

36. *Quæ requiruntur ad hoc, ut iſtud crimen dirimat matrimonium?*

I. Raptus debet eſſe violentus, hinc non ſufficit, ſi ſolùm blanditiis, promiſſis, donis, fallaciis, aut importunis precibus inducatur. *L. 3. §. 5. ff. de incend. ruin.* multò verò minùs, ſi mulier ſponté in ſui raptum conſentiat. II. Debet eſſe de uno loco in alium abductio. *can. 2. cauſ. 35. quæſt. 1.* III. Debet eſſe factus matrimonii contrahendi causâ, quare ſi ex alio fine v. g. libidinis causâ rapiatur mulier, validè cum raptore contrahit matrimo-

niu-

rum etiam conſtituta adhuc in ejus poteſtate. Et IV. denique requiritur, ut violentia committatur in mulierem raptam, nec ſufficit, ſi vis inferatur parentibus, aut tutoribus, aut ipſis invitis conſentiens puella abducatur. P. König *ad tit. infrà de eo, qui dux. §. 4.* Reiffenſt. *h. t. num. 372. cum. 4. ſeq.* & Pichler *num. 119.* Et hoc jure Can. ac in ordine ad matrimonium dirimendum, non, cujus libertati præciſè conſulere voluit præfatum Concil. Trid. Jure enim civili crimen raptús committitur, etiamſi mulier volens abducatur, *L. 54. in fin. C. de Epiſc. & Cler.* ac invitis etiam tantùm parentibus, & libidinis, imò etiam matrimonii causâ, *L. un. C. de rapt. virg.* Zoës infrà *ad tit. de raptor. num 1.* cujus pœnæ non ceſſant, etiamſi matrimonium ſubſecutum fuerit idem Zoës. *d. t. num. 4.* an autem impedimentum raptus habeat etiam locum in fœmina rapiente virum. vid. Pichler *h. t. n. 120. cum ſeq.*

37. *Quid eſt, & quomodo dirimit matrimonium cultûs diſparitas?*

Per cultûs diſparitatem intelligitur hic diverſitas in fide aut religione inter fidelem, & infidelem, ſeu inter baptizatum, & non baptizatum, cujusmodi ſunt Judæi, Saraceni, Turcæ, &c. ex qua proinde reſultat dictum impedimentum dirimens, propter quod non tenet matrimonium inter fidelem, & infidelem contractum. Reiffenſt. *h. t. n. 355.*

38. *Quo jure eſt hoc impedimentum introductum?*

Volunt aliqui matrimonium fidelis cum infideli jure naturali, & divino eſſe irritum, uti videre eſt apud Schmalzgr. *num. 126. infr. qui cleric. & voven.* Communis tamen aliorum DD. eſt ſententia, ea matri-

 moni-

monia irrita eſſe ſolo jure Eccleſiaſtico : Jure enim natu
rali non ſunt irrita, quia in ſtatu naturæ plures viri val
dè laudati, & conſpicui leguntur in ſacris paginis contra
xiſſe matrimonia cum fœminis infidelibus, veluti Jaco
cum Lia & Rachele filiabus Laban ? Joſeph cum filia Pu
tipharis : Eſther cum Aſvero : David cum Maacha Cha
nanæa &c. propter quod nullibi reprehenduntur à S. Scri
ptura etiam in ſtatu legis ſcriptæ. Non etiam jure po
ſitivo divino, quia hoc nullibi ſcriptum, & in lege nov
contractus matrimonii antea validus, nullibi quoque mu
tatus, aut irritatus, ſed ad dignitatem tantùm ſacramen
elevatus eſt. Imò etiam in novo teſtamento matrimoni
ejusmodi vel ex ſpeciali inſtinctu, & permiſſione Dei pro
pter ſpem futuræ converſionis infidelium, vel ex diſpen
ſatione Eccleſiæ ſæpiùs inita, & contracta fuiſſe noſcuntur
ùt probant exempla à P. Pichler allegata *hic num. 124*
Ergò impedimentum hoc ſolo jure poſitivo Eccleſiaſtic
eſt introductum : non tamen tam ſcripto, quàm potiù
tradito, & ex praxi univerſali Eccleſiæ talia matrimoni
pro irritis habentis, cùm Canon, aut conſtitutio expreſſ
non reperiatur. cit. Pichler *d.n. 124. h. t.* & Schmalzgr
n. 127. cum ſeq. tit. cit. ubi etiam ad contraria reſp. a
non minùs in *num. 125.* ſimiliter docet, poſſe etiam ho
die adhuc S. Pontificem ex urgentiſſimis ſaltèm cauſis in
ſimilibus matrimoniis diſpenſare.

39. *Comprehenditnè hoc impedimentum etiam hæreticos ſive acatholicos noſtri temporis?*

Non comprehendit : adeoque matrimonium catho
lici cùm hæretica debitè ac ritu catholico contractum
valet. Colligitur imprimis ex *c. 14. de hæret. in 6.* ubi
mulieres ſcienter nubentes hæreticis tantùm privantur do
te, nec jubentur ſeparari, ut proinde ſupponantur matri
monia talia valere, accedit praxis & conſuetudo univerſa
lis Eccleſiæ, hujusmodi matrimonia pro validis agnoſcen
tis.

s. Reiffenſt. *hìc. num. 357.* Pichler *eód. tit. n. 129.* *um ſeq.* Schmalzgr. *num. 132. cum ſeq. infrà qui ſer. vel vovent.* ubi etiam ad contraria reſpondent. ictum autem matrimonia talia valere, nam illicita ſemr ſunt, & fuerunt in Eccleſia, niſi vel excuſet conſuetu-o, uti in Germania, vel ſubſit gravis cauſa, & accedat ſpenſatio S. Pontificis, aut ſaltèm Epiſcopi, qua de re d. cit. Reiffenſt. *hìc a. n. 360. usque ad. num. 371.* hmalzgr. *à num. 136. usque ad n. 149. tit. ſupra t.* Porrò an non tunc ſaltem talia matrimonia ſint inlida, quando adjicitur pactum, ut pars prolium in ſecta eretica educetur. vid. Pichler *n. 131. h. t.*

o. Qui ſunt effectus matrimonii legitimè contracti?

Sunt multi & varii, quorum quidam utrique conjugi nt communes, quidam verò alterutri, marito ſcilicet aut ori proprii. Inter communes utrique præter gratiam, am matrimonium confert, ut ſacramentum, præcipuè atuor numerantur. I. Vinculum conjugale, vi cujus obligntur ad individuam vitæ ſocietatem. II. Fides conjugalis, æ in tribus conſiſtit, primò, ut conjuge vivente, quanmvis diutiſſimè abſit, cum alia perſona matrimonio non gatur; ſecundò ut vir, & uxor ſibi debitum reddant, tertiò, ut ambo conjuges mutuò cohabitent, ſeque ſeantur. II. Bonum prolis, ejusque recta educatio, & alintatio. IV. Denique mutua rerum & bonorum comunio, non quidem quoad proprietatem, ſed ſaltèm ad miſcuum uſum, de quibus, ut & reliquis alterutri conum propriis fusè rurſum tractat ſæpè alleg. Schmalzgr. *t. Sect. 2. §. 3. per tot.* confer P. König *eód. tit. §. 1.*

TITULUS II.

De Deſponſatione Impuberum.

1. *De quali impedimento hìc agitur?*

DE impedimentó ætatis, quæ alia requiritur in ſponſalibus, alia in matrimonio.

2. *Qualis ætas requiritur ad ſponſalia?*

Ad hoc, ut ſponſalia ab aliquo impubere contracta valeant, requiruntur ſaltèm 7. anni, per *c. 4. 5. & 13. h. t. c. un. eod. in 6.* concord. Jus Civile *in L. 14. ff. de ſponſal.* Ratio autem eſt, quia contractus ſponſalium eſt actus humanus, qui proinde uſum rationis exigit, hic autem communiter primùm incipit circa ſeptennium, & hoc procedit tam in maſculo, quàm fæmella, eò, quòd uſus rationis, qui ad ſponſalia potiſſimùm requiritur, æqualiter in utroque advenire cenſeatur. vid. Schmalzgr. *hìc num. 1. & duob. ſeq.*

3. *Sed quid ſi malitia, vel præcocitas ingenii antevertat ætatem?*

Docent ferè plerique, quos ſequitur Schmalzgr. *h. t. num. 10.* & Reiffenſt. *num 4.* ſponſalia à tali contracta valere, non tantùm jure naturali, de quo fortè dubium non eſt, quia eo jure non plùs requiritur, quàm conſenſus, ſed etiam jure poſitivo, per *c. 3. de ſponſal.* ubi juvenis, qui poſt ſponſalia cum puella nondum ſeptenni contracta, conſobrinam illius duxit, jubetur ab hac ſeparari ob impedimentum publicæ honeſtatis, quod non niſi ex ſponſalibus validis conſurgit per dicta in tit. præc. Contrarium tamen tuetur König *h. t. num. 5.* Engel *eôd. num. 3.* & Pichler *num 3. cum ſeq.* Ratio horum præter

ir alia argumenta eſt, quòd, quando jura ad validitatem ſtûs abſolutè, vel ſinè ulla exceptione ex parte perſonaım certam ætatem exigunt, talis ætas anteverti, & per ıalitiam ſuppleri nequeat, ùt patet in Profeſſione religio-, & aliis actibus certam ætatem præſcriptam habentiıs.

Sed requiriturnè, ut ſeptennium hoc ſit phyſicè completum?

Etiam in hoc puncto non conveniunt DD. probabiliùs nen eſt, quòd debeat eſſe phyſicè completum, ità hmalzgr. *h. t. §. 1. num. 21.* König *num. 6.* Pichler *t. num. 3.* Ratio eſt, quia quando in jure præſcribir tempus completum, illud debet phyſicè eſſe completm, ut iterum patet in Profeſſione Religioſa, bimeſtri nceſſo conjugibus, &c.

Producuntnè autem ejusmodi ſponſalia poſt ſeptennium contracta obligationem efficacem?

Non eſt obligatio iſta omninò efficax, ſed hactenus ntùm, quòd durante impubertate reſilire non poſſint, m ſi ad pubertatem pervenerint poteſt uterque licitè, & idè reclamare, & recedere. text. *in cap. 7. & 8. h. t.* hambog. *hìc num. 3.*

Sed quid ſi unus contrahentium fuit pubes, alter verò impubes?

Tunc pubes ſimpliciter, & irrevocabiliter obligabitur, imberi verò, quando ad annos pubertatis pervenerit, liɓrum erit ſponſalia reſolvere, vel ratificare, *c. 7. cit.* & it argumentum à quolibet alio contractu per minorem m majore ſinè authoritate tutoris inito. vid. Schmalzgr. *c. num. 29.*

7. *Intra quale tempus autem debet in pubes factus pubes reclamare?*

Statim, ac ad annos pubertatis pervenerit juxta ci *c. 7. h. t.* quod DD. interpretantur de triduo ar *L. 3. C. de error. advoc. & L. fin. C. de judi* adeò, ut cæteroqui cenſeatur conſentire, & priora ſpon ſalia ratificare. cit. Schambog. *num. 4.* Schmalzg *num. 31. cum duob. ſeq.* Hoc autem intelligendur eſt, ſi pubes effectus ſciat ſe attigiſſe pubertatem, & ju ſuum intelligat: item, ſi ſponſalia contracta fuerint po ſeptennium, ſecùs ſi intra, ſivè ante ſeptennium, tun enim requiritur novus conſenſus, cum ſponſalia antea init fuerint invalida. P. Engel *h. t.* §. *1. n. 6.* Schmalzgi *eôd. 34.*

8. *Qualis ætas requiritur ad matrimoniun contrahendum?*

Ad matrimonium contrahendum requiritur puberta *c. 6. 10. & 11. h. t.* quæ cum aliter conſtituta ſit in maſculo, aliter in fæmina, hinc in maſculo requirun tur 14. anni: in fæmina verò 12. rationem diſparita tis, item quare in matrimonio major ætas, quàm in ſponſalibus requiratur? ſuppeditat Schmalzgr. *hîc num 46. cum ſeq.*

9. *Sed quid hìc dicendum, ſi malitia ſup pleat ætatem?*

Circa hoc in matrimonio contrahendo ferè omnes conveniunt, quòd in tali caſu valeat matrimonium etiam ante annos pubertatis contractum. Ratio: quia in matrimonio contrahendo præcisè attenditur habilitas ad generationem: Ergò ſi hæc adſit, non obeſt defectus ætatis, ſed taxatio illius magis cenſetur eſſe tantùm condi-

tiona-

cata, ſi nimirùm malitia non ſuppleat ætatem, idque t clarè probatur ex *c. 3. & 9. h. t.* vide Schmalzgr. *m. 55. cum trib. ſeq.* An verò matrimonium irri- r inter puberem, & impuberem, vel inter duos im- u res, in quibus malitia defectum ætatis non ſupplet, al t ſaltèm in vim ſponſalium? tractat idem Schmalzgr. *1. & duob. ſeq.*

0 *An, & quomodo permiſſum eſt parentibus liberos ſuos impuberes deſponſare?*

Parentes non aliter liberos ſuos impuberes deſpon- ar poſſunt, quàm, ſi necdum ſeptennium exceſſerint: Qd ſi verò ſeptenniô jam ſint majores, tunc requiri- ur orum quoque conſenſus, aut ratihabitio, ſi abſen- es nt, vel ſi præſentes fuerint, quod non contradicant ex in *c. 1. h. t. junct. c. un. §. 2. eod. in 6.* idem- uen aliis quoque jam adultis liberis obtinet, quia re- pe u parentum præſumitur conſenſus, modò non con- ra ant, proceditque hoc tam de patre, quàm matre, ò, uòd *c. un. cit.* non diſtinguat. vid. Schmalzgr. *n.* *8. m 7. ſeq. ſuprà de ſponſal.*

1. *Proceduntnè dicta etiam in ſponſalibus quæ tutor pro pupillo, vel frater pro ſorore &c. præſente, & tacente contrahit?*

Minimè, niſi hoc faciant ex mandato; quia in his, ve ſpectu eorum jura non ità præſumunt conſenſum; tqu ſolis parentibus hoc eſt conceſſum, ut pro liberis is pſſint contrahere ſponſalia. cit. Schmalzgr. *num.* *6. m trib. ſeq.* Engel *num. 5. h. t.* Confer. Pich- er *a ſponſal. num. 29. cum ſeq.* ubi etiam ad con- ari reſp.

12. *Sed qualis oritur obligatio ex ſi… libus ſponſalibus â Parentibus liberorum impu… berum nomine contractis?*

Non alia oritur obligatio, quàm orta fuiſſet, ſi liberi contraxiſſent; unde ſicut liberi impuberes poſſ… ſponſalia à ſe in impubere ætate contracta irritare, c… ad pubertatem pervenerint, ità etiam contracta à … rentibus *c. un. h. t. in 6. §. cit.* Engel *h. t. n. 2*

13. *Poſſuntnè parentes taliter etia… pro liberis ſuis matrimonium contrahere?*

Volunt aliqui in ſpecie Schamb. de ſponſal. *n. 1* … & Zoës ibid. *num. 94.* taciturnitatem liberorum eti… in matrimonio contrahendo ſufficere, à paritate ſpon… lium, ſed rectiùs id negat Schmalzgr. *eôd. tit. nu.* *247.* Pichler *num. 81.* propter longè gravius præju… cium, quod in matrimonio, quàm ſponſalibus ſubv… ſatur. Unde non aliter valent ejusmodi matrimo… etiam à parentibus liberorum nomine contracta, & m… tò minùs ab aliis alieno nomine, quàm ſi hoc fiat ex … luntate & mandato deſponſandorum. Quomodo aut… hoc ipſum etiam hodiè ſaltèm poſt Conc. Trid. fie… & matrimonium per alium contrahi poſſit? pro decla… tione vide cit. Schmalzgr. *n. 248. cum aliquot ſ…* Pichl. *n. 84. d. t. de ſponſal. & matr.*

14. *Sed eſtne ad liberorum ſponſalia, v… matrimonium conſenſus parentum abſolutè neceſſarius?*

Quidquid ſit de jure civili: Jure tamen Can. t… veteri, quàm novo, imò & naturali ac divino, cer…

& co…

cmmunis eſt omnium Catholicorum doctrina, conſm parentum de honeſtate tantùm, non etiam de cetate requiri. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 1. de rerm matr.* P. König *ad tit. de ſponſal. n. 110.* lè de hoc Schmalzgr. *h. t. à num. 71. uſque ad m 92.* videri etiam poteſt Gonzalez ad *c. 1. h. t.* eòt parentes propterea, quòd liberi fortè contra vontem ſuam contraxerint, nec exhæredare eos, nec te, aut donationem propter nuptias iis denegare ſſi, licèt non teneantur dotare ſecundum ſuum ſtam & conditionem, ſed ſatisfaciant, ſi dotem dent ſendm conditionem mariti. Engel *hìc* §. *2. n. 7. &* Simalzgr. *eôd. tit. num. 93. cum duob. ſeq.* ot tamen P. Engel *hìc d. §. 2. num. 11.* quòd ſpſalia ſint quidem jam contracta, gravia tamen timearur ſcandala, rixæ inter conſanguineos, &c. poſſe reres implorata etiam Judicis authoritate talia ſponlia ritare, ac ineundum matrimonium impedire, utte uod ſinè læſione charitatis, ac pietatis filialis non ſſe contrahi.

5. *Quid ſentiendum de ſtatutis Principum ſecularium permittentium liberos exhæredari ſi ſinè conſenſu parentum matrimonia contrahant?*

Non deſunt DD. quos citat Schmalzgr. *h. t.* §. *3. um. 98.* docentes ejusmodi ſtatuta non valere, eò, jòd minuant libertatem matrimonii, ac condere les cira matrimonia pertineat ad forum Eccleſiaſticum. ontrium tamen defendit P. Engel *h. t.* §. *2. num. 9.* hmzgr. *cit. n. 100.* Zoës *de ſponſal. num. 85.* odò eges ſimiles concipiantur de illo caſu, quô liberi ie raonabili cauſa invitis parentibus nubunt: nam iòd rincipes Sæculares poſſint actus malos aliqua pæna affi-

na afficere, dubium non eſt, ſed talia matrimonia actus mali, utpote qui lædunt graviter reverentian rentibus debitam. Ergo.

TITULUS III.

De Clandeſtina Deſponſatione

1. *Quid hìc venit nomine deſponſatio clandeſtinæ?*

HOc nomine hìc venit præcisè matrimonium cla ſtinum, non etiam ſponſalia de futuro. Pic *hìc num. 1.* Neque enim ad valorem ſponſalium lemnitas aliqua de jure eſt præſcripta, ſicut in m monio.

2. *Quod dicitur Matrimonium clan ſtinum?*

Quod contractum eſt ſinè ſolemnitatibus, vel ad lorem, vel ad liceitatem à jure requiſitis. cit. Pic *d. num. 1.*

3. *Quæ ſunt hæ ſolemnitates?*

Solemnitates hæ ſunt in duplici differentia, aliæ e ſunt intrinſecæ, & ſubſtantiales, quæ ad valorem trimonii abſolutè requiruntur, ac ſinè quibus matri nium non ſubſiſtit. Aliæ extrinſecæ, quæ illicitum dem reddunt matrimonium, non tamen invalidum.

4. *Quæ ſunt ſolemnitates extrinſecæ*

Harum duæ ſunt, nimirùm Denuntiationes, & nedictio Sacerdotalis.

5. Q

5. Quid ſunt Denuntiationes?

Denuntiationes alio nomine Banna, ſunt proclama-tiones futuri matrimonii expreſſis contrahentium nomi-nibus, ut ſi quis ſciat extra confeſſionem aliquod impe-dimentum intercedere, illud manifeſtet. Pichler *num. 2.* Schmalzgr. *n. 1.*

6. Quomodo faciendæ ſunt denuntiationes?

Fieri debent regulariter ante matrimonium in Eccleſia Parochiali, tribus diebus feſtivis interniiſſarum ſolemnis Trid. *ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matr. c. fin. h. t.* Reiffenſt. *hic n. 3. cum trib. ſeq.*

7. Cur dictum regulariter?

Quia imprimis poſſunt etiam fieri aliis diebus, ſi cauſa ſubſit, & adſit ſufficiens populi concurſus. Deinde poteſt in iis ex legitima cauſa ordinarius, ſeu ejus Vicarius, item alius Prælatus habens jurisdictionem quaſi Epiſcopalem diſpenſare. vid. cit. Reiffenſt. *num. 7. junct. num. 17.* Præterea licèt Parochus non poſſit propriè diſpenſare, ſeu denuntiationes remittere, poteſt tamen ex urgentiſſima cauſa, & ſi periculum ſit in mora ſponſos omiſſis denuntiationibus conjungere, quo tamen caſu debet denuntiationes omiſſas ſupplere, ac interim inhibere ſponſis conſummationem. Schmalzgr. *h. t. num. 2. cum ſeq.* Qui ſi nihilominùs conſummaverint, graviter peccant ut communior tenet, eo, quod ſe exponant periculo fornicationis, cùm facilè poſſit latere aliquod impedimentum dirimens. P. Engel *h. t. n. 5.* Schmalzgr. *n. 70. cum ſeq.* Confer Pichl. *eod. tit. n. 4.* Cauſas autem juſtas diſpenſandi vid. apud cit. Schmalzgr. *h. t. num. 33. & ſeq.* Engel *num. 6.* ac paſſim alios DD.

8. Sed

8. *Sed ubi faciendæ denuntiationes, ſponſi habitent in diverſis Parochiis?*

Tunc fieri debent in utraque Parochia juxta Trid
& declar. Cardin. apud Schmalzgr. *hìc n. 13.* Q
ſi verò ſponſi ante denuntiationes Parochiam deſerue
& in aliam ſe contulerint, tunc majoris ſecuritatis c
denuntiationes faciendæ etiam in illa Parochia, ubi
ſponſi, vel unus eorum habitaverunt, ut docet i
Schmalzgr. *n. 18. h. t.*

9. *Quæ ſunt pœnæ omittentium denuntiationes?*

Quamvis denuntiationes tanquam ſolennitates
trinſecæ non ſint neceſſariæ ad valorem matrimonii,
cant tamen graviter eas omittentes citra diſpenſation
& juſtam cauſam, etiamſi conſtaret nullum ſubeſſe
pedimentum, ùt cum communi tradit Pichler *hìc n*
Præterea verò incurrunt pœnas à SS. Canon. conſtitu
& quidem Parochus, vel alius Sacerdos ex illius co
miſſione, ſcienter tali clandeſtino matrimonio aſſiſt
ſubjacet triennali ſuſpenſioni ab officio, ſed ſente
ferendæ. *c. fin. h. t.* Pichler *h. t. n. 8.* Schmal
num. 87. diſſentit Engel *num. 3.* II. Contrahe
ipſi, ſi omiſſis culpabiliter denuntiationibus celeb
matrimonium fortè nullum propter impedimentum
rimens, non facilè impetrant diſpenſationem T
ſeſſ. 24. cap. 5. de reform. matr. hinc hæc omi
in petitione diſpenſationis neceſſariò eſt exprimenda.
Si in tali matrimonio ſubſit aliquod impedimentum
rimens quodcunque etiam ignoratum, proles ex
matrimonio nata eſt illegitima, licèt matrimonium
ret coram teſtibus, & Parocho contractum *c. fin. h. t*

Si q

gis cit. Pichler *d. n. 8.* vide Schmalzgr. *n. 73. cum* *uſque ad n. 88.*

0. *Quod eſt officium Parochi, quando* *mpedimentum aliquod latens inter ſponſos ad ipſum delatum fuit?*

'ali caſu debet matrimonii celebrationem ſponſis in-rdere, & interim de impedimento ordinarium cer-rn reddere. per texr. & DD. *in c. ult. in prin.* Schmalzgr. *hìc num. 61.* Quod dubium non abe, ſi delatio facta ſit ab aliis, vel etiam uno ex ons extra confeſſionem, ac aſſiſtentia Parochi non etar publicè. Quid autem faciendum ſit Parocho, alnde, & præſertim ex confeſſione habeat notitiam npdimenti, & aſſiſtentia ab eo petatur publice? vid. Schmalzgr. *n. 63. cum aliquot ſeq.*

1. *Quid eſt Benedictio nuptiarum, & quando adhibenda?*

Inedictio nuptiarum, quæ & matrimonii ſolenni-tio dicitur, eſt ceremonia, & precatio ſacra, in ſo-mnate nuptiarum à Sacerdote adhibenda, ut nimi-m tuitu illarum Deus novis ſponſis neceſſariam im-ertiur gratiam ad onera matrimonii faciliùs ſuſtinen-a, ſobolem Chriſtianè educandam. Trid. *ſeſſ. 24. de refor. matr.* de qua pluribus infrà *de ſe-una nupt.*

2. *Quæ ſunt Solemnitates intrinſecæ & ſubſtantiales Matrimonii?*

Fe conſiſtunt in præſentia Parochi proprii, & te-tium P. Engel *hìc num. 9.* atque hinc propriè con-urgit matrimonium clandeſtinum, & impedimentum clan-

clandeſtinitatis dirimens, de quo hìc, ſi nimirùm m trimonium ſine præſentia Parochi, & teſtium, ad que non in facie Eccleſiæ contrahatur. Pichler *num. 10.*

13. *Quo jure hæc ſolemnitas, & conſeque ter impedimentum, ſive irritatio matrimonii introducta fuit?*

Certum eſt, matrimonia clandeſtina non eſſe irri vel invalida jure naturali, & minùs divino, quia de ju naturæ non plùs requiritur, quàm conſenſus mutu ſufficienter explicatus. Jure verò divino nulla lex, n que in ſacris paginis ſcripta, neque in novo teſtamen per Chriſtum, aut ejus Apoſtolos publicata extat. C tum etiam eſt, ante Concil. Trid. matrimonia clande na ſemper quidem prohibita, non tamen etiam null ſed rata, ac valida fuiſſe, utì videre eſt apud Schmalzg *h. t. num. 89. cum ſeq.* Introductum ergò præ tum impedimentum, & conſequenter matrimonia eju modi clandeſtina irritata fuerunt præcisè jure novo p Conc. Trid. ùt habetur in *ſeſſ. 24. c. 1. de refor. mat* quo nimirùm noviſſimè ſtatutum, ac deciſum fuit, ex tunc non aliter ratum ac validum ſit matrimoniun quàm quòd in facie Eccleſiæ præſente Parocho, & du bus ſaltèm teſtibus contractum ſit. vide cit. Schmalzg *n. 91.* & Engel *n. 10. cum ſeq.* Confer. Schamb. *eo tit. & n. cum duob. ſeq.* ubi etiam cauſas, & moti hujus novæ conſtitutionis recenſet.

14. *Quinam obligantur præcitato conc liari Decreto?*

Decretum Concilii obligat omnes Catholicos, etia peregrinos, & vagos contrahentes matrimonium in l co, & Parochia, ubi præfatum Tridentini Decretu

eſt aliquando promulgatum, nec uſu contrario abrogatum, ità communiter omnes, & deſumitur ex Conc. Trid. cit. Pichler *h. t. num. 12.* Non ligat tamen Paganos, & Judæos, quamvìs in territorio Eccleſiæ habitant, & jurisdictioni Papæ ſint ſubjecti: Nec etiam fideles, in quorum Provinciis Tridentinum nunquam eſt publicatum, vel uſu non receptum. Schmalzgr. *eod. tit. n. 6. cum ſeq.* An autem matrimonium clandeſtinè contractum in loco Trid. recepti valeat ſaltem in vim ſponſalium? vide Pichler *h. t. n. 27.* & Schmalzgr. *n. 12. cum 4. ſeq.* Et quid juris in eo, qui invincibiliter ignorans concilium contra formam ejusdem contraxit. Pichl. *d. t. n. 18. cum ſeq.*

15 *Obligatnè autem hæreticos, ſive acatholicos pro iis provinciis, ubi eſt publicatum, vel uſu receptum?*

Obligat ſaltèm de jure & per ſe: Ratio, quia hæretici per baptiſmum januam Eccleſiæ ingreſſi de jure, ac per ſe tenentur ad omnes leges Eccleſiaſticas, pro univerſali Eccleſia latas, ùt pluribus probat Reiffenſt. *lib. 1. tit. 2. §. 12. à num. 274.* Ergò etiam ad leges irritantes matrimonia, cum impedimento dirimente contracta, vid. idem *hìc num. 143. cum tri. ſeq.*

16 *Sed ergòne eorum matrimonia in iis partibus contra formam Concilii contracta ſunt nulla?*

Ità hoc ſimpliciter adſtruit cit. Reiffenſt. *n. 140. h. t.* quò etiam facit Declar. Cardin. in Trid. *ſeſſ. 24 c. 1. de refor. matr. num. 10.* Contrarium tamen ſaltèm practicè loquendo tuetur P. König *hìc n. 4. verſ.*

4. verſ. Dico. II. Saltem pro iis locis, ubi vig publicum hæreſis exercitium, licèt eadem ſit commun tum hæreticorum, tum Catholicorum Parochia, ean que ſententiam comprobat communis ferè DD. & ſcr ptorum Germaniæ Schola, teſte Pichler *hìc num. 1* & confirmat praxis Epiſcopatuum, & Conſiſtorioru in Germania, eadem matrimonia continuo uſu probai tium, dum non jubent hæreticos in communi etiar ipſorum, & Catholicorum Parochia hæretico ritu cor junctos, ſi poſtea Catholici fiant, denuò juxta Tri formam copulari, quod aliàs omninò fieri deberet, ſ cut fit cum Catholicis, quando omiſsâ eâ formâ matr monium nulliter contraxerunt. Alias rationes vid. apu cit. Pichler *num. 16.* qui etiam in *n. ſeq.* argum. cor traria adducit, & reſolvit. Aliud eſſet in locis, ul publicum illud exercitium non viget, ſicut v. gr. hic i Auſtria. cit. König *d. n. 4. verſ. Dico III.*

17. *Quomodo contrahunt, & contrahere debent Chriſtiani apud infideles, & Catholici commorantes inter hæreticos?*

Chriſtiani vel Catholici exiſtentes apud Turcas, ve alios infideles, non ligantur formâ Concilii, adeoque va lent eorum matrimonia clandeſtinè contracta: quia nor obligat etiam extra terras infidelium, ubi non eſt publi catum, vel uſu receptum. Idem eſt de Catholicis com morantibus in locis, vel civitatibus Germaniæ, in qui bus Catholici cum hæreticis commixti degunt, & De cretum Trid. pariter nunquam fuit publicatum, uti v. gr in Saxonia. Si verò in aliquo ſimili loco Trid. prius fui promulgatum, utì de Hollandia teſtatur hiſtoria, te nentur ſecundùm formam ejusdem contrahere, ſaltèm ſi in ejusmodi loco Sacerdos Catholicus haberi poſſit. Si nullus adſit Sacerdos Catholicus, aut ignoretur, vel

nor

o ſit ad eum tutus acceſſus, validè coram Prædican-e vel etiam ſinè illo contrahere matrimonium poſ-ſunt, adhibitis tamen duobus, vel tribus teſtibus. ità Schmalzgr. *hic num. 114. cum duob. ſeq.* & plenius Reiffenſt. *eod. tit. à num. 131. uſque ad num. 139.*

Quid dicendum de iis matrimoniis Catholicorum, qui ex loco recepti Trid. conferunt ſe ad locum non recepti, ibique contrahunt?

Si ſe in talem locum conferunt animô domicilii, vel quaſi ibi figendi, aut ſi unus tantùm ſe eò conferat, præterea quòd altera pars ibi ſit incola, vel etiam, ſi commerciorum, aut alia ſimili qualibet de cauſa ibidem unus, vel uterque exiſtat, valent ejusmodi matrimonia ſine præſentia Parochi, & teſtium contracta: ex ratione præc. alleg. Et eſt communis apud Schmalzgr. *h. num. 108. cum duob. ſeq.* Quando autem nullus contrahentium eſt incola talis loci, & uterque ad eum ſe confert præcisè animô contrahendi matrimonium clandeſtinè: tunc non conveniunt DD. Negativa tamen hodiè ſaltèm communiùs obtinet propter declarationem Cardinalium ab Urban. VIII. per ſpeciale Breve approbatam. teſte cit. Schmalzgr. *n. 112.* & Reiffenſt. *num. 126.* vide Pichler *num. 14. eod. tit.* ubi etiam objectionibus ſatisfacit.

Quis in hac materia intelligitur nomine Parochi?

Nomine Parochi intelliguntur hìc omnes illi, quicunque Eccleſiis Parochialibus præſunt, & earum adminiſtrationem actualem, ſive ex inſtituto, ſive ex commiſſione habent, & ſive immediatè, ſive mediatè eam

exerceant, ut proinde eo nomine veniat etiam Epiſc pus, & ejus Vicarius : item Vicarius Parochi, Capit lum ſede vacante, Abbates habentes jurisdictionem qu ſi Epiſcopalem, Legatus à latere in territorio ſuæ leg tionis, Cardinales in Eccleſiis ſuorum titulorum, A chi-Epiſcopi in Diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum dum eas actu viſitant. uti videre eſt apud Schmalzg *hìc n. 135. cum 4. ſeq.* Rationem generalem de omn bus his dat Schmalzgr. *h. t. num. 139.* hanc, qu omnes iſti cumulativam cum Parochis ſibi ſubjectis h beant poteſtatem.

20. *Qualis autem Parochus poteſt, & de bet aſſiſtere matrimonio?*

Debet eſſe Parochus proprius contrahentium, adeo ut matrimonium coram Parocho non ſuo contractu non valeat per Trid. *ſeſſ. 24. c. 1.* Schmalzgr. *n. 13.* Quòd ſi ſponſus, & ſponſa ſint ex diverſis Parochiis ſufficit, ſi matrimonio aſſiſtat Parochus proprius a terutrius ſponſi, in cujus Parochia nuptiæ celebrantur quia matrimonium eſt unus contractus individuus, proinde Parochus proprius unius, hoc ipſo etiam ce ſetur eſſe proprius alterius. cit. Schmalzgr. *num 141. cum ſeq.*

21. *Quid requiritur in ipſo Parocho, u validè aſſiſtat matrimonio?*

Nihil aliud requiritur, quàm ut ſit revera Parochu vel ut ſaltèm habeat titulum coloratum, vel putativun Parochi. Unde excommunicatus, etiam non toleratus ſuſpenſus, interdictus, & irregularis validè aſſiſtit ma trimonio : nec intereſt, an ſpontè, an verò coactus aut per fraudes, ac dolum ad id inductus fuerit, ac licè ei ab Epiſcopo aſſiſtentia interdicta eſſet. uti per parte pro

pbat Pichler *h. t. num. 18. cum ſeqq.* & videri poter Schmalzgr. *à num. 169. uſque ad num. 181.* Cnfer. Reiffenſt. *eôd. tit. n. 70. cum ſeqq. uſque ad num. 79. incluſ.*

2. *Poteſtnè etiam aſſiſtere matrimonio Parochianorum extra ſuam Parochiam?*

Poteſt, imò extra Diœceſin, modò in aliena Parochi non benedicat nuptias ſinè conſenſu Parochi illius loci. Ratio eſt; quia aſſiſtere matrimonio non eſt actus jurisdictionis contentioſæ, ſed voluntariæ. cit. Pichler *d. n. 18.* & Schmalzgr. *n. 156. cum ſeq.*

2. *Quando poteſt etiam alienus Parochus, vel Sacerdos matrimonio non Parochianorum validè aſſiſtere?*

Non aliter, quàm de licentia proprii Parochi, vel ipſius Ordinarii cit. Trid. de *reform. matr. ſeſſ. 24. c.* . & quidem expreſſa, vel tacita, ùt quia præſens eſt & non contradicit. Præſumpta non ſufficit, nec ratihabitio, quia quæ ſunt de forma actùs, non poſſunt per æquipollens ſuppleri. P. Engel *h. t. n. 15.* vide Pichler *eod. tit. n. 22. cum ſeq.* & Reiffenſt. *num. 8. num. 5. ſeq.*

2. *Valetnè matrimonium contractum cum Sacerdote extraneo, cui data quidem licentia aſſiſtendi, ſed antequam aſſiſteret revocata?*

Si revocatio legitimè, & in tempore fuit intimata, non valet; quia ejusmodi licentia ad lubitum revocari po-

poteſt, cùm ſit merè gratuita, & à voluntate con-dentis omninò dependens: ſecùs, ſi non fuit in te-pore intimata. cit. Schmalzgr. *num. 200. cum ſ. h. t.*

25. *Sed quid ſi licentia conceſſa quide nondum tamen intimata fuit?*

Diſtinguunt communiter DD. an licentia aſſiſte matrimonio ſit conceſſa à Parocho motu proprio, a etiam ad inſtantiam alterius, ſed ipsó inſció, vel co-ceſſa ſit ipſo petente, vel alio quidem petente, ſed ip conſció? Si hoc ſecundum? Matrimonium valet; qu hôc ipsô, quòd is, cui data eſt licentia, vel alius ipſi nomine ipsó tamen conſció petierit licentiam, cenſet datam acceptâſſe, ſecùs tamen eſt in primo caſu, qu talis ſcientia ſapit naturam privilegii, & donationi ad quæ requiritur acceptatio, quæ non habetur, ſi P rochus motu proprio, vel inſcio aſſiſtente, concec licentiam; unde & matrimonium hoc caſu erit nullu Vide Schmalzgr. *h. t. num. 203. cum 4. ſeq.* Co fer. tamen etiam Engel *eód. tit. num. 17.* & Kön *num. 18.*

26. *Quinam cenſentur Parochiani alicu jus Parochiæ in ordine ad contrahendum ma-trimonium?*

In ordine ad contrahendum matrimonium cenſent Parochiani, qui domicilium, vel quaſi in tali Paroch habent. *c. fin. de Paroch.* Engel *h. t. num. 1.* König *n. 13.* Confer. Schmalzgr. *à num. 144. uſqu ad 155. incluſ.*

27. Qui

27. *Quis eſt Parochus vagorum?*

Parochus vagorum eſt Parochus cujuslibet loci, in quo actu morantur, ut tamen licitè eis aſſiſtat Parochus, debet priùs de eis diligenter inquirere, & inquiſitione facta rem ordinario deferre, ab eoque licentiam obtinere. vid. Reiffenſt. *hìc à num. 88. uſque ad num. 93.*

28. *Ubi, & coram quo debent contrahere milites?*

Diſtinguendum eſt: an habeant proprium Curionem ſive Capellanum caſtrenſem, aut non? ſi non habent, tunc Parochus ille cenſebitur proprius, in cujus Parochia pro tempore exiſtunt: ad exemplum vagorum. Si verò habent aliquem Curionem, tunc videndum, an Curio iſte, vel Sacellanus pro cura animarum, & adminiſtratione Sacramentorum à ſede Apoſtolica, vel ordinario, in cujus Diœceſi milites exiſtunt, ſpecialiter inſtructus, & approbatus ſit? an verò non. Si hoc poſterius? hujusmodi Capellani caſtrenſes nec in caſtris, nec in præſidiis validè aſſiſtere matrimoniis poſſunt. Si verò prius? tunc eatenus aſſiſtere matrimoniis poterunt, quatenus tenor facultatis conceſſæ ſe extendit, ità, ut ſi nimirùm facultatem habeant adminiſtrandi Sacramenta tantùm in caſtris, non poſſint ea uti, dum milites matrimonium contrahunt in hybernis, vel dum ſunt in præſidiis. Si autem facultas ſonet etiam pro præſidiis, tunc illam habebunt ſolùm cumulativè cum Parocho loci, non etiam privativè. ità Schmalzgr. *hìc num. 165. cum duob. ſeq.* vide plenè Reiffenſt. *à n. 94. uſque ad num. 101.*

29. *Quot, & qui teſtes requiruntur ad valorem matrimonii?*

Præter Parochum duo ſaltèm teſtes ſunt neceſſar[ii] Trid. *ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matr.* non eſt aute[m] neceſſe, ut ſint omni exceptione majores, ſed ſuffici[t] ut poſſint fidem facere, & intelligant, quid inter co[n]trahentes agatur, unde & fæminæ, impuberes, excom[mu]municati, infames. &c. poſſunt eſſe teſtes, quia Triden[tinum] nullibi exprimit teſtium qualitatem. König *hìc num. 21.* Engel *num. 18.* Confer Schmalzgr. *§. 5. h. per tot* ubi etiam declarat, quomodo & qualit[er] præſentia teſtium & Parochi ad matrimonium concu[r]rere debeat? add. Reiffenſt. *à num. 106. uſque a[d] num. 114. incluſ.*

TITULUS IV.
De Sponſa Duorum.

1. Quid propriè agitur, vel prohibetu[r] in hoc titulo?

IN hoc titulo prohibetur deſponſatio cum pluribus ſive id fiat per verba de præſenti, ſive de futuro, & in effectu exponitur impedimentum ligaminis, quod duplex eſt: unum dirimens, quod propriè ligaminis dicitur; alterum impediens, quod impedimentum ſponſalium appellatur: ùt patet *ex c. 1. h. t.* ubi diſtinctio fit inter fidem pactionis, & fidem conſensûs. Fides pactionis juxta Gloſſam ibidem ſignificat promiſſionem de matrimonio contrahendo, ſeu ſponſalia de futuro. Fides autem conſensûs ſignificat ſponſalia de præſenti, quibus mutuus matrimonialis conſenſus intercedit.

2. *Quid*

1. *Quid eſt impedimentum ligaminis?*

Eſt vinculum matrimoniale, quo unus conjux alteri colligatur, ut eô vinculo durante cum nullo alio contrahere matrimonium poſſit. Schmalzgr. *hìc num. 1.* Adeoque in effectu impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum: conſequenter polygamia, qua ut unus vir ſimul, & ſemel plures habeat uxores, & polyviria, ut una eademque fæmina ſimul & ſemel plures habeat viros, penitus eſt interdicta *c. 2. 3. & fin. h. t.*

2. *Quo jure hoc impedimentum introductum, & ſic, an polygamia, vel polyviria jure naturali, vel divino ſit introducta?*

Circa ſecundam polygamiæ ſpeciem, ſive polyviriam concors eſt DD. ſententia, eam jure naturali, & divino ſemper fuiſſe, & eſſe prohibitam. Repugnat enim fini conjugii primario, & à natura præcipuè intento, nempè generationi, & bonæ educationi prolis, ut declarat Schmalzgr. *hìc num. 12.* Et hinc polyviria nulla unquam diſpenſatione permiſſa, nec ullius benè inſtitutæ, imò barbaræ etiam gentis uſu recepta fuit. At verò prior ſpecies, ſive polygamia, aut uxorum pluralitas, quamvìs & ipſa ſemper quoque fuerit, ac etiamnum ſit jure divino prohibita, atque juri naturali aliquomodo adverſetur; non videtur tamen jure naturali *abſoluto* ut malum aliquod intrinſecè, quod nunquam, etiam ex diſpenſatione Dei poteſt fieri licitum, ſed tantùm *conditionato*, niſì nempè Deus ex pleniſſima poteſtate ac dominio in corpora humana diſpenſaverit, eſſe vetita, ac interdicta: nam quod abſolutè & pro omnibus circumſtantiis non ſit illicita jure naturali, patet manifeſtè exinde, quòd ſanctiſſimis etiam Pa-

Patriarchis antiquæ legis, veluti Abrahæ, qui tres, cobo, qui quatuor, ac Davidi qui 18. uxores hab atque pluribus aliis plures uxores permiſerit. vid. Pi *hìc num. 9. cum trib. ſeq.* & Schmalzgr. *à n 8. uſque ad num. 23. incluſ.* Dicendum pro cum cit. Schmal gr. *num. 20.* impedimentum lig nis eſſe juris divini, & naturalis, non tamen ità uxorum pluralitatem excludat ipſa matrimonii nat & eſſentia, ſed quatenus adverſatur inſtitutioni ejus in ipſo mundi exordio facta à Deo, qua unam tantùm conjunxit. Geneſ. *2. v. 24.*

4. *Quæ requiruntur ad hoc impedim tum inducendum?*

Requiritur I. ut præceſſerit matrimonium ſaltèm tum *c. fin. h. t.* nam ex ſponſalibus de futuro i pedimentum hoc non conſurgit, ut dicetur infrà. II. M trimonium illud debet fuiſſe validum, non enim p ſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur e ctum. III. Neceſſe eſt, ut matrimonium etiamn perſeveret, nam vinculo ejus per mortem, profeſſion ſolemnem, vel diſpenſationem Apoſtolicam (ſi ratum ſolutò, redit prior libertas validè contrahendi ma monium cum alia. vide Schmalzgr. *hìc d. num. cum 2. ſeq.*

5. *Sed quid ſi ſtante ſecundo matrimon moriatur prior uxor?*

Diſtinguendum eſt, vel enim ſecunda uxor ſcivit initio, vel ex poſt, & inſuper paſſa eſt ſe cognoſci, v non ſcivit virum legitimam habere uxorem? ſi primun etiam mortua uxore invalidum eſt matrimonium propt impedimentum adulterii, de quo infrà: ſi verò ignor vit toto tempore ante mortem ejus? tunc erit in poteſt

te 1

tæ deceptæ, an velit ſeparari à viro putativo, vel matrimonium confirmare, decipiens verò tenetur deceptam ducere. Engel *h. t. n. 4.*

6. *Quid eſt impedimentum ſponſalium?*

Ex ſponſalibus etiam de futuro contractis duplex oritur impedimentum, unum impediens, quatenus nimirùm is, qui contraxit cum una, non poteſt licitè ſibi aliam deſponſare, propter gravem obligationem, quâ obſtringitur priori ad ineundum cum ea matrimonium, juxta dicta in *tit. 1. q. 11.* Alterum dirimens, quatenus importat impedimentum honeſtatis, de quo ſuprà in *tit. 1. q. 14.* ſimiliter jam actum eſt.

7. *Quis eſt effectus impedimenti ſponſalium?*

Impedimentum hoc impedit tantùm, & prohibet, non etiam dirimit ſponſalia de præſenti, ſive matrimonium; & hinc qui ſponſalia contraxit cum una, licèt illicitè, validè tamen contrahit matrimonium cum alia, *c.* *h. t.* niſi hæc conſanguinea ſit ſponſæ prioris juxta præmiſſa. An autem per ejusmodi matrimonium ſubſequens omninò extinguatur obligatio priorum ſponſalium, vel ſolùm ſuſpendatur, ità, ut ſponſa de præſenti mortua reviviſcat prior obligatio? vid. Schmalzgr. *hic n. 32. cum ſeq.* & Pichler *n. 6. & ſeq.* traduntque Inſtutiſtæ paſſim ad tit. de nuptiis.

8. *Sed poſſuntnè etiam ità valide contrahi alia ſponſalia de futuro, licèt fortè non licitè?*

Minimè, ſed ſponſalia de futuro cum uno, vel una vali-

validè contracta ligant, nec ſolvuntur per poſteriora futuro, etiamſi hæc jurata ſint, vel his accedat co carnalis, vel imprægnatio, uti rursùs tradunt Inſtit ſtæ paſſim ad d. tit. de nupt. & per partes probat Picl *hic num.* 3. Confer Schmalzgr. *num.* 38. *cum j uſque ad num.* 48. An verò non ſaltèm in ca quò prior ſponſa, vel ſpontè, vel ex charitatis obli tione exiſtimata juri ſuo cedit, obligetur ſponſus d rum ducere ſecundam, vel an non obligetur ſecundæ prior moriatur, vel ingrediatur Religionem ? tractat P. Pichler *n.* 9. *h. t.*

TITULUS V.

De conditionibus appoſitis in deſpo ſatione : vel aliis contractibus.

1. *Poſſuntnè ſponſalia, vel matrim nium præſertim poſt Conc. Trid. ubi illud receptum, ſub conditione contrahi ?*

NOn eſt hoc quidem tam facilè tolerandum, præſe tim in matrimonio contrahendo propter plurin mala, & incommoda inde facilè emerſura, ut benè a vertit Reiffenſt. *hic num.* 22. & Schmalzgr. *n.* 5 Interim tamen ex *c.* 1. 3. & 5. ac paſſim *h. t.* ev denter apparet, potuiſſe antehac non tantùm ſponſalia ſed etiam matrimonium ſub conditione poſſibili, & h neſta contrahi, quod cùm per Conc. Trid. non ſit co rectum. Hinc nihil impedit, quò minùs hodiè etia matrimonio conditio adjici valeat, non tantùm propri ſive de futuro, ſed etiam impropria in præſens, & præ teritum concepta. P. König *hic num.* 14. Schmalzg *eod. n.* 14. ad contraria reſp. Pichl. *n.* 4. & Schamb *n.* 6. *cum ſeq.*

2. *Qui*

2. *Quid intereſt, num conditio propria, vel impropria ſit adjecta?*

Multùm intereſt, nam conditio impropria, ſive de præſenti, vel præterito hunc habet effectum, quòd ſi exiſtet & res ità ſe habeat, diſpoſitionem ſtatim ratam, ſin aliter, ſtatim irritam faciat. §. *6. inſt. de V. O. L. 10 ff. eôd.* Conditionis verò de futuro poſſibilis ille eſt effectus, quòd effectum, & obligationem actûs ſuſpendat; quam ob rem nec ſponſalia, nec matrimonium, nec alii contractus quicunque ſub hac conditione pendente obligant ad executionem, ſed ſolùm ad expectandum ejus eventum *§. 4. Inſt. d. t.* P. König *hìc n. 1. & 19.* Confer. Schmalzgr. *à n. 19. uſque ad 32.* add Schamb. *n. 2. cum 6. ſeq.*

3. *Quid juris eſt circa conditionem turpem, vel impoſſibilem matrimonio adjectam?*

Diſtinguendum, an tales conditiones ſint ſecundùm ſe tantùm turpes, & impoſſibiles, an verò ſimul repugnent bono matrimonii, puta bono prolis, bono fidei, vel bono Sacramenti, de quib. Engel *hìc num. 9*; priores non obſtant matrimonio, ſed habentur pro non adjectis, & matrimonium reputatur, ac ſi purè fuiſſet contractum, conſequenter conditio vitiatur. Poſteriores verò vitiant matrimonium, & contractum reddunt nullum, prout hoc clarè deciſum eſt in *c. fin. h. t.* Ratio primi membri eſt, tum, quia in dubio ſemper pro valore matrimonii eſt judicandum. *c. fin. de ſent. & re jud.* Reiffenſt. *hìc num. 43.* tum; quia quilibet contrahens matrimonium ob Reverentiam Sacramenti præſumitur quoad negotium principale ſeriò agere, & talem conditionem joci causâ adjeciſſe, à paritate teſtamenti,

menti, in quo conditio impoſſibilis adjecta pariter n vitiat, ſed vitiatur *§. 10. inſt. de hæred. inſt.* Schmalzgr. *hic num. 61. junct. num. 65. & num. 90. cum ſeq.* ubi etiam ad objecti : reſpond. C fer. Pichler *eôd. tit. num. 8. cum duob. ſeq.* R tio verò ſecundi membri : quia de ſubſtantia contrac matrimonialis eſt conſenſus in ſocietatem perpetuam fidem ſibi ſervandam , & generationem prolis , ſi n procurandam , ſaltèm non poſitivè impediendam, h autem conſenſum tollunt conditiones repugnantes ſ ſtantia matrimonii, Pichl. *hic n. 12.* Confer Schmalz *num. 115. cum trib. ſeq.* Confer. quoad praxim ca hujusmodi conditiones. Reiffenſt. *eôd. tit. num. 48. & duob. ſeq.*

4. *At quid ſi ex circumſtantiis, vel aliu de colligi poſſet , quòd contrahentes ſerio jecerint conditionem turpem , vel impoſſibilem ?*

Tunc matrimonium deberet judicari nullum. R tio ; quia ejusmodi conditiones turpes, vel impoſſib rejiciuntur à matrimonio , & habentur pro non adje tantùm ex præſumptione : igitur , ſi de contrario c ſtat , tunc præſumptio cedit veritati, & conſequen ceſſat præſumptio , & matrimonium. vide Schmalz *num. 64.* junct. *num. 94.* Unde etiam eſt, qu hujusmodi præſumptio non ſit juris , & de jure ſimu ſed juris tantùm , quæ admittit probationem in cont rium. Engel *hic num. 3.* Pichler *num. 8. cit. ve dixi autem.*

§. V

[V]itiatne etiam contractum matri[mo]nialem conditio, quæ quidem repugnat ma[tri]monio, ſed eſt honeſta v. gr. duco te, ſi vixeris mecum in perpetua caſtitate?

[Q]uamvis quidam ſentiant, quòd in hoc caſu matri[mon]ium non vitietur eò, quòd copula in actu ſecundo [no]n ſit de ſubſtantia matrimonii, cùm alias inter B. Vir[gin]em & S. Joſephum non fuiſſet verum matrimonium, [con]traria tamen eſt probabilior, quam etiam defendit [Schm]alzgr. *hìc num.* 120. König *de ſponſal. num.* 2. *v. negant.* Engel *num.* 10. Ratio horum eſt, [qu]òd licet copula in actu ſecundo non ſit de ſubſtantia [ma]trimonii, eſt tamen de ſubſtantia tradendi mutuò [co]rpora, atqui hæc obligatio ſtare non poteſt cum præ[dic]ta conditione, aliàs etiam inter fratrem, & ſoro[rem i]ri poterit matrimonium, ad contraria reſpond. Schmalzgr. *num.* 122. & Schambog. *num.* 18. *&quot quot ſeq.*

[H]abeturnè etiam in ſponſalibus con[ditio] turpis, vel impoſſibilis pro non adjecta, ſicut in matrimonio?

[M]inimè, ſed hìc obtinet diſpoſitio *§. 11. In[ſt. d]e inutil. ſtipul.* juxta quem DD. communi[ter ſ]tatuunt regulam: quòd ſi ejusmodi conditio appo[natu]r contractui, contractus ipſe vitietur, eò, quòd [par]tes non cenſeantur ſeriò contrahere, ſed potiùs lude[re] voluiſſe, à qua regula cum *c. fin. h. t.* cit. tan[tùm] excipiat matrimonium, non eſt extendendum ad [ſpo]nſalia, tanquam exorbitans, & juris communis cor[rec]torium. Schambog. & Pichler *hìc num.* 11. vid. tamen

tamen in contrarium Reiffenſt. *eôd. tit. n. 100.* confer König *n. 24.*

7. *Eſtnè valida, vel contra ut turpis rejicienda conditio matrimonio adjecta, ſi te virginem invenero?*

Diſtinguendum eſt, vel enim taliter contrahens intendit investigationem virginitatis licitam, v. g. per honeſtas matronas, aut per aliam inquiſitionem de vita, & fama puellæ: vel de exploratione illicita, & per concubitum facienda. Priori caſu non eſt turpis, adeoque non debet rejici, ſed ſuſpendet actum ad ſui eventum, inhibito interim uſu matrimonii. Altero verò eſt turpis, & inhoneſta, conſequenter habetur pro non adjecta, & valet matrimonium, ùt abſolutum ſaltem pro foro externo Schmalzgr. *hìc num. 102. & duob. ſeq.* Eodem ferè modo diſcurrendum de conditione, ſi mecum concubueris. vid. id. Schmalzgr. *n. 105. & ſeq.*

8. *Quid dicendum de illa conditione: ſi Papa diſpenſaverit, quando v. g. contrahentes laborant impedimento?*

Talis conditio valet, & conſequenter expectandus eſt illius eventus, atque ſecuta diſpenſatione valent tam ſponſalia, quàm matrimonium. Ratio, quia non eſt inhoneſta, ùt per ſe patet, nec etiam impoſſibilis, ſuppoſito quòd Papa poſſit, & ſoleat diſpenſare; Ergò. Engel *hìc n. 16. cum ſeq.* vid. pleniùs Reiffenſt. *n. 25. cum 8. ſeqq.* & Schmalzgr. *à n. 78. usque ad n. 89.* ubi etiam ad contraria reſpondet. Advertendum tamen eſt, quòd in hoc, & ſimilibus caſibus pendente conditione de futuro non ſit partibus admittenda, ſed omnimodò inhibenda matrimonii conſummatio, donec rectò conſtet, conditionem eſſe adimpletam, nè ſe exponant periculo fornicationi

nis in caſum deficientis conditionis. Reiffenſt. *hic. num.* *22.* An verò, & cui in memorato caſu incumbat diſpenſationem petere ? tractat idem Reiffenſt. *n.* 34. *& aliquot ſeq.*

9. *Quando ergò incipiunt valere ſponſalia, & matrimonium ſub conditione de futuro poſſibili contracta?*

Tunc, quando conditio extitit, vel purificata eſt. Quare ſi defecerit, contractus diſſolvitur, nec ex eo agi poteſt, *c. 5. h. t.* ſi verò impleatur, tunc retrotrahitur, & contractus ità purificatur, ac perficitur, ac ſi ſponſalia vel matrimonium ab initio fuiſſent pure inita. arg. *L. 41. ff. de obl. & act. L. 7. de contr. empt.* König *num. 17. cit.*

10. *Sed debetnè in dicto poſteriore caſu ſaltèm in ordine ad matrimonium accedere novus conſenſus?*

Volunt hoc non pauci, uti videre eſt apud Schmalzgr. *num. 35. h. t.* Contrarium tamen communior tenetur, teſte König *hic num. 20.* ex ratione, quòd omnes reliqui contractus ſub conditione de futuro contingente celebrati, ea eveniente purificentur, *d. L. 41. de O. & A.* Ergò etiam ſponſalia, & matrimonium. Reiffenſt. *hic n. 16. cum 4. ſeq.* aliud tamen eſt in caſu conditionis de præſenti, vel præterito adjectæ, ut docet cit. Reiffenſt. *num. 14.* & Schmalzgr. *num. 21. cum. ſeq.* Schambog. *num. 28. & ſeq.*

11. Sed an non ſaltèm poſt Trid. ubi illi receptum, debet de novo accedere præſentia Pa chi, vel teſtium, vel ſaltèm ſcientia purificatæ conditionis?

Neutrum requiri docet Schmalzgr. *h. t. num.* 4 *& ſeq.* Pichler *num.* 3. Contrarium tamen tenet E gel *num.* 18. *quæſt.* 7. König *num.* 21. docentes, r notorium ſit conditionem eſſe purificatam, debere id ſ tèm Parocho, ac teſtibus intimari. Ratio eſt; quòd ſtes, & Parochus debeant poſſe teſtari matrimonium e abſolutè contractum, aliàs enim ſicut matrimonium e contractum, ità & conditionem eſſe adimpletam fac poſſet negari.

12. Quid autem juris, ſi ſponſalibus ſi conditione de futuro contractis pendente conditione accedat copula carnalis?

Certum eſt, quòd talis copula poſt Conc. Trid. n ampliùs faciat ſponſalia tranſire in matrimonium, c ad hoc requiratur præſentia Parochi, & duorum teſtiu Utrùm verò partes non ſaltèm à conditione receſſiſſe ce ſeantur, non conveniunt DD. Negativam tamen tue Schmalzgr. quem ſequitur Engel *hic. num.* 19. ex r tione; quòd hodiè poſt Trid. ceſſet ratio legis, quæ ol præſumebat receſſum à conditione per copulam. Oli enim propterea præſumebatur matrimonium, nè Eccle præſumeret delictum fornicationis, quod poſt Trid. fi ampliùs non poteſt, nec ſufficeret, cùm, uti dictum, ſ lus conſenſus non ſufficiat ad matrimonium.

13. Pr

13. Proceduntnè dicta de conditionibus etiam, quando matrimonium, vel ſponſalia contracta ſunt ſub cauſa, aut demonſtratione?

Cauſa, & demonſtratio, qualiscunque illa ſit, ſive vera ſive falſa, ſive honeſta, ſive turpis, ſive ſubſtantiæ matrimonii contraria, ſive non, per ſe nunquam ſuſpendit nec vitiat matrimonium. Schmalzgr. *hìc num. 136.* Reiffenſt. *num. 61. & alii ab iis alleg.* Ratio, quia cauſæ, & demonſtrationes etiam falſæ non obſunt contractui, nec vitiant illum, ſed habentur pro non adjectis arg. *L. 33. & L. 72. §. 6. de cond. demonſt. junct. §. 31 Inſt. de legat.* Excipiuntur tamen duo caſus. I. Si talis cauſa, vel demonſtratio reducatur ad errorem circa ſubſtantiam perſonæ, vel conditionem ejus ſervilem. II. Quando apponitur per modum conditionis. cit. Schmalzgr. *n. 33.* Pichler *n. 16. h. t.*

14. Quid dicendum de ſponſalibus, vel matrimonio contracto ſub modo?

Etiam hic, ſive poſſibilis, ſive impoſſibilis, ſive turpis ſive honeſtus ſponſalia, aut matrimonium, aliosvè contractus nec ſuſpendit, nec vitiat. Sed ſi modus turpis aut impoſſibilis eſt, habetur pro non adjecto, ſi verò poſſibilis, & honeſtus, parit obligationem exequendi id, quod per modum oneris eſt adjectum. cit Reiffenſt. *hìc num. 63.* Ratio ferè eſt eadem: quia in actu, vel contractu modali conſenſus non dependet à modo, ſicut in actu conditionali. Unde per hoc differt à conditione juxta *L. 1. ff. de contr. empt.* Et hoc procedit, etiamſi modus adjectus adverſetur ſubſtantiæ matrimonii juxta cit. Reiffenſt. *num. 63.* confer. circa hoc Schmalzgr. *num.* 139.

139. cum 6. ſeqq. contrarium tenet König *hic n. 2*[cut off]
Pichler *num. 15.*

TITULUS VI.

Qui Clerici vel voventes Matrimonium contrahere poſſunt?

1. Qualia in hoc titulo proponuntur impedimenta?

TRia: & quidem duo dirimentia, videlicet ordo ſacer, & Profeſſio Religioſa, ſive votum ſolemne caſtitatis in religione aliqua ab Eccleſia approbata emiſſum. Tertium impediens, nempè votum caſtitatis ſimplex. Pichler *hic num. 1.*

2. Qualis ordo dirimit matrimonium?

Tantùm ordo ſacer, qualis eſt Sub-Diaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, *Can. 8. diſt. 27. junct. Can. 7. diſt. 32. c. 1. de Cleric. conjug. cum ſimilibus.* Minores autem nec impediunt, nec dirimunt matrimonium: quamvis Clerici in minoribus conſtituti matrimonium contrahendo amittant beneficium, ſi quod haben[t], uti ſuprà *de cler. conjug.* dictum fuit.

3. Quale matrimonium dirimit ſacer ordo?

Dirimit tantùm contrahendum, non etiam contractum, licèt ratum duntaxat. Pars prior conſtat ex jurib[us] q. præc. allegat. noviſſimè ex Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de Sacram. matr. can. 9.* Pars poſterior probatur pe[r] *extrav. Joan. XXII. antiqua de voto.* cit. Reiffenſt[uel]

num

um. 14. confer Schmalzgr. *num. 6. cum trib. ſeqq.* ichler *num. 5. cum ſeq. h. t.*

4. *Ex quo jure deſcendit hoc impedimentum?*

Sunt aliqui, quos citat Schmalzgr. *h. t. num. 10.* qui iud refundunt in jus divinum. Sed conſtans eſt DD. ntentia, vim hanc dirimendi conjugii præcisè ex jure Eccleſiaſtico deſcendere, quatenus nimirùm Eccleſia Sacro quo ordine initiatos inhabiles reddit ad contrahendum atrimonium, idque ob annexum votum caſtitatis, Reifſtſt. *hìc num 15.* id quod imprimis apparet ex Trid. c. ubi impedimentum hoc adſcribitur legi Eccleſiaſticæ, voto. Deinde oſtenditur ex eo, quòd nec in veteri, que in lege nova ullum de hoc inveniatur præceptum. æterea nec poſſet ſtare cum matrimonio, prout tamen t in Eccleſia Græca : nec Summus Pontifex in eo diſnſare poſſet, atqui ſæpiùs diſpenſavit, ut oſtendunt empla à cit. Schmalzgr. *num. 13.* alleg. Ergo ad conria reſpond. id. Schmalzgr. *num. 15.* confer Pichler *m. 3. & ſeq. h. t.*

5. *Quid præcipuè requiritur ad hoc, ut ſacer ordo dirimat matrimonium?*

Primò, & principaliter neceſsè eſt, ut ſacer ordo ſit vidè, adeoque ſinè defectu alicujus ſubſtantialis requiſi (de quibus in *lib. 1. de tempor. & qualit. ordin.* um,) ſuſceptus. *Secundò*, ut ſit ſuſceptus voluntariè, n vi, aut per metum aliquem gravem injuſtè incuſſum. *Tertiò*, ut ordinatus eo tempore, quo ipſi ordines collati habuerit jam uſum rationis. Hinc, qui ſinè intentio-, & voluntate fictè ſolùm ſuſcepiſſet, vel in infantia ordiatus eſſet, neque ordinem ſic ſuſceptum poſtea unquam ificâſſet, per ſe loquendô licitè, & validè contrahit ma-

trimonium. Utì pluribus videre eſt apud Reiffenſt. *hi* *num. 5. usque ad num. 13.* confer Schmalzgr. *à nu* *16. usque ad 29.* & Pichler *num. 7. cum trib. ſeqq.*

6. *Quale matrimonium dirimit Profeſ Religioſa, ſive votum ſolemne caſtitatis in Religione emiſſum?*

Hæc dirimit matrimonium non tantùm contrah dum, ſed etiam contractum, ſi præcisè adhuc ſit rat duntaxat, & copula carnali non conſummatum. Pr pars conſtat ex *can. 2. cauſ. 20. quæſt. 3. & c. 3.* *fin. h. t. c. un. de vot. in 6.* Trid. *cit. can. 9. ſeſſ.* *de Sacr. matrim.* Secunda probatur ex *c. 2. & c.* *de converſ. conj.* & ex Trid. *ſeſſ. 24. cit. can. 6.* v Schmalzgr. *hìc num. 43. cum trib. ſeqq.* Introduct autem eſt hoc impedimentum, pariter, ut priùs jure q que tantùm Eccleſiaſtico, & non divino per jura cita confer cit. Schmalzgr. *à num. 47. usque ad num.* & Pichler *num. 12. & ſeq. h. t.*

7. *Quæ debet habere requiſita profeſ Religioſa ad hoc, ut inducat impedimentum dirimens?*

Ad hoc requiritur. I. Ut ſit emiſſa in effectu, ſol enim propoſitum, vel etiam votum ingrediendi relig nem non ſufficit *c. 14. de converſ. conjug.* II. Del eſſe valida, & non laborare aliquo defectu ætatis, vel terius ſimilis requiſiti, de quibus ſuprà *in tit. de reg* *& tranſ. ad Relig.* III. Ut fiat in aliqua Religion Sede Apoſtolica approbata. vid. Schmalzgr. *hìc num.* *cum ſeq.* confer. dicta ad *tit. de converſ. conjug.*

8. *Qu*

8. Quale ergò impedimentum conſurgit ex voto ſimplici caſtitatis?

Votum ſimplex caſtitatis impedit tantùm matrimonium contrahendum, non verò dirimit contractum per ſe. Clarum *in c. un. verſ. reliqua de vot. in 6. & c. 4. h. t.* Rationem utriusque vid. apud Schmalzgr. *h. n. 89. cum ſeq.* Uſum tamen ejus reddit illicitum, & ideò ex parte voventis manet obligatio, ità, ut debitum petere non poſſit, licèt exigenti, cui per ſuum votum præjudicare non poteſt, teneatur reddere, rursùs per text. apert. in *c. 3. de converſ. conjug. junct. c. 1. eod.* niſi, quod tutiùs eſt, maluerit diſpenſationem de eo impetrare. Pichler *hìc num. 15.* & Engel *num. 3.* confer Schmalzgr. *num. 116. cum ſeq.*

9. Sed dirimitnè ſaltem ſponſalia de futuro?

Diſtinguendum eſt inter ſponſalia priùs contracta, & poſt contrahenda: ſponſalia priùs contracta non ſolvuntur per ſuperveniens votum ſimplex caſtitatis ſaltèm ex parte voventis. Poſt votum autem contracta ſunt nulla, & irrita. Pars prior patet tum ex *c. 5. h. t.* tum etiam ex eo, quòd Deus non cenſeatur tale votum acceptare in tertii præjudicium. Schmalzgr. *hìc num. 92. cum ſeq.* ubi etiam ad object. reſpond. Pars poſterior probatur ex *c. 6. eod.* & ratio eſt; quia talia ſponſalia ſunt de re illicita ob votum priùs Deo præſtitum & ab eo acceptatum Shambog. *hìc num. 19.* Dictum autem *ſaltèm ex parte voventis*, nam altera pars, ſi reſciat compartem poſt inita ſponſalia votum caſtitatis emiſiſſe, liberè poteſt, ſi velit, reſilire: tum; quia vovens cenſetur eò ipsò ſponſalibus renuntiâſſe: tum; quia durum eſt tali nubere, qui debitum petere non poteſt. cit. Schmalzgr. *n. 94. h. t.*

19. *Quid dicendum de voto ingredien religionem, ſuſcipiendi ſacros ordines, aut manendi in cælibatu?*

De his votis idem ferè juris eſt, quod de voto ſimp caſtitatis, ſcilicet, quòd impediant tantum matrimoni contrahendum, non etiam dirimant contractum. Pich *hìc cit. n. 15.* Et licèt quidem tales voventes gravi peccent, matrimonium contra votum emiſſum contrahe do, uſum tamen ejus non reddunt illicitum, eò, quod his votis caſtitas ipſa Deo necdum ſit promiſſa. En *hìc num. 4.* Præterea ſponſalia quoque priùs contra non ſolvunt, dirimunt tamen poſt contrahenda. cit. ler *num. 16.* an autem, & qualiter emittens votu grediendi religionem poſt ſponſalia jam contracta, pr ſertim jurata poſſit, vel teneatur priùs fortè matrimoniu contrahere, & poſtea demum religionem ingredi? vi Pichler *hìc num. 20.* conferatur: quoad ſingula hæc vo eorumque effectum pleniùs Schmalzgr. *à num. 102. u que ad num. 119.*

TITULUS VII.

De eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.

1. *Quale impedimentum in hoc titulo exponitur?*

AGitur in hoc titulo de impedimento criminis, quo antiquo jure duplex fuit, impediens, & dirimens ſed hodiè quatenus fuit impediens, uſu jam dudum ſul latum eſt, & manſit ſolùm, prout eſt dirimens, quod i tale etiamnum duplex eſt, unum quod oritur ex adulte rio, alterum quod naſcitur ex conjugicidio, ſive machi natio

natione in necem conjugis. Et licèt quidem rubrica primi tantùm mentionem faciat, in nigro tamen de utroque tractatur. Schmalzgr. *hìc in pr.*

2. *Quando oritur impedimentum criminis ex adulterio?*

Duobus caſibus: I. quando adulter matrimonium cum adultera defacto contraxit, altero conjuge vivente. II. Quando inter duos adulterium commiſſum eſt quidem ſinè actuali attentatione matrimonii, interveniente tamen promiſſione illud contrahendi poſt obitum conjugis. Prius ſtatutum eſt in *c. 5. h. t.* alterum in *Can. 4. cauſ. 31. quæſt. 1. & c. 6. 7. & fin. h. t.* cit. Schmalzgr. *hìc num. 1.*

3. *Quid debet concurrere ad hoc, ut impedimentum criminis adulterii ex primo capite incurratur?*

Ad impedimentum hoc incurrendum non ſufficit ſolùm matrimonium defacto attentatum ſinè adulterio, nec ſolum adulterium ſinè matrimonio, vel ſaltèm ejus promiſſione ſed requiritur, ut utrumque ſimul concurrat. Primum probatur ex *c. 6. h. t.* Secundum ex *c. fin. eôd.* Reiffenſt. *hìc num. 2. junct. n. 7.* & cit. Schmalzgr. *num. 5. cum duob. ſeqq.* ubi reſpond. ad Can. obſtantes.

4. *Quæ requiruntur ad incurrendum dictum impedimentum ex ſecundo capite?*

I. Etiam hic non ſufficit ſola promiſſio ſinè adulterio, nec ſolum adulterium ſine promiſſione matrimonii per jura ult. præc. alleg. II. Requiritur, ut interceſſerit adulterium formale *c. 1. & h. t.* unde non ſufficit ſolum

adulterium materiale, v. g. ſi mulier ſoluta peccaret conjugato recepta promiſſione matrimonii ignorans eſſe conjugatum, & vice verſa III. adulterium debe ſe perfectum, nec ſufficit attentatum, & quidem juxta rosque cum actuali ſeminatione intra vas : quod ta alii non requirunt, eò, quod facilè elidi poſſent SS. dictum impedimentum ſtatuentes, & adulteris præl tur liberior peccandi facultas. Reiffenſt. *hic num. 13.* Requiritur, ut promiſſio ab una parte facta ab alte acceptata. V. Quòd ſit pura, & abſoluta, vel ſaltèm mortem conjugis purificata. VI. Denique, quòd pro ſio ſit vera, ſive ſeria, & non ficta. P. König *num. 1. & ſeq.* Pichler *n. 3. cum ſeq.* confer cit. Schmal *à num. 8. usque ad num. 42.*

5. *Quomodo, & quibus caſibus oritur i pedimentum criminis ex conjugicidio?*

Oritur etiam ex duobus caſibus. I. Quando committunt adulterium, & poſtea ipſorum alter an matrimonii cum altero ineundi occidit vel proprium jugem, vel conjugem complicis adulteri. II. Quando dem adulterium non intervenit, intervenerit tamen o ſio conjugis facta ab ipſis, vel eorum conſilio, aut j ab alio, eô animô, ut poſſint conjuge ſublato contra inter ſe nuptias. Primum iterum conſtat ex *Can. cauſ. 31. quæſt. 1. c. 1. 3. & 6. h. t.* Secundum e *1. de converſ. infid.* Schmalzgr. *hìc n. 43.*

6. *Quid requiritur ad hoc, ut impedimentum conjugicidii ex primo capite incurratur?*

Ut ex adulterio cum occiſione alterius impedim tum dirimens conſurgat, neceſſe eſt: I. Ut cædes ſeq

tur ad effectum præciſum contrahendi matrimonium cum complice adulterii. II. Non quidem requiritur, ut ambo adulteri in mortem conjugis innocentis conſpirent, neceſſe tamen eſt, ut cædem adulterium præcedat. III. Non ſufficit, quòd conjux mortem alterius machinatus ſit, ſed cum effectu eam exequi debet, ſi non phyſicè, ac propriis manibus, ſaltèm moraliter, conſiliô ſcilicet, vel mandatô. cit. P. König *hìc. n. 10.*

7. *Quæ debent concurrere ad idem impedimentum ex ſecundo capite?*

Ut conjugicidium præcisè ſecluſo adulterio matrimonium dirimat, requiritur: I. Ut tam vir, quàm fœmina ad innocentis conjugis mortem concurrant, ſive per ſe, ſive per alium, moraliter, vel phyſicè. II. Ut conſpiratio illa in cædem conjugis, aut mortis machinatio fiat ex intentione contrahendi matrimonii. III. Ut mors ipſa ex vi illis machinationis, non ex alia cauſa v. g. ex medici, aut ægri culpa ſequatur. idem König *n. 9.* confer quoad utrumque caput Schmalzgr. *à num. 49. usque ad num. 61.* add. Pichler *num. 5. & trib. ſeq.* ex quibus etiam reliqua huc pertinentia, & præſertim, quis in hoc impedimento diſpenſare poſſit, ac debeat? peti poſſunt.

TITULUS VIII.

De Conjugio Leproſorum.

1. *Poſſuntnè leproſi contrahere matrimonium.*

Poſſunt, modò inveniant, qui eis nubere velint. Eſt communis, & patet ex *c. 2. h. t.* nubere tamen leproſo nemo compellitur, quòd ſi autem aliqua nubat ſibi poſtea imputare debet, ſi ei non bene cedat. Schamb. *hìc num. 7.*

2. *Quid*

2. *Quid ſi autem lepra ſuperveniat, eſtnè propterea ſolvi matrimonium?*

Non poteſt: non tantùm ſi jam ſit conſummatu etiam, ſi necdum adhuc fuerit conſummatum. Pars conſtat ex *c. 1. h. t.* & quia nullum impedimentu rimens ſuperveniens ſolvit matrimonium. Pars po probatur ex *c. 2. eod. tit.* & ratio eſt, quia vis diri matrimonium ratum ſoli profeſſioni religioſæ indu peritur *c. 2. & c. 7. de converſ. conjug.* Reiffen *num.* 1. add. Schmalzgr. *eod. tit. num. 7. cum 4.* ubi reſpond. ad duos text. contrar. unum in *c. fin. fin. h. t.* & alterum in *Can. 18. cauſ. 32. q. 7.*

3. *Poteſtnè ſaltèm propter ſuperven tem lepram peti ſeparatio quoad thorum, & menſam?*

Negat ſimpliciter Schambog. *num. 5. h. t. p 2. eod.* ubi ſola cauſa fornicationis excipitur, ſed re alii diſtinguunt, an ejusmodi lepra ſuperveniens me rum judicio ità ſit contagioſa, ut periculum gravis ctionis poſt ſe trahat, an verò non ſit ità contagioſa? P caſu admittunt ſeparationem quoad thorum, & menſa ratione: quòd conjuges contrahendo matrimonium, cenſeantur ſe aliter ad onera ejusdem obligâſſe, quàn va proprii individui incolumitate, quam alienis com dis, & ſolatiis ordo charitatis præferre docet. Sec verò caſu dicunt procedere deciſionem. *c. 2. cit.* co quenter ſeparationi non eſſe locum. Schmalzgr. *hi 13. cum ſeq.* confer Engel *eod. tit.* & Reiffenſt. *n. 6. cum ſeq.*

4. S

Solvunturnè ſaltem ſponſalia propter lepram ſupervenientem?

Solvuntur quidem, non tamen ipſo jure, ſed tantùm, ſi pars altera velit reſilire. Pars prior conſtat ex *c. fin. h. t.* quia omnis mutatio notabilis ſponſalibus ſuperveniens diſſolvit. Pars ſecunda probatur ratione ; quia diſſolutio ſponſalium non eſt introducta in favorem leproſi, ſed ejus, qui ſanus, & à lepra immunis eſt. Unde, ſi ſanus velit ſtare ſponſalibus, & matrimonium nihilominus contrahere, tenebitur id leproſus implere, eò, quòd favori ſuo quilibet poſſit renuntiare, & quod ob gratiam alicujus introductum eſt, non debet in ejus odium retorqueri. Schmalzgr. *hìc n. 1.*

Proceduntnè dicta de lepra etiam de alio quolibet morbo contagioſo, vel epileptico?

Omninò, quia ubi eſt eadem ratio, ibi etiam eſt eadem juris diſpoſitio. Reiffenſt. *hìc num. 9.* Unde ſicut lepra non ſolvit matrimonium jam contractum, ità nec alius morbus contagioſus, vel epilepſia ? & ſicut è contra propter lepram ſolvuntur ſponſalia ſaltèm ex parte ſani, ità etiam propter alium ejusmodi morbum gravem, vel contagioſum. Pichler *hìc num. 1.* Quomodo autem ſtante matrimonio pars ſana ejusmodi morboſo in ſpecie poſſit, vel teneatur reddere debitum conjugale? vid. Schmalzgr. *h. t. n. 16. usque ad fin.*

TITU-

TITULUS IX.

De Conjugio Servorum.

1. Quale impedimentum in hoc titulo p ponitur?

AGitur hìc de impedimento conditionis, ſcilicet ſer s, quando nimirùm liber aliquis duxit aliquam, q ignorabat eſſe ancillam, vel libera nupſit alicui, q ignorabat eſſe ſervum.

2. Eſtne propterea tale matrimoniu nullum?

Eſt omninò nullum, & invalidum, ſi nimirùm c trahens ejusmodi conditionem ignoravit. Patet hoc *c. 2. & fin. h. t.* junct. *Can. 4. cauſ. 29. quæſt. 2.* ratio eſt; quia conditio ſervilis afficit quodammodo ſonam propter gravia onera, & præjudicia, quæ ex iſt modi conditione conſequuntur, & tum ſubſtantiæ, t fini matrimonii repugnant, cùm ſervus non poſſit al lutam ſui corporis poteſtatem tradere, nec uxori per tuò cohabitare: nec ſi quis ancillam duceret, proles t ad ſe, quàm potiùs ad dominum pertineret, cum pa ſequatur ventrem, ut dicetur tit. ſeq. Engel *hic n.* Sed error circa perſonam vitiat matrimonium, Ergo. autem impedimentum hoc ſive vis dirimendi matrim præcisè ex jure poſitivo Eccleſiaſtico, vel naturali deſc dat? vid. Pichler *hìc n. 6.* & Schmalzgr. *n. 25. cum*

3. Quare dictum, ſi nimirùm ejusm conditionem ignoravit?

Quia ſi ſcivit alterius conditionem ſervilem, & tan contraxit, tenet matrimonium *Can. 4. cum ſeq. ca 29. quæſt. 2. c. 2. & fin. h. t.* quibus correctum eſt

ci

ivi reprobans matrimonium inter liberum, & ancillam itum. *L. 3. C. de inceſt. nupt.* vide Schmalzgr. *hìc num. 15. cum ſeq.* quod procedit, etiamſi invito, & contradicente domino, ſervus, vel ancilla matrimonium contraxerit. cit. Schmalzgr. *h. t. num. 9. num. 5. ſeqq.*

4. *De quibus ſervis diſpoſitio præfata procedit?*

Procedit ſolummodo de ſervis, & ancillis propriè dicti, non item de ſervis adſcriptitiis, nec de originariis, quorum uſus eſt in Germania, cum his enim matrimonia per liberos contracta valida ſunt, etiamſi contrahentes conditionem illorum ignoraverint. Reiffenſt. hìc n. 5. & Schmalzgr. *n. 4.*

TITULUS X.

De natis ex libero ventre.

1. *Quomodo huc quadrat iſte titulus?*

Titulo huic occaſionem dedit præcedens, in quo dictum, valere matrimonium ſervi cum libera, & viciſſim, ſi contrahens conditionis ſervilis non erat ignarus, unde quæſtio poteſt oriri de ſtatu prolis ex ejusmodi matrimonio procreatæ, an partus iſte, ſervus ſit cenſendus, an liber?

2. *Quid ergò juris obtinet circa hujusmodi partum?*

Circa hoc eſt regula univerſalis, quòd proles quoad ingenuitatem, & ſervitutem ſequatur conditionem ventris, ſive matris. *c. fin. de ſerv. non ordin.* L. 7. *C. de*

C. de rei vind. cum ſimilib. Et hinc, ſi mulier ſ libera, etiam proles erit libera: ſi verò ſerva, eti proles fiet ſerva *pr. Inſt. de Ingen. & §. 4. de j perſ. L. 5. §. 2. de ſtatu hom. cum ſimilib.* qua de pleniùs Inſtitutiſtæ loc. cit.

3. *Quare dictum quoad ingenuitatem, ſervitutem?*

Quia quoad familiam, honores, nobilitatem & proles non matris, ſed matris conditionem ſequuntur. text. & DD. *in L. 19. ff. de ſtat. hom.* vid. Pichler *h n. 4.* & Schmalzgr. *n. 5. cum ſeq.*

TITULUS XI.

De Cognatione Spirituali.

1. De quo impedimento hìc tractatur?

HOc, & trib. ſeqq. tit. tractatur de impedimen cognationis, quæ communiter triplex eſt, videli cognatio ſpiritualis, legalis, & naturalis, ſive carnal Unde hìc de prima ſpecie, ſcilicet de cognatione ſpiritu li. Schmalzgr. *hìc in pr.*

2. *Quid eſt cognatio ſpiritualis?*

Cognatio ſpiritualis eſt propinquitas quarundam p ſonarum jure Eccleſiaſtico introducta propter collati nem baptiſmi, vel confirmationis, ſuſceptionemvè re pientis aliquod ex his Sacramentis dirimens matrim nium inter certas perſonas, ità quoad rem com. vi Pichler *hìc n. 2.* vel breviùs juxta Reiffenſt. *num.* eſt propinquitas perſonarum proveniens ex diſpenſatio Sac

amenti Baptiſmi, & confirmationis, quod autem im-
mentum hoc præciſè ab Eccleſia ſit introductum, &
ſtitutum. vide Schmalzgr. *h.t.n. 2. cum ſeq.*

Inter quas perſonas oritur hæc propinquitas?

Olim cognationis hujus tres fuerant ſpecies, nimi-
m paternitas, compaternitas, & fraternitas, de qui-
s latè Schmalzgr. *hìc à num. 9. uſque ad 19.*
dìè autem poſt Conc. Trid. propinquitas iſta tantùm
tendit ad quinque perſonas, ità, ut vi baptiſmatis
æciſè ſolus baptizans, & è fonte levans hanc cogna-
onem contrahant cum baptizato, baptizatíque Patre,
: Matre. Similiter vi confirmationis hoc impedimen-
m præciſè contrahit ſolùs confirmans, & confirma-
m tenens cum confirmato, confirmatique Patre, ac
lie, nec ultra ampliùs ſe extendit, cit. Trid. *ſeſſ.
4. de refor. matrim. c. 2.* vide Reiffenſt. *hìc à
um. 6. uſque ad 12.* Schmalzgr. *num. 20. cum
ſqq.*

Sed quid requiritur, ut Patrinus contrahat impedimentum ſpiritualis cognationis?

ex conditiones ad contrahendum hoc impedimen-
um ex parte patrini recenſet Reiffenſt. *hìc num. 24.
& ſeq.* I. Ut Sacramentum ſit validè collatum, hoc
t, non adſit aliquis defectus ex parte materiæ, vel for-
mæ. II. Ut baptiſmus tunc conferatur, quando patri-
us aſſiſtit, & tenet: quare ſi hic priùs jam privatim ur-
ente fortè neceſſitate ſine patrino eſt collatus, & po-
ea tantùm ſuppleantur ceremoniæ eccleſiaſticæ aſſiſtens,
vè levans patrinus nullam contrahit affinitatem, idem
t, ſi baptiſmus propter dubium ſub conditione iteretur,

 & po-

& poſtea conſtet, validè jam fuiſſe collatum. III. patrinus ejusmodi à parentibus, vel aliis, quorum tereſt, ſit deſignatus ad hoc munus, taliterque deſig tus habeat intentionem, & animum verè obeundi i nus patrini. Hinc illi, qui tempore baptiſmi, vel c firmationis baptizandum, vel confirmandum comm tatis, aut ſervitii cauſa, aut ex alia ratione tenent, tangunt pariter cognationem nullatenus contrahunt. Ut dum actu baptizatur infans, patrinus eundem pe vel procuratorem verè phyſicè tangat, aliàs enim dici poteſt, baptizatum ex baptiſmo ſuſcepiſſe. V. Ut p nus in confirmatione ipſe quoque priùs Sacramen Confirmationis receperit, & denique VI. Ut patr in baptiſmo ſit fidelis, adeoque & ipſe baptiza Confer. Schmalzgr. *à num. 27. uſque ad 41.* terùm verò, an, & quomodo impedimentum hoc que contrahat, & conſequenter jure petendi debi conjugale privetur vir baptizans, vel ex baptiſmo le prolem propriam? Item an ejusdem cognationis in dimentum contrahat privatim baptizans, vel baptiza taliter ſuſcipiens ex baptiſmo? tractat cit. Schmal *à num. 42. uſque ad 56.* add. Pichler *num.* 7. *trib. ſeqq.*

5. *Quis contrahit hanc cognationem qua do baptizatus non ab ipſo principali, ſed tant per procuratorem ſive ſubſtitutum levatur?*

Videtur dicendum, quòd nullus eam contrahat. principalis; quia baptizatum non tetigit: non e ſubſtitutus, quia non ſuo, ſed alieno nomine tet Communiùs tamen docetur cognationem hanc à pri pa i contrahi, tum; quia regulariter, quod quis facit alium, per ſe ipſum feciſſe intelligitur. *c. 68. &* *de R. J. in 8.* tum; quia ità declaravit Congreg

Car

alin. An. 1582. vid. Pichler *hic num. 14* ubi in ad contraria reſpond. Confer. Schmalzgr. *num.* *& ſeq.* nec non in anteced. *à num. 69.* ubi de tnorum officio, & obligatione plura huc facientia peditat.

Quomodo, & qualiter dirimit matrimonium cognatio ſpiritualis?

Diſtinguendum eſt, vel enim ſupervenit matrimonio contracto, vel illud anteceſſit. Primo caſu non diſſolvit matrimonium, ſicut nec quodlibet aliud impedimentum dirimens, ſed ad ſummum is, qui in culpa fuit, privatur jure exigendi debitum conjugale. Secundo vero caſu dirimit matrimonium contrahendum, ſicut affinitas & cognatio naturalis, eſtque hoc impedimentum perpetuum, ac proinde non extinguitur morte perſonæ, quâ mediante contracta eſt. cit. Schmalzgr. *num. 7. & ſeq. h. t.*

TITULUS XII.

De Cognatione Legali.

1. Quid eſt cognatio legalis?

Eſt propinquitas perſonarum ex adoptione proveniens, à comm. per quæ ultima verba diſtinguitur à cognatione ſpirituali, quæ oritur ex collatione, & ſuſceptione Baptiſmi, ac confirmationis, & à cognatione naturali, quæ exurgit ex unitate, & participatione ſanguinis. Schmalzgr. *hic n. 11.*

2. *Quo jure eſt introducta?*

Sicut adoptio eſt mera creatura juris civilis, ità & l ex illa deſcendens cognatio iisdem legibus, ac juri ci originem ſuam debet in acceptis, unde etiam cogna nis legalis nomen accepit. P. König *hìc num. 3.* I dem autem poſtea à Jure Canonico recepta, & appro ta fuit in *Can. 1. & Can. 6. cauſ. 30. q. 3. & c. un.* quo jure quoque hodie inter impedimenta dirimentia, cut cognatio ſpiritualis, & naturalis, refertur: n aliàs ſinè ea approbatione leges civiles attendi non de rent, poſtea quam nimirùm contractus matrimonii ter fideles ad rationem Sacramenti eſt elevatus, at ideò à diſpoſitione juris civilis exemptus. Schmalz *hic num. 23.*

3. *Quæ perſonæ cognationem hanc,* *conſequenter impedimentum cognationis legalis contrahunt?*

Jure Canonum non reperitur alia prohibitio expreſſ quàm inter adoptatum, & adoptantem, & inter filiun vel filiam adoptivam. *Can. 1. & 6. cit.* Engel *hìc n.* Jure tamen civili major & extenſior prohibitio reperit in *§. 1. 2. & 6. Inſt. de nupt. & L. 14. 17. & ſ ff. de rit. nupt.* tum reſpectu lineæ rectæ inter e ſcilicet, qui parentum & liberorum locò per adop nem ſibi eſſe cæperunt, tum reſpectu lineæ collatera inter fratres, quaſi & ſorores: imò dicta prohibitio p rigitur etiam ad affines, ſicut in cognatione carnali. videre eſt citat. jurib. Confer. P. König *hìc num. & duob. ſeqq.*

4. C

[C]ujus juris diſpoſitio hac in parte eſt præferenda?

[E]x communi omnium obtinet, & obſervari ſolet hac [par]te diſpoſitio juris civilis. Nam quia jus Canon. [circa] hanc prohibitionem non eſt omninò clarum, & ta[men] non contrariatur juri civili, ſed imò tendit ad eun[dem fi]nem, ac præterea tum juxta cit. *Can. 1. cauſ.* [30. q.] 3. tum etiam juxta rubrum, & nigrum in hoc [titulo] cognatio legalis generaliter per Canones eſt rece[pta], & approbata. Hinc quòd juri Canonico circa hoc [ali]quis deeſt, ex jure civili meritò ſuppletur. arg. [*Auth.*] *nov. op. nunt.* juxta ea, quæ in procem. dicta [ſun]t. Engel *hic n. 5.*

[Qui]d cum juxta jus civile adoptio duplex [ſit], una perfecta, ſive arrogatio, & alia im[per]fecta ſive adoptio in ſpecie, num ergo cognatio legalis ex utraque æqualiter oritur?

[V]olunt hoc aliqui, uti Reiffenſt. *hic num. 10.* Aſt [con]trarium communiùs eſt receptum, quòd nimirùm co[gnatio] iſta, & impedimentum inde deſcendens tantùm ex [arr]ogatione oriatur. Engel *hic n. 3.* P. König *n. 9.* [Ratio] eſt, quia hoc impedimentum jure civili primò, & [prin]cipaliter introductum eſt propter ſubjectionem, & [pote]ſtatem patriam: Secundariò autem ad præcavendum [peri]culum fornicationis, quod alioquin imminet inter [per]ſonas ſub eadem patria poteſtate, & in eadem domo [ass]idue commorantes, & jure canonico taliter quoque [per] Canones receptum, atqui in adoptione in ſpecie (ni[ſi] facta ab aliquo aſcendente) jure ſaltèm novo ceſſat [utr]aque ratio, cum adoptatus nec in poteſtatem, nec in

 fami-

familiam, aut domum adoptantis tranſeat. *§. 2. In. de adopt.* & præterea etiam impedimenta matrimonii utpote odioſa reſtringenda potiùs, quàm extendenda ſunt, Ergo. cit. König loc. cit. ſupra. Confer Schmalz *h. t. n. 16. cum 6. ſeqq.* Pichler *num. 5. cum ſeq.* ad contraria reſpond.

6. *Quousque ergo cognatio iſta legalis dirimit matrimonium?*

De hoc nihil certi haberi poteſt, prout notat Schmalz *hìc num. 29.* & caſus aliunde in praxi perquàm rari ſunt. Interim cum cognatio iſta legalis ad exemplum cognationis carnalis ſit introducta, optimè fortè dici, & ſtatui poteſt, eo usque hìc quoque ſive in linea recta, ſive collaterali, ac affinitatis dirimi matrimonium, quousque illud dirimit cognatio carnalis. Confer Schambog. *h. t. num. 6.* Solùm illud hìc adhuc notandum, quod hoc impedimentum inter adoptantem & adoptatum ſit perpetuum, adeoque duret etiam adoptione legitimè diſſoluta. arg. *cit. §. 1. Inſt. de nupt. & L. 55. ff. de rit. nupt.* Idem DD. communiter tradunt de affinitate legali, quæ eſt inter adoptatum, & uxorem adoptantis *d. L. 55. & L. 14. ff. eod. tit.* At vero inter adoptatum & filios, aut filias adoptantis tamdiu ſolùm durat, quamdiù filii aut filiæ exiſtunt ſub poteſtate patria adoptantis. Engel *h. t. num. 5.* Confer P. König *eod. tit. num. 11.*

7. *Oritúrne hoc impedimentum etiam ex unione prolium? Germanice:*

Einkindſchafft oder Erb-Verbrüderung?

Non oritur; ratio eſt: quia non omnis adoptatio c

ſa hoc impedimentum, ſed ea tantùm, quæ fit per ar-
rcationem. Accedit, quòd unio hæc non fiat propter
cojunctionem perſonarum, ſed potiùs bonorum. Plu-
ra e hoc impedimento, cujus noſtris temporibus ra-
ru eſt uſus, vide apud Schmalzgr. *h. t. & alios*
D.

TITULUS XIII.

De eo, qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ, vel ſponſæ.

1. *Quid nominatim in hoc titulo tractatur?*

In hoc titulo principaliter ſermo eſt de inceſtu, qui committitur ab eo, qui uxoris, vel ſponſæ ſuæ conſanguineam cognovit, & hoc quidem ideò, quia jure Canonum etiam ex ejusmodi copula illicita oritur affinitas quæ conſtituit impedimentum dirimens matrimonii uti pluribus dicetur in tit. ſeq. In quo jus Canonicum receſſit à jure civili: nam jure civili cognatio, & affinis dicitur ſolùm oriri ex juſtis nuptiis. *L. 4. §. 8. de gradib. & affinib.*

2. *Quale ergò impedimentum contrahit, qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ, vel ſponſæ?*

Olim inceſtus duplex cauſabat impedimentum, unum impediens, vigore cujus inceſtuoſi arcebantur à matrimonio contrahendo non tantùm inter ſe (mortua lic uxore, vel ſponſa) ſed etiam cum alia quacunque perſona. *Can. 23. cauſ. 32. q. 7. c. 1. 2. & 4. h. t.* Alterum dirimens, vi cujus ſponſus, vel maritus peccans

cans cum conſanguinea ſponſæ, vel uxoris prohibeba contrahere matrimonium cum conſanguineis ſponſæ, uxoris, & præterea maritus ipsô factô privabatur j exigendi debitum conjugale à ſua uxore, ùt patet *c. 1. 4. & fin. h. t. junct. c. 2. & 9. eod. tit.* S prius illud impedimentum dudum jam ab uſu receſſi nec extat aliquod exemplum, quòd aliquando inceſtu ſus petiiſſet licentiam, ſivè diſpenſationem à Papa, Epiſcopo contrahendi cum alia. Alterum verò ſcilicet rimens etiamnum durat, ità, ut hodie adhuc pecca cum conſanguinea ſponſæ non poſſit validè contrahere m trimonium cum eadem, vel illius conſanguineis, ùt co ſtat ex *c. 2. cit. & c. 8. & 9. h. t.* idem eſt de m ritò, & licèt quidem affinitas ſuperveniens non dirim matrimonium jam contractum, probabiliùs tamen h diè quoque adhuc privatur jure petendi debitum conjug le. juxta *c. 6. & 10. eod. tit.* quod nullibi immutatu reperitur. Pichl. *hìc n. 4. cum ſeq.* Confer. Schmalzg *à n. 1. uſque ad 17.*

3. *Quouſque dirimit matrimonium aff nitas iſta ex copula illicita contracta?*

Jure antiquo extendebatur hoc impedimentum uſq ad quartum gradum, non minùs ac in affinitate ex cop la licita contracta arg. *c. 8. conſangu. & affin.* l verò noviſſimo jure Trid. non porrigitur ultra gradu ſecundum *ſeſſ. 24. c. 2. de reform. matrim.* & hir etiam poſt Conc. iſtius Decretum maritus quoque debiti conjugalis petitione non ampliùs impeditur, ni fornicatus fuerit cum uxoris ſuæ conſanguinea in prim vel ſecundo gradu. cit. Schmalzgr. *num. 8.* Schaml *num. 18.*

4. Q

4. *Quæ requiruntur ad hoc, ut dictum impedimentum affinitatis ex copula illicita incurratur?*

Ad incurrendum impedimentum affinitatis communiter à DD. requiritur: I. Ut inceſtus ſit commiſſus cum uxoris, vel ſponſæ conſanguinea vera: nec ſufficit ſi annm ſit cognata cognatione legali, vel ſpirituali, quia verba præſertim in odioſis accipienda ſunt in propria ſignificatione. II. Ut inceſtus ſit conſummatus, hoc eſt per copulam carnalem ad generationem prolis de ſe aptam perfectus, & hinc impedimentum iſtud non oritur ex copula tantùm attentata, vel alias perfectè non conſummata. vide Schamb. *hìc num. 16. cum ſeq.* Pichler *eod. tit. num. 2.* Ad hoc verò, ut inſuper maritus ex ejusmodi copula inceſtuoſa amittat jus petendi debitum conjugale neceſſarium imprimis eſt, ut inceſtus ejusmodi fuerit formalis, hoc eſt cum ſcientia conſanguinitatis commiſſus. Deinde juxta communiorem, ut peccans habuerit etiam ſcientiam juris, adeoque non ignoraverit privationem hanc inceſtui de jure eſſe annexam, & tandem, ut inceſtus fuerit liber, & voluntarius, non vi expreſſus. Reiffenſt. *hìc n. 57. cum ſeq.* & Pichler *cit. n. 4 & 5.* Ut autem inceſtus ſit etiam publicus, & notorius notorietate juris, vel facti, non videtur eſſe neceſſarium: Prout etiam in ſpecie ad affinitatem inducendam non requiritur ſcientia juris, ſive, ut ſciat impedimentum hoc inceſtui eſſe annexum, eò, quòd impedimentum hoc non ſit præciſè pœna, ſed inhabilitas perſonarum, ex ſola carnis unione proveniens. cit. Reiffenſt. *hìc n. 59.* Confer quoad omnia hæc Schmalzgr. *h. t. à n. 1. uſque ad 23. incluſ.*

5. *Sed*

5. Sed contrahiturnè dictum impedimentum etiam ab uxore, & ſponſa carnaliter delinquentibus cum conſanguineis mariti, vel ſponſi?

Videri poſſet, quòd non, eò quòd omnes textus hujus tituli loquantur de ſolo viro cognoſcente conſanguineam uxoris, aut ſponſæ ſuæ; affirmativa tamen ab omnibus tenetur, ex ratione: quia vir & uxor, ſponſus, & ſponſa ſunt correlativa, & in utrisque eadem prorſus ratio, conſequenter etiam eadem debet eſſe juris diſpoſitio. id. Schmalzgr. *n. 24. cum ſeq.*

TITULUS XIV.

De Conſanguinitate, & affinitate.

1. De quibus impedimentis in hoc titulo eſt ſermo?

IN hoc titulo proponitur duplex impedimentum, unum cognationis naturalis, ſeu conſanguinitatis: Alterum verò affinitatis ex copula licita.

2. Quid eſt conſanguinitas?

Conſanguinitas eſt vinculum, ſeu propinquitas perſonarum ab eodem ſtipite, ſive progenitore, eoque proximo per carnalem propagationem contractum Germ. Bluts-Freundſchafft. P. König *hic num. 1. cum ſeq.* Schamb. *n. 2.* explicationem vid. apud Pich. *eod. tit. num. 1. & 2.* & Schmalzgr. *num. 1. cum ſex ſeqq.*

3. Qu-

3. Quotuplex eſt conſanguinitas?

Vulgaris diviſio eſt, quòd I. Conſanguinitas alia ſit na ralis tantùm, quam nimirùm ſola natura, non au- te lex novit, aut approbat, ſivè quæ deſcendit ex co- pu illicita, & fornicaria: alia naturalis, & civilis ſi- m, quam nempe etiam lex approbat, ſivè, quæ de- ſc dit ex legitimis nuptiis per carnalem propagationem. R fenſt. *hìc num.* 4. & Schmalzgr. *num.* 8. II. Di iditur in cognationem in ſpecie, & Agnationem. C gnati dicuntur, qui per fæminini ſexûs perſonas jun- gu tur, die von der Mutter befreundt ſeyn. Agnati ve o, qui per virilis ſexus perſonas ſunt conjuncti, idem- q nomen, ac gentilitatis inſignia habent, die eines N hmens/ Geſchlechts/ Schild und Helms ſeynd. P König *num.* 4. & alii paſſim, verum utraque hæc di ſio ad præſens non attenditur, ſiquidem juxta com- m nem DD. tam conſanguinitas naturalis tantùm, quàm n uralis & civilis ſimul, nec non cognatio in ſpecie, & ag atio matrimonium perinde dirimunt. Reiffenſt. *hìc n.* 5. & communiter omnes.

4 Quomodo ad invicem diſtinguuntur conſanguinei?

Hi diſtinguuntur per ſtipitem, lineas, & gradus.

5. Quid ad præſens eſt ſtipes?

Eſt caput ſive initium cognationis; unde reliqui de- ſc ndunt, ſivè eſt perſona illa, ex qua immediatè, vel me- di e ortum trahunt perſonæ conſanguineæ, ſive ſint ma- re ſivè fæminæ: ſic pater, & mater eſt communis ſti- pe reſpectu duorum fratrum, ſive filiorum. Avus, vel av, reſpectu nepotum, ſive duorum patruelium vel con- ſobrinorum &c. P. König *hìc n.* 5.

6. Quid

6. Quid eſt linea ?

Per lineam hìc intelligitur ordinatio, ſive ordinata c lectio perſonarum ab uno ſtipite deſcendentium.

7. Quotuplex eſt linea ?

Alia eſt recta, alia obliqua, ſive transverſa, aut c lateralis. Linea recta eſt, quæ continet perſonas ab vicem mediatè, vel immediatè originem trahentes q rursùs eſt duplex. Alia aſcendens, & alia deſcende Prior continet illas perſonas, à quibus aliæ originem d cunt, utì eſt Pater, avus, proavus &c. Poſterior co plectitur illas, quæ ab aſcendentibus originem trahu filii, nepotes, pronepotes, & reliqui deſcendentes in i finitum. Linea obliqua transverſa, ſivè collateralis e quæ continet perſonas, quæ ab eodem quidem ſtipi communi deſcendunt, ſed ità, ut una non deſcendat altera, ſicut v. gr. frater, & ſoror &c. hinc tales perſ næ ſemper ſunt collocandæ in linea obliqua, ſeu tran verſa. Hæc ſimiliter rurſum eſt duplex. Alia æquali alia inæqualis: Si enim perſonæ in linea transverſa co locatæ æqualiter diſtent à communi ſtipite, ut frater, ſoror &c. dicitur linea transverſa æqualis, ſi inæqual ter, ità, ut una plùs diſtet quàm altera, dicitur linea tran verſa inæqualis. ità DD. cit. in ſpecie Reiffenſt. *hìc* 7. *cum duob. ſeq.*

8. Quid hìc intelligitur nomine gradûs ?

Per gradum hìc intelligitur diſtantia unius perſonæ a aliam, ſive habitudo diſtantium perſonarum, quâ cogno ſcitur, quota cognationis, vel agnationis diſtantia perſo næ inter ſe differant. Sic v. gr. filius, cum vi generationi

imme

immediatè à parentibus progrediatur, dicitur ſuó modô ab ipſis diſtare.

9. *Quomodo practicè dignoſci poteſt, quoto gradu una quæque perſona in quavis linea diſtet ab alia?*

Hoc dignoſci poteſt ex tribus ſequentibus regulis, quæ communiter DD. pro diverſitate linearum aſſignare conſueverunt. Prima igitur regula pro linea recta eſt: *In linea recta tot ſunt gradus, quot ſunt perſonæ, unâ demptâ, ſcilicet ſtipite:* vel ut alii loquuntur: *tot ſunt gradus, quot ſunt generationes,* quia inter patrem, & filium unica tantùm datur generatio, & duæ perſonæ pariter unus tantùm datur gradus. Regula ſecunda pro linea transverſa æquali eſt ſequens. *In linea transverſa æquali toto gradu eternæ diſtant inter ſe quoto qualibet, vel una earum à communi ſtipite.* Hinc cum duo fratres, vel etiam frater & ſoror uno gradu diſtent à parente, ſeu communi ſtipite, pariter uno gradu diſtant inter ſe. Tertia regula pro linea transverſa inæquali eſt hæc: *In linea transverſa inæquali toto gradu diſtant eternæ inter ſe, quoto remotior diſtat à communi ſtipite.* Unde frater, & filia ſororis diſtant inter ſe duobus gradibus, quia filia, ſeu neptis diſtat duobus gradibus à communi ſtipite.

10. *Obſervantúrne hæ regulæ etiam Jure Civili?*

Non, ſed hoc jure unica tantùm ſtatuitur regula nimirum, *tot ſunt gradus, quot ſunt perſonæ dempto ſtipite.* Engel *hìc n. 8.* add. Pichler *n. 5. verſ. de jure civili.*

11. Quo ergò hodie jure utendum?

Quando agitur de ſucceſſionibus hæreditariis, ti lis &c. obſervanda eſt in utroque foro computatio ſ duum ſecundùm jus civile. Si verò agitur de matri nio, iterum in utroque foro attenditur computatio j Canonici. Schmalzgr. *h. t. n. 19.* König *num. 14* Pichler *num. 9.*

12. Quouſque impedimentum conſang nitatis ſe extendit?

In linea recta propter reverentiam parentibus d tam communior DD. tenet hoc impedimentum ſe tendere in infinitum. In linea verò transverſali hod no jure ſe tantùm uſque ad quartum gradum inclu extendit. Pars prior ab omnibus tenetur per *§.* *Inſt. de nupt. & L. 53. ff. de rit. nupt.* unde ferunt: quòd ſi hodie Adam reſurgeret, de jure p tivo humano non poſſet validum matrimonium con here citra diſpenſationem. Pars ſecunda conſtat *c. 8. h. t.* ubi corrigitur jus antiquum in *Can. 1,* *16. & 19. q. 2. & Can. 2. q. 5. cauſ. 35.* quo re dirimebatur matrimonium uſque ad ſeptimum g dum. vid. Pichler *hic num. 10. cum ſeq.* itàque l impedimentum probabiliùs eousque quoque locum bet etiam in conſanguinitate orta ex copula illicita. ratione, quòd Trid. circa ejusmodi copulam illici quoad conſanguinitatem nullam fecerit reſtrictionem, cut fecit circa affinitatem ortam ex copula illi Schmalzgr. *hic n. 55, cum ſeq.*

13.

13 *Sed quo jure, ſcilicet an ſolùm poſitivo Eccleſiaſtico, an verò etiam naturali & divino impedimentum hoc dirimit matrimonium in linea recta?*

Circa primum gradum, nempè inter patrem, & filiam, matrem & filium, facilè omnes conveniunt, matrimonium non tantùm jure poſitivo humano (de quo non eſt dubium) ſed etiam naturali, & divino non poſſe conſiſtere matrimonium, ſaltèm extra caſum neceſſitatis, ſi mirùm genus humanum aliter conſervari non poſſet, ut inſtinctum poſt diluvium, ex ratione, quòd ab ejusmodi matrimoniis natura ipſa, & ratio, ac inſtinctus naturalis abhorrere videatur, utì dicitur in *L. 14. §. 2. ff. de rit. nupt.* Reiffenſt. *hìc num. 26.* latè Schmalzgr. *eod. tit. à n. 20. uſque ad 26.* Confer. Pichler *n. 13.* Difficultas ergo ſolùm eſt de ulterioribus gradibus. Qua in idem Pichler loc. cit. & Schmalzgr. *num. 27. & ſeq.* cum D. Thoma abſolutè tenent irritationem iſtam de jure naturali non extendi ultrà primum gradum. Contrarium tamen communiùs docetur arg. *L. 53. & fin. ff. de rit. nupt. & §. 1. Inſt. de nupt.* qui textus generaliter exſtruunt, jure gentium inceſtum committere eum, qui in gradu aſcendentium, & deſcendentium uxorem duxerit. Accedit ratio; quia deſcendentes reſpectu deſcendentium habent veram rationem principii, & veniunt nomine genitorum, & parentum deſcendentes verò nomine liberorum. arg. *L. 53. cit.* atque inter parentes, & liberos jure naturæ matrimonium eſt irritum *d. L. 14. ff. eod.* Ergo. Reiffenſt. *hìc num. 27.*

14. *Quid*

14. Quid dicendum de linea transver- ſive collaterali?

Vult quidem cit. Schmalzgr. *n. 46.* & Pichler *n.* neque in primo gradu ejusmodi lineæ transverſæ, adeo inter fratrem, & ſororem matrimonium jure naturæ eſſe irritum. Verùm oppoſita ſententia communiùs v tur eſſe recepta, tum arg. *c. gaudemus. 8. de div.* tum ; quia hactenus nullum extat exemplum, aliqua in hoc gradu ab Eccleſia fuiſſe diſpenſatum, ità Reiffe *hìc num. 28. cum ſeq.* Schambog. *num. 12. &* ac alii paſſim.

15. Quid eſt affinitas, & unde dicta

Affinitas Germanicè Schwagerſchafft eſt p pinquitas perſonarum ex carnali copula proveniens d non involvens parentelam, nec conſanguinitatem; ho non dependens, à generatione, vel conſanguinitate : po enim ſtare, & ordinariè ſtat affinitas absque generati actuali, & absque communi ſanguinis participatione, c ſanguis in affinitate non communicetur, ſed tantùm at gatur; licèt quandoque poſſit etiam concurrere cum c ſanguinitate, ſic Jacob Patriarcha, quia duxit duas ſo res, Liam & Rachel, amitinas ſuas, ſimul fuit ea conſanguineus, & affinis. Pichler *hìc n. 18.* Nomen cepit, quaſi à finium propinquitate, per copulam enim nalem perfectam, & conſummatam vir, & mulier fi una caro. Matth. *XIX. v. 5.* conſequenter conſangu unius accedunt ad fines alterius, *L. 4. §. 3. ff. de grad & affinib.* Et hinc etiam vir, & uxor, non ſunt affi ſed principium affinitatis, & quaſi ſtipes, ex quo gra affinitatis numerantur, & diſtinguuntur. Schmal *h. t. n. 66. junct. n. 68.* Engel *§. 2. n. 1. & 2.* C terùm verò, an copula ſit licita, vel illicita non inter quia etiam ex copulâ illicitâ oritur affinitas, modo fu

f

pfecta, & conſummata per ſe deſerviens ad prolis generaonem, uti dictum tit. præced.

16. *Quotuplex eſt affinitas?*

Olim triplex fuit genus affinitatis juxta *can. 3. & fin. cauſ. 35. quæſt. 3.* Primum erat inter virum & conſanguineos mulieris, & viciſſim inter uxorem & conſanguineos mariti. Secundum inter virum & affines mulieris, vel inter uxorem & affines mariti, vel inter tertium aliquem, qui cum altera conjuge copulam habuit, ſic ſi Titius v. g. frater tuus habuit copulam cum Bertha, & Titius moriatur, & Bertha copuletur Cajo, tu factus es affinis Cajo, qui prius eras affinis Berthæ. Tertium erat inter unum conjugem, & alterius conjugis affines ſecundi generis. Sic ſi in prædicto caſu mortua Bertha Cajus ſuperinducit Mariam, & hanc carnaliter cognovit, ſis affinis Cajo. Engel *hic* §. *2. n. 6.* Schmalzgr. *n. 74.* Pichler *num. 19.*

17. *Obtinétne adhuc hodie hoc triplex genus affinitatis?*

Non amplius obtinet, niſi primum genus: duo enim poſteriora per Conc. Lateran. ſublata ſunt prout patet ex *c. 8. h. t.* Schmalzgr. *h. t. n. 75.* Engel *n. 6. cit.* procedit hæc aſſertio, licèt in ſecundo genere affines ſint in linea recta: Ratio eſt; quia juxta Concil. cit. univerſaliter poſteriora duo genera affinitatis ſunt abrogata. cit. Schmalzgr. *num. 76.*

18. *Inter quos igitur hodie contrahitur affinitas?*

Contrahitur ſolùm inter conſanguineos uxoris ex una, & inter maritum ejus ex altera parte, & viciſſim, inter

Hhh con

conſanguineos mariti ex una, & uxorem illius ex alte parte. Ipſi autem conſanguinei, tam viri, quàm mulie nullam inter ſe contrahunt affinitatem, *c. 5. & 8. h.* Ex quo ſequitur, quòd duo fratres unius familiæ rectè co trahunt matrimonium cum duabus ſororibus alterius miliæ, item pater, & filius cum matre, & filia alter cognationis. Plura exempla vid. apud Schmalzgr. *hic 81.* & Pichler *23. h. t.* & hinc pro regula traditur: *qu affinitas non pariat affinitatem*, quam benè no dam inculcat cit. Pichl. propter plurium errorem, qu ſe ſalutent affines, qui tamen nullo modo ſunt.

19. *Habetnè affinitas etiam gradus?*

Proprios quidem & tales, quales ſunt in conſangui tate, non habet, eò, quòd affinitas non contrahitur generationem, ſed præcisè per copulam trahuntur co ſanguinei unius ad conſanguineos alterius partis, uti ctum. Habet tamen gradus ſaltèm improprios ratic majoris, vel minoris propinquitatis. Unde ſicut conſ guinitas, ità & affinitas diſtinguitur in ſtipitem, lineas, gradus. Stipitem conſtituunt mas & fœmina inter q copula carnalis interceſſit. Linea, & gradus mutuati conſanguinitate, ità, ut in linea recta affines uxoris ſint, in linea recta ſunt conſanguinei mariti, & viciſſim. In li verò obliqua ponuntur reſpectu uxoris, qui in eadem li ſunt conſanguinei mariti, & viciſſim, vid. cit. Schmalz *n. 82. h. t.* Pichler *n. 20.*

20. *Quomodo dignoſci poteſt, an qu gradu affinitatis una perſona diſtet ab altera?*

Pro hoc dignoſcendo unica ſtatuitur communiter à I regula, nimirùm: *quòd eo gradu quis ſit uxoris finis, in quo gradu eſt conſanguineus mariti,*

vi

viſſim in eo gradu ſit quis affinis marito, in quo gradu eſt conſanguineus uxori. Sic quia nepos ex fratre mariti eſt in ſecundo gradu conſanguineus marito, eſt etiam in ſecundo gradu affinis uxori &c. Schmalzgr. *hic n. 84.* & alii ab eo alleg.

21. *Quousque ſe extendit impedimentum affinitatis?*

Quoad hoc affinitas & conſanguinitas pari paſſu ambulant, & conſequenter impedimentum affinitatis, perinde ac conſanguinitatis in linea obliqua jure novo quartum gradum non excedit. *c. 8. h. t.* In linea verò recta, ſicut conſanguinitas dirimit matrimonium in infinitum, ità probabilius quoque etiam affinitas. vid. Pichler *hic num. 25.* Kög *num. 26. cum ſeq.* Procedunt autem dicta de affinitate orta ex copula conjugali, adeòque licita. Nam ea, quæ ex copula tantùm fornicaria, & illicita oritur, ex noviſſima Conc. Trid. conſtitutione *ſeſſ. 24. c. 4. de reform. matrim.* ſaltèm in linea obliqua, ſive collaterali ultrà ſecundum gradum non porrigitur. ut in tit. præc. dictum fuit. confer. Schmalzgr. *hic n. 109.*

22. *Sed eſtnè hoc impedimentum juris tantùm poſitivi Eccleſiaſtici, an verò divini, & naturalis?*

Circa lineam affinitatis obliquam omnes DD. conſentiunt, quòd in hac in nullo gradu matrimonium jure divino aut naturæ ſit nullum, arg. *c. fin. de divort.* ubi Pontifex diſpenſat cum infidelibus ad fidem converſis, ut uxores fratrum retineant, quod fieri non poſſet, ſi ejuſmodi matrimonium jure divino, aut naturæ eſſet nullum. Adducunt varia exempla tum ſacræ tum profanæ hiſtoriæ, de quibus Schmalzgr. *hic n. 97.* At verò circa

lineam rectam non eſt unanimis omnium ſententia. Eni
verò cit. Schmalzgr. *num. 101. & ſeq. h. t.* & Pich.
num. 26. eod. rurſus & hìc ſtatuunt, impedimentum h
nec in primo gradu lineæ rectæ jure naturali, aut divi
dirimere matrimonium. Contrariam tamen velut pr
babiliorem tenet Reiffenſt. *num. 49. eód. tit.* ex ratio
quia vitricus, & noverca, ſoror, & nurus parentum lo
veniunt. *§. 7. Inſt. de nupt. L. 16. ff. ſolut. ma*
conſequenter eisdem eadem ferè debetur reverentia à p
vignis &c. quæ à liberis naturalibus, quò facit *Can.*
cauſ. 35. quæſt. 3. Et praxis Eccleſiæ, quæ nunqu
legitur diſpenſâſſe cum affinibus in primo gradu lineæ
ctæ. Procedit autem iſta quoque concluſio de affinit
ex copula licita conjugali. Nam de affinitate orta ex
pula illicita liberiùs conveniunt DD. eam matrimoni
ejusmodi in primo quoque gradu lineæ rectæ, multò m
nùs in linea obliqua jure naturæ matrimonium, dirime
vid. cit. Schmalzgr. *num. 93. junct. n. 99. cum ſeq.*

23. *Quæ ſunt pœnæ contrahentium in gr dibus prohibitis conſanguinitatis, vel affinitatis?*

Jure Canonico in contrahentes in gradu prohibito
finitatis, vel conſanguinitatis ſtatuta eſt excommunica
quam ipsó factô incurrunt, niſi probabilis ignorantia,
metus excuſet. *Clem. un. h. t.* Jure Civili contrah
tes inceſtas nuptias puniuntur publicatione bonorum,
liô, vel verberatione, ſi perſona ſit vilis. *Auth. ince*
C. de inceſt. nupt. vid. Schmalzgr. *h. t. num. 62.*
num. 115. Zoës *hìc num. 6.* König *num. 16.* Q
modo autem hìc in Auſtria inceſtus puniatur. vid. *or*
nat. crimin. Inferior. Auſt. part. 2.

TIT-

TITULUS XV.

De Frigidis, & maleficiatis, & impotentia coëundi.

1. *De quali impedimento agitur in hoc titulo?*

EXponitur hìc ultimum quaſi impedimentum dirimens matrimonii, ſcilicet impotentia coëundi, quâ plerumque laborant frigidi, & maleficiati. Per frigidos autem communiter intelliguntur maſculi, qui ob defectum calorificativi vas fœmineum penetrare nequeunt. Per maleficiatos verò, qui ex maleficio, vel malitia hominis redduntur inhabiles ad copulam, ſive mas, ſive fœmina, ſive utraque. Pichler *hìc n. 1.*

2. *Quid eſt impotentia coëundi, & quomodo differt ab impotentia generandi?*

Impotentia coëundi, quatenus conſtituit impedimentum dirimens, juxta Sanchez & alios paſſim eſt vitium naturæ, vel accidentale impediens coitum, hoc eſt perfectam copulam carnalem maris, & fœminæ. Differt ab impotentia generandi, quòd hæc ſit tantùm inhabilitas ad actualem generationem prolis, etiam præſuppoſitâ copulâ perfectâ: unde poteſt ſtare cum potentia coëundi. Pichler *d. num. 1.*

3. *Qualis impotentia conſtituit impedimentum dirimens matrimonii?*

Sola impotentia coëundi dirimit matrimonium, non

 etiam

etiam impotentia generandi, ùt patet ex *c. 2. h. t.* & r
tio eſt ; quia ſola illa prior impotentia ad copulam imp
dit, quò minùs vir, & mulier fiant inter ſe una caro. U
de ſequitur, ſenes, ſteriles, infirmos, & fortè morti pr
ximos, nec non Eunuchos, ſpadones &c. quatenus à pa
te rei pollent potentiâ coëundi, & ſeminandi, non arc
à matrimonio contrahendo. Uti pluribus oſten
Schmalzgr. *hìc à num. 32.* usque ad *37.* confer Re
fenſt. *à n. 18. usque n. 25.*

4. *Quotuplex eſt impotentia coëundi?*

Tres potiſſimùm diviſiones adſtruuntur : I. Alia
naturalis, alia accidentalis. Prior eſt, quæ ortum hab
ex defectu ipſius naturæ, ut ſi quis careat membris ad c
pulam neceſſariis &c. poſterior, quæ provenit ex caſtr
tione, morbo gravi &c. II. Alia eſt perpetua, alia tem
poralis. Perpetua cenſetur illa, quæ absque mirac
lo, vel certe per medicamentum naturale ſine graviſſim
morbi, vel etiam vitæ periculo, & denique absque pe
cato, v. g. ſuperſtitionis tolli nequit. Temporanea e
quæ ſine tali periculo per media licita, & naturalia to
poteſt. *c. 6. h. t.* III. Denique alia eſt abſoluta, quâ v
impeditur reſpectu cujuslibet fœminæ, aut fœmina cuju
libet viri, ità ut cum nulla poſſit exercere copulam perf
ctam. Alia reſpectiva, qua impeditur ſolùm reſpectu h
jus, vel illius perſonæ, & non reſpectu omnium. P. K
nig *hìc num. 3. cum ſeq.* Pichler *num. 2. cit.* conf
Schmalzgr. *à n. 3. usque ad 8.*

5. *Quid requiritur ad hoc, ut impotenti coëundi dirimat matrimonium?*

Ante omnia, & I. impotentia, quæ allegatur, deb
eſſe antecedens, ſi enim ſit tantùm ſubſequens ad matr
monium contractum etiam necdum conſummatum, n
ſol

ſoit illius vinculum. *Can. 25. cauſ. 32. quæſt. 7.* II. Debet eſſe perpetua, nam temporalis tantùm, quæ per remedia ordinaria ſivè ſpiritualia, ſive temporalia tolli poteſt ſimiliter non dirimit, *c. 6. h. t.* III. Requiritur, ut ſit abſoluta, & generalis reſpectu omnium: reſpectiva enim tantùm dirimit quidem matrimonium reſpectu ejus, erga quam eſt incapax, non tamen facit eum inhabilem ad matrimonium contrahendum cum alia. P. König *h. n. 12 cum duob. ſeqq.* confer Reiffenſt. *n. 9. & 6. ſeqq.* Schmalzgr. *à num. 38. usque ad 47.* add. Pichler *n. 4. & ſeqq.* ubi etiam ad object. quaſdam reſpond.

6. Quomodo conſtare debet de impotentia ad hoc, ut ad diſſolutionem matrimonii procedi valeat?

Debet conſtare plenè & evidenter. Unde non ſufficit, quòd unus vel etiam ambo conjuges fateantur ſe eſſe impotentes *c. 1. h. t.* Ratio; quia aliàs conjuges mutuæ habitationis pertæſi facilè colludere, & ſeparationem nec non licentiam alteri nubendi obtinere poſſent. Debet itaque Judex Eccleſiaſticus inſuper curare, ut adhibeatur inſpectio corporum in viris quidem per medicos, & chirurgos, in fœminis verò per obſtetrices, vel alias honeſtas matronas. vid. Reiffenſt. *hìc à. num. 33. usque ad 41.*

7. Quid ergo faciendum, ſi habita inſpectione corporum reperiantur certa, & evidentia ſigna impotentiæ?

Tunc matrimonium illicò eſt ſeparandum, nec ullum tempus ad probandum concedendum eſt, nec requiritur juramentum propinquorum, nec conjugum, quòd ſe invicem nunquam carnaliter cognoverint. Ratio; quia quando evidenter conſtat de impotentia, tunc evidens etiam eſt matrimonium eſſe nullum. cit. Reiffenſt. *n. 42.*

8. *Quid juris, ſi ſigna quidem aliqua r periantur, non tamen evidenter & pyſicè certa, ſed tantùm veroſimilia, & quaſi moraliter certa?*

Tali caſu deferendum eſt juramentum conjugibus hibita ex utraque parte ſeptimâ propinquorum manu, in horum defectu aliis 14. vicinis, quo illi quidem de p pria ſcientia jurent, ſe copulam attentâſſe, complere tem non potuiſſe: hi verò de credulitate ſaltèm affirme verum eſſe, quòd conjuges jurârunt, hócque habito n trimonium itidem ſtatim non exſpectato triennio ſe randum eſt. *c. 5. h. t.* Pichler *hic n. 8. cit.* Reiffen *num. 43.*

8. *Sed quid, ſi indicia neque ſint phyſic neque moraliter evidentia, ſed dubia tantum?*

Tunc licèt ambo conjuges conteſtentur impotentia matrimonium tamen ſtatim ſeparandum non eſt; ad explorandam impotentiam injungendum eſt ipſis t ennium integrum à tempore primæ copulæ, quo elap copula adhuc haberi non potuit, admittendi ſunt ad j ramentum adhibitâ iterum ſeptimâ propinquorum ma & ſiquidem ambo jurent ſe per hoc tempus operam d diſſe copulæ, conſummare tamen non potuiſſe, & ſept ma propinquorum manus id quoque de credulitate affi met, matrimonium pariter ſolvi, ac ſeparari debet. *c. fi h. t.* ſi verò una pars quidem affirmet, altera autem n get, nec contrarium per ſigna aliqua evidentia proba poſſit, credendum potiùs affirmanti, quàm neganti, pronuntiandum pro valore matrimonii. arg. *c. fin. de ſen. & re jud. & can. 3. cauſ. 33. quæſt. 1. cit.* Pichl

nun

m. 9. & Reiffenſt. *num. 44. cum 7. ſeqq.* confer Schmalzgr. *à num. 75. usque ad 91.*

Quid juris, ſi ob impotentiam allegatam diſſolutum fuerit matrimonium, poſtea autem appareat eam non fuiſſe perpetuam?

In hoc caſu ordinariè iterum reintegrandum eſt matrimonium prius, & annullandum poſterius per text. clar. *5. & 6. h. t.* quod procedit, ſi impotentia naturaliter & mediis ordinariis, ac licitis ceſſaverit. Aliud eſt, ſi per miraculum, aut media illicita ſit ſublata. vid. Reiffenſt. *hìc num. 56. & 4. ſeqq.* Schmalzgr. *95. usque ad 98.* Plura quoque huc ſpectantia peti poſſunt ex author. cit. in ſpecie verò an & quomodo partes poſt matrimonium contractum poſſint, vel teneantur adhibere media, & quæ ad tollendam impotentiam, præſertim, ſi forſitè per infaſcinationem ſit cauſata? vid. Schmalzgr. *num. 17. usque ad 30.* & quomodo è contra partibus poſt cognitam impotentiam ſive antecedenten, ſive ſubſequentem licitus ſit adhuc uſus matrimonii? Reiffenſt. *num. 62. & ſeqq.* Schmalzgr. *num. 48. usque ad num. 62.*

TITULUS XVI.

De Matrimonio Contracto contra interdictum Eccleſiæ?

Quid hìc in præſenti titulo tractatur?

Agitur hìc de impedimentis impedientibus matrimonii, & in ſpecie quidem de interdicto Eccleſiæ, ut

 patet

patet ex rubrica. Solent autem DD. hic nihilominùs et de reliquis ejusmodi impedimentis tractare, qualia ſal uſu hodierno adhuc recepta ſunt: præter interdict Eccleſiæ ſacratum tempus, votum, & ſponſalia. Ut ctum ſupra *tit. 1. quæſt. 31.* de voto jam egimu *tit. 6.* de impedimento ſponſalium in *tit. 4. quæſt cum duab. ſeqq.* ſupereſt ergo impedimentum interc Eccleſiæ ob tempus ſacratum, ſive feriatum.

2. *Quid eſt interdictum Eccleſiæ?*

Interdictum Eccleſiæ accipitur dupliciter: I. Ge raliter quando contrahitur, & celebratur contra præ ptum Eccleſiæ, ſive cum impedimento dirimente, ſive pediente. II. Quando contrahitur contra ſpecialem p hibitionem à legitimo ſuperiore ex juſta cauſa factam hôc modô conſtituit ſpeciale impedimentum impedi qualiter hìc accipitur Schmalzgr. *h. t. num. 1.* Kö *eód. num. 2.* Engel *h. t. §. 1. num. 3.* cauſa autem quas matrimonium quandoque interdici, vel inhiberi eſt. vid. apud cit. Schmalzgr. *num. 2.*

3. *Valetnè ergo matrimonium contr ctum contra prohibitionem Eccleſiæ?*

Conveniunt DD. circa matrimonium celebratum cisè contra interdictum Epiſcopi, vel alterius Prælati pâ inferioris, quòd illud regulariter ſaltèm ſubſiſtat *c. 1. & 2. h. t.* At verò quando interdictum fact eſt à Papa, non eſt una omnium ſententia propter te obſtantes in *Can. 1. cauſ. 35. quæſt. 6. & c. 13 ſponſal. impub.* Diſcrepantiam hanc ſequenti diſtin ne conciliat Schmalzgr. *hìc num. 10.* an nimirùm in dictum ejusmodi à Papa emiſſum ſit ſimplex, an qualificatum ſcilicet habens annexam clauſulam irr

r Primo caſu valet adhuc matrimonium, non autem
:udo. Confer Reiffenſt. *n. 8. & duob. ſeqq.*

.Quid eſt, ſive quid intelligitur per tempus ſacratum, ſeu feriatum?

Ioc nomine in præſenti intelligitur illud tempus, oiuptiæ ſolemnes ab Eccleſia prohibentur, quod olim rum & multiplex erat. Hodiè autem per Concil. Trid. *ſ. 24. de reform. matr. 10.* reſtrictum I. ad tempus aventu Domini usque ad Epiphaniam; II. à feria quar- cerum usque ad octavam Paſchatis incluſivè. vid. Reif- nſ *hic n. 11. & duob. ſeqq.* confer Schmalzgr. *eod. t. . 2. per tot.*

5. Quis poteſt conſtituere impedimenta?

Iroedimenta dirimentia conſtituit ſolus Papa, eò, quòd puntur inter cauſas graviores Eccleſiæ, quæ regula- er oli Papæ ſunt reſervatæ. Impedientia verò quan- óqu etiam ſtatuere poſſunt Epiſcopi, ſicut plerumque tai, & interdicunt matrimonia ob cauſas occurrentes. d. c. Schmalzgr. *ſupra ad tit. de ſponſal. & matr. um 360. cum ſeqq.* confer Pichler *eod. tit. num.*

.Quæ eſt differentia inter impedimenta dirimentia, & impedientia?

Hec, quod impedimenta dirimentia non tantùm im- diat matrimonium contrahendum, ſed etiam cum ipeimento dirimente contracta ſint ipſo jure nulla, im- dinnta verò impedientia impediunt quidem matrimo- um ontrahi, cum iisdem tamen contracta valent. En- l *hic. num. 1.*

7. Qui

7. *Qui ligantur legibus, & impedimen nuptialibus ab Eccleſia introductis?*

Soli fideles, & baptizati, iique omnes ubicunque gunt: non verò etiam infideles. Ratio de fidelibus quia Pontificis jurisdictio ſpiritualis diffuſa eſt per orb univerſum, & ſubjectos ſibi habet fideles omnes, ùt ca alia, ità etiam circa matrimonium. De infidelibus rò patet, quia cùm Eccleſiam per baptiſmi januam ſint ingreſſi conſtitutionibus Canonicis non arctantur. *c. 8. de divort.* vid. cit. Schmalzgr. *d. t. num.* *& ſeq.*

8. *Obligantnè etiam Hæreticos ſive A tholicos noſtri temporis?*

Vix eſt dubium obligari quoque hæreticos, ſive tholicos ejusmodi legibus, & impedimentis etiam jure poſitivo Eccleſiaſtico introductis, ſaltèm de jure per ſe, ex quo nimirùm per baptiſmum Eccleſiam in ſi, ac per conſequens ejus ſubditi effecti ſunt. Int tamen matrimonia eorum hactenùs, & de facto ſuſ ri, ac pro validis reputari, non obſtante, quòd cum jusmodi impedimento contracta ſint, communiùs dunt DD. etiam Catholici, & pulchrè firmat Schma *cit. tit. de ſponſal. num. 378. cum. duob. ſeq.* ad contraria quoque reſpond. vid. etiam dicta *ad tit. de cland. deſp. quæſt. 15. & ſeq.*

9. *Quis poteſt diſpenſare in impedimen matrimonii?*

Satis conveniunt DD. quòd Pontifex poſſit in o bus impedimentis impedientibus diſpenſare. Schma

§. 4. num. 59. & com. Et licèt idem quidam aliter ſentiant de impedimentis dirimentibus, com-uior tamen DD. cum P. Engel *h. t. §. 3. num.* chmalzgr. *cit. num. 64.* diſtinctionem facit in-r npedimenta, quæ jure naturali, & divino dirimunt atmonium, & ea, quæ ſolùm jure poſitivo huma-rimunt. In primis docent Pontificem non poſſe ſpnſare; quia cum Pontifex ſit inferior lege naturali, vina, non poteſt in ea diſpenſare *Can. 4. diſt. 21.* *de major. & obed.* In ſecundis verò conce-m eundem poſſe diſpenſare, quamquàm in nonnullis rò aut vix unquam diſpenſare ſoleat. Confer. Pichler *.29. cum duob. ſeq.*

0. *Quæ impedimenta dirimunt matrimonium jure naturali, ac divino, & quæ jure humano poſitivo?*

Iter impedimenta dirimentia matrimonium jure na-ral ac divino recenſetur: I. Ætas carens uſu rationis. Ligamen. III. Conſanguinitas in primo gradu lineæ ctâ IV. Impotentia perpetua. V. Error circa ſub-ntm, ſive individuum perſonæ, cætera verò impedi-ent jure ſolùm Eccleſiaſtico ſunt adinventa, prout de ſin-lis rè dictum jam fuit ſuis locis.

1. *Poſſuntnè etiam inferiores S. Pontifice in impedimentis dirimentibus diſpenſare?*

J e ordinario, & in ordine ad contrahendum ma-mtium nemo præter S. Pontificem diſpenſare po-t. Ratio; quia inferior in lege ſuperioris non di-enſ.

12. Cur

12. *Cur dictum jure ordinario, & ordine ad contrahendum matrimonium?*

Quia dubium non eſt, quin poſſit S. Pontifex a
etiam concedere privilegium diſpenſandi in impedimen
& talia privilegia plerique habent Epiſcopi præſerti
Germaniæ, nec non Legati Sedis Apoſtolicæ, ut poſ
in aliquibus impedimentis diſpenſare, vide Pichler,
num. 33. Deinde etiam communis eſt DD. qu
Epiſcopi etiam ſeclusô ſpeciali privilegiô poſt contract
matrimonium pro foro conſcientiæ certis conditionil
intervenientibus poſſint diſpenſare in impedimentis d
mentibus matrimonium ex ſolo jure Eccleſiaſtico:
jus ratio eſt; quia id videtur exigere paſtorale offici
Epiſcoporum ne alioquin oves ſubjectæ deſtituantur
mediis neceſſariis, ſi Epiſcopus non poſſet diſpenſar
ſaltem pro foro conſcientiæ, præſertim in caſu nece
tatis, vid. cit. Pichler *loc. alleg.* Schmalzgr. *à nu
70. uſque ad num. 80.* Engel *eôd. tit. n. 11.* I
nique in dubio, & quando de ipſo impedimento ſu
cienter non conſtat, poſſe quoque Epiſcopos vel ad c
telam diſpenſare, vel potiùs declarare impediment
non ſubeſſe, concedunt facilè omnes. Confer.
Schmalzgr. *num. 75.*

13. *Quæ conditiones requiruntur, Epiſcopus poſſit in impedimentis pro foro conſcientiæ diſpenſare?*

Requiritur: I. Ut matrimonium ſit publicè cont
ctum. II. Ut ſit initum bona fide, ſeu cum ignora
impedimenti ſaltèm ex una parte. III. Ut impedim
tum ſit occultum. IV. Ut ſeparatio non poſſit fieri
ſcandalo, & V. non facilis ſit aditus ob paupertate

iam cauſam ad Papam, vel certè ſit periculum pec-
i ex dilatione diſpenſationis. cit. Schmal gr. *h. t. n.*
um ſeq. Engel *cit. n. 11.*

Sed poteſtnè Epiſcopus in hujusmodi neceſſitatis diſpenſare etiam ante matrimonium contractum in impedimento occulto?

Non aliter hanc facultatem admittunt DD. quàm ſi
xima & urgentiſſima adſit neceſſitas, & matrimo-
ur absque graviſſimo ſcandalo differri non poſſet, do-
c ortè diſpenſatio Româ obtineatur, qualis v. gr.
ſſe eſſe caſus, quô aliquis morti proximus ad legiti-
an is proles, cum earum matre vellet contrahere ma-
imnium, vel ſi ante contractum nuptialem poſitis,
e ſtentibus jam omnibus præparatoriis ſponſorum,
er n confeſſione Sacramentali detegeret impedimen-
liquod dirimens ex crimine occulto proveniens. cit.
chmalzgr. *hic num. 83. cum ſeq.* Plura de hac di-
enſationis materia, ejusque cauſis, & praxi vid. apud
t. ichler *à num. 35. uſque ad finem.* Schmalzgr.
87. cum duob. ſeq. Confer. integrum quaſi tra-
atum, quem appendicis locò libro huic adjecit Reif-
nſt. in fin.

TITULUS XVII.

Qui filii ſunt legitimi.

Qualem connexionem habet iſte titulus cum prioribus?

Quoniam actum de matrimonio ejusque validitate,
rectè igitur videndum de ejus effectu quoad liberos,
qua-

qualiter nimirum liberi per matrimonium legitimi ſint, fiant. Engel *hìc in pr.*

2. *Qui ergò ſunt liberi legitimi?*

Tales ſunt, & habentur omnes ii, qui ex matri nio legitimo, ſive juſtis nuptiis ſunt procreati *c.* 2 *t. pr. inſtit. de patr. poteſt. L. 6. ff. de his,* *ſui, vel alien. jur.* Quod adeo procedit, tametſi probari poſſit, uxorem ſæpius adulterium co miſiſſe, nihilominùs tamen proles ex marito poti quàm ex adultero concepta eſſe præſumatur. *L.* *§. 8. ff. ad L. Jul. de adult.* Imò nec matri a renti partum eſſe adulterinum creditur: tum; quia prole ſtat præſumptio juris, tum; quia uni ſoli, q quis ille ſit, in ſui præjudicium nemo tenetur fidem hibere, juxta illud Matthæ. *18. in ore duorum* nisì de contrario manifeſtè conſtet, ut quia maritus abſens, aut ob infirmitatem, vel aliam cauſam pro tur eum intra conceptionis, & nativitatis tempora pulam cum uxore habere non potuiſſe. Engel *hìc* 2. Reiffenſt. *num. 10. cum duob. ſeq.* Reliqui tem omnes, qui extra legitimum matrimonium n & geniti ſunt, pro illegitimis reputantur, qui dei vel ſunt naturales in ſpecie, vel ſpurii, & hi rur vel adulterini, vel ſacrilegi, inceſtuoſi, vel nefarii. quibus Schmalzgr. *hìc n. 5. cum trib. ſeq.* Porrò li, qui ex juſtis nuptiis ſunt procreati, dicuntur nat les, & legitimi ſimul, ad diſtinctionem eorum, qui cundum jus tantùm ſunt legitimi, veluti adoptati, & rogati. cit. Schmalzgr. *n. 3.*

3. Q

Quid dicendum de liberis natis ex matrimonio putativo?

Nati ex ejusmodi matrimonio accenſentur per omnia gimis, & manent tales, etiámſi contingat ejusmo- matrimonium propter impedimentum dirimens, quod bíat, poſtea reſolvi, & annullari. per *text. ex-ſ. in cit. c. 2. h. t.* alius caſus ſimiliter notabi- ſt *in c. 8. eôd. tit.* Confer. Schambog. *hìc n. 3. & 5.* modò tamen accedant conditiones à requiſitæ.

Quæ ſunt iſtæ conditiones, ſive quid requiritur ad ejusmodi legitimitatem?

d hoc, ut proles ex matrimonio putativo nata ha- r legitima, duo copulativè requiruntur in *c. 3. de l. deſponſ.* I. quòd tale matrimonium publicè & ie Eccleſiæ præmiſſis conſuetis denuntiationibus tractum, II. quòd ſit celebratum bona fide. Reiſ- *hìc num. 3.* Notant tamen DD. circa hoc que requiſitum, & quidem ad primum, quòd diſpenſatione Epiſcopi denuntiationes fuerint omiſ- oc legitimitati prolis non obſit. Ad ſecundum, imprimis in dubio, & pro favore prolis præſu- potiùs ignorantia, quàm ſcientia impedimen- Deinde, quòd ſufficiat ſaltèm unum ex conjugi- utativis tempore contractûs fuiſſe in bona fide. P. *hìc num. 4.* Confer Schmalzgr. *num. 16. ſeq.*

5. Suntnè etiam pro legitimis haben qui conſtante quidem matrimonio nati ſu ſed ex copula fornicaria priùs habita?

Omninò per text. apert. *in L. 11. C. de natu lib.* ubi etiam pro regula ſtatuitur, quòd in qua nibus ſtatum liberorum concernentibus pro favor rundem non conceptionis, ſed nativitatis tempus ſpiciendum, ſi nimirùm hoc ipſis ſit favorabilius. Engel *hìc num. 5.* Procedit autem hoc, qua matrimonium inter easdem perſonas eſt contra Enim verò ſi quæ ab alio, quàm cum qua poſtea trahit, priùs fuit imprægnata, proles poſtea ab ea i trimonio enixa, utique non eſſet legitima, ſed p legitima haberi deberet, ſaltèm quatenus adeo pr turè edita fuit, ut tempus conceptionis, & nati cum tempore matrimonii non conveniat, v. gr. ſi lier peperit primo, ſecundo, vel tertio menſe. Rei *hìc num. 18.*

6. Quale tempus inter conceptionem nativitatem ordinariè intervenire debet, ad ut proles legitimè nata eſſe cenſeatur?

Tempus partûs ordinarium ſunt novem menſes fatentur omnes. Quòd ſi tamen mulier ſeptimo poſt matrimonium contractum partum ediderit, ta hilominus adhuc pro legitimo habendus eſt per *L ff. de ſtat. hom.* idque obtinet non tantùm, ſi p fuerit editus ſeptimo menſe jam completo, ſed etia initium ejusdem arg. *L. 3. §. ult. ff. de ſuis & l hæred.* ubi deciditur eum, qui 182. die natus eſt

tempore videri natum. cit. Engel *hìc num. 6.* & ffenſt. *num. 19.*

Quid juris in iis liberis, qui poſt mortem mariti à vidua primùm enixi ſunt?

Iſti procul dubio ſunt legitimi, ſi conſtet eos in ma- nonio conceptos eſſe, ut quia juſto tempore ſunt na- unde in tali caſu non tam tempus nativitatis quàm ùs conceptionis ſpectandum eſt, utpote favorabi- . arg. *cit. L. 11. C. de natur. liber.* Engel *hìc n. 7.*

Sed quale tempus hìc pro juſto judicandum?

Regulariter quidem etiam hìc tempus novem men- ſpectandum eſt. Nihilominùs tamen natus etiam mo menſe adhuc pro legitimo habendus foret, utì gitur ex *L. Gallus 29. in pr. ff. de lib. & poſt.* *arg.* à contrario in *cit. L. 3. §. fin. ff. de ſuis, legitim.* Imò & natum ſub initium undecimi ſis pro legitimo quoque adhuc paſſim enuntiant DD. obſtante *Nov. 39. c. 2.* utpote, quæ loquitur artu nato menſe undecimo jam completo. Si tamen hìc pro matre ſtet omnis bona præſumptio, ju- dum eſſet pro legitimitate, etiamſi partus tardiùs, ſub initium menſis undecimi ederetur, prout re- Godofr. *ad nov. cit. lit. d.* à Senatu Pariſienſi riô doctiſſimorum advocatorum partum 14. menſe m, pro legitimo eſſe judicatum, eò, quòd mater t honeſtiſſimis moribus prædita. Sed hoc fortè Germanos tam facilè non crederetur. vid. cit. En- *hìc num. 7.* & Reiffenſt. *num. 20, cum trib.*

9. *Quid dicendum de liberis expoſitis vi gò* Findling-Kinder?

Hos in dubio pro legitimis cenſeri debere dc Reiffenſt. *hìc num 14.* ex ratione, quòd in du ſemper benigniora ſint præferenda *L. 56. ff. de R.* & in dubio pro favore prolis judicandum *c. 14. h & cit. L. 11. C. de natur. lib.* vid. tamen dicta *libr. 1. ad tit. de filiis presbyt. q. 9.*

10. *Quid intereſt inter liberos legitim & illegitimos?*

Liberi legitimè nati ſequuntur imprimis condi nem patris, & non matris *L. 19. ff. de Stat. h cum ſimilib.* conſequenter participant ſtatum, nc litatem, dignitatem, & familiam patris, licèt m ſit ignobilis. II. Gaudent jure ſucceſſionis in om bus bonis parentum. III. Sunt capaces omnium c ciorum, & dignitatum. IV. Admittuntur ad o nes, & beneficia Eccleſiaſtica. Quibus omnibus è c tra privati exiſtunt liberi illegitimè nati. Pich *hìc num. 4.*

11. *Qualem vim habet matrimoni ſubſequens in ordine ad proles antea ſu- ſceptas?*

Tollit defectum natalium, & prolem ante ſuſcep facit legitimam. *c. tanta. 6. h. t. & cit. L. 11. de natur. lib.* hinc ità legitimati in diſpoſitione minis, & ſtatutorum veniunt ſub nomine legitimor der wohlbürtig- und ehrlich- gebohrnen Kinder iisque literæ natalitiæ, Geburts-Brief dari poſſu quòd nati ſint ex thoro legitimo. Schmalzgr. *hìc n.*

47. C

4. Confer. Reiffenſt. *hìc num. 43. & ſeq.* Nec in-
teſt, an matrimonium immediatè vel mediatè ſequatur
generationem prolis illegitimè natæ; quia plus non re-
quiritur, quàm ut matrimonium legitimum inter pa-
rentes prolis illegitimæ ſequatur. vide cit. Schmalzgr.
num. 54.

. *Proceditne hoc etiam tam in matrimonio rato, quàm conſummato?*

Procedit utrinque, ac ſufficit, etiamſi matrimo-
nium tantùm ratum, nec conſummatum fuerit arg.
cit. *c. 6. h. t.* ubi in ordine ad dictum effectum re-
quiritur duntaxat matrimonium verum. Verum au-
tem eſt etiam ratum tantùm, licèt non conſummatum.
cit. Schmalzgr. *hìc n. 50.* & Reiffenſt. *n. 31.*

3. *Quid dicendum de matrimonio putativo?*

Volunt aliqui, utì cit. Schmalzgr. *hìc num. 59.*
in tali matrimonio putativo, id eſt invalidè bona ta-
men fide contracto prolem priùs illegitimè natam legiti-
mari. Probabilior tamen videtur eſſe ſententia negativa,
quam tenet Engel *hìc num. 9.* & Reiffenſt. *num. 36.*
Ex ratione, tum quia in *cit. c. 6.* vis legitimandi pro-
lem non tribuitur bonæ fidei, ſed ipſi matrimonio pro-
prii tali, tum quia quod de jure nullum eſt, nullum
producit effectum.

14. *Sed quare nati ex matrimonio puta*vo *ſunt legitimi, & non etiam per illud legitimantur?*

Hujus rationem dat cit. Engel, quia nimirùm na in matrimonio putativo non eſt natus ex delicto, ſec forma matrimonii ſuppoſita bona fide; progenitus v antea, natus eſt ex delicto, conſequenter debet ac dere aliquid legitimum, quod illud delictum cum e ctu purget.

15. *Quæ requiruntur ad hoc, ut matr monium ſubſequens dictum effectum producat?*

Ad hoc requiritur. I. Ut proles ſit ſuſcepta ex utr que parente, qui deinde contraxit matrimonium: n ſi ex alio ſit ſuſcepta, & cum alio contrahatur n trimonium, proles illa propterea non legitimatu Schmalzgr. *hìc num. 48.* II. Requiritur, ut mat monium ſit legitimè initum coram Parocho, & te bus; unde ſola ſponſalia non ſufficiunt, multò mir matrimonium clandeſtinum König *hìc num. 2* III. Neceſſe eſt, ut proles ſuſcepta ſit ex parentibu qui tempore conceptionis, vel nativitatis aut intern dio fuerunt habiles ad contrahendum matrimonium Schmalzgr. *d. num. 48. junct. num. 63. cum qu que ſeqq.* IV. Etiam aliqui requirunt inſtrumer dotalia: item conſenſum liberorum, ſed utrumq rectè rejicit idem Schmalzgr. *à num. 73. uſque num. 81.*

16. *Qu*

16 *Quid præter legitimitatem accedit ejusmodi liberis per ſubſequens matrimonium legitimatis?*

Ex hoc, quòd juxta dicta æquiparentur legitimè na- gaudent I. jure familiæ, & conſequuntur nobilita- ac arma, & inſignia patris. II. Succedunt in omni- bonis tam parentum, quàm majorum ſuorum, nec cognatorum, etiam feudalibus, & fideicommiſſa- nisi aliter ſit proſpectum. III. Sunt capaces ordi-, beneficiorum, ac dignitatum Eccleſiaſticarum umcunque, excepta ſola Cardinalitia dignitate pro- conſt. Sixti V. incip. *poſtquam publicata.* vid. chmalzgr. *hic num. 83. & 4. ſeqq.* An autem gimatio ejusmodi tribuat quoque jus primogenitu- Vide Perill. D. Kees *ad Inſt. de nupt. num.* 6. & confer. cit. Schmalzgr. *num. 88. cum trib. ſeq.*

17 *Poſſuntnè liberi illegitimi aliis etiam modis præter matrimonium fieri legitimi?*

Sunt adhuc alii duo modi, ſcilicet per oblationem cu- qui modus autem etiam ab uſu jam receſſit: & de per reſcriptum Principis, de quo poſteriore vide- juribus poteſt cit. Schmalzgr. *§. 3. h. t. per tot.* & i DD. paſſim.

18 *Quis eſt Judex competens, ſi quæſtio cuidam moveatur, an ſit legitimus?*

Hæc quæſtio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum privativè *c. 5. & 7. h. t.* ſive principaliter, ſive inci-

denter moveatur. Ratio eſt ; quia eſt annexa ma monio, cum ejus deciſio dependeat à valore matrin nii. vid. Pichler *h. t. num. 8.* & Schmalzgr. *nu 44. cum ſeq.*

TITULUS XVIII.

Qui matrimonium accuſare poſſun vel contra illud teſtificari.

1. *Quid hìc intelligitur per accuſatione matrimonii ?*

EO nomine hìc nihil aliud venit, quàm impugna matrimonii ſive jam contracti, ſive primò cont hendi : quod fit per delationem impedimenti, prop quod matrimonium conſiſtere inter conjuges non pote P. König *hic num. 1.* & quoniam accuſatio ſi probatione non ſufficit, hinc etiam agitur hìc de teſtib ad probandum habilibus & neceſſariis. Reiffenſt. *eo tit. num. 1.*

2. *Qui poſſunt accuſare matrimonium ?*

Diſtinguendum eſt, num agatur ad matrimoniu nondum initum impediendum : an verò ad divortiu ſive ſeparationem jam contracti ? Matrimonium nondu initum ſive primo contrahendum omnes accuſare pc ſunt : imò ſi impedimentum probare valeant, gravit quilibet obligatur ad illud deferendum. Ratio ; qu delatio hæc pertinet ad vitandam ruinam ſpiritualem, grave peccatum proximi, nec non ad avertendam irrev rentiam Sacramenti, ad quod omnes præcepto divino, naturali obligamur. Schmalzgr. *hìc n. 12.* & ſup *tit. 3. num. 52.*

3. Q

3. Qui ergò accuſare poſſunt jam contractum?

Etiam hìc rurſus diſtinguendum eſt : vel enim agitur præcisè ad divortium quoad thorum, & menſam, vel ad vinculi diſſolutionem ob impedimentum dirimens? Primo caſu, ad accuſandum admittitur ſolus innocens *c. 5 de procur. & c. 4. de adult. & ſtupr.* Secundo verò caſu inſpiciendum eſt, quale impedimentum deducatur in judicium : ſi enim impedimentum tale ſit, quòd reſpiciat ſolum favorem contrahentium, cui ſi renuntiare poſſunt, ùt puta, ſi procedat ex impotentia, tunc ad accuſandum matrimonium admittuntur ſoli conjuges ; quia impotentes, ſi velint, poſſunt cohabitare. Idem dicendum, ſi impedimentum oriatur ex errore, metu, vel defectu conſenſûs, quia ceſſante errore, vel metu poſſunt renuntiare actioni ſuæ, & novum conſenſum elicere, quod feciſſe cenſentur, ſi habità notitià impedimenti liberè exercent copulam conjugalem, ſi verò impedimentum tale ſit, cui partes renuntiare non poſſunt, vel reſpiciat formam contractûs, ut quia matrimonium initum fuit in gradu prohibito, vel ſinè Parocho proprio &c. tunc quilibet ad accuſandum admittitur, hoc tamen ordine, ut poſt parentes admittantur proximiores conſanguinei, ſive agnati, ſive cognati, & hìs deficientibus extranei : cujus ratio eſt ; quia conſanguinei cenſeantur præ aliis meliorem habere notitiam ſimilium impedimentorum. vid. Schmalzgr. *hic à num. 12. uſque ad 17.* Reiffenſt. *num. 3. cum 4. ſeqq.*

4. *Qui poſſunt eſſe teſtes contra mat*
monium ?

Teſtes hac in parte agere poſſunt omnes aliunde prohibiti : imò licèt aliàs domeſticum teſtimonium probetur, hìc tamen admittitur , ob rationem da priori quæſtione ; quòd ſcilicet parentes, & conſan nei præſumantur optimam habere notitiam ſuæ nealogiæ. cit. Schmalzgr. *hìc num.* 22. & Reiffe *num.* 14.

5. *Intra quod tempus debet accuſatio l*
proponi ?

Poteſt proponi quocunque tempore , modò in dimentum adhuc duret, & accuſans paratas habeat p bationes, vel ſuſpicionem purget. Unde huic acc tioni nullo tempore præſcribi poteſt , quia matri nium ab initio nullum tractu temporis non convale Nec obſtat etiam ſententia lata pro matrimonio, pote, quæ non tranſit in rem judicatam. Si tar mortuis conjugibus liberis moveretur lis ſuper l timitate eorum ; præſcriptio 30. vel 40. annorum cum haberet ; quia cùm eſſet peccatum , nihil ſtat, quò minùs diſpoſitio juris communis locum beat. P. König *h. t. num.* 4. Schmalzgr. *nu* 26. *&* 27.

6. *Coram quo Judice hæc accuſatio pr*
ponenda ?

Coram ſolo Judice Eccleſiaſtico , & nullo modo ram ſæculari : non tantùm , ſi principaliter agatur valore matrimonii , ſed etiam , ſi incidenter tant arg. *c.* 3. *de ord. cognit. c.* 5. *&* 7. *ſuprà.*

egit. & Trid. *ſeſſ. 24. Can. 12. de Sacram.* *tim.* cit. Schmalzgr. *hìc num. 2. cum trib.*

TITULUS XIX.

De Divortiis.

Quid eſt divortium, & quomodo differt à repudio?

vortium eſt legitima mariti, & uxoris ſeparatio, *L. 101. §. 1. L. 191. ff. de V. S.* P. König *h. t.* differt à repudio: quod iſtud ſaltèm ſponſos tan- e futuro, illud ſponſos de præſenti concernat. König *num. 2.*

2. Quotuplex eſt divortium?

Dividitur in ſeparationem quoad vinculum, & ſeparationem præcisè quoad thorum & menſam. Prior quâ matrimonium quoad ſubſtantiam, & in perpe- reſcinditur, *Can. 5. cauſ. 33. q. 2.* Poſterior, qam uſus tantùm matrimonii, ſive cohabitatio, & converſatio ſolvitur, ſalvo manente vinculo con- cit. König *d. num. 3.* utraque vero rurſus eſt, quandoque enim vinculum matrimonii ſol- tantùm impropriè, quando nimirum fuit inva- ntractum, & ſic poſtea propriè tantùm declaratur n. Quandoque verò propriè reſcinditur, quando de jure conſtitit matrimonium, ſed ex cauſa con- ſeparatio, utì accidit in matrimonio rato. Sepa- erò quoad thorum, & menſam aliquando fit in perp- uum, aliquando tantùm ad tempus. Pichler *hìc um 1.*

3. Qui-

3. *Quibus modis inducitur ſeparatio ma-trimonii quoad vinculum?*

Tribus potiſſimum modis: I. morte naturali alt[erius] conjugis, qualiter ſolvitur omne matrimonium non tùm ratum, ſed etiam conſummatum. *epiſt. ad R[om.] 7. v. 2. & 1. ad Cor. 7. v. 39.* II. Solvitur [ma]trimonium ſaltèm ratum per profeſſionem religioſ[am] & converſionem ad fidem Catholicam, ùt dictum *lib. 3. tit. 32. & 33.* III. Quandoque etiam per [di]ſpenſationem Pontificiam. Engel *hìc n. 8.* Pichle[r] *6.* Schmalzgr. *n. 43. & ſeqq.* vide tamen Reiffe[nst.] *hìc n. 2. cum 6. ſeq.*

4. *Poteſtnè etiam matrimonium conſu[m]matum taliter per diſpenſationem Pontificiam [vel] alio quovis modo poteſtate humana diſſolvi?*

Matrimonium fidelium validè contractum, & [con]ſummatum, nulla authoritate humana eſt diſſolu[bile] quoad vinculum, ità communis omnium Cathol[ico]rum contra hæreticos. Probatur ex S. Scriptura M[arc.] *10. v. 11. Lucæ 16. v. 18.* & ratio deſumitur [ex] ipſa ſignificatione matrimonii: cùm enim matri[mo]nium conſummatum ſignificet conjunctionem C[hristi] cum Eccleſia, & hæc conjunctio ſit perpetua, ac i[n]ſolubilis, ipſum quoque matrimonium debet eſſe i[n]ſolubile. cit. Engel *hìc d. num. 8. & ſeq.* Reiffe[nst.] *num. 9. & ſeq.* Confer. Pichler *num. 3. & ſeq.*

5. :

Quo jure introducta eſt indiſſolubilitas?

Volunt aliqui, eam ex ſolo jure naturæ proveni-[re], alii ex ſolo jure divino. Sententiam mediam tenet Schmalzgr. *hìc num. 3.* indiſſolubilitatem hanc partim ad jus naturæ, partim verò ad inſtitutionem divinam referens: nam quod ad ſolum jus naturæ referri non poſſit, patet ſatis exinde, quòd jus naturæ ſit immutabile: conſtat autem matrimonium, & ante, & poſt legem Evangelii diſſolvi potuiſſe, & etiamnum diſſolvi poſſe, ante Evangelium quidem per libellum repudii Judæis conceſſum. *Deuter. 24. v. 1.* poſt illud propter converſionem unius infidelis ad fidem Catholicam. Cæterùm verò, an repudium illud Judæis omninò licitum, an verò toleratum tantùm fuerit. vid. idem Schmalzgr. *n. 7. & aliquot ſeqq.*

Quid ſentiendum de matrimoniis Acatholicorum, quæ apud eos ſæpiùs etiam quoad vinculum diſſolvuntur?

Ii quidem hoc ipſi tenent, poſſe nimirùm matrimonia etiam quoad vinculum propter conjugis adulterium, abſentiam, inobedientiam in reddendo debito, vel mutationem religionis diſſolvi, & hoc fortè ideo, quòd ipſi intendant matrimonium contrahere, non in ratione contractûs Sacramenti, ſed tantùm in ratione contractûs civilis, ſecundùm morem loci, & principia ſuæ fidei. Verùm niſi intentio iſta expreſsè in pactum, & conventionem deducatur, tenendum conſtanter eſt, matrimonia quoque eorum ſemper fuiſſe, & eſſe indiſſolubilia quoad vinculum. Ratio eſt; quia imprimis non ratio Sacramenti, ſed ſignificatio matrimonii facit illud

illud indiſſolubile, cum & ratum matrimonium ſit cramentum, & tamen non ſit indiſſolubile. Dein quamvis Acatholici errore particulari intendant ſo liter contrahere in ratione contractûs civilis, juxta rem patriæ, & principia ſuæ fidei, tamen intent generali, & implicita tamdiu cenſendi ſunt velle trahere matrimonium, prout à Chriſto in lege eſt inſtitutum, & valide inter Chriſtianos iniri p ad effectum, ut proles ſint legitimæ, quamdiu non exprimunt oppoſitum, quæ intentio generalis valet errori particulari, ſi verò intentionem ejusr generalem, & implicitam non haberent, vel om contrariam, tunc matrimonium quidem eſſet ſolut vel potiùs non verum, ſeu non validum, ſed hoc eſt præſumendum, nisi id clarè manifeſtent. ità ſ Pichl. *hic num. 5.*

7. *Quomodo inducitur nullitas mat monii in ordine ad ſeparationem impro priam, ſive potiùs declarationem?*

Hæc oritur, & inducitur, quoties matrimon contractum eſt cum aliquo impedimento dirin te, de quibus hucusque per decurſum fusè ac fuit.

8. *Eſtne matrimonium nullum neceſſa diſſolvendum?*

Si ſit nullum ob aliquod impedimentum public & notorium, & præterea indiſpenſabile, omninò ſolvendum eſt. arg. *c. 3. h. t.* ex ratione, quòd foret periculum perpetuarum fornicationum, idque cedit licet nemo accuſet, modò nullitas ſit notoria certa, Pichler *hic num. 9.* ſi verò impedimentum

oc

ctum, & inſuper diſpenſabile, non eſt neceſſariò
vendum invitis conjugibus, ſed poteſt convalidari
impetrationem diſpenſationis. P. Engel, *h. t.*
n. 1. ubi, imò cenſet virum cogi poſſe ad impe-
dum diſpenſationem, ſi fæminam impedimenti igna-
decepit.

Quid requiritur ad hoc, ut matrimonium ſive ratum, ſive conſummatum cum impedimento contractum quoad vinculum ritè poſſit diſſolvi?

d hoc, ut judex ejusmodi matrimonium ritè diſ-
lv, debet eidem de impedimento dirimente con-
per probationem plenam, & perfectam, qualis
gr. quæ fit per duos teſtes omni exceptione ma-
c. 1. de conſ. & affin. & c. 22. de teſtib.
otiùs pro matrimonio judicandum. Ratio eſt:
iſſolutio matrimonii quoad vinculum eſt una de
majoribus, & gravioribus, conſequenter requi-
nam probationem. Hinc licet ad impediendum
monium ſufficiat unus teſtis, fama, aut dubium
pedimento, non tamen ſufficit pro eo diſſolven-
o. Reiffenſt. *hìc num. 17. junct. num. 21.*
chmalzgr. *num. 95. cum ſeq.* Idem eſt, ſi cum fa-
a, vel rumore viciniæ concurrat etiam ſpontanea
, vel utriusque conjugis confeſſio, nec enim
ſufficeret ad matrimonium diſſolvendum. text. ex-
reſſ. *in c. 5. ſuprà de eo, qui. cogn.* cit. Schmalzgr.
um. 94.

10. Poſ-

10. Poſſuntne partes propria authori-te divertere, præſertim ſi certæ ſint de im-dimento, vel illud aliunde ſit noto-rium?

Nullo modo: imò ſi pars propria authoritate d tat, cogi poterit etiam per cenſuras, ut ad conju ſuum redeat: ut conſtat *ex c. 3. h. t.* ſi tamen conju unus, vel ambo quoad ſe ſint certi de impedimento, reddere, nec petere debitum poſſunt, tametſi ob defe probationis per cenſuras fortè ad id compellantur per clar. *in c. 13. de reſtit. ſpoliat.*

11. Quid ſi autem ſine periculo inc-tinentiæ ſibi cohabitare non poſ-ſint?

Tali caſu conveniunt DD. quòd licèt quidem modi conjuges pro foro externo ad divertendum geant authoritate judicis, nec propria authoritate ab cem divertere valeant: in foro tamen interno poſſint teneantur ab invicem diſcedere, & potiùs quaſcu cenſuras patienter tolerare, quàm ſe ejusmodi peri exponere. *cit. c. 13. de reſt. ſpol.* Vel ſi im mentum ſit diſpenſabile, poterunt, & quandoque tenentur diſpenſationem ſuper eo impetrare, atqu matrimonium revalidare juxta dicta *in q. 7.* Reiff *hìc num. 22. cum duob. ſeqq.* Quomodo auter validatio iſta ſive ſpontanea, ſive neceſſaria ſit facie & an iterum præſentia Parochi, & teſtium interv debeat? vide Schmalzgr. *ſuprà ad tit. 16. §.* *cit.* Reiffenſt. *in append. hujus libri §. 13.* Co Pichler *d. t. 16. §. 4. per tot.*

12. ſ

12 *Quibus ex cauſis fieri ſolet, aut poteſt divortium quoad thorum in perpetuum?*

Cauſa ſeparandi matrimonium quoad thorum, & ...am in perpetuum eſt adulterium unius conjugis, il-...que ſolùm, ut conſtat imprimis ex ſacris paginis ...h. *V. & XIX.* deinde ex conſtitutione juris Eccle-...ſi. *in c. 4. 5. & 8. h. t.* nec refert, an vir aut mu-...er adulterium commiſerit. Eò, quòd divortii hujus ...a, & ratio conſiſtat in violatione fidei conjugalis, ...uæque violatur per adulterium viri, ac uxoris. Engel ...*num. 12.* vid. Schmalzgr. *num. 99. cum ſeq. eod.* ...*tit.*

13 *Quæ requiruntur, ut divortium hoc ex capite adulterii concedi poſſit?*

I. Adulterium debet eſſe conſummatum, hoc eſt per ...pulam carnalem perfectam, ut videlicet in morali exi-...imatione caro unius dividatur in carnem alterius, con-...ra ...ud *Gen. II.* erunt duo in carne una. Hinc non ...ffit adulterium attentatum, aut copula non perfecta, ...ulto minùs oſcula, amplexus, tactus. &c. Pichler *hic* ...*um 8.* confer Reiffenſt. *n. 60. cum ſeq.* II. Debet ...ſſe adulterium formale, hoc eſt, ſcienter, & liberè, ac ...oluntariè commiſſum. Unde pariter non ſufficit adul-...erium tantùm materiale, ſi v. g. quis bonâ fide alienam ...xorem, credens eſſe ſuam, acceſſit, vel vice verſa. vid. ...chmalzgr. *hic num. 105.* III. Sufficienter probatum, ...bi tamen non videntur requiri probationes exactiſſimæ, ...x plenæ, ſed ſufficit moralis certitudo per conjecturas, ...x præſumptiones violentas, juxta *c. 12. de præſumpt.* ...id. Engel *hic num. 14.*

14. *Debetnè ſemper concedi ſeparatio, quando conſtat de adulterio?*

Non ſemper, nam id fallit: I. ſi & alter conjugum etiam ex poſt commiſit adulterium. *cap. 4. & 8. h. tit. c. 6. & 7. de adult.* II. Si una pars alteri cauſam adulterii etiam indirectè dederit. v. gr. denegando debitum. *c. 6. de eo, qui cog. conſ. ux.* qualis tamen non cenſetur, ſi maritus uxorem domo expellat, niſi ad talem locum divertendi neceſſitata fuiſſet, ubi periculo incontinentiæ fuit expoſita. III. Si adulterium non fuit voluntariè, & culpabiliter commiſſum, eò quod v. g. conjux per errorem ab eo, quem putabat maritum fuerit cognita. *Can. 6. cauſ. 34. quæſt. 2.* vel fuerit per vim oppreſſa, *Can. 4. cauſ. 22. quæſt. 5.* vel maritum credens eſſe mortuum alii nupſerit. *Can. 1. cauſ. 34. quæſt. 1. & 2.* IV. Si pars innocens injuriam nocenti expreſsè condonavit, vel etiam tacitè: quod feciſſe cenſetur, ſi à nocente exigat debitum, vel oſculis, & amplexibus excipiat, imò ſi ſpontè familiariter converſetur. v. g. ludendō &c. vid. quoad omnia hæc Engel *h. t. num. 15. cum trib. ſeqq.* Reiffenſt. *à num. 62. usque ad num. 88.* Cæterùm verò, an & quomodo conjux innocens propria authoritate divertere, vel repellere adulterum poſſit, item, an & quatenus eum quandoque iterum recipere, vel etiam nocens redire ad innocentem teneatur, & apud quem, & cujus expenſis liberi facto divortio educari debeant? tractat cit. Reiffenſt. *eòd. tit. à n. 89. usque ad fin.* confer Schmalzgr. *à num. 109. usque ad 136.*

15. *Quæ ſunt cauſæ, ex quibus divortium ad tempus tantùm conceditur?*

Harum 5. potiſſimùm enumerantur. I. Hæreſis II. Peri-

Periculum animæ. III. Periculum corporis. IV. Sævitia aut furor mariti. V. Moleſta cohabitatio, de quib. vid. cit. Schmalzgr. *h. t. §. 3.* & Reiffenſt. *§. 2. per tot.*

TITULUS XX.

De Donationibus inter virum, & uxorem, & de dote poſt divortium reſtituenda.

1. Qualem habet connexionem iſte titulus cum prioribus?

QUoniam matrimoniô per divortium ſolutô plerumque dos, & donatio propter nuptias reſtitui debet, hinc meritò iſte titulus hìc ſubjungitur. Porrò quid ſit dos, & donatio propter nuptias, item aliæ donationes inter virum, & uxorem, ac quomodo hæ conſtante matrimonio factæ jure communi valeant, vid. apud civiliſtas paſſim, *ad ff h. t.* confer Reiffenſt. & Schmalzgr. *§. 1. & 2. h. t. per tot.*

2. Quomodo repetitioni ſive reſtitutioni dotis, aut donationis propter nuptias eſt locus?

Dos, & donatio propter nuptias regulariter non niſi ſolutô matrimoniô reſtituuntur, quod fit, ſive matrimonium ſolvatur quoad vinculum per mortem naturalem conjugis, aut ob impedimentum dirimens &c. ſive etiam quoad thorum & menſam tantùm. Datur enim dos ad ſublevanda onera matrimonii, ubi ergò hæc ceſſant, ceſſat dos, & conſequenter etiam donatio propter nuptias, quæ eſt acceſſoria dotis. Quâ in re tamen diſtinctio eſt adhibenda: nam ſi matrimonium ſolvatur

quoad vinculum, dos, & donatio propter nuptias ſim- citer ſunt reſtituenda, & redeunt ad dantem, vel ejus h- redes; niſi aliter per pacta dotalia ſit proviſum, ut v pars ſuperſtes lucretur dotem, ac donationem prop- nuptias, qua de re rurſum videri poſſunt civiliſtæ *ff. tit. ſolut. matrim.* & Reiffenſt. *hìc num. 74. u- que ad 94.* Si autem ſolvatur præcisè quoad thoru & menſam, tunc inſpicitur, an divortium ſecutum ſit culpa viri? & ſic dos reſtituenda eſt integra uxori, *c. h. t.* ſi verò ex culpa uxoris? tunc uxor non repetit d- tem, ſed ſi ſeparatio facta ſit ob ejusdem adulterium, malitioſam deſertionem, tùnc eam amittit, hæcque dit lucro mariti. *c. 4. h. t. junct. L. 38. ff. h. t. & L. §. 5. C. de repud.* idem eſt in donatione propter nupti quam ſimiliter èvcontra maritus amittit, ſi ipſe ſeparati ni propter adulterium cauſam dederit. vid. Schmalz *hìc n. 111. cum ſeqq.*

3. *Suntnè tamen caſus, in quibus dos, v donatio propter nuptias non obſtante adul- terio non amittitur?*

Sunt plures, & quidem I. ſi pars innocens noce injuriam tacitè, vel expreſsè remiſerit, vel eidem reco ciliata eſt *cit. c. 1. in fin. h. t.* II. Si uterque reus ſit a- ulterii, quia tunc utriusque delictum compenſatur. *c. & fin. de adult. & ſtupr.* III. Si in adulterium uxo- ris maritus conſenſit, & multò magis, ſi leno fuit. *L. 4. ff. ſolut. matrim.* IV. Si conjux adulter ex eodem, v alio matrimonio habeat liberos, tunc enim iſtis dos, v donatio propter nuptias ſervatur quoad proprietatem, innocens ſolùm uſumfructum ad dies vitæ in iis habe *Nov. 117. c. 8.* & V. denique ſi adulterium non fuit fo- male, ſed tantùm materiale, aut aliàs uxor in illu non conſenſit, ùt quia fuit vi compreſſa. cit. Schmalzg

h. i

num. 114. & duob. ſeqq. Reiffenſt. num. 97. & ſeq.

Quid juris, ſi uxor domo à marito expulſa, vel ejus ſævitiam fugiens incidit in adulterium?

Poſſet videri dotem hoc caſu non amitti, nè maritus ex ſua malitia lucrum reportet. Contrarium tamen ab omnibus tenetur: ex ratione; quòd expulſatio illa, & ſævitia mariti non ſit ordinata ad adulterium, conſequenter effectus iſte non imputandus. *L. 38. ff. de ſtat. lib.* Accedit quòd mulier quodvis potiùs malum deberet admittere quàm alteri ſui copiam facere. arg. *c. 5. de his, quæ vi.* Lôes *h. t. num. 4.*

Amittitnè uxor propter adulterium etiam bona paraphernalia, & alia lucra nuptialia?

De lucris nuptialibus certum eſt, quòd ea cum dote mittantur, *cit. 4. h. t. & ibi.* ubi textus expreſsè loquitur de dotalitio, quod eſt lucrum nuptiale; unde mobiliùs etiam perdit morgengabam, dimidium lucri ex acquiſitis aliàs debiti, & reliqua à viro ei donata. Reiffenſt *hic num. 103. cum ſeq.* Bona verò paraphernalia & alia ei propria non amittit. Ratio, quia diſpoſitio cit. *c. 4.* eſt odioſa & pœnalis, adeoque potiùs restringenda, non amplianda ad alia bona uxoris propria. arg. *l. 42. ff. de pœn. & c. odia d. R. I. in 6.* idem Reiffenſt. *num. 102.*

6. Sed quid ſi mulier poſt divortium rum viro reconcilietur?

Tali caſu recuperat cuncta, quæ amiſit. arg. *cit. h. t.* ubi ab amiſſione excipitur reconciliatio, nec di guitur, an iſta ante, vel poſt divortii ſententiam ſit. Et ratio eſt, quia reconciliatio eſt favorabilis, a que latè interpretanda, ità, ut reconciliatum repon priſtino ſtatu, in quo antea fuit. Fallit tamen hoc, conciliationi pactum, aut conditio de dote, & aliis reſtituendis expreſsè adjecta fuerit, prout fieri poteſt Reiſſenſt. *h. t. num. 108.*

TITULUS XXI.

De ſecundis Nuptiis.

1. Quæ hìc intelliguntur per ſecunda nuptias?

NOn tantùm illæ, quæ primas proximè ſequuntur & tertiæ, quartæ, & deinceps, quotiescunque ptias iterari contingit. Pichler *h. t. n. 1.*

2. Suntnè ſecundæ nuptiæ de jure licitæ?

Jure civili non erant omnino licitæ, imò variis pœ coërcebantur, uti videre eſt apud civiliſtas, *ad tit. C ſecund. nupt.* Jure tamen canonico licet unicui tranſire ad ſecundas imò & tertias, quartas ac ulte res nuptias, modò tamen conſtet priorem è vivis de ſiſſe, ut conſtat ex Apoſtolo *ad Roman. c. 7. & 1. Corinth. 7.* abrogatis circa hoc legibus civilibus,

mu

rem intra tempus, ſive annum luctûs à morte ma-
teri nubentem notant infamiâ, & damnato errore
ndam hæreticorum ſecundas nuptias prohibitas
tium, qua de re vid. Schmalzgr. *h. t. num. 1. & ſeqq.*

uomodo debet conſtare de morte conjugis, ut ſuperſtes ad ſecundas nuptias tranſire valeat?

t ſecundæ nuptiæ licitè contrahantur, non ſufficit
m, aut probabilis opinio de morte conjugis, etiam-
imis annis jam abſit conjux, ſed requiritur notitia
ter ſaltèm certa. *c. 19. de ſponſ. & c. 2. h. t.*
io autem iſta moralis certitudo adſit, aut adeſſe
da ſit, vid. Schmalzgr. *hic num. 10. & 8. ſeqq.*
Reiffenſt. *à num. 9. usque ad 18.*

uid ſaltem jure etiam canonico adhuc intereſt inter primas, & ſecundas nuptias?

c, quod loquendo de jure ſecundæ nuptiæ non
antur, ſivè, quòd in iis non ampliùs adhibeatur
ctio, ſive ambo conjuges, ſive alteruter tantùm
i matrimonio benedictionem jam ſuſceperit,
1. & 3. h. t. Ratio hujus videtur eſſe; quia nimi-
nedictio ſemel collata, ſemper adhuc durare in-
ur, quæ proinde repeti, ſive iterari non debet,
3. h. t. præſertim cum uno conjuge excluſo al-
benedictio inconveniens, & contra morem Eccle-
t. Reiffenſt. *hic num. 32.* dictum autem loquen-
re. Nam de conſuetudine aut ſtatuto in pluribus
bus etiam ſecundæ nuptiæ benedicuntur, maxi-
ponſa adhuc nunquam fuit benedicta. Unde cir-
ca

ca hoc inſpicere oportet Ritualia Diœceſana. Reiffer *num. 33.* qua de re plura inſuper tradit in ſeq. & poteſt Schmalzgr. *§. 2. per tot.*

5. Sed ſuntnè leges civiles ſecundas ptias prohibentes per alleg. Jus Canonic. univerſaliter abrogatæ?

Diſtinguendum inter leges civiles, quæ ſecundas ptias prohibent, aut iisdem certas pœnas ſtatuerun odium nuptiarum ſecundarum, & inter alias, quæ ſe dis nuptiis pœnam inflixêre in favorem liberorum? I res ſunt univerſaliter abrogatæ, *c. 4. & fin. h. t.* ſteriores non item; quia eæ nullibi reperiuntur ſubl Accedit. *c. 67. de appellatio.* ubi comprobatur am tu'elæ, quam Mater binuba ſecundum jus civile ami vid. Pichler *h. t. num. 8.* Engel *eôd. in fin.* confer Schmalzgr. *eod. tit. §. 3. per tot.* & Reiffenſt *à n. 35. usque ad fin.*

Finis Libri IV.

LIBE

LIBER V.

TITULUS PRIMUS.

De Accuſationibus, Inquiſitionibus, & Denuntiationibus.

Quomodo titulus præſens, & totus iſte liber connectitur cum prioribus?

COnnexionem ſuppeditat vulgaris ille verſiculus: Judex, Judicium, Clerus, Sponſalia, Crimen. Nam, cùm in libro I. actum de Judice, in II. de judiciis, in III. de perſonis, & rebus Eccleſiaſticis, & in IV. de ſponſalibus, & cau... trimonialibus, ſupereſt, ut agatur de cauſis cri... ...bus, ubi primò ſe offert præſens titulus ad co... ...ndum, qualiter actiones, ſive judicia criminalia in... ...tur.

Quot itaque modis judicia criminalia inſtituuntur?

...ibus: nimirùm I. per accuſationem; II. per inquiſi... ..., & III. per denuntiationem; unde etiam rubri... ...us tituli habet tres partes. Procedit autem Judex, ... officio, & tunc dicitur inquiſitio, vel ad inſtan... ...artis, & tunc vel eſt accuſatio, vel denuntiatio. ...b. *hic num.* 2.

3. *Quid eſt accuſatio?*

Eſt criminis alicujus apud Judicem competentem [...] dictæ publicæ causâ legitimè facta delatio, germ[...] eine peinliche / ſive Criminal-Klag. Engel *h. n[...]* *1.* König *num. 3.* Confer Schmalzgr. *num. 21.* [...] *duob. ſeq.*

4. *Quomodo ritè proponi, ſive inſtitui[...] bet accuſatio?*

Primum, & principale requiſitum eſt, ut inſt[...]tur apud Judicem competentem, qui ſcilicet habe[...] cognoſcendi, & judicandi in cauſis criminalibus, q[...] eſt der Land-Gerichts-Herr. II. Debet ſaltèm [...]gulariter proponi in ſcriptis per libellum ritè forma[...] cum expreſſione nominis tam ſui, quàm ejus, qu[...]fertur, ſive accuſatur, nec non indicando ipſum cri[...] locum, item & tempus cum reliquis circumſtantiis. [...] Olim jure Rom. accuſator ſtatim ab initio ad pœna[...]lionis ſe ſolenniter inſcribere tenebatur, in eum-ſc[...] caſum, ſi delictum alteri imputatum probare non [...]ſet. Verùm moribus noſtris tam pœna talionis, q[...] inſcriptionis neceſſitas in deſuetudinem abiit, & i[...] cum illius ſucceſſit cautio idonea, ad quam præ[...]dam hodie obligatur accuſator, quòd in caſum ſuc[...]bentiæ accuſato expenſas refundere, & ratione in[...] illatæ ſatisfactionem præſtare velit: ſi autem cautio[...] hanc præſtare non valeat, tunc arreſto, vel ca[...] detinendus eſt. Stryck. *uſu mod. ff. ad tit. de* [...]*cuſat. & inſcript.* §. *2.* add. Lauterb. *ad ff. eod.* *§. 17.* concord. ordin. crim. infer. Auſtr. *part. 1.* [...] *9. & ſeq.*

5. [...]

5 Quomodo differt accuſatio ab actione civili?

Differt in eo I. quòd accuſatio tendat ad vindictam pulicam, actio verò civilis præcisè ad ſatisfactionem priatam: poteſt tamen ex omni delicto tam civiliter, qum criminaliter agi, ut conſtat ex *ſ. 10. Inſt. de inur.* & ibi Schneidevv. *num. 1.* Hopp. & alii pa m. II. quòd in actione civili actor neceſſariò debeat coludere, ut nimirum ſciatur, quid, & quantum petat in accuſatione verò concluſio non eſt neceſſaria; quia proato crimine lex ipſa quaſi facit concluſionem ad pœna crimini præſcriptam, ſecundùm quam ea imponenda *L. 1. §. 4. ff. ad SC. Turpill.* Zoës *ad ff. de actu & inſer.* Si tamen etiam in libello criminali applita fuerit concluſio, ille propterea non vitiatur. Im uſu ac praxi paſſim obtinuit, quòd in genere ad pœna jure præſcriptam concludatur, den Beklagten de begangenen Miſſethat halber nach Ausweiſung de Rechten zu ſtraffen. Lauterb. *d. t. §. 16.* Confer. Schnalzgr. *hic n. 35. cum ſeq.*

6 Eſtnè etiam adhuc hodie accuſationum uſus?

Non ſunt quidem penitus ſublatæ, ſed liberum etiamnum eſt unicuique (modò ſpecialiter ab accuſando per eges non removeatur) quemlibet criminis alicujus rem accuſare, utì etiam inſinuat ord. crimin. Inf. Auſtr. *cit art. 9.* In praxi tamen rarior eſt earum uſus, ſed plerumque ex officio contra delinquentes proceditur & ſufficit ſimplex querela, vel denuntiatio qua Judic crimen defertur. Schamb. *hic num. 5.* quo caſu prce nata, & maximè ſi reus ſit perſona cæteroqui honeſ, habeatque exceptiones apparenter juſtas, & legitimas, ſolet decerni proceſſus purgationis, ipſique reo

 ad

ad deducendam innocentiam adjungi purgans ex officio adversùs eum verò quaſi accuſatoris locò conſtitui in pugnans, uti pluribus videre eſt in cit. ord. crim. In Auſtr. *art. 19. part. 1.* Porrò quinam de jure a accuſando removeantur, & qui viciſſim accuſari non va leant, nec non alias quæſtiones huc pertinentes tractar Civiliſtæ paſſim ad dict. *tit. de accuſ.* ibique Zoe & Lauterb. Confer Reiffenſt. *hic* §. *1.* & Schmalzg *§. 2. per tot.*

7. *Quid eſt Inquiſitio, & quæ ejus introducendæ ratio?*

Eſt legitima inveſtigatio criminis à Judice competen te ex officio facta: introducta eſt juſtiſſima ratione i defectum veri accuſatoris, nè ſcilicet deficientibus, qu reos deferrent ad Judicem, delicta plerumque man rent impunita *c. 24. h. t. L. 13. ff. de offic. Præ ſid.* Engel *hic* §. *2. num. 33.* Schmalzgr. *num 177. cum ſeq.*

8. *Quotuplex eſt inquiſitio?*

Triplex generaliſſima, quam alii ſimpliciter genera lem vocant: quando etſi de nullo delicto conſtet, i genere inquiritur, num in civitate, vel Diœceſi perpe trata ſint delicta, quam inquiſitionem ordinariè faciu Epiſcopi, dum viſitant Diœceſim: Superiores regula res in viſitatione Provinciarum, & monaſteriorum. Ite Præſides, aut magiſtratus ſæculares indagando, an cr mina, & legum transgreſſiones fiant in diſtrictu ſil ſubjecto. Reiffenſt. *hic num. 150.* Quò ſpectant h in Auſtria noviſſimè introductæ viſitationes die Land Gerichtliche General - und Monatliche Streiffun und Viſitationen. Generalis, quæ & mixta appella tur, eſt, dum de delicto quidem v. gr. furto, vel h mic

icidio in aliquo loco commiſſo conſtat, ſed author gnoratur, nec de certa perſona ſuſpicio habetur. Spealis denique, quando de certa perſona habetur ſuſpiio perpetrati criminis, v. gr. quod furtum, vel hoicidium in aliquo commiſſum Titius perpetraverit. ichler *hìc* §. *4. num. 25.* Porrò inquiſitio præſerm generalis ratione finis, ulteriùs dividitur in pateram, & judicialem. Paterna eſt, quæ à ſuperiore inituitur non ad publicam vindictam, ſed ad dignoſcenam vitam, & mores ſubditorum, qualis plerumque t illa, quæ fit à ſuperioribus Eccleſiaſticis in viſitatioibus Diœceſium, & Monaſteriorùm. Judicialis veo eſt, quæ inſtituitur ad indagandos, & puniendos elinquentes, ùt accidit in denen Land-Gerichtlihen Viſitationen.

. *An & quando inquiſitio generalis propriè talis, ſive generalis inſtitui poteſt, vel debet?*

Hæc non tantùm poteſt, ſed quandoque etiam ſuis emporibus fieri debet. arg. *c. 1. de offic. ord.* junct. rid. *ſeſſ. 25. de regular. c. 8. L. 13. ff. de offic. præſid.* & quidem ex mero judicis officio, etiamſi ulla ex delictis, vel delinquentibus præcedat infaia, nec denuntiatio, ùt conſtat ex cit. jurib. & firat praxis. vide cit. Reiffenſt. *num. 156. cum aliuot ſeqq.*

0. *Quando inſtituenda inquiſitio mixta, ſive generalis ſecundùm quid?*

Poteſt quoque, imò debet inquirere generaliter Jux ſuper delicto, quod vel conſtat jam eſſe commiſſum, & tantùm author ignoratur, vel ſi etiam necdum conat eſſe commiſſum, ſed duntaxat ſuſpicio habetur hunc

 vel

vel illum è vivis fortè eſſe ſublatum, ùt quia aliç tempore de eo non apparet, ad eum finem, quis ſit thor illius delicti: vel an, & à quo illud ſit patratu etiamſi nulla infamia, aut ſuſpicio de certa perſona e ſtat, ità tamen, ut in interrogationibus, & quæſtio bus ſemper abſtineat à denominatione certæ perſon quia hoc eſſet magìs ſuggerere, quàm inquirere, q les ſuggeſtiones in jure paſſim ſunt prohibitæ. a *L. 1. §. 21. ff. de quæſt.* nisì adſint particularia dicia, & præſumptiones, aut inquiſitio merè paterna ſtituatur. idem Reiffenſt. *n. 164. cum 6. ſeqq.*

11. Quomodo, & quando ad inquiſitione ſpecialem eſt procedendum?

Hæc vel fit ex mero Judicis officio, vel ad inſt tiam alterius, ſcilicet accuſantis, vel denuntiantis. quiſitionem ſpecialem ex mero officio Judex non po (ſaltèm regulariter) inſtituere, nisì præcedat infam vel indicia ſufficientia delicti ab ea perſona (cor quam inquirendum) patrati juxta commun. & cert arg. *c. 19. 21. & 24. h. t.* Et ratio eſt, quòd ejusmodi inquiſitionem ſpecialem graviter lædatur fa alterius, conſequenter ſinè infamia, & ſufficientibus diciis ad eam procedi non poteſt, nec debet. Secùs in inquiſitione facienda ad denuntiationem, vel acc tionem alterius: hanc enim inſtituere poteſt jude tametſi nulla adhuc infamia præceſſerit, ex ratione; q infamia in hac inquiſitione ideò requiritur, ut ſuppl vices accuſatoris, quando autem ea fit ad inſtantiam terius, tunc jam ille ſupplet, & agit vicem accuſan Et licèt quidem hodie non inſcribat, nec pœnas talio habeat, tenetur tamen de calumnia, ſi in probatione fecerit, ùt dicetur tit. ſeq. vid. rurſus cit. Reiffenſt *n. 171. uſque ad 184.* Dictum autem, *ſaltèm gulariter*: nam dantur nihilominùs caſus, in q

etiam ſine infamia poteſt procedi ad inquiſitionem ſpecialem : uti videre eſt apud eund. Reiffenſt. *n. 185.* König *num. 76.*

12 *Quæ ſunt requiſita Inquiſitionis ſpecialis?*

Primò debet ante omnia, & neceſſariò conſtare de corpore delicti. *L. 1. §. 24. ff. ad SC. Syllan.* Unde ſi quis etiam ſponte ſe reum ageret, non poſſet judex eum punire, niſì priùs cognoviſſet crimen ab eo verè perpetratum eſſe. Pichler *hìc num. 30.* II. Si ex mero officio inquiritur, debet præcedere infamia ſive indicia & præſumptiones ſufficientes adversùs eum, contra quem inquiritur, utì dictum. III. Super his reus, ſi præſens ſit, debet citari perſonaliter, atque examinari, ſi verò abſens per edictum ad valvas. IV. Tenetur Judex eo capitula, ex quibus infamatus, vel denuntiatus eſt, nec non depoſitiones teſtium proponere, imò quandoque etiam, ſi petat, nomina teſtium communicare, niſi illud obſtet, ùt quia teſtibus grave immineret periculum. V. Denique debet quoque recipere, audire, & examinare ejus exceptiones, ac defenſiones. cit. Reiffenſt. *à num. 200. uſque ad 211.* Cætera quoad modum, & formam inquiſitionis tam generalis, quàm ſpecialis. vid. apud criminaliſtas paſſim. Confer. Pichler *hìc num. 31.* & Schmalzgr. *à num. 179. uſque ad 229.* vid. etiam ord. crim. inf. Auſtr. *art. 29. junct. art. 33. & 34.*

13 *Quid ſi autem prædictus ordo circa inquiſitionem obſervatus non fuerit?*

Tunc, ſi reus contra inquiſitionem proteſtatus fuerit, inquiſitio, & proceſſus erunt invalida, utì apertè deci-

ditur in *c. 21. & 24. h. t.* Quod tamen fallit proceſſu criminali Regularium *cit. c. 24. circ.* II. Si reus præſens non reclamet. *c. 1. & 2. l in 6.* III. Si reus in judicio ſpontè, & extra te ram crimen confeſſus eſt. *c. 1. cit.* Reiffenſt. *n 212. cum trib. ſeqq.*

14. *Quomodo debet conſtare de corp delicti?*

Diſtinguendum eſt inter delicta facti permanen hoc eſt, quæ veſtigia poſt ſe relinquunt, ùt eſt hon dium, furtum cum effractione, incendium &c. & ter delicta facti tranſeuntis, ſivè quæ nulla poſt ſe re quunt veſtigia, velutì adulterium, inceſtus, & ſin delicta carnis. &c. Priori caſu debet de corpore de conſtare plene, & liquidò. v. gr. per inſpectionem c larem, vel per teſtes. Secundo verò caſu ſufficit con re per conjecturas, probabiles tamen, & proxim vel etiam per confeſſionem utriusque partis, utì in lictis carnis, qua de re iterum criminaliſtæ paſſim, Pichler *hìc num. 31.* Schmalzgr. *num. 215. c duob. ſeqq.*

15. *Qualis fama, ſive infamia requi tur, vel ſufficit ad inquiſitionem ſpecialem?*

Non ſufficit quævis, ſed debet eſſe talis, ut I. c ginem habeat non à malevolis, vel maledicis, ſed l neſtis & fide dignis perſonis. II. Ut ad aures ipſius perioris ſive judicis pervenerit, & quidem III. ut ſæp pervenerit, prout clarè deſumitur ex cit. *c. 24.* & tio eſt; quia cæteroqui nullus quantumvis honeſtus unquam ſecurus foret à ſpeciali inquiſitione, & inde quentibus præjudiciis. vide Schmalzgr. *hìc n. 199.*

16. Qu

16. Quis eſt effectus inquiſitionis?

Hic varius eſt pro varietate ipſius inquiſitionis. Ge- ris enim magis tantùm præparat viam ad inquiſitio- ſpecialem, quatenus nimirùm ex illa ejusmodi indi- & probationes contra certam aliquam perſonam gunt, ut de ea ſpecialiter inquiri valeat. Specialis dupliciter conſiderari poteſt, vel ùt ſuſcepta ſive in- a, vel ùt abſoluta. Suſcepta ſive inchoata adſtrin- um, ut ad articulos ſive interrogatória inquiſitiona- ſpondeat, & veritatem fateatur, juxta dicta in *tit. nfeſſ. quæſt. 14.* Quòd, ſi fateri, vel planè reſpon- detrectet, aut reſpondeat per verba dubia, & obſcu- dex autem habeat legitima, & ſufficientia indicia, t cæteris paribus interlocutoriè pronuntiare, reum- torturam condemnare, uti iterum docent Crimi- æ, & concord. ord. crim. inf. Auſtr. *art. 33. junct. 35.* abſolutam inquiſitionem ſpecialem ſequitur rei utio, aut condemnatio: Abſolutio quidem, ſi inqui- crimen nec ſponte confeſſus, nec legitimis probatio- convictus ſit. Condemnatio verò, ſi inquiſitus cri- legitimè ſit convictus. vid. P. König *hìc num. 89. trib. ſeqq.* Schmalzgr. *num. 232. & quatuor*

17. Quid eſt tertia Rubricæ pars denuntiatio?

æc eſt criminis, ſive criminoſi apud judicem ſinè a inſcriptione facta delatio. Engel *h. n. 28.* König *it. num. 95.*

18. *Quot ſunt ejus ſpecies?*

Canoniſtæ denuntiationem communiter dividun Evangelicam, Canonicam, & Civilem. Theologi in Evangelicam, & Judicialem: hanc verò primùm in nonicam, & Civilem, ut habet Pichler *hìc n. 17.* e que diviſionem tamquam praxi magis deſervientem plectitur Reiffenſt. *eod. tit. num. 59. Evangel* quæ etiam fraterna, paterna, vel charitativa vocatur rei alicujus criminis moniti, & non emendati ad ſupe rem tanquam patrem facta delatio, ad hoc, ut ille pa nè corrigatur, citra pœnam, vel vindictam publicam. que illa, quam Chriſtus in Evang. *Matth. XVIII. v* docuit, & præcepit, ibi: *ſi peccaverit in te fra tuus, vade, & corripe eum inter te &c.* unde et Evangelica dicta. Habet ut plurimum locum in del occultis, ſive non notoriis, & nemini præjudicantibus ſiquidem ſpes eſt emendationis, fieri debet ex præce priusquam crimen judicialiter denuntietur, qua de re ribus Reiffenſt. *hìc num. 62. usque ad 82.* Schmal *num. 127. & ſeq. usque ad 150. Judicialis* eſt, fit ſuperiori tamquam Judici ad hoc, ut ille contra linquentem procedat judicialiter puniendo, condem do eum ad ſatisfactionem. Hæc plerumque locum tinet in delictis publicis, ac ubi correctio fraterna, vel terna non ſperatur habitura effectum, de qua rurſus ſè cit. Reiffenſt. *à n. 83. usque ad 145.* & Schmal *à num. 151. usque ad 163. Canonica* denunti eſt, & dicitur illa, quæ fit ad avertendum damnum ſ tuale alicujus communitatis, aut perſonæ privatæ, c gendo inhabilitatem, vel incapacitatem, aut ſimile a ſcandalum, v. g. nè aliquis ordinetur, inſtituatur, ve gatur indignus, ne contrahatur matrimonium cum pedimento, vel contractum diſſolvatur &c. diciturque nonica, quia à Canonibus eſt introducta: & ad hanc et ſpectat illa denuntiatio, quæ fit ad proprium inter

q

do v. g. alicui de jure civili non datur actio, ùt fit in ſine infra dimidium, vel ſi agatur contra hæredes ex ſto defuncti. Engel *hìc num. 30.* *Civilis* denique ſt quæ à jure civili introducta eſt, & fit per miniſtros pus ad id à Judice deputatos, quos fiſcales, aut procures fiſci, oder Ambts-Kläger appellant. Pichler *num. 17.* & cit. Schmalzgr. *num. 176. cum 4. ſeqq.*

19. Quis eſt effectus denuntiationis?

Denuntiatio plerumque aperit viam ad inquiſitionem alem, quemadmodum diffamatio, & ſimplex queadeo, ut ſuperior non teneatur ad petitionem deiantis evangelicè ſeu paternè procedere, ſed poteſt, quandoque (præſertim ſi delictum ſit publicum & norm, aut in grave alterius præjudicium tendat,) ex o inquirere, aut denuntianti mandare, ut judicialienuntiet. Reiffenſt. *hìc num. 76.* intereſt enim rei delicta non manere impunita: quam inquiſitionem de, ſi emiſerit, litem ſuam facit, & de Syndicatu ur, ut docet Brunnem. *in proceſſ. inquiſ. c. 1. n. 6. & ſeq.* ac ſubinde pro re nata amittit jurisdictionem inalem, ſive merum imperium, ut habet Gail. *1. Obſ. 28. num. 1.* Notant tamen univerſaliter DD. Jun non ad quamcunque denuntiationem ſubitò ad inſitionem procedere debere, ſed ut priùs benè conſideet quis ſit, qui denuntiat, & perſonam denuntiati accurè perpendat, an ſint indicia ſufficientia animadvertat, ericlitetur exiſtimatio hominis, cùm enim ex ejusi inquiſitione magnum ſubſit famæ diſpendium cauè procedendum, & hinc etiam denuntiationes, quæ fiunt lidis, & incertis perſonis attendendæ non ſunt. P. Königh. *t. n. 88.* & concord. ordin. crim. infr. Auſtr. *art. 11.* Porrò licèt denuntiatio non requirat inſcriptionem d pœnam talionis, & denuntians ſe non obliget ad proum crimen, ac cauſam judicialiter proſequendam,

ſed

ſed ei ſufficiat, quòd illud detulerit ad judicem, & teſ forte, ſi quos habet, nominaverit, vel indicia ſuggeſſer ſi tamen deprehenderetur aliquem ſinè fundamento, ac merè detuliſſe, tamquam calumniator puniendus for Pichler *hìc num. 18. poſt medium.* An verò in ejusm di caſu ipſe denuntians poſſit agere teſtem contra denu tiatum? vid. cit. König *n. 114. h. t.*

TITULUS II.

De Calumniatoribus.

1. Quis in præſenti dicitur calumniator

PEr calumniatorem hìc intelligitur omnis ille, qui ſcie prudensque dolo malo falſa crimina intendit, ùt co ligitur ex *L. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpill.* ubi intende idem ſignificat, ac proponere, ad inſinuandum, n illum ſolùm, qui aliquem falsò accuſat, vel denuntia ſed & quemcunque alium, qui falſum crimen contra al quem in judicio proponit, calumniatorem eſſe. *L. 6. fin. ff. eod.* Reiffenſt. *hìc num. 1.*

2. Quotupliciter poteſt aliquis fieri reu de calumnia?

Dupliciter: verè, & præſumtè. Verus calumniat eſt, qui ſcienter, & dolo vero alteri falſum crimen in ju dicio impingit. Præſumptus qui crimen objectum proba re non poteſt, hoc ipſo enim præſumitur dolosè liter moviſſe. *cap. 2. h. t.* Schmalzgr. *hìc n. 1.*

3. Qui

Quid intereſt inter verum, & præſumptum calumniatorem?

Præter alia hoc maximè intercedit diſcrimen, quòd à omnia vera, ubi de ea conſtat, nullus accuſatorem ca- excuſet, ſecùs eſt in calumnia præſumpta, à qua ali- variis ex cauſis excuſari poteſt, ut quia non ſpontè, i officii denuntiavit veluti tutor, *L. 2. C. de his, qui cuſ.* vel procurator fiſcalis, *L. 2. C. de delat.* vel ſi eptus eſt à teſtibus, vel teſtes mortui &c. vid. cit. chmalzgr. *hìc n. 2. & aliquòt ſeqq.*

Quomodo diſtinguitur calumniatòr à prævaricatore, & tergiverſatore?

Quòd prævaricator dicatur, qui cum reo colludit, ve- delicti probationes diſſimulando, aut falſas exceptio- admittendo, ut reus abſolvatur. Tergiverſator verò, accuſationi cæptæ ſinè abſolutione tergum vertit, ſi- deſiſtit. Pichler *hìc num. 2.* Schmalzgr. *num. 23. q.*

Quales ergò pœnæ in tales perſonas ſunt præſtitutæ?

um calumniatores, & tergiverſatores variis olim pœ- puniebantur, uti videre eſt apud civiliſtas, in *ff. h.* *ad SC. Turpill.* hodiè tamen plerumque eſt arbi- Præterea vero calumniator tenetur reo refundere ex- litis, & reſarcire omne damnum exinde ſecutum. , quæ habet Reiffenſt. *hìc num. 6.*

TITU-

TITULUS III.

De Simonia, & ne aliquid pro ſpiritu-libus exigatur, vel promittatur.

1. *Quid eſt Simonia, & quale crimen*

EST ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum. Ità commun. exp tionem vid. apud Schambog. *hìc num.* 2. *& duob. ſ* confer Pichler *num.* 3. *& ſeq.* Eſt autem crimen viſſimum, ità, ut omnia crimina ad illius comparatio quaſi pro nihilo reputentur, ùt loquitur *Can. ult. c* 1. *quæſt.* 7. unde etiam ibidem hæreſis, & ſimoniaci mi & præcipui hæretici appellantur. vid. cit. Schamb *num.* 7. *h. t.* Propriè eſt ſpecies ſacrilegii, quatenu mirum eſt quædam profanatio, & injurioſa tractatio ſacræ Schmalzgr. *hìc num.* 12. Quamquam nemo videat eam non à laicis tantùm, ſed etiam ab Eccleſi cis paſſim ferè negligi, aut ſaltèm variis interpretation pro re nata adeò torqueri, ac intorqueri, ut quand vix ampiius veſtigia illius requiri valeant. Confer Z *h. t. num.* 1.

2. *Unde crimen hoc nomen, & origin accepit?*

Cepit à Simone Mago, qui videns per impoſitio manuum ab Apoſtolis Sacramentum confirmationis ferentibus impertiri Spiritum Sanctum, hoc eſt, grat ſanctificantem, pecuniam obtulit Apoſtolis dicens: *d & mihi hanc poteſtatem, ut cuicunque impoſu manus, accipiat Spirituum Sanctum*, intendens hoc non tantum emere, ſed etiam poſtea vendere grat

...us Sancti, ut per hanc venditionem multiplicaret pe-
...nias. cit. Pichler *hic n. 2.*

3. Quotuplex eſt Simonia?

Triplicem communiter ſpeciem adſtruunt DD. ſcilicet quòd alia ſit mentalis, alia conventionalis, & alia ...eas, & tamen adhuc etiam quarta quædam ſpecies, quam ...moniam confidentialem, vel confidentiæ appellant, & ...ua eſt quædam ſpecies Simoniæ conventionalis. De qua ...xt constitutio Pii IV. de anno 1564. & duplex Pii V. de anno 1568. & 1569. quarum ultimam per extenſum ...eſt Reiffenſt. *hic num. 42.*

4. Quid eſt Simonia mentalis?

Simonia mentalis dupliciter poteſt conſiderari: I. Quatenus præcisè in mente, & animo conſiſtit, nec ullo modo ...er dationem, aut acceptionem rei alicujus ſpiritualis ...ro temporali, vel viceverſa ad actum aliquem externum ...ro...it. II. Quando quis re ipſa dat aliquid temporale ...ro ſpirituali, aut viciſſim hoc pro illo, ſinè ullo quidem ...act... expreſſo, vel tacito externè manifeſtato, hac tamen interna intentione, ſeu propoſito, ut alterum obliget, moveat, aut alliciat ad dandum ſpirituale pro temporali, aut viciſſim. Atque in hoc ſecundo ſenſu ſimonia ...mentalis hic propriè accipitur juxta DD. & text. in ... *& fin. h. t.* Prior illa magis eſt interna tantùm, ...uju... Canones non faciunt mentionem, utraque tamen ...ora... Deo conſtituit peccatum, licet neutra pœnis Canonicis coërceatur, ùt dicetur infrà. interim vid. Reiffenſt. *hic n. 15. & trib. ſeqq.*

5. Quæ

5. *Quæ dicitur Simonia conventionali*

Hæc eſt, quando præter animum iterum inſuper tervenit conventio, ſive pactum expreſſum, vel tacit externè manifeſtatum dandi temporale pro ſpirituali, è contra, itâ tamen ut vel ex nulla, aut una tantùm parte ceſſerit executio. De qua caſus extat in *c. 12. h. t.* & quidem ex nulla parte intervenerit executio, vocatur monia conventionalis pura, ſi verò ſaltèm ex parte un facta eſt executio, dicitur conventionalis mixta. cit. R fenſt. *n. 19.* König *n. 4.*

6. *Quid eſt Simonia realis?*

Iſta eſt, quando tacita, vel expreſſa pactio, ſeu co ventio de danda re ſpirituali pro temporali, aut è cont ex utraque parte ſaltèm inchoatè impletur, id eſt, quan unus rem ſpiritualem, beneficium v. g. contulit, & al pro illo pecuniam promiſſam pro parte vel in totum act liter ſolvit, quod omninò neceſſarium eſt, adeò, ut ni conventio ab utraque parte ſaltèm inchoatè ſit imple non committatur ſimonia realis, ſed maneat ſimonia co ventionalis. vid. cit. Reiffenſt. *hic n. 20. cum trib ſe* & Schmalzgr. *num. 34. & ſeq.*

7. *Quid denique eſt Simonia confidentialis?*

Hæc denique eſt, & committitur quando aliquis c piam beneficium Eccleſiaſticum quomodocunque hoc ſivè per electionem, collationem, præſentationem & procurat, cum certa confidentia, ſive conditione, & pa expreſſo vel tacito, ut is, qui hoc modo beneficium a ptus eſt, illud iterum poſt aliquod tempus ipſi procur ti, vel alteri v. g. fratri, nepoti, aut cuilibet alii reſigr vel ut fructus aut partem eorum ſeu penſionem præſt

patet ex Bulla Pii V. apud cit. Reiffenſt. *num.* 42. hìc
pe extenſum relata, atque hæc rurſus habet ſuas ſpecies,
iv modos, quatenus nimirùm beneficium confertur, vel
eſ natur cùm pacto vel acceſsùs, vel ingreſsûs, aut re-
greſsùs. de quibus idem Reiffenſtuel *num.* 33. confer
Schmalzgr. *num.* 37. *usque ad fin.* §. 1. *h. t.* Pichler
n. 1. *& ſeq.*

8. Quo jure interdicta eſt Simonia?

Faciunt hìc DD. ſimoniam aliam juris divini, & aliam
juris Eccleſiaſtici: illa eſt, quæ adverſatur juri divino, &
naturali, eſtque intrinſecè mala, nec per S. Pontificem di-
ſpenſabilis. Hæc, quæ jure tantùm Eccleſiaſtico eſt in-
terdicta, & mala tantùm, quia prohibita, ideoque diſpen-
ſabilis. vid. cit. Pichler *hìc num.* 8. pulchre Reiffenſt.
eod. tit. num. 26. *cum* 4. *ſeqq.* Schambog. *num.* 9. *&
ſeq.*

9. Quæ eſt ergò, & quando committitur Simonia contra jus divinum?

Hæc eſt, & committtitur inprimis circa res in ſe ſpi-
rituales, veluti circa Sacramenta, & alia dona Dei ſpiri-
tualia: item circa res ſacras, vel conſecratas quà tales, quan-
do nimirum pro his aliquid temporale datur. Deinde, ſi
res quidem non eſt in ſe ſpiritualis, habet tamen per ſe
proximam connexionem cum re ſpirituali, uti ſunt bene-
ficia, jus decimandi, jus Patronatûs, & alia jura ſpiritua-
lia. Pars prior patet ex *Can.* 11. *cauſ.* 1. *quæſt.* 1. ubi
illustri di Simonia utroque teſtamento tam novo, quàm
antiquo graviter vindicata eſſe aſſeritur; & illo Chriſti
apud Matth. *X. v.* 8. gratis accepiſtis, gratis date. Pars
altera probatur es *Can.* 3. *cauſ.* 1. *quæſt.* 1. *& Can.* 8.
ead. cauſ. 1. *quæſt.* 3. Pichler *hìc num.* 9. confer quoad
utramque partem König *eod. tit. num.* 6. *&* 7. atque

hæc propriiſſimè eſt ſimonia, cui propriè convenit de tio ſuprà adſtructa.

10. *Quid eſt, & quando committitur monia juris Eccleſiaſtici?*

Iſta eſt, & committitur, quando non quidem d temporale pro ſpirituali, aut è contra, ſed ſpirituale ſpiritual, vel temporale pro temporali, contra legem ta Eccleſiaſticam ex motivo religionis poſitam ſub pœn moniæ juris divini ob periculum, & ſpeciem ejusden moniæ, quod duobus modis contingere poteſt: I. Q do duo inter ſe beneficia Eccleſiaſtica propria author commutant, juxta *c. 5. de rer. permu.* vel, ſi benefic conferatur, aut reſignetur confidentialiter. II. Qu officia Eccleſiaſtica, veluti œconomi, vice domini, the rarii, Sacriſtæ &c. emuntur, & pro pecunia compa tur. cit. Reiffenſt. *num. 25.* & Schmalzgr. *num. 23.* hæc licèt minùs propriè ſimonia ſit, venit tamen a nomine Simoniæ. id. Schmalzgr. *n. 24. & ſeq.*

11. *Quid requiritur ad conſtituenda Simoniam?*

Tria: I. Pactum expreſſum, vel tacitum. II. Pre temporale, & III. merx. Engel *n. 6.* & Schmalzgr. *num. 6.*

12. *Quid hìc venit nomine pacti?*

Venit omnis contractus oneroſus, & reciprocu omnis conventio tam tacita, quàm expreſſa, vi cuju rituale pro temporali tanquàm pretio datur, vel pro titu. cit. Schmalzgr. *hìc num. 45.* Dicitur autem ventio tam tacita, quàm expreſſa: nam ad Simoniam ſtituendam non requiritur, ut interveniat ſemper pa expreſſum, ſed ſufficit etiam pactum, ſeu contractus

tu, & implicitus, ſaltèm ex una parte inchoatus, & intellectus dandi, aut præſtandi aliquid temporale pro ſpirituali cum intentione alterum obligandi ad reciprocè dandum ſpirituale aut ècontra. Unde dari poteſt Simonia ex parte unius tantùm, quando videlicet unus offert, dat, aut præſtat, vel præſtare proponit aliquid temporale pro ſpirituali, vel vice verſa, ùt pretium. Schmalzgr. *hìc n. 48.* Reiffenſt. *num. 70.*

13 *Eſtnè etiam pro pacto Simoniaco reputandum, & conſequenter, an committatur Simonia, ſi quis det, præſtet, aut præſtare intendat aliquid temporale pro ſpirituali, vel viceverſa, non ut pretium, ſed præcisè, ùt motivum conſequendi aliquid ſpirituale, aut ècontra?*

Olim res iſta erat dubia, & à pluribus negabatur. Hodiè autem affirmativa certa, & indubitata eſt propter propoſitionem *num. 45.* ab Innoc. XI. damnatam, quæ ſic habet: *dare temporale pro ſpirituali non eſt ſimonia, ſi temporale non datur tamquam pretium, ſed duntaxat tamquam motivum conferendi, vel efficiendi ſpirituale.* Caſus, & exempla cum ſuis probationibus vid. apud Reiffenſt. *hìc à n. 72. usque ad 68* confer Schmalzgr. *n. 71. & trib. ſeq.* Pichler *n. 31. & tot. ſeq.*

14 *Quid dicendum, ſi aliquid detur, aut præſtetur non ut motivum, nec ùt pretium, ſed ſolùm ſub ſpe conſequendi aliquid ſpirituale vel ad captandam benevolentiam, & gratitudinem?*

Videtur talis non excuſari à Simonia, eò, quòd dare

aliquid temporale ſub ſpe obtinendi ſpirituale vel è cont
idem videantur eſſe, ac dare temporale ex motivo, ſe
tamquam motivum conſequendi ſpirituale! Sed diſti
guendum eſt, an dans temporale per ejusmodi donatic
nem, vel præſtationem intendat primariò, ac princip
liter conſecutionem rei ſpiritualis, ità, ut ſpirituale, ſe
conſecutio illius ſit cauſa, motivum & finis principalis
ob quem temporale datur, vel è contra. An verò nc
habeat hoc modo pro fine, & motivo principali conſ
cutionem rei ſpiritualis, ſed hanc tantùm ſecundariò,
per accidens ſperet, ac intendat, licèt ea ſit cauſa impu
ſiva, & excitativa. Primo caſu committitur Simonia
ſecùs in ſecundo, utì tenent, & conſentiunt omnes p
text. *in c. 34. h. t.* Ubi de Clerico, qui bona ſua o
ferens Eccleſiæ rogavit, & ſperavit recipi in Canonicun
ſub data diſtinctione reſpondit Pontifex. Et ratio prin
membri eſt; quia taliter dans, vel præſtans temporale
hoc ipſo illud dat, vel præſtat tamquam motivum co
ſequendi ſpirituale. Ratio ſecundi: quia tunc nec p
ctum nec pretium concurrit, quorum tamen utrumq
ad conſtituendam Simoniam requiritur ſecundùm dict
q. 11. vid. Schmalzgr. *hìc num. 53. cum duob. ſeq*
& confer. Reiffenſt. *à n. 87. uſque ad 105.* ubi i
num. 100. inter cætera quoque oſtendit, unde pr
utroque foro deſumendum ſit temporale principaliter da
pro ſpirituali. &c.

15. *Quid juris, & eſtnè Simonia dar aliquid ſpirituale pro temporali, & è contra ex mero argumento gratitudinis?*

Poteſt etiam hìc videri Simoniam indiſtinctè com
mitti, ex ratione; quia, qui dat rem ſpiritualem p
temporali & è contra etiam titulo gratitudinis, videt
comparare, & adæquare ſpiritualia temporalibus, in q
uni

...uo conſiſtit Simoniæ malitia. Dicendum tamen etiam ...hi ſub priori diſtinctione : vel enim gratitudo illa eſt in pactum deducta, aut ſaltèm datur temporale pro ſpirituali & è contra ut motivum, & tamquam compenſatio gratuita. Vel datum procedit ex mera gratitudine ad ſatisfaciendum præcisè obligationi antidotali. Priori ca... iterum eſt Simonia, ut patet ex dictis, & decreto Innoc. XI. qui ſub *n. 45.* etiam hanc propoſitionem damnavit : *dare temporale pro ſpirituali non eſt Simonia, ſi temporale ſolùm ſit gratuita compenſatio pro ſpirituali, & è contra.* Secundo verò ca... nulla eſt Simonia ex ratione ſimiliter q. præc. allata, vi... rursùs cit. Reiffenſt. *h. t. n. 106. & tot. §. 6.* ubi pariter *n. 111.* exhibet, an, & quomodo committatur Simonia per communem illum modum, & praxi... beneficia ſolicitantium : *ero certò gratus*, vel *non ero ingratus, exhibebo me certè gratum &c.* Confer. Schmalzgr. *à num. 60. uſque ad 70.* Pichler *num. 28. h. t.* vide etiam Engel *hic num. 7. & du... ſeqq.*

...16. *Quid hìc venit nomine pretii?*

Nomine pretii venit hìc non tantùm pecunia, ùt in emptione venditione, ſed quæcunque res temporalis pecunia æſtimabilis, vel quæ affert utilitatem temporalem. Hæque in jure Can. ſolet appellari *munus*, non qui...m quatenus denotat liberalitatem quandam, ſed pro... eſt debitum juſtitiæ commutativæ, quod ex vi conventionis oneroſæ, & reciprocæ præſtari, & exigi ſolet. Schmalzgr. *hic num. 109. cum ſeq.* Engel *num. 10.*

...7. *Quotuplex eſt pretium Simoniæ?*

Triplex communiter adſtruitur, ſcilicèt, munus à manu, munus ab obſequio, & munus à lingua juxta

Can. 113. & ſeq. cauſ. 1. q. 1. & Can. 8. ci cauſ. q. 3. *Munus à manu* dicitur, quæcunque r pretiò æſtimabilis, ſive mobilis, ſive immobilis: n que refert, utrùm res iſta præſtetur verè, an virtualite & æquivalenter: nam etiam, qui debitum alteri remi tit, aut ſe remiſſurum promittit, ut ſpirituale conſequ tur Simoniacus eſt *Can. 1. cauſ. 8. q. 3. cum ſim lib.* *Munus ab obſequio* ſunt, quæcunque obſequi & ſervitia v. gr. famulatus, rerum adminiſtratio & e pacto, vel ſub obligatione rei ſpiritualis conſequen facta. *c. 12. h. t.* *Munus denique à lingua* h denotat laudes, commendationes, preces &c. quæ t citò, vel expreſsò pactò pro beneficio vel alia re ſpi tuali interponuntur, vel interponendæ promittuntur ap Principem, Magnatem, communitatem, vel alium quer cunque. cit. Engel *hìc n. 11.*

18. *Quando ejusmodi munera, vel ob ſequia propriè conſtituunt pretium Si- moniæ?*

Tunc ſolùm, quando ex his aliquid fit non purè, merè gratuitè, ſed ſub conditione, aut pacto expreſſ vel tacito alterum ſibi obligandi ad conferendum re ſpiritualem pro temporali, vel contrà; quod etiam pr ſumitur, ſi munus ejusmodi antecedat collationem ſpiritualis; idem Engel *hìc num. 12.* Confer Reiffen *num. 62. & ſeqq.* Schmalzgr. *à num. 115. uſq ad 119.*

19. *Eſtnè Simonia, ſi quid ejusmodi de tur, vel promittatur, non ab eo, qui petit re ſpiritualem, ſed aliquo tertio, ejus tamen nomine?*

Eſt etiam Simonia, modò res ſpiritualis in obligati ne

ne deducta ſit, & tertius ille non fuerit invitus, aut pecunia in fraudem illius data non ſit, uti eſt caſus in *c. 7. h. t.* ubi deciditur caſſandam eſſe electionem ejus, cujus amici etiam ipſo ignorante pecuniam electoribus promiſerunt: niſi uti dictum, in fraudem electi vel eo contra proteſtante pecuniæ promiſſæ fuiſſent. Enel *hic num. 9.* Schamb. *num. 88. & ſeq.* An autem pretii Simoniaci rationem habere poſſit etiam res ſpiritualis, vel ſi ſucceſſor in beneficio ſuſcepit debita ſolvenda ab Anteceſſore nomine Eccleſiæ contracta? & plures alias ſimiles quæſtiones vid. apud Schmalzgr. *hic num. 120. uſque ad 149.* Confer Reiffenſt. *tot. §. & 8. h. t.*

2[illegible] *Quæ res conſtituunt mercem ſive materiam Simoniæ?*

Materiam Simoniæ conſtituunt omnes res ſpirituales, & ſpiritualibus annexæ ex una, & pretium temporale ex altera parte. P. König *hic n. 10.*

2[illegible] *Quotuplicis generis ſunt, & dici poſſunt res ſpirituales?*

Hæ ſunt in triplici differentia, aliquæ enim ſunt res ſpirituales *in ſe, ac per eſſentiam*, ùt gratia ſanctificans, dona Spiritus S. & virtutes ſupernaturales, quò etiam pertinet poteſtas ordinis, & juriſdictionis Eccleſiaſticæ fori tam interni, quàm externi. Aliæ ſunt tales *ſecundum cauſam*, ſive *cauſaliter*, ùt Sacramenta, quæ efficiunt, & cauſant gratiam: quò etiam referuntur Miſſæ Sacrificia, & alia Sacramentalia, ſeu ceremoniæ ab Eccleſia pro benedictione, conſecratione, & adminiſtratione Sacramentorum inſtitutæ: item oleum Sacrum, aqua benedicta, Agnus Dei &c. Aliæ deinque *ſecundum effectum*, ſivè *effective* ut actus

 gra-

gratiarum, ordinum, & officiorum Eccleſiaſticorum quò pertinent opera meritoria, orationes, prædicatio verbi divini, Adminiſtratio Sacramentorum, &c. id König *d. n. 10.*

22. *Quot modis dicitur res aliqua eſſe ſpirituali annexa?*

Tribus, nimirùm antecedenter, concomitanter, conſequenter. *Antecedenter* cum ſpiritualibus annexa ſunt Eccleſiæ, Altaria, vaſa ſacra, veſtes, & paramenta ſacra, item jus Patronatûs, præſentationes, electiones, collationes, & renuntiationes beneficiorum. *Concomitanter* quæ cum re ſpirituali intrinſecè, & inſeparabiliter conjuncta ſunt, ùt v. gr. labor actualis, ſ exercitium corporis in celebratione miſſæ, adminiſtratione Sacramentorum, & aliorum officiorum divinorum. *Conſequenter* demùm ſpirituali annexa ſunt, qu hanc tanquam cauſam præſupponunt, eamque ſeu effectus ſequuntur, ùt ſunt beneficia, & penſiones Eccleſiaſticæ, decimæ, primitiæ, oblationes &c. cit. Kön *num. 11.* & Reiffenſt. *num. 52. cum trib. ſeqq.* A autem, & quomodo circa omnes ejuſmodi res in ſpec committatur Simonia? vid. Schmalzgr. *hic §. 4. pe tot.* Pichler *num. 13. & ſeq. uſque ad num. 2.* Confer Reiffenſt. *cit.* §. *8. ubi* de Simonia, quæ committitur circa beneficia Eccleſiaſtica. *&* §. *9.* ubi ag de ingreſſu, & receptione ad religionem, ac quomod tunc committatur Simonia. item §. 10. ubi de Simoni quæ committitur in adminiſtratione Sacramentorum & Sacramentalium præſtatione munerum, functionum & actuum ſpiritualium &c. add. cit. Pichler *num. 4 uſque ad num. 51.*

23. *Quæ ſunt pœnæ Simoniæ?*

Diſtinguendum eſt inter ſpecies Simoniæ, de quibus ...up., quatenus nimirùm alia eſt mentalis, alia conven...ionalis, alia realis, & alia confidentialis. Simonia men...ali in foro externo nullam habet pœnam conſtitutam, ...patet ex *c. fin. h. t.* & ratio eſt; quia Simonia men...ali potiſſimùm in ſolo animo conſiſtit, & ſic eſt pecca...m merè internum, quod ſufficit per pœnitentiam ex...iari *c. fin. cit.* Engel *hic num. 34.* König *num. 21.* ...dem eſt de conventionali: nam & pro hac nulla certa ...œna in Canonibus ſtatuta reperitur, quod procedit non ...ntùm in Simonia conventionali, ſed etiam mixta, ex ...tione: quòd Canones ſtatuentes pœnam Simoniacis, ...quuntur tantùm de ſimonia reali, pœnæ autem citra ...extum expreſſum non ſunt extendendæ. cit. König ...2. vide Schmalzgr. *n. 244. & duob. ſeqq.* Pichl. ...3. *& duob. ſeqq.* Reiffenſt. *num. 33. & ſeq.* ...olùm itaque realis, & confidentialis certas habet in jure ...ſcriptas pœnas, & realis quidem non etiam in omni...us caſibus, ſed nominatim tantùm in tribus. Nimirum ...rimùm ſi committitur circa ordinationem, deinde circa ...ollationem beneficiorum, & demum circa ingreſ...um vel ſuſceptionem in Religionem. cit. P. König ...ic num. 23.

24. *Quæ ergò ſunt pœnæ Simoniæ realis commiſſæ circa ordinationem?*

...am ordinans, quàm ordinatus ſimoniacè incurrit ...ſo facto excommunicationem Summo Pontifici reſer...atam: & præterea ordinans ſuſpenditur per triennium ...collatione quorumcunque ordinum, & ab exercitio ...orum Pontificalium. Ordinatus verò ab Ordinis ...ſcepti exercitio, & à ſuſceptione ulteriorum ordinum. ...3. & 45. h. t.* Extrav. *2. eod.* Pichler *hic n. 56.*

vid. Reiffenſt. *n. 257. & aliquot ſeqq. h. t.* & Schmal
eod. tit. n. 257. & ſeq.

25. *Quæ pœnæ ſunt ſtatutæ in obtinent & conferentes beneficia Eccleſiaſtica per Simoniam?*

Præter excommunicationem S. Pontifici reſervat quàm tam is, qui Simoniacè beneficium aliquod con quàm ille, qui id taliter obtinet, ſimiliter ipsò factò currit, inſuper collatio, & proviſio ipſo jure nulla & proviſus nullum penitùs jus acquirit; ideoque nec ctus lucrari, aut ſuos facere poteſt, ſed ad reſtitution ſub periculo animæ obligatur, & beneficium dimi cogitur, latè cit. Schmalzgr. *à num. 265. uſque 270.* Reiffenſt. *à num. 263. uſque ad 272.* Et extendunt DD. etiam ad eos, qui ignoranter ſimon promoti ſunt, puta, quia pretium datum eſt à pare bus, aut alio quolibet tertio, ità, ut ubi poſtea id re verint, beneficia taliter obtenta unà cum fructibus gnare, aut remedium à ſuperiore impetrare teneant niſi contra expreſſam proteſtationem aliquid ab inim vel in fraudem electi datum ſit. P. König *hìc nu 24.* Pichler *num. 60.* Confer Reiffenſt. *n. 274. ſeq. uſque ad 283.*

26. *Quæ pœnæ incurruntur propter Sim niam commiſſam circa ingreſſum, & ſuſceptio nem in Religionem?*

Tres præcipuæ. I. Eſt, quòd tum dantes, quàm r pientes aliquid ſimoniacè pro ingreſſu Religionis, ſi perſonæ ſingulares excommunicationem, ſi verò Capi lum, vel conventus ad id conſentientes fuerint, ſuſp ſion

nem ab officio Capitulari, ſivè exercitio juris capitularis quod in jurisdictione, vel adminiſtratione Eccleſiæ, & actibus ad Capitulum pertinentibus conſiſtit, incurrit. II. Quòd tam dans; quàm accipiens fiant infames infamia juris. Et III. quòd hoc modo ſimoniace profeſſus in eodem monaſterio permanere non poſſit, ſed debeat transferri in aliud arctius. uti ſingula hæc colliguntur ex *c. 19. 25. & 40. h. t.* & extrav. *1.* *d.* vide cit. Schmalzgr. *num. 251. & 4. ſeqq.*

7. *Quæ ſunt pœnæ Simoniæ confidentialis?*

Hæ enumerantur in Bulla Pii IV. & Pii V. ſuprà cit. ſunt nominatim hæ: I. Excommunicatio reſervata Papalis in quoscunque, qui eam committunt, ſive dando, ſive recipiendo. II. Interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ latum in Epiſcopos, aliosque ſuperiores Prælatos. III. Nullitas reſignationis, & collationis per eam factæ. IV. Privatio omnium beneficiorum, & penſionum prius obtentarum. V. Inhabilitas ad idem & alia beneficia obtinenda. VI. Denique beneficium ita ſimoniacè reſignatum reſervatur Sedi Apoſtolicæ, & fructus illius perpetuò applicantur Cameræ Apoſtolicæ. idem Schmalzgr. *num 270. & trib. ſeqq.* Reliqua de hac materia, ſpecie de reſtitutione ſimoniacè acceptorum, item de causis, & titulis, excuſationibus à Simonia, vel pœnis, ac reſtitutione, nec non de diſpenſatione in iisdem, ac abſolutione à cenſuris ab eam incurſis. vid. apud Reiffenſt. §. *2. & duob. ſeqq. per tot.*

TITU-

TITULUS IV.

Ne Prælati vices ſuas vel Eccleſias annuo cenſu concedant.

1. *Quid hoc titulo prohibetur?*

IN hoc titulo (qui cum ſeq. eſt quaſi appendix ad rem) reprobatur quædam Simoniæ ſpecies, quæ in aliquibus locis vigebat, dum nimirùm Prælati ſuas, aut Epiſcopi jurisdictionem Epiſcopalem alii annuo cenſu, ſeu pretio exercendam relinquebant constat ex *c. 1. 2. & 3. h. t.* quam proinde con tudinem tanquam enormem hic damnat, & reprobat tifex. Reiffenſt. *h. t. n. 1.* Schamb. *eod.*

2. *Quæ ratio fuit hujus prohibitionis*

Ratio hæc eruitur ex dictis in priori titulo *q.* ubi inter cætera dictum, actum jurisdictionis Eccleſi cæ non tantùm fori interni, ſed etiam fori externi ſtituere materiam Simoniæ, conſequenter æſtimari Simoniam non poſſe. Confer. Reiffenſt. *d. t. num. junct. num. 316.* Ratio rationis: quia hujusm jurisdictio vel eſt ſpiritualis, vel ſpirituali annexa *c. h. t.* Aliam adhuc rationem aſſignat *ex c. 2. h.* Schamb. *hic d. n. 2. circ. fin.* Contraria eorum reſolutionem vide apud Schmalzgr. *h. n. 2.*

3. *Sed quomodo procedit, quòd paſſ Prælati occaſione Parochiarum, & beneficior ſuis monaſteriis incorporatorum à Vicariis ſ exigant, & accipiant annuam penſionem?*

Hoc non eſt Simoniacum. Ratio: quia ejusm

nimem non accipiunt pro conceſſa Adminiſtratione, t Vicariatu, ſed pro fructibus tali Vicario relictis, qui erè temporales ſunt, atque ideò materiam Simoniæ on onſtituunt. cit. Schmalzgr. *hìc num. 7.* Confer. haibog. *num. 5. cum ſeq.* ubi reſpondet ad Ex- v. ambitioſæ. de reb. Eccl. non alien. quæ videtur ſtæ.

Quæ ſunt pœnæ contravenientium prohibitioni hujus rubricæ?

I. Tam dans, quàm accipiens excluduntur ab Eccle- cujus contumeliam res data, vel accepta eſt. *ſupr. de Simon.* II. Qui dat pecuniam pro ici, aut jurisdictione ſpirituali, tale officium perdit, itèm ità conferens amittit conferendi illius poteſta- n *1. h. t.* III. Dans pecuniam removetur à Cle- piſcopus verò pro illa conferens jurisdictionem ſpi- ualem quandoque deponitur, quandoque ſuſpenditur tempus pro qualitate delicti *c. 2. h. t.* cit. Schmalzgr. *num. 8.*

TITULUS V.

De Magiſtris, & nè aliquid exigatur pro licentia docendi.

1. Quid nominatim tractatur in hoc titulo?

te tulus, ſive rubrica, ſicut habet duas partes, ità quod primam partem varia etiam hìc reperiuntur ca- ula circa Magiſtros, ſive Doctores, eorumque con- tutines, ac privilegia: quæ verò tantam cum priori- s connexionem non habent, ſicut habet ſecunda ejus- m rubricæ pars, in qua prohibetur aliquid pro licen- docendi accipere, tamquam ſpecies quædam Simo- e, interim de priori illa parte videri fusè poteſt Schmalzgr.

Schmalzgr. *hic §. 1. & 2. per tot.* & König *p*
1. per tot.

2. *Eſtnè ergò abſolutè illicitum accip aliquid pro licentia docendi?*

Eſt omninò, ut patet ex rubrica & *c. 1. ac. 2.* ubi acceptum reſtitui, & promiſſum remitti jub Accedit *c. 3. eod.* ubi hoc inſuper ſub anathemati terminatione ſeverè prohibetur, & reprobatur con tudo, quæ fuit tamquam prava & à cupiditatis rat procedens. Rationem aſſignat Pichler *hic num.* quòd nimirùm ſorditiem ſapiat exigere pretium munere, & licentia docendi, quam utilitas pul gratis dari, & idoneos viros ad docendum potiùs i tari muneribus poſtulat, quàm ejusmodi exaction arceri.

3. *Sed committitúrne per hoc vera monia?*

Eſt quidem ſpecies aliqua Simoniæ, eò quòd ſcie dicatur eſſe donum Dei *Can. 65. §. ſi quis doct cauſ. 16. q. 1.* attamen juxta omnes vera ſimonia eſt, ex ratione; quia docere ſcientias etiam Sacras, hil eſt ſpirituale, conſequenter nec licentia easdem cendi. Pichler *hic d. n. 9.* Confer. Schmalzgr. *eod. n. 42. cum 5. ſeqq.*

4. *Poteſtnè è contra aliquid peti: vel cipi pro ipſo actu docendi?*

Hoc non tantùm non eſt ſimoniacum vel illicitu ſed planè licitum, non ſolùm ſi loquamur de doct philoſophica, medica, vel juridica: ſed & ſi loqua de theologia, ſive ſpeculativa, ſive morali. Rationem

Z

Zo *h. num. 1.* quia licèt doctrina, & ſcientia ſit quid piritualè, non eſt tamen illo ſenſu tale, quaſi immediatè, & per ſe tenderet ad ſalutem animæ, ſed eò ſolùm nob, quòd ſit quid incorporale, ex eo, quòd in animo, & intellectu ſedem habeat. Schamb. *h. t. num. 12.* Deide hìc non æſtimatur ipſa ſcientia per ſe: hæc enim, icu ab una in aliam perſonam transferri nequit, ità tiam nec vendi, nec æſtimari poteſt, ſed venit præcisè n æſtimationem labor, induſtria, ac inſtructio docentis, quæ eſt merè quid temporale, & conſequenter pretio ſtimabile. König *eôd. tit. n. 32.* vid. tamen etiam Reiffenſt. *hic n. 21. & ſeq.* Schmalzgr. *n. 48. uſque ad n.* & Pichler *n. 11. cum ſeq.*

TITULUS VI.

De Judæis, Saracenis, & eorum Servis.

1 *Qua occaſione hìc iſte titulus ponitur?*

Poſtquam actum de Simoniacis, qui in Spiritum S. peccant, pergit compilator ad eos, qui peccant in Deum ejusque Filium unigenitum per infidelitatem. Tres autem ſunt ſpecies infidelitatis, ſcilicet paganiſmus, Judaiſmus, & hæreſis. De hac ultima tit. ſeq. de duabus prioribus verò in hoc tit. eſt quæſtio. Reiffenſt. *hic num. 1.*

2. *Quid eſt Judaiſmus, & quid Judæi?*

Judaiſmus eſt infidelitas, ſeu error illorum, qui legem ſuntàxat Moſaicam absque fide in Chriſtum ſectantur. Unde Judæi, qui eandem legem Moſaicam, ſeu vetus teſtamentum ad literam ſuperſtitiosè adhuc obſervant absque fide in Chriſtum verum Meſſiam, & Salvatorem noſtrum, utpote quem nondum veniſſe, ſed

primò

primò venturum credunt. de quibus plura ſuppeditat
cra hiſtoria.

3. *Qui veniunt nomine Saracenorum*

Saraceni hìc latiùs accipiuntur, ità ut etiam com
hendant omnes paganos, ut patet ex *c. 10. & 18. l*
ſtrictè tamen differunt à paganis, quia Pagani vocant
qui verum Deum negantes idola colunt, Saraceni ve
unum, & verum Deum adorant, non tamen bapt
ſunt, nec Judæi, ſed plerumque Sectæ Machomet
adhærent, ejusque dogmata in alcorano contenta ſec
tur, & nec novum teſtamentum recipiunt, nec v
ex toto amplectuntur, quales ſunt Turcæ, Perſ
Tartari, Arabes &c. Schambog. *hìc num. 4.* R
fenſt. *num. 26.* de quorum origine, appellatione
videri rurſum pluribus poteſt, tum Sacra, quàm pro
na hiſtoria.

4. *Quid juris hìc potiſſimum de Judæis, infidelibus conſtituitur?*

In hoc titulo præcipuè inhibetur Chriſtianis om
communicatio cum Judæis, & infidelibus, non tant
in divinis, ſed etiam in humanis, & politicis. U
non poſſunt, nec debent regulariter admitti ad divi
& Eccleſias fidelium, & ſi per vim ſe ingerunt, po
runt per Eccleſiam repelli, & tamquam injurioſi puni
multò minùs licet fidelibus cum infidelibus in eorum
tibus, & ſuperſtitioſo cultu communicare: nefas q
que regulariter eſt gentilium templa, aut Judæorum S
nagogas, iis præſertim temporibus, quibus ibi ſuper
tioſa celebrantur, ingredi, ac inviſere &c. de quibus v
Schmalzgr. *hìc n. 8. & 4. ſeqq.* Pariter non licet Ch
ſtianis cohabitare cum Judæis, & multò minùs cum
ſis contrahere matrimonium, imò matrimonia cum J
dæis, & paganis inita ob cultûs diſparitatem ſunt irrit
ùt patet ex Conc. Nicæn. *Can. 67. & 69.* & dict

ſu

ſurà in *lib. 4.* eodem modo prohibetur etiam Chriſtiani ingreſſus & uſus ejusdem balnei, item eorum medicis ac medicinis uti, cum iis convivari, &c. Schmalzgr. *à num. 20. usque ad 26.*

5. Quid nominatim, & ſingulariter circa Saracenos prohibent Sacri Canones?

Circa hos ſpecialiter ſub graviſſimis pœnis prohibitum eſt, nè Chriſtiani ad illos arma deferant, aut alia, quæ ſervire poſſunt ad bellum contra Chriſtianos gerendum, ſive pacis, ſive belli tempore, & belli quidem tempore prohibentur etiam Chriſtiani ad eos alias quoque merces deferre. *c. 6. 11. 12. 17. h. t. extravag. 1. inter com. & extrav. un. Joan. XXII. h. t.* concord. Jus civ. *in L. fin. C. quæ. res export.* vid. Pichler *hìc n. 9.* Reiffenſt. *n. 30. & aliquot ſeqq.*

6. Eſtnè autem omnis omninò communicatio & converſatio cum Judæis, & infidelibus prohibita?

Non omnis, ſed ea tantùm, quæ ex familiaritate, & cohabitatione procedit, & ex qua ſcandalum, aut perverſioni periculum metui poteſt. vid. Pichler *hìc num. 5.* Similia commercia, & contractus cum iis inire, ac tractare non eſt inhibitum, utì docet praxis. Reiffenſtuel *hìc num. 18.* ſemper tamen magis vitanda eſt communicatio cum Judæis, quàm aliis infidelibus, utpote, quòd Judæi magis ſint exoſi Eccleſiæ, magisque obſtinati, ac periti ad pervertendum, quàm alii Gentiles. Schmalzgr. *hìc num. 26.*

7. *Sed quomodo fit, quòd Judæi paſſim in ter Chriſtianos tolerentur?*

Sunt aliqui in ea ſententia, non licere Principibus Chri ſtianis Judæos, & multò minùs ritus eorum, ac Synago gas in ſuis territoriis tollerare, uti videre eſt apud Pichle *h. t. num. 3.* Reiffenſt. *num. 3.* Schmalzgr. *num. 13* König *num. 2.* & alios paſſim. Verùm opinio contra ria uſu, & moribus dudum invaluit: & probatur ſatis e *c. 9. & 13. h. t.* item *L. 14. C. eôd.* cum concord. Ra tio verò eſt; quia ritus Judaici tamquam figura, verita tem Evangelicam tanquam figuratum, etiamnum valde confirmant, nec non veritatem eorum, quæ ſacræ liter veteris teſtamenti continent, ùt plurimùm declarant, e quo fortè factum, quòd S. Pontifices hodiedum quoqu in urbe tolerent Judæos. confer Schmalzgr. *eôd. tit. num 13. & duob. ſeqq.* Cæterùm quamvis ità licitè tolerar & recipi valeant, id tamen rariùs expedit propter gravi ſima mala, & ſcandala, quæ ex ſimili receptione ſæpiu evenerunt. vid. cit. Pichler *d. num. 3.* Item licet h procedat in Judæis, non tamen etiam in Saracenis, ac ali paganis, ſed hi, quantùm fieri poteſt, expellendi ſun id. Pichler *ibid.*

8. *Quid juris conſequuntur Judæi ex hu tolerantia, vel receptione?*

I. Semel recepti ſinè juſta cauſa ejici, vel expelli n poſſunt. vid. Pichler *hìc num. 7.* II. Poſſunt habere Sy nagogas, veteresque ſervatâ formâ, & ſtatu antiquo re cere, non tamen novas, aut ampliores conſtruere, *c. 3.* *7. h. t. L. 18. §. 1. C. eôd.* III. Sacra quoque, & Sa bata ſua celebrare permittuntur, neque eo tempore in j vocari, vel aliter impediri debent. *c. 9. X. & L. 2. 4.*

13.

C. d. t. ità tamen, ut nihil agant in contemptum. *& 15. h. t.* IV. In protectionem recepti in impe- habentur pro civibus, eorumque juribus gaudent, *. & 15. C. h. t.* V. Non poſſunt, nec debent temerè ndi. *c. 9. h. t.* & ſi ad fidem converſi fuerint, bonis, ſſeſſionibus ſuis ſpoliari prohibentur, *c. 5. §. ſi qui.* König *hìc n. 3. & trib. ſeqq.* Schmalzgr. *num.* *um quat. ſeqq.* Non tamen poſſunt officio publi- ngi inter Chriſtianos, neque jurisdictio in hos ipſis mitti. *c. 16. h. t. & L. fin. pr. C. eod.* Item ſi li- habeant cum Chriſtiano, tam agendo, quàm exci- lo non coram ſenioribus Judæorum, ſed apud ordi- s Judices Chriſtianos experiri, & judicium accipere nt. *L. 8. C. h. t.* Immobilia quoque in pluribus lo- ſſidere iis interdictum eſt, quamvis id aliàs jure ipſis ſſum eſſe videatur. arg. *c. 13. de decim. & c. 18. n. de uſur.* Denique hæredes quoque à Chriſtianis ui non poſſunt. vid. cit. Schmalzgr. *num. 27. & ſeqq.*

9 *Quid dicendum de eorum Servis, ac famulis?*

Non tantùm mancipia, & ſervos proprios Chriſtia- nos habere prohibentur. vid. cit. Schmalzgr. *num. 29.* Sed aliàs Chriſtiani ipſis famulari, & tanquam famuli ctitii ſervire non poſſunt, *c. 5. & 8. h. t.* adeò, ut facientes peccent. Schambog. *hìc num. 14.* quod ta- ntelligendum duntaxat eſt de ſervitiis domeſticis, & s. Nam aliàs operas ſuas ſive in- ſive extra domum e aſſidua Judæorum præſentia iis locari poſſe omnes dunt. Pichler *hìc num. 4.* confer Schmalzgr. *n. 24.*

10. *Poſſuntnè Judæi, vel alii infidel inviti ad fidem Catholicam compelli?*

Communis ſententia eſt negativa. Ex ratione; qui fides ſit liberæ voluntatis, & jus ad eam cogendi nemi competit, qui caret jurisdictione: non habet autem Eccl ſia jurisdictionem in Judæos, & Infideles, utpote, qui eam per baptiſmum nunquam ſint ingreſſi. Nec Princ pes ſæculares, quia horum jurisdictio ſe non extendit ſpiritualia. pulchrè Pichler *hic num. 12. cum ſeq.* An a tem liberi Judæorum, vel infidelium, inſciis, aut invi parentibus licitè baptizari valeant? vid. Reiffenſt. *hic 51. usque ad fin.* De eo porrò, an, & quomodo cu infidelibus, & Saracenis Principi Chriſtiano fœdus ini vel eos in auxilium vocare liceat? dictum ſuprà ad *tit. treug. & pac.* confer Schmalzgr. *hic num. 48. & ſe* & cit. Pichler *num. 10. cum ſeq.*

TITULUS VII.

De Hæreticis.

1. Quis hìc dicitur hæreticus?

HÆreticus hìc is propriè dicitur, qui cum ſit baptiza ab unitate Eccleſiæ ſe dividit, ſingularem aliquam à fide ac ſenſu Eccleſiæ manifeſtè alienam doctrinam gendo, eamque pertinaciter defendendo. Valenſ. *hic n.* De his, eorumque variis ſectis, nec non conſtitutione divisione hæreſis plura tractant Theologi paſſim. Et deri poteſt Reiffenſt. *hic §. 1. per tot.*

2. I

2. Eſtnè licitum cum hæreticis communicare?

Olim communicatio cum quovis hæretico, utpote excommunicato fuit prohibita. Hodiè tamen licitum eſt communicare cum omnibus notoriis, & manifeſtis etiam in bulla Cœnæ, & alibi in jure contentis hæreticis, ſpecialiter & nominatim non excommunicatis. Idque propter Bullam Martini V. *Ad evitanda*, juxta quam hodie ſolum illi ſunt vitandi, qui ſpecialiter & nominatim, ùt excommunicati, ſunt publicè denuntiati, prout ſæpiùs dictum. Hinc licet cum iis inire & tractare contractus civiles: admittere eorum filios ad ſcholas, vel ſtudia Catholicorum, non tamenècontra. Item ſervire ſive famulari hæreticis: adire quoque & viſitare templa eorum, ibique ritu Catholico orare. Item & matrimonia certo modo contrahere juxta dicta *in libr. 4.* vid. Reiffenſt. *hic n. 23. cum ſeq.* Pichler *num 12.*

3. An, & quomodo poſſunt vel debent tolerari hæretici, iisque uſus religionis admitti inter Catholicos?

Jure communi ſpectato nullo modo permiſſum eſt recipere, aut tolerare hæreticos multò minùs eorum ritus, ac Religionis Exercitium permittere, *c. 9. 13. §. 2. h. t.* & *L. 15. cum auth. ſi verò & auth. Gazaros C. eod.* vide Pichler *hic num. 13.* at verò legibus, & Conſtitutionibus Imperii aliud ſenſim introductum, ac publicum religionis exercitium quibusdam conceſſum eſt, veluti per tranſactionem Paſſavienſem de an. 1552. Paſſavii initam & an. 1648. Auguſtæ confirmatam, quæ paſſim pax Religioſa appellatur, primùm Lutherani; poſtea verò per pacificationem Oſnabrugenſem de an. 1648. etiam Calviniſtæ recepti fuerunt, qui etiam propterea tolerati dicuntur. Extra hos tamen alii quicunque, veluti Zwingliani, Huſſitæ, Ana-

Anabaptiſtæ &c. nec in Imperio Romano tolerantur, { nulli omninò in Italia, Hiſpania &c. cit. Pichler *n. 2.* latè Reiffenſt. §. *4. h. t. per tot.* Porrò de juſtitia dict pacis Religioſ. vid. Gletle *in ſua Jurispr. terrib. p.* *c. 3. per tot.*

4. *Quæ de jure ſunt pœnæ hæreticorum*

Harum aliæ ſunt ſpirituales, & Canonicæ: aliæ ten porales, ac civiles. Ad pœnas ſpirituales ſive Canonic pertinet I. excommunicatio latæ ſententiæ, quæ in Bul Cœnæ Domini reſervatur Sedi Apoſtolicæ. II. Inhabi tas ad dignitates, officia, & beneficia Eccleſiaſtica ob nenda, priùs verò jam obtentarum privatio. III. Privat jurisdictionis ſpiritualis, & exercitii ordinum. IV. Priv tio ſepulturæ Eccleſiaſticæ &c. uti ſumitur ex *c. 7. 8.* *13. 15. h. t. & c. 2. eôd. in 6.* juncta Bulla Cœnæ. cenſum verò pœnarum temporalium ſive civilium ſpecta I. Infamia, quæ ipſo jure incurritur. II. Inteſtabilitas ta activa, quàm paſſiva. III. Inhabilitas ad omnes actus viles. IV. Confiſcatio omnium bonorum. V. Amiſſio p triæ poteſtatis in liberos. VI. Amiſſio omnis privilegii, beneficii ſpecialis, quod quibusdam in jure conceditu VII. Liberatio ſubditorum & vaſallorum ab omni debi obedientiæ, fidelitatis, & obſequii, & VIII. denique ul mum ſupplicium, & vi conſuetudinis quidem vivicor burium. Uti rurſus patet ex *c. 9. 13. 15. & fin. h. t.* *1. 2. 14. eod. in 6. L. 4. 5. 8. & auth. Gazaros C. eo* vid. Pichler *hic num. 5. & ſeq.* & latè Schmalzgr. *3 & 4. per tot.* Reiffenſt. *eod. tit. §. 5. & 6.*

5. *Sed habentnè iſtæ pœnæ de facto etia maximè in Germania locum?*

Pœnas ſpirituales & Canonicas (ſaltèm excepta ir gularitate,) hodie quoque habere locum etiam contra t

lei

ratos docet cit. Pichler *d. num. circ. fin.* eò quòd Eccle-
 nunquam conſenſerit in ullas transactiones cum Acatho-
lis initas, imò Innoc. X. per ſpecialem Bullam pacem
Weſtphalicam per expreſſum irritaverit, & annullaverit.
Quoad pœnas civiles, & temporales diſtinguunt DD. in-
t Hæreticos Laicos, & inter Clericos, qui in hæreſim
iiderunt. Quoad Laicos hæreticos ſaltèm toleratos,
qales juxta dicta ſunt Lutherani, & Calviniſtæ, pœnis
numeratis in Germania non eſt locus, ob transactiones
& pacificationes prædictas. At verò Clerici, & Religio-
ſi ſi in hæreſin incidant, non ſpiritualibus tantùm, ſed &
temporalibus pœnis antea relatis à Judice Eccleſiaſtico
damnum quoque in Germania rectè affici poſſunt, ex-
cetô ultimô ſuppliciô, cui vi conſuetudinis ſubrogantur
carceres perpetui. Idque partim ex eo, quòd Principes Lai-
ci dictis toleratis ſecuritatem paciſcentes nihil ſtatuere
pcuerint de perſonis Eccleſiaſticis, partim verò, quia hu-
jmodi pacta in favorem toleratorum irrita nunquam ap-
pobavit Eccleſia, imò circa perſonas Eccleſiaſticas in hæ-
rin lapſas contrarium hucusque uſu ſemper tenuit. cit.
Pihler *num. 6.* Schmalzgr. *num. 171. cum trib. ſeqq.*

6 Quid præterea in odium hæreticorum de jure Canonico eſt conſtitutum?

Prohibet quoque Eccleſia (& hodie quidem ſub ex-
communicatione Summo Pontifici reſervata,) legere ſci-
enter ſinè licentia, & in materia notabili ex quocunque
fi libros hæreticorum de Religione tractantes vel hære-
ſin continentes, imò & eos retinere, imprimere, ac de-
federe, ùt patet ex *c. 4. h. t.* & variis Conciliis, ac Bul-
liiextrav. præcipuè Bulla cœnæ. Sed de hoc pleniùs vid.
Pihler *hìc num. 7. cum trib. ſeqq.* & fusè Reiffenſt:
ed. *tit. §. 3. per tot.* Imò & diſputare cum hæreticis
privatim, & publicè de rebus fidei Laicis omnibus quan-
tumvis doctis interdicit. Per ea, quæ habet ſæpè cit. Pich-
le *hìc num. 11.* quæ tamen prohibitio in locis, ubi Ca-

 tholi-

tholici cum hæreticis permixti vivunt, uſu, vel non ſat recepta videtur, vel per conſuetudinem contrariam abro gata eſt. Teſte Schambog. *lib. 1. tit. 1. n. 50.* & Reiffenſt *hic n. 26. junct. duob. ſeqq.* confer cit. Pichler *h. t num. 23. usque ad fin.*

7. *Quis eſt Judex in cauſa hæreſeos?*

Solus Judex Eccleſiaſticus, & quidem privativè licè ea incidenter, & non principaliter deducatur in judicium vel ſola quæſtio facti moveatur. per text. in *c. 18. h. t. ibi* Ratio eſt; quia hæreſis eſt crimen Eccleſiaſticum, ut ha betur in *c. cit.* de Eccleſiaſticis autem judicare eſt ſoliu Judicis Eccleſiaſtici, licèt incidenter tantùm deducantu in judicium. *c. 2. 3. de judic. c. 3. de ord. cognit. cum concord.* vel licèt moveatur ſola quæſtio facti *c. 12. de ſent. excom.* id. Pichler *num. 16.* confer Schmalzgr. *num. 175. usque ad num. 186.* & latè Reiffenſt. *§ 10. per tot.*

8. *An, & quomodo Epiſcopi poſſint abſolvere ab hæreſi?*

Spectato jure Conc. Trid. ſi hæreſis ſit occulta, & nec dum ad forum contentioſum deducta, facultas hæc ab ſolvendi ſaltèm pro foro conſcientiæ competit Epiſcopis *ſeſſ. 24. c. 6. de reform.* ſecùs ſi jam ſit ad forum con tentioſum deducta, tunc enim abſolutio ſpectat ad ſolum Pontificem. Schmalzgr. *hic num. 189. cum ſeq.* Di ctum autem ſpectato jure Trid. nam facultatem hanc pe Bullam Cœnæ ſublatam eſſe aſſerit id Schmalzgr. *n. 197* negatècontra Pichler *num. 20.* vid. plenè de tota hac ab ſolutionis materia Reiffenſt. *§. 7. & duob: ſeqq.*

TITU-

TITULUS VIII.

Schiſmaticis, & Ordinatis ab eis.

uid in præſenti eſt Schiſma, & quis Schiſmatics ?

Ciſma hìc nihil aliud eſt, quàm ſciſſio, ſive diviſio, â ſe aliquis ab unitate Eccleſiæ Catholicæ, prout eſt s myſticum ex univerſis fidelibus tanquàm membris, mano Pontifice tanquam capite conſtans, pertinaci- regat. Schiſmatici verò, qui ſe hoc modo defacto aciter ſeparant, ac ſegregant. vid. Vallenſ. *hic n. 1.* alzgr. *num. 2.*

2. Quomodo differt Schiſma ab hæreſi?

ffert in eo, quòd hæreſis directè opponatur fidei, do ſive non credendo unum vel plures fidei articu- s. chiſma verò opponitur tantùm unitati, ejusque ma- otiſſimum conſiſtit in inobedientia. Unde omnis cus eſt quidem etiam Schiſmaticus, non autem èconȧ. llenſ. *loc. cit.*

3. Quotuplex eſt Schiſma?

plex : purum, & non purum, ſive conjunctum reſi. Purum eſt, cui convenit data definitio, & pot- abſque omni hæreſi v. g. ſi quis S. Pontifici qua ta- eum agnoſcat eſſe caput Eccleſiæ, omnesque alios ticulos credat, obedire pertinaciter detrectat. Non ſive conjunctum cum hæreſi eſt, quando inſuper liquem fidei articulum v. g. Pontificem eſſe Chriſti m, ei eſſe obediendum &c. Pichler *hic n. 1. & 2.* Schmalzgr. *n. 4. & ſeqq. usque ad n. 15.*

4. *Quæ ſunt pœnæ Schiſmaticorum*

Schmiſmatici non puri, ſeu habentes adjunctam h-ſim iisdem pœnis ſubjacent, quibus hæretici, quia ſunt hæretici. Schiſmatici verò puri, & propriè tale currunt I. excommunicationem majorem *Can. 5. 19. & Can. 43. cauſ. 32. quæſt. 5.* junct. Bulla Co *§. 1.* juxta quam proinde ea quoque hodiè eſt reſerva Pontifici; II. fiunt inhabiles ad officia, beneficia, & d tates Eccleſiaſticas, præſertim Epiſcopalem, probat etiam poſt abjuratum Schiſma, & peractam pœnitent Reiffenſt. *hìc n. 9. & ſeq.* confer Schmalzgr. *n. & ſeqq.*

5. *Quid juris circa ordines collatos Epiſcopo Schiſmatico?*

Ordinati ab ejusmodi Epiſcopo Schiſmatico, validè dem recipiunt ordines, modò in eorum collatione ſubi tialia obſervata fuerint: taliter tamen ordinati non piunt executionem ordinis, niſi cum iis diſpenſetur *c. 1. & 2. h. t.* Vallenſ. *hìc num. 3.* Engel *num* quod tamen eatenus tantùm procedit, quatenus Epiſc fuerit notoriè Schiſmaticus, & ùt talis nominatim de tiatus. Pichler *hìc num. 5.*

TITULUS IX.

De Apoſtatis, & reiterantibus Ba ptiſma.

1. *Qui hìc dicuntur Apoſtatæ, & q Apoſtaſia?*

PEr Apoſtatas hìc intelliguntur omnes illi, qui defici vel recedunt ab inſtituto prioris vitæ, quod pul

…ſſione ſuſceperant. Pichler *hìc n. 1.* Unde Apoſtaſia …ceſſus vel defectio à Deo, dum vel fides Chriſtiana, …atus Religioſus, vel Sacer ordo ſuſceptus deſeritur. …enſt. *eod. tit. n. 1.*

2. *Quotuplex eſt Apoſtaſia?*

…riplex, uti ex dictis apparet, nimirùm Apoſtaſia à …à Religione, & ab ordine.

…*uid eſt Apoſtaſia à fide, & quomodo differt ab hæreſi?*

…t totalis diſceſſus, ſeu defectio à fide Chriſtiana, & …oſtata à fide ille propriè dicitur, qui à fide Chriſtia… …edit, eamque totaliter deſerit, ut ſi Chriſtianus ad …mum vel paganiſmum tranſeat, & fiat Judæus, pa… …, vel Turca. In quo etiam differt ab hæreſi, quòd …on ex toto, ſed ex parte duntaxat in uno vel pluri… …ticulis à fide deflectat. Unde licèt tranſeuntes ad …ranos, vel Calviniſtas vulgò dicuntur Apoſtatæ, ve… …en, & propriè loquendo non ſunt Apoſtatæ à fide, … …œnis Apoſtatarum ſubjacent, Reiffenſt. *hìc n. 2.* …*ſeq.*

…. *Quid eſt Apoſtaſia à Religione?*

…ec eſt, quando quis poſt edita in ordine verè Reli… …& approbato vota ſubſtantialia, etiam ſimplicia tan… …qualia ſunt in Soc. Jeſ. absque obtenta priùs licentia …ced à Religione, & quidem ſine propoſito redeundi, … …n propoſito nunquam redeundi, ſive dimiſſo habito … …ento Pichler *hìc num. 1.* Dicitur autem ab or… …ne …rè Religioſo &c. quia qui tantùm ab aliqua pia …unitate, quæ per Sedem Apoſtolicam approbata Re… …on eſt, etiam juxta inſtituti ſui ſtatuta novitiatum habeant

habeant, & tria vota ex devotione emittant (prout
Virgines Anglicanæ, & alii ejusmodi piarum fœmin
cœtus,) ſponte etiam ſine licentia recedit, non eſt
Apoſtata, ſicut nec ii, qui ſe ab inſtituto Bartholo
rum ſeparant. Reiffenſt, *hic num. 10.* Pariter e
pro Apoſtata à Religione proprie habendus non eſt
ſuam quidem Religionem deſerit, animo tamen alia
grediendi. id. Reiffenſt. *num. 11.* & Pichler *d. nu*
h. t. add. Schmalzgr. *num. 18. cum. ſeq.*

5. Quid eſt apoſtaſia ab ordine?

Iſta eſt, & committitur, quando quis in ſacris o
bus conſtitutus ad ſtatum Laicalem, vel etiam co
propria authoritate ſe transfert. vid. cit. Reiffenſt. *h*
25. cum ſeq.

6. Quæ ſunt pœnæ apoſtatarum à fid

Hi inprimis incurrunt omnes pœnas pro hæ
ſtatutas, de quibus tit. præc. neque ipſos juvat in im
Lutheranorum, & Calviniſtarum toleratio, & præ
ſubſunt ſpecialibus pœnis, præſertim quòd quamdi
vunt, ſemper, & poſt mortem verò usque ad quinq
nium accuſari, ac in his puniri poſſint. *L. 2. & 4. C*
apoſtat. id. Reiffenſt. *n. 4. & duob. ſeqq.*

7. Quomodo puniuntur apoſtatæ à R gione?

Horum pœna eſt: I Excommunicatio ferenda in
qui non dimiſerunt habitum, & latæ in illos, qui di
runt, *c. 2. ne Clerici vel mon.* II. Suſpenſio ab ex
tio ordinum in Apoſtaſia ſuſceptorum. *c. fin. h. t.* &
Amiſſio omnium privilegiorum ſeu Religionis, ſalte
cuta ſententia declaratoria, & ſi Apoſtata dimiſit habi
Trid. *ſeſſ. 25. c. 19. de regular*, vid Pichler *hic n.*

8. G

Qualiter puniuntur Apoſtatæ ab ordine?

Pœnæ eorum ſunt I. amiſſio privilegii Canonicis *h. t. & c. 23. de ſent. exc.* II. Excommunicatio latæ ſententiæ, ſi laicalem tantùm ſtatum aſſumant, et matrimonium contrahant, latæ. *c. 3. h. t.* III. Fiunt ipſæ infames, & incurrunt irregularitatem, præſertim, ſi matrimonium contrahere attentent propter bigamiam ſimilitudinariam, & IV. jubentur duro carceri mancipari, ut niſi miſera vita eis reſervetur, *c. 5. h. t.* Reiffenſt. *hìc num. 28. & ſeq.*

Quid hìc intelligitur per reiterantes Baptiſma in ſecunda rubricæ parte?

Per hos intelligitur hìc eorum ſecta, quos anabaptiſtas dicimus. Item eos, qui aliàs quo quomodo ſcienter ſe rebaptizari permiſere, quod eſt crimen graviſſimum, & facinus inexpiabile, juxta *Can. 108. & 112. de conſecr.* eò, quod baptiſmus ex inſtitutione divina ſit irreiterabilis: Trid. *ſeſſ. 7. Can. 9.* Reiffenſt. *hìc n. 33.*

Quæ ſunt pœnæ iterantium baptiſma?

Incurrunt irregularitatem tam rebaptizatus, quàm rebaptizans, nec non in eo officio miniſtrantes. *c. 2. h. t.* Puniuntur depoſitione, ſi Clericus, & excommunicatione ferendæ ſententiæ, ſi Laicus fuerit, *Can. 118. diſt. 4. de conſecr.* Jure Civili autem jubentur ultimo ſupplicio affici.. *L. 2. C. nè Sanctum Baptiſ.* nec gaudent immunitate ſive privilegiis toleratorum in imperio. vid. cit. Reiffenſt. *hìc n. 34. usque ad fin.*

TITU-

TITULUS X.

De his, qui filios occiderunt.

1. *Quomodo titulus iſte connectitur cu prioribus?*

SUperioribus titulis dictum de iis criminibus, quæ pr cipaliter in DEUM committuntur, videndum proi de illis, quæ tendunt ad canonem proximi, & prim quidem de iis, qui in corpore, & vita læduntur, inter q graviſſimum eſt parricidium.

2. *Parricidium quid, & quotuplex?*

Parricidium in jure dupliciter conſideratur, prop & impropriè. Proprium eſt, quando parentes liberos, viciſſim liberi parentes ſine cauſa legibus cognita o dunt. Improprium, quod inter collaterales, vel affi perficitur, item, ſi conjux conjugem interficiat. *L. 1. ad L. Pompei. de parricid.* Engel *hìc n. 1.* Et t parricidium in genere ſumptum eſt cædes & intern perſonæ, quæ nobis ſanguine, vel conjugio juncta eſt König *h. t. n. 2. & ſeq.*

3. *Quæ eſt pœna hujus criminis?*

Jure Canon. cui non eſt pœna ſanguinis, nec gla occidens, ſed vivificans, ſicut aliis pluribus delictis, it huic crimini nulla fere certa pœna eſt præſcripta, ſed ricidæ vel ad publicam pœnitentiam damnabantur, j *Can. 15. cauſ. 33. quæſt. 2.* vel ad monaſterium de debantur *c. 1. h. t.* ità ut hodie adhuc ſit arbitraria. gel *hìc num. 2.* At verò jura civilia in parricidas ge graviùs invehuntur, uti videre eſt apud Lauterb

l. 1. de leg. Pompej. de parricid. §. 9. & ſeq. & vi. me quidem ex conſtit. Caroli V. pœna parricidii ope talis eſt pœna culei : improprii verò pœna legis orn. de Sicar. id eſt gladius, *§. 6. Inſt. de publ. judic. 1. & 9. ff. de leg. Pompej. de parricid.* Jure Auiac is, qui patrem, vel matrem, aut ſi viciſſim pater, t mater filium, item conjux conjugem occiderit, pœna tæ fficitur pro qualitate circumſtantiarum exaſperan-, vel à pedibus, vel à collo von unten auf, oder o-n rab conquaſſetur. *ordin. crim. Inf. Auſtr. art.* . *§ 2.* Et quia porrò pœnæ Canonicæ ejusmodi delis on ſunt proportionatæ, hinc tales homicidæ à Juibi Eccleſiaſticis puniri ampliùs non ſolent, ſed tann curia ſæculari, ad quam proinde ſi Laicus ſit, rettur, ſi verò Clericus, priùs juxta præſcriptum SS. n. degradandus, ſicque degradatus eidem extrand foret. Schmalzgr. *hic num. 26.* Pichler *num. 3.* ual verò pœna afficiendæ ſint mulieres partum proprium cid tes, aut etiam abortum procurantes? vid. cit. Lauba. *d. t. §. 12.* Carpzov. *quæſt. 9. & 11.* & in orne praxim Auſtriac. cit. *Ordin. Crim. art. 66. m. 9.*

TITULUS XI.

e nfantibus, & languidis expoſitis.

. e quali crimine agitur in præſenti titulo?

G r hic, ut plurimum de expoſitione infantum, cui Co cord. *tit. in ord. crim. Infer. Anſtr.* von Hin-gle ung der Kinder 68. quæ ſæpiſſimè fit ad celandum ui partus crimen à mulierculis ſolutis, quandoque o eam à parentibus ob paupertatem, cujusmodi ex- poſitos

poſitos vocamus die Findling / Findel⸗Kinder. A
ra verò rubricæ pars ſonat de languidis expoſitis, q
plerumque accidit in ſervis, vel famulis ægrotantib
ſuis dominis ex ſorditie, vel duritie cordis è domo
ctis. Pichler *hic num. 1.*

2. *An, & quomodo ergo peccant pare tes infantes ſuos exponendo?*

Peccant regulariter graviſſimè, non tantùm quando ponunt ea intentione, ut pereant, vel prævident facilè rituros: ſed etiam eo fine, ut ab aliis educandi aſſum tur. Pars prior eſt extra controverſiam, quia quant in ipſis eſt, ſic expoſitos necare videntur. *Can. 21. c 86. Can. pri. diſt. 87. L. 4. ff. de agnoſ. & alend.* Pars altera tenetur communiter, & probatur tum ex jur. juncta *nov. 153. in pr.* tum; quia ſi non dire indirectè ſaltèm liberos ejusmodi exponunt mortis p culo. Schmalzgr. *hìc num. 2. & ſeqq.* Reiffenſt. *n 3. cum ſeqq.*

3. *Quare dictum Regulariter?*

Quia quandoque ſaltèm à pœna excuſat, eamqu plurimum minuit nimia parentum egeſtas: item ſi p culum moraliter ceſſet, ut quia infans poſitus eſt ad mum, vel ſcalas alicujus, aut in via publica, ubi conti homines pertranseunt, vel ad portas Xenodochii, aut phanotrophiis, an die Spital⸗und Waiſen⸗Häu cit. Reiffenſt. *num. 6.*

4. *Poteſtnè ab hoc crimine ejusque pœ excuſari fœmina non ex malitia, ſed præci- sè ad avertendam infamiam partum exponens?*

Volunt hoc aliqui, uti videre eſt apud P. König *hìc n*

propoſito affirmativam defendit Pichler *eôd. tit. n.* gativam tamen tuetur d. König loc. cit. Schmalzgr. *n. 4.* Ex ratione, quia licèt quidem honor & fama modo filiis, ſed & vitæ propriæ anteferatur, juxta *§. 2. ff. quæſt. met. cauſ.* hoc tamen, ùt plurimùm in procedit, quando fama ab alio injuſtè invaditur, fertur. Secùs quando læditur juſtè ex facto proprio operâ rei illicitæ datâ.

Quæ eſt pœna liberos ſuos injuſtè exponentium?

Jure Canonico eſt rurſus arbitraria. Engel *hìc num. 2.* verò civili pater exponens filium amittit patriæ poteſtatis jura, privaturque ſucceſſione infantis expoſiti *L. 2. C. de infant. expoſ.* Præterea verò pro qualitate facti criminaliter puniuntur. Et ſiquidem infans fuit expoſitus loco periculoſo, & ſolitario, ibique extinctus, eſt pœna homicidii, *L. fin. C. d. t. conſtit. Car. V. art. 132. in* ... verò extinctus non ſit, vel extinctus quidem, ſed expoſitus in loco non ſolitario, pœna eſt arbitraria pro diverſitate circumſtantiarum. Carpzov. *quæſt. 10. num. 11.* *Ord. Crim. Infer. Auſtr. art. 68. cit.*

Quis tenetur alere liberos expoſitos inventos, quorum parentes ignorantur?

Si in aliquo loco ſint Xenodochia vel Orphanotrophia ad hunc finem ſpecialiter erecta, tunc in his recipi, & educari debent. His deficientibus onus eſt Eccleſiæ, ſi reditus habeat. Si verò iis deſtituatur, tunc educatio pertinet ad communitatem loci, in quo infans expoſitus, & inventus. Riffenſt. *num. 12.* Pichler *n. 5.* confer Schmalzgr. *num. 5. & quinque ſeqq.* Si tamen parentes reſciantur, &

& media habeant, tenentur refundere expenſas ei, qui interim curam prolis ſuſcepit, quisquis ille ſit, etiam locu ad id benè fundatus. Ratio; quia nemo, niſi aliund conſtet, cenſetur ſuum jactare, & fundationes ejusmod pro pauperibus tantùm, non etiam pro aliis factæ intelliguntur. Pichler *hìc num. 6.* vid. tamen etiam Reiffenſt *num. 15. cum ſeq.*

7. *An, & quatenus tenentur domini a curam famulorum ægrotorum?*

Si loquamur de obligatione charitatis, tunc dominu non minus ac quilibet alius tenetur pro viribus ſui patrimonii famulo, vel cuilibet alii ſuccurrere, ut habet communis Theologorum: at verò ratione famulatûs, & obſequii veriùs eſt nullam propterea in domino eſſe obligationem, ſaltèm ad expenſas, & ſumptus majores, eo quòd famulus ea ratione habeat ſuum ſalarium. Schmalzg *hìc num. 21.* Reiffenſt. *num. 25. & ſeq.* Unde, quas majores fecit, rectè eas poſtea ex ſalario deducet, maximè ſi proteſtatus fuerit. cit. Schmalzgr. *n. 23.*

TITULUS XII.

De Homicidio voluntario, vel caſual

1. *Quid eſt Homicidium?*

Est violenta hominis ab homine facta occiſio. vid. V lenſ. *h. num. 1.*

2. *Quotuplex eſt homicidium?*

Juxta rubricam hujus tituli aliud eſt voluntarium, ali caſuale, illud eſt, quod fit ex voluntate hominis occide tis ſive quod ſcienter, vel ex propoſito committitur. H quod caſu, & præter intentionem evenit. Utrumque c pli

liciter fieri poteſt. Voluntarium quidem vel directè, vel ndirectè: Caſuale verò cum, vel ſinè culpa. Homicidium oluntarium directè fit, quando immediatè, ac per ſe intenditur occiſio hominis. Indirectè quando voluntariè poitur cauſa propinqua, & per ſe connexa, ex qua facilè, & lerumque mors ſequi, vel prævideri poteſt, licet per ſe on intendatur occiſio, ut ſi percutiatur graviter mulier rægnans, vel intendas aliquem vulnerare. Caſuale ſinè ulpa fit, quando quis facit aliquid ex quo ſequitur occio, nullo modo tamen prævíſa, vel volita, ut ſi quis in lva feram ſclopo petat, & caſu fortuito hominem fore intervenientem à ſe non animadverſum tangat. Cum ulpa verò, quando aliquid fit, ex quo prævideri potuit alrum occidi poſſe, & diligentia debita vel cautela ſuffiens non fuit adhibita: ut ſi quis explodat ſclopum in loco, uô vulgò iter fit, &c. Voluntarium præterea aliud eſt citum, quod fit vel defenſionis neceſſariæ causâ ſervato oderamine inculpatæ tutelæ, vel ex præcepto ſuperioris s gladii habentis. Aliud illicitum, quod contra divim, vel naturalem, aut humanam legem prohibentem imô, & intentione occidendi malitiosè committitur. nde legiſtæ ſolent homicidium dividere in neceſſarium, lpoſum, & caſuale, qua de re vid. Lauterbach *ff. ad g. Corn. de Sicar.* Pichler *hic n. 1.*

. *Quando, & quibus caſibus poteſt eſſe homicidium juſtum?*

Hoc duobus modis contingit, ſcilicet, vel authoritate ivata ob neceſſariam ſui defenſionem vel authoritate blica per ſententiam condemnatoriam nocentis, aut per dem hoſtis in bello juſto, de utroque vid. fusè Schmalzgr. *c §. 2.* Pichler *§. 2.* & Reiffenſt. *§. 3. & 4.* atque hoc ra omnem pœnam eſt. Quia vim vi repellere omnes le s, omniaque jura permittunt. *L. 3. ff. de I. & I.* undè enſio dicitur eſſe juris naturalis & gentium. Et Rem-

publicam ſupremum in ſubditorum corpora habere minium apud omnes eſt in comperto. cit. Reiffe *num. 61. & ſeq.* Idem eſt de homicidio caſuali, q ſine culpa accidit. *L. 1. in fin. L. 5. C. ad leg. Corn. Sicar.* adeò ut taliter interficiens nec ad reſarcitio damni civiliter conveniri poſſit; cit. Lauterbach. *§. 37*

4. *Quæ pœna eſt homicidii illiciti?*

Hoc aliter punitur de jure civili, & aliter de jure nonico.

5. *Quæ eſt pœna de jure civili?*

Hoc jure homicidii doloſi, pœna eſt ultimum ſup cium, ſive gladius, & ſubinde rota, pro qualitate circ ſtantiarum, prout nimirum eſt vel ſimplex, vel quali tum, puta parricidium, veneficium, aſſaſſinium, latr nium; de quib. vid. Lauterbach. *d. t. §. 18. usque a 29.* confer *ord. crim. Infer. Auſtr. art. 62. 65. 70 duob. ſeqq.* Culpoſum homicidium plerumque e ordinem coërcetur magis, vel minùs, prout c eſt lata, vel levis, id. Lauterbach. *tit. cit. §. 36.* c fer Carpzov. *Crimin. quæſt. 27.* Præterea verò ten quoque occiſor ad ſatisfactionem civilem, ſcilicet ad mnum reſarciendum illis, qui ex tali homicidio per ſ directè læſi ſunt, hoc eſt illis, quibus defunctus ad alin ta, vel rem aliam præſtandam ex juſtitia obligatus quâ nunc propter mortem illius carere debent, ut ſun beri, parentes, uxor, item ex probabili ſententia cred res, ſi propterea ſuo debito privati fuerint, de quo vid. gel *hìc num. 36. & ſept. ſeqq.* Schmalzgr. *num. 2 cum ſeq.* add. P. König *num. 28. h. t.* Pichler *n 22.*

6. Q

Quomodo punitur homicida de Jure Canonico?

De Jure Canonico ex crimine homicidii in foro externo contra Laicos regulariter non proceditur, cùm ſit crimen fori ſæcularis, poteſt tamen hoc jure, & illis imponi pœnitentia publica juxta *c. 6. h. t.* aut ſententia excommunicationis in eos ferri, niſi pœnitentiæ ſatisfactione crimen commiſſum diluerint. *Can. 20. cauſ. 24. q. 3.* At verò Clerici ob homicidium voluntarium ab omnibus beneficiis, & ordinibus deponuntur, & ſi depoſiti ſe non corrigant, ſed in idem delictum denuò ruant, excommunicantur, & ſucceſſivè anathematizantur, ac demum ſi in profundum ſcelerum ſinè ſpe correctionis demerguntur, degradati curiæ ſæculari pro meritis puniendi traduntur. *c. 10. de judic. cit.* König *h. t. num. 29.* Reiffenſt. *h. tit. num. 21. cum 5. ſeqq.*

7. Quæ præterea ſingularis pœna Jure Canon. in occiſores eſt introducta?

Præter pœnas enumeratas tam Laici, quàm Clerici incurrunt etiam irregularitatem, ſive inhabilitatem ad ordines Eccleſiaſticos ſuſcipiendos, vel ſuſceptos exequendos *Can. 4. cum aliquot ſeqq. diſt. 50.* Trid. *ſeſſ. 14. & 24. c. 6. de Reform.* Nec refert, an homicidium ſit publicum, vel occultum cit. jur. item, an homo, qui occiditur jam ſit in lucem editus, vel non; quia etiam, qui procurat abortum fœtus animati, irregularitatem incurrit. *c. 5. & 20. h. t.* Præterea non tantùm is, qui occidit, ſed etiam qui cauſam mortis præbuit, item ille, qui alterum percuſſit lethaliter, vel vulneravit, licèt ab alio fuerit interemptus, nec non is, qui alium tantùm mutilavit, irregularis efficitur *c. 11. 13. h. t. junct. c. fin. eod. in 6.* vid. Schmalzgr. *hìc n. 149. cum trib. ſeq.* Ratio autem & cauſa hujus irregularitatis non eſt

tantùm pœna delicti, ſed defectus lenitatis, & manſi- tudinis: indecens enim videtur, ut is, qui alienum ſanguinem fudit, Chriſti mitiſſimi proprium ſanguinem pro nobis effundentis perſonam in altari repræſentet, hoſtiam immacultatam Deo Patri offerens. Engel *hìc num.* … *junct. num. ſeq.*

8. *Sed induciturnè iſta irregularitas ex omni homicidio, vel mutilatione, quomodocunque contingente?*

Circa homicidium, vel mutilationem directè voluntariam, & dolo commiſſam facilè omnes conveniunt, talem homicidam, vel mutilatorem extra omne dubium fieri irregularem, per jura in q. præc. allegata. Pariter apud omnes expeditum eſt, ex homicidio, vel mutilatione neceſſaria, ſcilicet ad ſui defenſionem facta, nullam incurri irregularitatem. Dummodo moderamen inculpatæ tutelæ ex integro fuerit obſervatum: per Clem. *un.* *t.* Engel *hìc. num. 55.* & latè Reiffenſt. *§. 4. per t.* Idem ferè judicandum eſt de homicidio merè caſuali, quod nulla culpa præceſſit. Pichler *hìc num. 29. & ſeq.* Tota igitur difficultas eſt circa homicidium *culpoſum*. Ubi diſtinguendum, an occidens, vel mutilans dederit operam rei licitæ, an verò illicitæ: ſi primum? non aliter incurritur irregularitas, quàm ſi occidens, vel mutilans culpam latam commiſerit, & ſic non ſufficit culpa levis, ùt benè probat Engel *hìc num. 48. ex c. 13. & trib. ſeqq. h. t.* confer Reiffenſt. *num. 181. & ſeq. usque ad 190.* ſi ſecundum, ſcilicet, quia opera data fuit rei illicitæ, tunc ex communi in ordine ad irregularitatem obtinet regula: danti operam rei illicitæ, imputantur omnia, quæ inde ſequuntur licet diligentiam habuerit in damno præcavendo, prout ſumitur ex *cap. 8. 10. & 1…* *h. t.* modo tamen opus illud tale ſit, quod ex ſe, & natura ſua inducit periculum mortis vel mutilationis, atq…

, ſi non ſemper, ſaltem frequenter ſolet ſequi homi-
n, vel mutilatio, uti rurſus bene obſervat citatus
l *num. 50.* & pluribus oſtendit Reiffenſt. *à num.*
usque ad num. 201.

.*Quid hìc venit nomine mutilationis?*

Mutilare in ordine ad irregularitatem inducendam
in materia pœnali, & odioſa proprie & ſtrictè com-
ter accipitur, ut ſignificet totalem membri amputa-
r, ſicut colligitur ex *C. 5. ne Cleric. vel Monachi*
4. de raptor. hinc ad irregularitatem non ſufficit,
s alterum tantùm vulneraverit, aut membrum inu-
ddiderit. Præterea ex communiore nomine mem-
telligi debet totum organum, ſive corporis pars ali-
rincipalis peculiarem functionem in corpore obti-
ut manus, pes, oculus, &c. niſi aliquis ſe ipſum
opera mutilaverit cit. Engel *hìc num. 51.* vid. etiam
er *hìc num. 26.* add. dicta *L. 1. tit. 20. q. 3.*

Contrahitur ne etiam irregularitas ex homicidio publica authoritate facto?

Quamvis homicidia ejusmodi juſtiſſima ſint, & ma-
ores piè ac ſanctè è medio tollantur, uti pluribus
et Reiffenſt. *hìc num. 65. usque ad num. 70.* Cer-
amen & indubitatum eſt omnes, qui hoc modo ad
ecionem, vel mutilationem quomodocunque concur-
fieri irregulares: uti ſunt Judices, Aſſeſſores, Con-
es, &c. accuſatores quoque, & delatores, teſtes, no-
aliique miniſtri Juſtitiæ per text. & DD. in *c. 5. &*
Clerici vel Monachi. Engel *hic num. 61.* ratio
ex dictis *quæſt 7.* add. Pichler *hic. num. 31.*
ſeq. & fusè Reiffenſt. *d. §. 3. à num. 75. usque*

ad n. 114. an & quomodo autem milites in bello pugn tes incurrant irregularitatem, vel non? vid. cit. En *n. 57. & trib. ſeqq.* confer Reiffenſt. *à n. 115. usq ad fin. d. §. 3.*

11. *Solumnè autem ille, qui occidit, q mutilat contrahit irregularitatem, vel etiam ille, qui mandat, conſulit &c.?*

Non requiritur abſolutè, ut quis per ſeipſum occi vel mutilet, ſed etiam ille fit irregularis, qui occidi vel m tilari mandavit, conſuluit, aut aliàs quoquo modo ad ill concurrit: modo homicidium vel mutilatio fuerit ſub cuta. Ratio, quia mandans & conſulens ſunt ſuo modo ca ſa moralis homicidii. *c. 2. d. Cleric. pugnant. in du* igitur eo modo contrahunt irregularitatem ſicut ipſe oc dens mutilans. vid. plenius Reiffenſt. *n. 27. in §. 2. ibi usque ad fin.* ubi etiam de Cooperantibus, & n impedientibus homicidium: item de vulnerantibus, la de ſingulis Schmalzgr. *à n. 154. usque ad n. 184.*

12. *Quis poteſt diſpenſare in hac irregularitate?*

In hac irregularitate regulariter diſpenſat ſolus Pon fex, vid. Schmalzgr. *hìc num. 245. & ſeq.* quia tame juxta Concilium Trid. *ſeſſ. 24. C. 6. de Reform.* Epiſco pi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prov nientibus (exceptô homicidiô voluntario & aliis ad forú contentioſum jam deductis) diſpenſare valent, conſequer eſt, quod & in hac irregularitatis ſpecie rectè diſpenſen dummodo delictum ſit occultum, nec in forum conte tioſum deductum. vid. de hoc plene Reiffenſt. §. *6. pe tot. h. t.* & cit. Schmalzgr. *à num. 249. usque ad n 265.*

TITU

TITULUS XIII.
De Torneamentis.

1. *Quid ſunt torneamenta?*

TOrneamenta, Germanice Thurnier/ Schmalzgr. *hic num.* 1. ſunt nundinæ, vel feriæ ſive haſti-ludi in quibus milites, & præſertim nobiles Equeſtres vel maximè ex condicto ad oſtentationem virium & audaciæ congredi ſolebant. König *hic* §. 1. *num.* 1. Reiffenſt. *num.* 2. Torneamentis valdè ſimiles ſunt agitationes taurorum, vel ferarum hodie-dum in multis locis præſertim in Hiſpania (teſte Pichler) num uſitatæ; imo & digladiationes, die Fecht-er Schulen/ Marx-Brüder/ in quibus ligneis ar-mis mit Duſſacken/ quandoque uſque ad ſanguinem & mortem fere decertatur.

2. *Quare, & quomodo iſta torneamenta ſunt prohibita?*

Torneamenta hujusmodi dupliciter fieri poſſunt. I. Temerè, adhibendo haſtas acutas aliaque arma expedita ad vulnera, & mortem infligendam, nec non ſubſtituen-do homines ad agitandum cum beſtiis. II. Moderatè, adhibita cautelâ, utendô v. gr. haſtis ſine cuſpide, aut armis hebetatis, vel ſubſtituendo capita ex ligno, aut charta formata, aut etiam mittendo in bruta & feras homines exercitatos. Primô modô conſiderata tornea-menta quamvis forte jure veteri civili permiſſa eſſe vi-deantur arg. *L. 7. §. 4. ff. ad L. aquil. L. 2. de alea. ff.* novo tamen jure Codicis, & præſertim Ca-nonico graviſſimè ſunt prohibita, jure quidem Codicis *L. unica Codice. de gladiat.* jure vero Canon. *C. 1. & 2.*

& 2. h. t. ex ratione : quod inde cædes hominum & animarum pericula perſæpe proveniant cit. Reiffenſt *num. 5.* Conſiderata vero ſecundo modo, licet ea olim quoque à Clemente V. in Concil. Vienn. ſub excommunicatione, & aliis gravibus pœnis ſuerint prohibita : dictam tamen conſtitutionem pœnasque in illa contentas ad inſtantiam Regis Galliæ & Germaniæ Principum revocavit Joannes. XXII. in *extravag. un. h. t.* hinc ejusmodi haſtiludia noſtris quoque temporibus in Principum nativitate, inauguratione, nuptiis, fieri ac celebrari videmus, & digladiationes, die Fecht-Spiel, nec non agitationes taurorum cum canibus, die Hetzen, in hac Civitate Viennenſi quotidie ſpectamus. vid. idem Reiffenſt. *num. 7. & ſeq. h. t.* quod tamen de Laicis tantùm, non etiam de Clericis eſt accipiendum. Schmalzgr *hic n. 10.* & Pichler *n. 2.*

3. *Qualis eſt pœna torneamentorum?*

Occidens aliquem in torneamentis prohibitis & temeris, eſt reus homicidii, & fit irregularis : interfecto vero ſi pugnandi cauſa acceſſerit denegatur ſepultura Eccleſiaſtica cit. *c. 1. & 2. h. t.* dicitur autem : *in prohibitis &c.* nam in haſtiludiis & agitationibus noſtri temporis, ſicut & per ſe ceſſat prohibitionis ratio, ita ſi etiam præter opinionem aliquando contingat hominem in hujusmodi ludo occidi, nec occiſo Eccleſiaſtica ſepultura deneganda, nec occidenti id, cæteris paribus ad irregularitatem imputandum foret. P. König *h. n. 3.*

TITULUS XIV.

De Clericis pugnantibus in duello

1. Quid eſt duellum, & unde dictum?

DUellum, quaſi duorum bellum, quod & Monomachi

chia dicitur eſt ſingularis pugna duorum inter ſe ex condicto ſuſcepta. König *h. §. 2. n. 2.* vel eſt certamen ſingulare ex privatis cauſis, & ex condicto ab utraque parte deliberatè ſuſceptum deſignato tempore & loco, ad occiſionem, mutilationem, aut gravia vulnera infligenda. Pichler *hìc n. 1.*

2. *Quotuplex eſt duellum?*

Dividi ſolet in ſolemne, & privatum: *Solemne* eſt, quod fit cum certis ritibus, & forma, nempe adhibitis patrinis ſeu ſecundantibus, ùt vocant, literis provocatoriis vulgò Chartell/ ac in loco congredientibus ſecuritatem præſtante, quem campum francum appellant. Privatum; quod quidem etiam ex condicto, atque ſtatuto loco, & tempore, absque aliis tamen ſolennitatibus, circa ſecuritatem loci, & absque patrinis adhibitis fit. Reiffenſt. *hìc n. 2. & ſeq.* Schmalzgr. *n. 2.*

3. *An, & quo jure duellum eſt prohibitum?*

Regulariter loquendo duellum utroque modo acceptum, prohibitum eſt Jure Divino, & humano, tum civili tum Eccleſiaſtico. ùt patet ex *L. un. C. de gladiat. Can. 22. cauſ. 2. q. 5.* & Trid. *ſeſſ. 25. de reform. c. 19.* id. Reiffenſt. *n. 4.*

4. *Quæ pœnæ ſunt in duellantes conſtitutæ?*

Jure Civili, ſi alter duellantium ceciderit, diſtinguitur inter provocantem, & provocatum: ſi provocans occidit provocatum? puniendus eſt pœna ordinaria legis Corneliæ nempe gladiò: Si provocatus provocantem? mitius, & extra ordinem puniri ſolet. Ex ratione; quod

quod ignoſcendum ſit ei, qui provocatus ſe ulciſci v
L. 14. §. 6. ff. de bon. libert. Schmalzgr. *hìc n.*
Jure Canonico ſtatuta eſt 1. Excommunicatio ipſ
ctô incurrenda. 2. Perpetua infamia. 3. Proſcr
omnium bonorum. 4. Poſſunt etiam & debent
SS. Canones ùt homicidæ puniri arbitrariè, licet
ſecuta non fuerit. 5. Decedens in duello privatur ſ
turâ Eccleſiaſticâ. 6. Si Clericus fuerit, privatu
neficiis, & inhabilis redditur ad illa, ac ſi aliquen
ciderit, vel mutilaverit, contrahit irregularitatem.
Duellantes fiunt etiam rei Criminis læſæ Majeſtatis
inteſtabiles, quæ omnia patent imprimis ex
ſeſſ. 25. de reform. c. 19. deinde ex Bulla Pii
cip. *Ea quæ à Prædeceſſoribus*, nec non Bulla
gorii XIII. & Clementis VIII. ubi pœnæ præfatæ ſta
ac reſpectivè extenſæ leguntur. vid. Engel *hìc n.*
ſeq. Schmalzgr. *n. 35. cum ſex ſeqq.*

5. *Qui duellantes, & an ipſi ſoli pœnas e meratas incurrant?*

Præfatas graviſſimas pœnas incurrunt imprimis
tantùm ſolenniter, ſed etiam privatim duellantes, n
ex condicto, ſtatuto loco, & tempore congredian
& quidem tam provocans, quàm provocatus, ſive ſ
piens duellum; etiam milites, & quicunque alii. I
de non tantùm duellantes, ſed etiam ſecundantes,
Patrini eorum, item, omnes dantes conſilium,
lium, & favorem ad illud, nec non ejusdem ſpec
res: ii tamen tantùm, qui ex induſtria ad illud
dunt per Jur. cit. Præterea tum vigore dict. Trid. q
Bull. Clementis VIII. Ipſi quoque Principes & Do
terrarum, qui duellantibus locum in ſuis territoriis
cedunt, incurrunt excommunicationem latæ ſente
& ſi locum ejusmodi Caſtrum aut civitatem, in
duellum fieri permiſerunt, obtineant ab Eccleſia,

tiam ejus jurisdictione, & dominio privantur; ſi
un feudum habeant ab alio Domino directo, illud
acquiritur, ad eumque revertitur. vid. cit. Reiffenſt.
7. ubi dictam Conſtit. Clem. VIII. per extenſum
ſet. Confer. Pichl. *n. 9. & ſeq.*

Quæ requiruntur ad hoc, ut enumeratæ næ à provocantibus, & ſuſcipientibus duellum incurrantur?

Requiritur, ut pugna inter provocantem, & pro-
um actu ipſo conferatur. II. Ut duellum fiat ex
cto, id eſt ex pacto & conventione. III. Ut ſit
ſtatuto loco, & tempore. IV. Ut pugna confera-
li armorum genere, ac confligendi modo, ut duel-
us probabile periculum mortis immineat. P. König
num. 12. Schmalzgr. *n. 42. & trib. ſeqq.*
er Reiffenſt. *hic n. 9. & octo ſeqq.* quid autem
atur ad hoc, ut Spectatores, item conſilium dan-
ædictas pœnas incurrant: item an pœnæ illæ ſint
an ferendæ ſententiæ: Et an pœna privationis ſe-
æ habeat etiam in eo locum, qui occubuit quidem
illo, emiſſis tamen pœnitentiæ ſignis. vide cit.
alzgr. *à n. 49. uſque ad finem.*

Quando Princeps locum ad duellum concedens ab excommunicatione excuſatur?

uplicem affert caſum cit. Schmalzgr. *n. 47. & ſeq.*
ando locum ad duellum dat ſolum infidelibus. II.
do juſtam habet cauſam permittendi duellum: quò
ſpectat exemplum illud de quodam Hectore de
manſtorff, cui de generis ſive nobilitatis præcel-
armis diſceptare conceſſiſſe legitur Ludovicus Im-
pera-

perator per indultum de Anno 1337. cujus tenor ext apud Schilter. *Exercit. ad Pandect. 3. p. 32.*

8. *Quæ ſunt juſtæ cauſæ ſuſcipiendi duellum?*

Quamvis duella juxta præmiſſa ſint graviſſimè prohibita, ſunt tamen nihilominus caſus, quibus quandoq licitè non tantùm ſuſcipiuntur, ſed etiam offeruntur. Sic I. licitum eſt acceptare; imò & provocare ad duellum pro defenſione vitæ, & fortunarum, ſi alia ratio hæc defendendi non appareat. II. Ob bonum publicu v. gr. ad dirimendum bellum, & obtinendam pacem parcendumque ſanguini, ſi totus exercitus collideretur. III. Si ſuſcipiatur ad defenſionem honoris Divini, v boni communis. IV. Si duobus ob delictum ad morte damnatis publica authoritate injungatur duellum. Pichl. *hic n. 3.* an autem, & quomodo præcisè ob punctu honoris, ſeu ad declinandam ignominiam duellum acceptare, vel offerre liceat? vid. plenè Reiffenſt. *n. 2 & aliquot ſeqq.* Schmalzgr. *n. 15. & quinque ſeqq.* Confer cit. Pichl. *n. 5. & trib. ſeqq.*

9. *Habentnè autem omnes prædictæ pœnæ à Trid. & aliis Conſtitutionibus Pontificiis in duellantes latæ etiam locum in Germania?*

Non eſt difficultas, quin prædictæ conſtitution quoad pœnas ſpirituales, puta excommunicationis, privationis ſepulturæ, beneficiorum: item inhabilitatis illa, etiam in Germania ſint receptæ, adeoque pœ præfatæ etiamnum hic quoque locum obtineant. At rò quoad pœnas temporales, veluti perpetuæ infami proſcriptionis, privationis, juriſdictionis &c. Communius concludunt DD. eas in pleno rigore non videri recep

tas in Germania, & partibus ſeptentrionalibus. P. g *hic n. 19.* Reiffenſt. *n. 41. & ſeq.*

TITULUS XV.

De Sagittariis.

Quid hic intelligitur per Sagittarios?

Sagittarios vulgô Bogen-Schützen / hic intelguntur, qui olim ex arcubus ſimul & ſemel plures s dextere in hoſtem ejiciebant. Quibus ſimiles nt Balliſtarii, qui ex balliſtis ſeu catapultis, ein ſen Geſchütz / oder Werff-Zeug / wormit man Mauren und Veſtungen einwarff / Saxa, & La- noverant dextre in hoſtem cum ſtrage plurium œnium jacere. Verùm cum arcus, & ſagittæ, at- tiqui moris balliſtæ in deſuetudinem abierint, ho- r ejusmodi genus humanum intelligimus illos, qui mentis, & mortariis bellicis, glandes, globos eos, pilas ferreas, vel lapideas in hoſtes, ho- ve urbes & arces ejulandi artem ſciunt, & exer- Pichler *h. num. 1.* Confer Schamb. *num. 1. eód. tit.*

An, & quomodo artis iſtius exercitium eſt prohibitum Chriſtianis?

Chriſtianus ea arte uti velit pro hoſtibus Chriſtia- ninis, contra fideles, & Catholicos prohibitum eſt. et ex *cap. un. h. t.* Si pro Chriſtianis vero con- deles, nulla extat prohibitio, & conſequenter lice- ntra eos quocunque armorum genere uti. Idem nque adſtruunt DD. de bello inter Chriſtianos con- hriſtianos, ſi bellum ſit juſtum. arg. *Can. 2. cauſ.*

cauſ. 23. q. 2. ubi dicitur nihil referre ad juſtitian utrum juſtum bellum contra quemcunque gerens, ap te pugnet, aut inſidiis. Dummodo ejusmodi ſagitta ballistarii aut tormentarii non adhibeant alias artes il citas, aut venena, quibus inficiuntur globi ad ma nocendum, vel ad certius aut longius jaculandum. bello autem injuſto, ſicut pugnare, ita, & hanc tem exercere per ſe prohibitum eſt. cit. Pichler *num. 2.*

3. *Quæ eſt pœna artem hanc injuſtè exercentium?*

Si Chriſtiani eam pro infidelibus contra Chriſtian exerceant, pœnam latæ, & reſervatæ excommunicationis arg. *C. 6. de Judæ.* & Bull. Cœnæ, ſi ve Chriſtiani contra Chriſtianos in bello injuſto, feren tantum incurrunt. id. Pichler *num. 3.* Schmalzg *h. eód.*

TITULUS XVI.

De adulteriis & ſtupro.

1. *Qualia crimina prohibentur in h titulo?*

DUas tantum præſens rubrica habet partes, ſcili unam de adulteriis, alteram de ſtupro. Solent men DD. hic etiam tangere materiam aliorum delictor carnis, qualia ſunt fornicatio, concubinatus, inceſtu Sodomia &c. de quibus in ſpecie Reiffenſt. *§.* Schmalzgr. §. *eód.* junct. *§. 4. per tot. h. t.* Conf. Pichler §. *2. à num. 12. uſque ad 17. & à n. 2 uſque ad 24.* Engel *§. 3. & duob. ſeqq.* Et hoc f te ideo, quod ſtuprum latius acceptum ſignificet omn

i

icitam copulam, & concubitum ſive cum virgine, ve cum vidua, ſive cum alia ſoluta vel conjugata. *L. 101. V. S.* Reiffenſt. *n. 43. h. t.*

2. *Quid eſt Adulterium?*

Adulterium communiter definitur, quod ſit viola- thori alieni. *Can. 2. cauſ. 36. q. 1.* Sive ut alii unt: eſt carnalis ad alteram perſonam vi conjugii non im acceſſio, & conjunctio, qua fides, & thorus con- galis violatur. Reiffenſt. *h. num. 2.* Confer Pichler *m. 2. eôd. tit.*

3. *Quotuplex eſt Adulterium?*

Duplex, unum, quod ſimplex, ſive unilaterale, & erum quod duplex, ſeu bilaterale dicitur. Primum, ſi na perſona coëuntium ſit libera, ſecundum, ſi utra- e ſit ligata, committitur. Schmalzgr. *hic num. 1 h. t.*

4. *Quæ eſt pœna Adulterii?*

Pœnæ adulterii aliæ ſunt Civiles, aliæ Criminales, & iæ rurſum aliæ jure Civili, aliæ jure Canonico in- tiductæ.

. *Quæ ſunt pœnæ adulterii Civiles?*

Prima eſt divortium, ſeu ſeparatio quoad thorum, & menſam, ad quam agere poteſt conjux innocens. *C. de Divort. Nov. 117. c. 8.* Altera eſt amiſſio dis, & donationis propter nuptias. *C. 4. de donat. in Vir. & Ux. L. 8. §. 4. & ſeq. C. de repud.* ci *Nov. 117. C. 8. §. 2.* P. König *hic num. 15. & ſeq.* Schmalzgr. *n. 69. cum ſeq.* add. dicta ſupr. in *t. de divort. & tit. de donat. propter nuptias.*

His addit Engel *hic num. 4.* tertiam quoque pœn Civilem, ſcilicet obligationem reſtitutionis, & repa tionis damni, quod inde marito ratione alimentoru dotis &c. vel liberis legitimis ratione diminutionis legi mæ, & hæreditatis provenit: niſi vel inopia excuſet, uxor adultera prudenter dubitet, an partus ex adulter an verò ex marito ſit conceptus. Id. Engel *num.* an vero, & quomodo adultera teneatur in conſcientia lictum ſuum aperire marito, vel proli ſpuriæ ad ejusm damna avertenda, vid. Pichl. *hic n. 6.* & Schmalz infrà. *tit. 38. n. 103. uſque ad 114.*

6. Quomodo adulterium punitur crimi naliter de Jure Canonico?

Jure Eccleſiaſtico aliter puniuntur adulteri Laici, ter Clerici. Laicis olim infligebatur pœna excommu cationis *c. 6. h. t.* & fæminæ adulteræ, ſi mariti nolebant recipere, ad agendam pœnitentiam in Mo ſterium perpetuo dctrudebantur *C. 19. de Conv. Conjug.* Hodie tamen adulterorum Laicorum pu tio Curiæ ſæculari permittitur. Circa Clericos hoc j tria ſunt conſtituta. I. Si adulterium in judicio con ſus, vel de eo convictus eſt Clericus, deponi ab offi & beneficio, ac inſuper ad Monaſterium detrudi del *Can. 10. & ſeq. diſt. 81.* quæ detruſio tamen ho etiam exolevit, & in ejus locum ſucceſſit pœna carc vel alia ſimilis. II. Si ſuſpectus, vel diffamatus ſit hoc crimine, nondum tamen convictus indicenda ei purgatio Canonica, in qua ſi defecerit, ab officio ſuſpendendus. *c. 5. fin. h. t.* III. Eundem cum uxo matre, vel filia, aut ſorore in adulterio vel ſtupro dep henſum in continenti percutiens excommunicationem nonis non incurrit. cit. Schmalzgr. *hic n. 71.*

7. Q

7. *Quæ eſt pœna adulterii de Jure Civili?*

Olim erat pœna deportationis, vel exilii. *Lege* [illegible] *de quæſt.* Poſtea pœna Gladii. *L. 30. Cod. ad Jul. de adult.* quæ autem hodie quoque in pleriſ[illegible]e locis ab uſu receſſit, & loco illius rurſum ſucceſſit [illegible]egatio, vel exilium. vide cit. Schmalzgr. *hic n. 72.* [illegible] plura apud Carpzovium *Criminal. q. 52. & ſeqq.* [illegible]e Auſtriaco adulterium ſimplex prima vice punitur [illegible]ntaxat pœnâ pecuniaria 32. fl.: ſecunda, carcere vel [illegible]ndemnatione ad labores publicos: tertia vero fuſtiga[illegible]ne; duplex autem prima vice virgis, ſive fuſtigatione: [illegible] ſecundâ pœna gladii. *Ordin. Crim. inf. Auſtr.* [illegible]*t. 76.* Ubi præterea notandum, quod in ordine [illegible] pœnam pro duplici adulterio reputetur, ſi mulier [illegible]jugata habuerit rem cum ſoluto, idque propter com[illegible]tionem ſanguinis, & prolis incertitudinem *citat.* [illegible]*in. Crim.* §. 7. Carpz. *q. 53. num. 36.* quam[illegible]m rigor iſte quoad prædictam fuſtigationis pœnam [illegible]m pro prima vice non ſemper adeo exactè obſerve[illegible] præſertim in nobilioribus. Quod ſi verò adulterium [illegible] miſſum ſit in figura matrimonii puta, quia aliquis [illegible]nte prima uxore aliam ſibi ſuperinduxit, vel vice [illegible], quale Crimen polygamia dicitur, tunc procul du[illegible] gravius ſemper, & quidem indiſtinctè pœna capitis [illegible]tur. *cit. ord. Crim. inf. Auſtr. Art. 77.* vide cit. [illegible]nalzgr. *n. 74.* & Carpz. *q. 66.*

8. *Quid requiritur ad hoc, ut dictæ pœnæ adulterii locum habeant?*

[illegible]d hoc ut adulterium pœna ordinaria capitis, vel [illegible]ationis in caſibus ubi ea infligi poteſt locum habeat, [illegible] principaliter requiruntur: I. Dolus, ſive voluntas [illegible]erandi: Unde qui ignorat perſonam cum qua rem

habet, alteri matrimonio eſſe junctam, vel credens ſu eſſe conjugem, ei concubuit, aut etiam fæmina alio vi compreſſa fuerit, pœnæ huic non eſt locus. P. König *hic num. 10.* II. Neceſſe eſt, ut crimen conſummatum, unde non ſufficit ſolus conatus, quælibet conſpurcatio thori alieni, ſi re ipſa commi ſecuta non fuit: tum; quia in omnibus delictis con nunquam ità punitur, ſicut delictum perfectum: etiam, quia aliàs ceſſat confuſio ſanguinis, & prolis certitudo, quæ pœnæ ordinariæ ſtatuendæ locum fe videtur. Id. König *num. 11.* Schmalzgr. *num.* dictum autem: *ad hoc ut pœna ordinaria &c.* e verò quin etiam conatus, vel alia ſimilis attentatio a terii pœna extraordinaria carceris, vel etiam grav puniri valeat, nemo eſt, qui neget, plura de hoc cr ne ejusque pœna vid. apud laud. Carpz. *q. 51.* *que ad 62.*

9. *Quid hic venit nomine ſtupri?*

Per ſtuprum (de quo in ſecunda parte rubricæ) in ligitur hìc virginis nondum corruptæ illicita deflo arg. *Can. 2. §. Cum ergo. cauſ. 36. q. 7.* Germ Schändung / Schwächung. Committitur tamen prum etiam in viduam honeſtè viventem. Farin. *Crim. part. 5. q. 47. num. 10. cum ſeq.* Laut *ad ff. tit. ad Leg. Jul. de adult. §. 37.* Conc *Ord. Crim. Auſtr. Art. 75.* Unde etiam comm ter definitur, quod ſit delictum publicum per illic concubitum cum virgine, vel vidua commiſſum. Id. terb. *ibid.* Licet propriè & ſtrictè loquendo ſtup pro illicita virginis nondum corruptæ defloratione piatur. Reiffenſt. *h. n. 44.* Farin. *d. q. 47. n. 4.*

10. Q

10. *Quotuplex eſt ſtuprum?*

Aliud eſt violentum, aliud non violentum. Illud ..t, quo Virgo, vel vidua honeſta per vim opprimitur, ..el violatur, German. Noth-Zucht / Noth-Zwang. ..loc verò ſive non violentum eſt, quod infertur virgi..i vel viduæ in ſui violationem conſentienti. Pichler .. *num. 13.* Lauterb. *d. tit. §. 38. juncto* §. *31.*

..1. *Eſtnè ſtuprum delictum, à Fornicatione ſimplici ſpecie diſtinctum?*

Si ſit ſtuprum violentum, vel etiam non violentum ..idem, ſed tamen per inſidias, fraudem, vel metum ..iquem extortum, eſt delictum ſpecie diſtinctum. Ra..o; quia illud ſpecialem continet malitiam, nempe in..riam per vim, vel fraudem aut metum illatam. Si au..m merè ſit liberum, ac voluntarium, non videtur ſal..m in ordine ad pœnas ſtupri ſpecie à fornicatione eſſe ..ſtinctum: quia tunc ceſſat illa ſpecialis malitia, eo, ..uod volenti & conſentienti non fiat injuria: quod ..ocedit, ſive puella conſtituta ſit ſub poteſtate parentum, ..l tutorum, aut curatorum, ſive non: eo, quod ni..lominus habeat liberum membrorum ſuorum & cor..ris uſum, & hinc jure ſuo utens licet peccet contra ..nperantiam, iis tamen non facit injuriam. vid. Scham..g. *h. num. 13. & ſeq.* Ubi etiam ad contraria ..pondet.

12. *Quæ eſt pœna ſtupri?*

Hæc iterum alia quoque eſt, ſi ſpectetur Jus Civile, ..a, ſi Jus Can. Item alia ſtupri violenti, alia non ..olenti.

13. *Quomodo punitur ſtuprum de Ju[re] Civili?*

Stupri violenti pœna eſt ultimum ſupplicium, [n]a gladius, ad exemplum raptûs. *L. fin. ff. de re mi[l].* *L. 29. §. fin. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Conc[or]d. *Ord. Crim. Infer. Auſtr. cit. Art. 75. §. 5.* q[uod] procedit, ſive virgo, ſive vidua honeſta per vim oppr[eſſa] aut etiam uxori alienæ vis illata fuerit. *Ord. Crim. C[ar]. 5. Art. 119. & Ord. Crim. Auſtr. Art. cit. in* Stupri vero voluntarii, ſive non violenti olim erat pu[bli]catio dimidiæ partis bonorum in honeſtioribus, in [vi]lioribus vero perſonis fuſtigatio cum relegatione § [..] *Inſtit. de publ. Judi.* quæ tamen pœna ſtupri [vo]luntarii ab uſu receſſiſſe videtur, & obſervatur Jus C[a]n. de quo infra. Sic quoque Jure Auſt. ſtuprum ejusm[odi] non habet certam ſeveram pœnam, ſed velut fornic[atio] ſimplex gemeine Hurerey conſideratur, quæ cri[mi]naliter ſaltem pro prima, item ſecunda vice non pu[ni]tur, ſed plerumque ad arbitrariam Domini fun[di] Grund- oder Dorff-Herrn/ coërcitionem perti[net]. cit. *Ord. Crim. Art. 81.*

14. *Quæ requiruntur ad hoc, ut ſtupru[m] violentum gladio puniatur?*

Debet imprimis conſtare de violentia: Sola enim [ſtu]pratæ aſſertio non ſufficit, etiamſi oppreſſio in ſi[lv]is aliisque locis remotis facta eſſe dicatur. Carpz. *q.* [..] *n. 55. & ſeq.* deinde debet eſſe delictum conſumm[a]tum, hoc eſt perfectum cum violatione, ſive infractio[ne] vaſis fæminei. Conatus enim, ſicut in aliis delict[is], ita & in hoc crimine pœna prædictâ ordinariâ non [pu]nitur, ſed alia extraordinaria, pro qualitate facti, [&] perſonæ dictanda foret. *L. 1. §. 2. ff. de extra or[d].*

Cri[m].

im. Lauterb. *d* *§. 38.* an autem conſummatio fa-
a ſit cum ſeminatione in vas ? non videtur in hoc de-
to intereſſe, eo, quod hic non agatur de commix-
one ſanguinis, & incertitudine prolis, uti in adulte-
, ſed de fama & virginitate per vim violata.

15. *Quæ ſunt pœnæ ſtupri de Jure Canonico ?*

Diſtinguendum, an ſtuprator ſit Clericus, an Lai-
s ? Clericus jure veterum Canonum puniebatur depo-
ione ab officio. *Can. 44. cauſ. 2. q. 7.* Cum do-
ione puellæ ſtuprô violatæ. arg. *c. 1. h. t.* hodie
tem pœna hæc in Clericis plerumque eſt arbitraria,
va tamen dotatione; nimirum vel incarceratio, vel
ulcta pecuniaria, vel depoſitio. Pichler *h. num. 18.*
rca Laicos *c. 1. & 2. h. t.* ſtatuitur, ut corruptor
rginis eam teneatur dotare, & ſimul ducere in uxo-
m, ſi ipſa, & pater conſenſerint. Quod idem etiam
njunctim requiritur Exod. *22. v. 17. & 18.* Devt.
v. 28. At moribus noſtris niſi ſub promiſſione
trimonii virginem defloraverit, utrumque in arbi-
o, & electione ſtupratoris eſt, an corruptam in
orem ducere, aut dotare velit. König *hìc num. 30.*
æ pœnæ in *d. c. 2.* contra Laicos ſimul decretæ
em extra terras Pontificias non habent amplius lo-
n, ſed caſtigatio relinquitur Judici ſæculari. Uti
ra de adult. dictum. Confer. Schmalzgr. *hìc num.*
& duob. ſeqq. ibique plura huc ſpectantia. *à num.*
uſque ad 61.

TITULUS XVII.

De Raptoribus, Incendiariis, & Vio-latoribus Eccleſiarum.

1. *De quibus raptoribus propriè lo- intelligenda eſt prima rubricæ pars?*

PEr connexionem cum duobus ſequentibus raptor l- proprie ſignificat eum, qui res alienas rapit lucri- ciendi causâ, extant tamen etiam aliqua Capitula hoc titulo de raptoribus perſonarum, quatenus rapt- eſt abductio fæminæ matrimonii contrahendi causâ, conſtituit impedimentum dirimens matrimonii, ſed hoc vid. d. ſuperius *L. 4. t. 7. q. 34. & 35.*

2. *Quotuplex ergo eſt raptus?*

Duplex, alius perſonarum, alius rerum, raptus a- tem perſonarum non tantum fit matrimonii contrahen- causâ, ſed etiam maximè, & plerúmque libidinis exe- cendæ: quô ſecundô ſenſu etiam conſideratus propr- crimen raptûs conſtituit & committitur non tantum, abducatur virgo, vel vidua, cum qua forte poteſt conſ- ſtere matrimonium, ſed etiam, ſi uxor aliena fuerit vi ab- ducta. Schmalzgr. *hìc n. 1.* Confer Lauterb. *ff. t. ad Leg. Jul. de vi publica. §. 15.*

3. *Quæ ſunt pœnæ rapientis mulierem libi- dinis cauſa?*

Jure Canonico raptor ejusmodi, ſi Laicus fuerit ex- communicatur, ſi vero Clericus à gradu, & ordine Cle- ricali deponitur. *Can. 1. & ſeq. cauſ. 36. q. 1. c. 4 de purgat. Can.* Sunt quidem & aliæ etiam adhuc pœ-

næ e-

æ eo jure in raptores conſtitutæ, de quibus Schmalzgr. hìc à n. 16. uſque ad n. 22. Verùm hæ, non tam contra hunc ſolius libidinis causâ commiſſum raptum videntur ſtatutæ, quàm potius contra illum, qui fit matrimonii contrahendi causâ. Reiffenſt. hìc n. 10. Id. Schmalzgr. num. 41. & quatuor ſeqq. Jure Civili pœna raptûs eſt ultimum ſupplicium, ſive gladius. §. 8. Inſtit. de publ. Jud. Concord. Ord. Crim. Auſtr. Art. 8. §. 4.

. Quid requiritur ad hoc, ut raptor pœna gladii affici valeat?

Debet eſſe abductio formalis, ſcilicet de uno loco in alium: deinde debet eſſe violenta, non tamen ſemper requiritur vis aperta, ſed ſufficit (ſaltem jure communi) ſi fæmina malis artibus, perſuaſionibus, & blanditiis ad conſenſum ſit inducta. Vel ſi fiat contra voluntatem eorum in quorum tutela, cura, vel cuſtodia fuit abducta, tunc nihil refert, fæmina conſenſerit nec nè. Lauterb. cit. §. 27. neque ceſſat illa pœna, etiamſi matrimonium ſubſecutum fuerit. vid. d. in L. 4. t. 1. q. 35. Jure tamen Auſt. ceſſat hæc pœna gladii, ſi abducta in ſui abductionem conſenſum præſtiterit, aut blanditiis ad id perſuaſa fuerit, vel etiam matrimonium libere contraxerit. cit. Ord. Crim. §. 6. plura de hoc crim. vid. apud ... Schmalzgr. hìc §. 1. per tot.

. Quid in præſenti eſt rapina, ſive raptus rerum?

Eſt injuſta rei alienæ mobilis, vel ſe moventis ablatio per vim facta, communis apud Canoniſt. quam declarat Schmalzgr. hìc n. 56. & aliquot ſeqq. Germanice vocatur: Raub. Aliàs etiam dicitur deprædatio, & ...rbarè, Robaria Lauterb. ad ff. de vi bon. rapt. at-

que olim inter delicta privata cenſebatur, ut conſtat t
ex inſtit. quam ff. hodie autem ex conſtitut. Car
Art. 126. eſt delictum publicum; inter quæ etiam j
Auſtr. eſt relata in *Ord. Crim. Art. 86.*

6. *Quomodo coërcetur hoc crimen?*

Raptor contrahit duplicem obligationem, unan quæ tendit ad ſatisfactionem civilem, ſive reparatione damni: quem in finem prodita ſunt remedia rei perſec toria, veluti rei vindicatio, & condictio furtiva, triticaria ad rem ipſam, ejusvè æſtimationem conſeque dam. Alteram ad pœnam, quò ſpectant remedia pœ perſecutoria, uti in ſpecie eſt actio vi bon. rapt. delic huic propria & ex eo deſcendens; nec non actio fu tam manifeſti, quàm non manifeſti: item actio Leg Aquiliæ, quatenus ſcilicet actiones iſtæ excedunt ſir plum, vel verum rei pretium. Qua de re vid. Lauter *d. t. §. 11. cum 7. ſeqq.* Verùm actiones ejusmo pœnæ perſecutoriæ vi bonor. rapt. & furti hodie ab u videntur penitùs receſſiſſe, ex quo hoc, & alia ſimilia d licta pœnis publicis vindicantur: quæ vel ſunt Can. v civiles, licet (uti jam ſæpius dictum) pœnæ Canonic tanquam magis medicinales, quàm vindicativæ, in fo ſæculari parum attendantur, nec regulariter præjudice pœnis temporalibus, & Juris Civilis.

7. *Quæ proinde eſt pœna rapinæ, de Jur Canonico?*

Jure SS. Can. raptor jubetur. I. Excommunica *c. 1. & 3. h. t.* nec ab ea excommunicatione priu abſolvi debet, donec plenè ſatisfecerit: ac ſi renuat mortuus caret ſepulturâ Eccleſiaſtica, *c. 2. eod. c.*
de furt. II. Specialiter decernitur excommunicatio la tæ ſententiæ reſervata in Bull. Cœnæ. in eos, qui rapiur

bon

ona Catholicorum in mari naufragantium, nec non in atrunculos maritimos, ſive pyratas, mare ad ditionem Eccleſ. Rom. pertinens, infeſtantes. Et III. excludunur ab aſylo Eccleſiæ quatenus ſimul fuerint publici larones, & obſeſſores ac graſſatores viarum. *c. 6. de mmun. Eccleſ.* & Conſtit. *cùm aliàs.* Gregorii XIV. 'ichler *hìc num. 6.*

?. *Quomodo puniuntur raptores de Jure Civili?*

Hoc jure hodie raptores puniuntur criminaliter ex 'onſtit. Carolin. quæ juxta *Art. 126.* eſt capitalis, ve ultimi ſupplicii, gladii, vel furcæ, pro cujuslibet loconſuetudine, cui conſonat *Ord. Crim. Auſtr. cit. Art. 86.* plerùmque tamen & hactenus ferè ſemper obrvabatur pœna gladii, cum impoſitione cadaveris ad otam eôque modô per totam fere Germaniam obſeratur, vide cit. Lauterb. §. *19. & tribus ſeqq. d. t.* ſi cum rapina ſimul concurrat cædes hominum, tunc im ſimpliciter eſt pœna rotæ. cit. *ord. Crim. Auſt. Art. 71.*

. *Quid hic intelligitur per incendiarios?*

Per incendiarios Germanicè Brenner / Mord-Brenner / intelliguntur hìc propriè ii, qui datâ operâ dolo malo ex odio, & vindicta, in ædes, ſive ſaas, ſive profanas ignem injiciunt, vel qui ad hoc mantum, auxilium, vel conſilium ſcienter dederunt. *an. 8. cauſ. 12. q. 2. Can. 32. cauſ. 23. q. 8. & 1. de injuriis.* König *hìc n. 19.* Schmalzgr. *eod. t. n. 82. & trib. ſeqq.*

10. Quæ

10. *Quæ eſt hujuſmodi incendiarioru pœna?*

Jure Can. præter reſarcitionem damni (ad quod uni-quisque illud dans ex natura rei ſemper eſt obligatu) hujuſmodi incendiariis doloſis imponitur pœnitena trium annorum, & niſi damnum pro modo facul-tum reparaverint, privantur Sepulturâ Eccleſiaſta *c. 6. de injur. junct. Can. 31. & 32. cauſ. 23. q.* Jubentur inſuper excommunicari: imo incendiarii E-cleſiarum, locorumque Religioſorum ipsô factô inc-runt excommunicationem. *cit. Can. 31. & 32. &* *19. de ſent. Excom.* Jure Civil. ex cit. Conſtit. Ca-lin. *Art. 125.* hodie eſt pœna ignis. P. König *hic n.* a. quomodo autem vindicetur incendium non dolo, ſed c-pâ tantùm perpetratum, vid. Reiffenſt. *h. t. n. 36. cu quinque ſeqq.* & Schmalzgr. *n. 91. uſque ad n. 9.* Confer. Pichler *n. 8.*

10. *Qui dicuntur hic violatores Eccle-ſiarum?*

Hoc nomine hic veniunt, qui Eccleſias, aliaque l-ca ſacra, aut Religioſa, lucri faciendi causâ violent effringunt, & ſpoliant. Reiffenſt. *hic n. 42. & ſe.* quod crimen alio nomine dicitur Sacrilegium, & defin-tur: quod ſit furtum, quo res ſacra è loco ſive ſacro, ſive profano, vel res profana è loco ſacro ſurripitu *Can. 21. §. Sacrilegium in fin. cauſ. 17. q. 4.* P. Kön *hic n. 27. junct. n. 29.*

11. *Quotupliciter ſpecies hæc ſacrileg committitur?*

Tripliciter, uti mox dictum: I. Si res ſacra de lo ſacr

cro. II. Si res ſacra de loco non ſacro. III. Si res non ſacra de loco ſacro ſurripiatur. vide Engel *hìc num.* 0. *& ſeq.*

2. *Quâ pœnâ afficiuntur hujusmodi fures ſacrilegi?*

De Jure Can. ſacrilegi, qui cum effractione ſpoant Eccleſias, ipſo Jure ſunt excommunicati. *Can. 107. nuſ. 11. q. 3. c. 22. de ſent. excom.* Qui vero cia effractionem & violentam invaſionem res ex Eccleſia afferunt excommunicari jubentur. *C. ult. de furtis. 16. de for. comp.* cit. König *hìc n. 33.* Jure Civili lim variè puniebantur, ùt patet *ex l. 4. §. 2. l. 6. 9. pr. & l. 10. in fin. ff. ad leg. Jul. pecul.* hoè ex Jure Carol. *Art. 172. & ſeq.* Sacrilegii hujus ena, quatenus aliquis vas, in quo SS. Euchariſtia aſſertur, contrectaverit, ac abſtulerit, eſt vivicomburium. verò alias duntaxat res ſacras, aut etiam non ſacras ex co ſacro abſtulerit, alia pœna corporalis, vel capitalis o qualitate circumſtantiarum aggravantium, Concord. ioad primum. *Ord. Crim. Auſtr. Art. 85. §. 8.* oad illos vero, qui res ſacras ex loco ſacro vel etiam non ro contrectaverint, ſtatuit, ut, aut gladio plexi, aut te ſuffocati, rogo imponantur, igne conſummandi: illutem, qui alias res profanas ex loco ſacro aufferunt, entur pro re nata, graviùs, quàm alii fures puniri.

TITULUS XVIII.

De Furtis.

1. *Quid, & quale crimen eſt furtum?*

Urti appellatione, in genere, & latè accepti venit omnis injuſta rei alienæ contrectatio, ita, ut tum rapinam,

pinam, ſacrilegium, de quib. tit. præced. tum etiam peculatus, abigeatus, expilatæ hæreditatis, de reſiduis, & alia ejusmodi crimina (de quib. Schmalzgr. *h. t.* §. 3. & Civiliſtæ ſub ſuis titulis in inſtitut. & ff. paſſim) comprehendat. Verùm eo modo hic non accipitur, ſed ſub al[...] & ſtricta ſignificatione, quatenus ab omnibus prædic[...] ſpecie diſtinguitur, & ſpeciale delictum conſtituit, vulg[...] ein gemeiner Diebſtahl: quô ſenſu communiter defin[...]tur: quod ſit fraudulenta contrectatio rei alienæ, vel ipſi[...] usûs, aut poſſeſſionis ejusdem lucri faciendi causâ invi[...] dominô facta. Cujus definitionis explicationem vid. l[...]te apud. Pichler *hic num. 1.* Jur. Juſtinianæo erat delictum ſemper privatum, nunc autem quoque inter delic[...] publica recenſetur. Lauterbach. *ad ff. h. t.* §. 3.

2. *Quô jure furta ſunt prohibita?*

Poteſt videri ea ſaltem juri naturæ, vel gentium nc[...] adverſari: tum; quia dicitur ab initio inter homines omn[...] fuiſſe communia: tum; quia legitur apud Ægyptic[...] Lacedæmonios, & Germanos veteres furta fuiſſe impun[...]ta: ſed conſtans, & unanimis omnium eſt ſententia, fur[...]ta non tantùm humano, ſed & Divino, naturali ac gentium jure eſſe vetita. Ut conſtat, ex præcepto Decalogi 7. Deuteron. *V. v. 18.* Exod. *XX. v. 18.* quod ipſum quoque agnoſcunt leges Civiles in *L. 1.* §. *3. ff. h. t. L. 42. ff. de V. S.* Schmalzgr. *hic n. 56.* Lauterbach *ad ff. h. t. 9. 17.* unus tamen caſus excipitur nimirum extremæ neceſſitatis, in quo præceptum illud non videtur obligare de quo Engel *hic num. 3.* porrò, quæ concurrere debeant, ad hoc, ut furtum dicatur vere eſſe commiſſum item, qui propriè committant furtum, ac alia ſimilia plu[...] ad naturam furti pertinentia. vid. apud cit. Schmalzgr. *hic* §. *1. n. 14. usque ad fin.*

3. *Qua*

3. Qualis obligatio naſcitur ex furto?

Duplex : una reſtituendi rem furto ablatam , altera beundi pœnam taxatam à Jure : & quidem obligatio ſtituendi tamdiu tenet furem, quamdiu actualem rei fur-væ reſtitutionem non fecit juxta regulam, quartam *in 6.* tamen fur poſſit reſtituere , & habeat unde reſtituat: m ad impoſſibile nemo obligatur. *L. 185. ff. de R. I.* d. Schmalzgr. *hìc n. 58.* ubi addit hoc tantum procedere, ſi fur ad pinguiorem fortunam pervenerit, Add. eundem *m. 60.* ubi de eo, qui in extremâ neceſſitate rem alie-m abſtulit , an nimirum & is locupletior factus tenea-r ad reſtitutionem?

Quæ remedia, ſive actiones competunt contra furem?

Ad rem ipſam conſequendam competunt remedia rei ſecutoria, uti ſunt actio ad exhibendum , condictio fur-a, & rei vindicatio. *§. fin. inſtit. L. 19. §. 1. L. 54. 3. ff. h. t. cum Contor.* ad pœnam verò remedia pœ-perſecutoria, quæ hic in ſpecie eſt actio furti, eaque manifeſti ad quadruplum , vel non manifeſti ad du-m, de quib. Inſtitut. paſſim, & Lauterbach. *ff. h. t. §. & ſeq.* Sed & hæc actio furti in duplum , vel qua-plum in uſu amplius eſſe non videtur. id Lauterb. *§. 38.* Conſequenter furtum hodie ùt plurimum tan-criminaliter punitur.

5. Quæ ergo eſt hodie pœna furti in foro civili?

Vigore ſæpius cit. Conſtit. Carolin. eſt pœna laquei, ic ultim. ſupplicium. *art. 157.* cui concordat *Ord. Cim. Auſtr. art. 84.* non tamen ſemper , & indifferen-

ter

ter fures ultimo ſupplicio afficiuntur, etiamſi furtum ſu mam in dictis Ordin. Crim. expreſſam, (quæ Jure Auſ eſt. 25. fl.) adæquet, niſi ſit iteratum, vel aliàs qualifica tum, aut valdè exceſſivum. Uti videre eſt in cit. Ord *Crim. Auſtr. d. Art. 84.* confer Lauterbach. *ff. h.* *à §. 50. usque ad 57.* Unde plerumque pro re nata, a pœna extraordinaria. v. g. pecuniaria, carcerum, labori publicorum Herrſchaffts-Arbeit, aut fuſtigationis, cu relegatione perpetua ſurrogatur. Hic tamen in Auſtria f ſtigatio in maribus validis per noviſſima edicta eſt ſubla in ejusque locum pœna triremium ſubſtituta. Imo, & fo minæ non niſi alienigenæ, & quæ per decem annos con nuos in Auſtria ſubſiſtendo jus quaſi incolatús non rec perunt, fuſtibus cæduntur.

6. *Quomodo puniuntur fures Jure Canonico?*

Hoc Jure Clericus in furto notabilis quantitatis depr henſus vel convictus, jubetur ab ordine, & officio cle cali deponi. *Can. 12. diſt. 81.* quæ tamen depoſitio Ve balis tantum eſt, non realis, ùt notat Engel *hìc num.* Si verò non reſipiſcat, excommunicandus, ac tandem, incorrigibilis evadat, curiæ ſæculari tradendus eſt. ex Co ſtit. Clem. VIII. *c. 10. de Jud.* in Laicos fertur excom municatio, non tantum in furem, vel alium injuſte det nentem rem furtivam, ſed etiam in ſcientem, & non in dicantem furum. P. König *hìc num. 26.* Schmalzgr. *h* *num. 93.* plura de furtis vid. apud cit. Lauterbach. *d.* & Carpzov. *Crim. quæſt. 77. & aliquot ſeqq.*

TITU

TITULUS XIX.

De Uſuris.

1. Quid hic propriè ſignificat, & quid eſt uſura?

USura, prout hic ſumitur, proprie eſt lucrum, quod aliquis quærit ex pecuniis mutuo datis, dum videli- creditor ultra ſortem vi ſolius mutui alteri dati, aliquid igit, & quaſi ex juſtitia debitum accipit. arg. *Can. 3. fin. cauſ. 14. quæſt. 3.* Unde etiam ſic accepta com- uniter deſcribitur, quod ſit lucrum immediate ex mu- proveniens. Dicitur autem: *immediatè ex mutuo;* n mutuum eſt quaſi unica ſedes uſuræ; unde ſi quis rum ex alia negotiatione, aut etiam liberalitate, & gra- dine mutuatarii accipiat, uſura non committitur. Ut ribus infra explicabitur. vid. Reiffenſt. *h. t. n. 3. trib. ſq.* Engel *n. 1. & totid. ſeqq.*

2. Quotuplex eſt uſura?

Uſura à variis, varie dividitur, hinc imprimis alia eſt ra mentalis, alia realis, quam alii conventionalem vo- , & hæc alia expreſſa, ſeu formalis & manifeſta, alia ta- , ſeu palliata: alia porrò lucratoria, alia compenſatoria, lia punitoria. Item aliæ uſuræ centeſimæ, aliæ Beſſales, Semiſſes, Quincunces, Quadrantes, Frientes; aliæ de- n uſuræ ſimplices, aliæ uſuræ uſurarũ, de quib. Reiffenſt. *num. 6. usque ad num. 11.* Vallenſ. *ſ. 2. per* huc etiam poteſt referri illa diviſio, de qua Lau- ach. *ad ff. h. t.* §. *9.* nimirum: quod aliæ quoque uſuræ mordentes, & aliæ non mordentes.

3. *An, & quæ, ac quo jure uſuræ ſun[t] prohibitæ?*

Tota quæſtio eſt de uſuris tantum lucratoriis, utp[ote] quæ proprie uſuræ dicuntur: compenſatoriæ enim, ſ[ive] & punitoriæ, ſive moratoriæ communi doctorum ca[l]lo ſunt receptæ, ac omni Jure licitæ aſſeruntur, uti vi[de]re eſt apud Reiffenſt. toto §. *4. & 5. h. t.* modo tan[tum] quoad compenſatorias concurrant hæ conditiones: I. ut m[u]tuum vere ſit cauſa lucri ceſſantis, & damni emerge[ntis]. II. Ut non excedant ejusmodi lucrum ceſſans, & dam[num] emergens. III. Ut mutuans præmoneat mutuatariu[m de] lucro ceſſante, & damno emergente, & IV. ut hoc in[ter]eſſe non ſtatim ſolvatur à mutuatario tempore mutui [ac]cepti, ſed poſtea primùm. cit. Reiffenſt. *num. 69. &* in punitoriis vero requiritur, I. ut abſit omnis fraus, & [do]lus, II. ut mutuatarius verè ſit in culpa, III. ut mora tantum ſit culpabilis, ſed etiam notabilis, & IV. ut p[œna] ſit moderata & proportionata culpæ. idem Reiffenſt. *n[um.] 83. & trib. ſeqq.* Pichler *hìc num. 12.*

4. *Quid ergo dicendum de uſuris lu-cratoriis?*

Hæ proprie ſunt, & dicuntur eſſe prohibitæ, non [tan]tum jure poſitivo Eccleſiaſtico, ſed etiam jure Divin[o &] naturali, prout id expreſsè affirmat Pontifex in *C. 4.* & quoad teſtamentum vetus patet Deuteron. *XXIII. v*[.] Ezechiel. *XVIII. v. 8.* item Pſ. *XIV.* in novo Teſtam[en]to Luc. *VI. v. 35.* ait Chriſtus: *Benefacite, & [mu]tuum date, nihil inde ſperantes.* Engel *h. num.* [...] *aliquot ſeqq.* ubi etiam ad object. reſpon. Pichl[er] *5. & duob. ſeqq.* Schmalzgr. *n. 5. cum quinque ſ*[eqq.] & hinc uſura ejusmodi ſtricte loquendo nullo modo eſt fieri licita, nec diſpenſatione Pontificis: qui no[n]

nſat contra Jus Divinum, & naturale. *c. 4. h. t.* nec
ſuetudine : quia Jus naturale, & Divinum eſt immu-
ile, & conſuetudo contra Jus Divinum & naturale non
et. *C. ultim. de conſuet.* nec favore piarum cauſa-
n. *c. 4. cit. Can. 1. & ſeqq. cauſ. 14. quæſt. 5.* im-
lantis enim ex iniquo oblatio eſt maculata, & dona ini-
rum non probat altiſſimus Eccleſ. *XXXIV. v. 21.* nec
ique ex leg. & ſtatutis Principum, ac Dominorum ſæ-
rium ; quia nec ipſi in materia peccati, aliquid con-
Jus Divinum ſtatuere poſſunt. Clem. *un. h. t.* cit. En.
num. 10. Reiffenſt. *hic num. 44. usque ad 53.*

Sed quomodo ſalvatur conſuetudo uni-ſalis Germaniæ, nec non leges ſtatutariæ, & ſſus Imperii, quibus uſuræ etiam lucratoriæ ſub certo ſaltem moderamine paſſim permittuntur, ac taliter accipiuntur?

inſtinguendum eſt inter forum externum, & internum.
oro externo non tantum licitum eſt paciſci & exige-
usmodi intereſſe, & uſuras moderatas v. g. 5. vel 6.
centum : ſed etiam datur actio, contra creditorem illas
ere morantem, etiamſi creditor nec lucrum ceſſans,
damnum emergens, nec titulum alium alleget, aut
are valeat, teſte P. Reiffenſt. *hic num. 57.* patetque
raxi & experientia quotidiana. At vero loquendo de
interno & conſcientiæ non videtur etiam in Ger-
ia licitum, ac à labe uſuraria alienum eſſe accipere
as ejusmodi etiam juxta leges prædictas moderatas
isè vi mutui, niſi ab extrinſeco alius juſtus titulus
urrat de quo infra. Id. Reiffenſt. *num. 58. h. t.* Ra-
atet ex dict. quia ſi liceret, tunc eſſet licitum vel vi
uetudinis, vel ob publicam authoritatem Principis,
is ad certam quantitatem moderatas permittentis?

 A qui

Atqui ob neutram ex his cauſis hoc poteſt eſſe licitum, juxta dicta quæſt. præced. Ergo. Accedit, quod leges præfatæ & receſſus imperii fundentur in præſumptione, quatenus nimirum ſupponunt vix aliquem eſſe, qui ex ſumma capitali centum floren. ad minimum ſaltem quinque lucrari non valeat, cit. Reiffenſt. *num. 55.* leges autem fundatæ in præſumptione non juſtificant aliquem in conſcientia, ſicut nec condemnant, ſi fundamentum præſumptionis à parte rei ceſſet, ac deficiat per dict. in *tit. de conſtit.* præſumptio enim cedit veritati. arg. *c. 5. de renunt.* Vide tamen Pichler *hic num. 8.* cum quatuor ſeqq. cont. Lauterbach. *ad ff. h. t. §. 10. & duob. ſeqq.*

6. *Sed nunquid ergo de facto omnes ii, qui pro centum 5. vel 6. annuos percipiunt de uſuraria pravitate ſunt damnandi?*

Nequaquam, eò, quod videamus paſſim viros etiam præclaros, doctos, & Deum timentes non tantùm ſæculares, ſed etiam Eccleſiaſticos 5. & 6. pro centum ſine ſcrupulo accipere, etiamſi nec periculum ſortis adſit, ... ta, quia ea per hypothecam, pignus, aut fidejuſſores ſufficienter eſt aſſecurata, nec damnum emergens, aut lucrum ceſſans directè poſſint adſtruere : quos omnes de labe & pravitate uſuraria damnare nimis grave foret. Ratio autem aſſertionis eſſe poteſt ; quia nimirum plures dantur tituli in Jure, ob quas labes iſta uſuraria ceſſat, & ultra ſortem aliquid accipere licet, tametſi uſuræ ùt tales ſint prohibitæ, eò fere modò, quo Simonia Jure Divino, & naturali eſt prohibita per *d. ſupr. in t. 3.* & tamen quia plurimi ſunt caſus ab ea excuſantes, ex eo itaque, quod unus vel alter titulus particulariter in aliquo caſu deficit, non propterea ſtatim omnes cenſentur deficere. Accedit, quod ſententia docens hujusmodi uſuras moderatas ... tè in conſcientia poſſe accipi à pluribus Viris doctis, ...

gra-

gravibus teneatur, uti videre eſt apud cit. Pichler *d. n. 8.* communis autem Theologorum docet licitum eſſe ſequi ſententiam probabilem, relicta probabiliore. confer Engel *h. t. n. 36.* & Schmalzgr. *à n. 144. usque ad n. 148.*

Q. Qui ſunt juſti tituli accipiendi aliquid ultra ſortem, ſive uſuras moderatas?

Tales ſunt plures: veluti I. damnum emergens. II. Lucrum ceſſans. III. Periculum ſortis amittendæ, ùt accidit in uſuris compenſatoriis. IV. Mora debitoris in pactum deducta, prout fit in uſuris punitoriis, & de his quidem tantò minus eſt dubium, quantò magis apud omnes expeditum eſt, uſuras punitorias, & compenſatorias omni jure licitas eſſe, ſicut dictum ſupra quæſt. 4. & videri ulterius poteſt Schmalzgr. *hìc à num. 91. usque ad num. 140.* in lucratoriis verò uſuris licet deſint, aut deeſſe ſupponantur tituli prædicti, poteſt tamen adeſſe, & ſæpius, præſertim apud viros literatiores adeſt titulus vel ſocietatis expreſſæ, aut tacitæ, puta, cum alicui dantur pecuniæ, non præcisè neceſſitatis cauſa, ſed ad negotiationem, & lucrum exinde faciendum, cum pacto, ut is præter pecuniam acceptam teneatur ſimul aliquam partem lucri præſtare ac communicare, quale pactum in effectu eſt ſpecies ſocietatis contractùs de jure gentium liciti, in qua alter pecuniam, alter operam confert. §. *2. Inſtit. de Societ.* vel titulus emptionis censûs realis vel perſonalis, quæ emptio communiter etiam eſt licita, ùt paulo poſt dicetur. Engel *hìc num. 9.* confer Schmalzgr. *num. 147. & ſeq.*

Q. Eſtne etiam ſola carentia pecuniæ vel obligatio eam certo tempore non repetendi juſta cauſa accipiendi aliquid ultra ſortem?

Neque ſola carentia, neque obligatio non repetendi pecuniam

cuniam ad certum aliquod tempus præbet juſtam cau[...] petendi vel accipiendi aliquid ultra ſortem : ratio ; q[...] obligatio ejusmodi & carentia eſt eſſentialis, & intri[...] ca ipſi mutuo, ſicut ergò non poteſt ſine uſura aliquid [...] cipi pro mutuo, ita nec pro ejusmodi obligatione car[...] di vel non repetendi ad certum tempus : alioquin er[...] eſſet merum precarium. vid. cit. Schmalzgr. *hic. n. 1* [...] *& trib. ſeqq.*

9. Committiturnè uſura etiam in aliis co[...] tractibus præter mutuum?

Uſura regulariter eſt tantum in mutuo, ſupra *q.* [...] ſubinde tamen etiam committitur in aliis quoque cont[...] ctibus, ſaltem pro foro interno. Sic ſi quis rem valent[...] v. g. 10. propterea vendit 12. vel pluris, quia emptor n[...] ſtatim exſolvit pretium, uſurarius cenſendus eſt *c. 10. h*[...] ſcilicet pro foro interno, juxta *c. 6. eod.* quod ità c[...] priore conciliandum. Reiffenſt. *hic num. 97. cum* [...] Idem eſt ſi res propterea viliori vendatur, quia emptor p[...] tium anticipavit. Fallit tamen hoc in utroque caſu, [...] ceſſat uſuræ peccatum, ſi dubium ſit an res tempore ſo[...] tionis, vel traditionis faciendæ plus vel minus ſit valit[...] ra ; aut ſi alius adſit titulus ratione damni, vel lucri c[...] ſantis. vid. Schmalzgr. *hic à num. 53. usque ad n. 5*[...] de aliis ejusmodi pactis, & contractibus cambiis, emptio[...] nominum, olla fortunæ, montibus pietatis, pacto an[...] cretico &c. vid. Engel *hic à num. 16. usque ad nu*[...] *21.* junct. *num. 24.* Schmalzgr. *eod tit. à num. 6*[...] *usque ad 89.* & Reiffenſt. *à num. 99. usque ad nu*[...] *125.*

10. Qu[...]

10. Quid Juris eſt circa emptionem cenſûs, & quid, ac quotuplex eſt cenſus?

Cenſus aliàs eſt pœna pecuniaria, vel fructuaria ſingulis annis ſolvenda: prout autem huc ſpectat eſt jus ejusmodi penſionem percipiendi ex re vel perſona alterius. Schmalzgr. *hìc num. 154.* Engel *num. 22.* atque ad præſens eſt duplex: *Realis* nimirum, qui fundatur ſuper certa re, v. g. domo vel prædio, & *perſonalis*, qui fundatur ſuper certa perſona, quæ ſe obligat ad annuam penſionem. Quia autem hoc jus poteſt alicui competere vel ad tempus, quando nimirum in facultate debitoris eſt illum pro lubitu redimere reſtituendo pretium pro illo acceptum: vel in perpetuum, ſi iſta facultas redimendi per pactum fuerit remota, ſic in priori caſu dicitur cenſus temporalis, & redimibilis wiederkäufflicher Zinß, in poſteriori perpetuus, & irredimibiliis, unaufkündlicher Zinß. vid. Reiffenſt. *hìc n. 135. & in aliquot præced.* plures diviſiones.

11. Eſtne hujusmodi cenſûs emptio licita, vel uſuraria?

Poteſt dici omnino uſuraria, eò, quod parùm aut nihil videatur differre à mutuo ſub uſuris contracto. Dicendum tamen emptionem ſaltem cenſûs realis ex parte venditoris ad lubitum redimibilis, non eſſe uſurariam, ſed licitam. per text. *in Extrav. 1. & 2. de empt.* ubi à ſuper quæſtione à Diœceſi Wratislavienſi ad Sedem Apoſtolicam delata Martinus V. Pontifex *in d. Extrav. 1.* & Calixtus III. *in d. extrav. 2.* ad conſultationem Cleri diœceſcos Merſeburg. &c. reſponderunt, & hujusmodi contractum à labe uſuraria omninò immunem pronunciârunt. Qui defacto etiam in dicta Diœceſi Wratis-

ſav. præſertim inter Clerum & Eccleſias eſt frequentiſ-mus, & quotidianus. Rationem vid. apud. Reiffen *num. 138.* confer Schmalzgr. *num. 165. cum 6. ſeq.* ubi etiam ad object. reſpond. quomodo autem differ hujusmodi census emptio à mutuo? vid. cit. Schmalzg *num. 187. in reſponſ. ad 2.* & Engel *n. 22. verſ. e etiam.* junct. *num 23. pr.*

12. Sed quare dictum: ſaltem cenſus rea lis ex parte venditoris redimibilis?

Quia de hoc tantum expreſsè loquuntur cit. Conſti Pontificiæ, eumque præcisè in terminis ut licitum appro bant. cit. vid. Reiffenſt. *num. 139.*

13. Eſtnè ergo propterea emptio censú perſonalis vel redimibilis etiam ex parte empto ris ſive creditoris, aut ex utraque parte plane non redimibilis reprobata?

Hoc quidem ex memoratis conſtitut. non eruitur, ne etiam exinde directè inferri poteſt, eò, quod non ſempe incluſio unius ſubitò inferat excluſionem alterius, & aliu ſit approbari cenſus reales, ac aliud improbari perſona les &c. ùt benè advertit cit. Schmalzgr. *num. 189.* Affer tur tamen conſtitutio Pii V. *cum onus Apoſtolicæ*, quan per extenſum refert Reiffenſt. *h. t. num. 153.* in qu expreſſe ſtatuitur cenſum, ſive reditum annuum nullo modo, niſi in re immobili aut quæ pro re immobili ha betur, & de ſui natura frugifera eſt, conſtitui poſſe. Pa riter Carolus V. in Comitiis Auguſtanis *ſub tit. de uſu-rar. Contract.* expreſsè ſtatuit: ut redemptio census non ſit in arbitrio emptoris ſed ſolum venditoris. Unde por rò manifeſtè apparet emptionem census perſonalis vel etiam realis, ex parte emptoris redimibilem eſſe prohibitam ſal-

tem

m Jure poſitivo humano. Interim verò quia commu-
s eſt DD. ſententia, quod ſtando in terminis Juris na-
ralis ac præſcindendo à dictis conſtit. emptio quoque
nsûs perſonalis, item realis etiam ex parte emptoris re-
mibilis imò, & perpetuus ex neutra parte redimibilis non
deatur eſſe injuſta, nec irrationabilis prout in ſpecie te-
t Engel *hìc loco cit.* Reiffenſt. *num. 140. cum ſeqq.*
num. 157. Schmalzgr. *num. 175. cum duob. ſeqq.*
num. 180. cum 6. ſeqq. Hinc plerumque etiam con-
ditur, quòd ſaltem in iis locis, ubi memoratæ conſti-
tiones vel non ſunt uſu receptæ, vel contraria conſue-
dine abrogatæ, cenſus quoque tam perſonalis, quam
am realis ex parte emptoris, vel etiam ex neutra par-
redimibilis, recte emi, ac vendi, nec emptores propte-
de labe uſuraria notari poſſe, cit. Reiffenſt. *n. 155. cum*
qq. dummodo tamen conditiones ad conſecutionem cen-
Jure naturali paſſim requiri ſolitæ concurrant, de quib.
Reiffenſt. *h. t. num. 148. & duob. ſeqq.* Schmalzgr.
m. 200. & 4. ſeqq. Quinimò, etſi alias inter condi-
nes cenſûs conſtitutivi ſivè realis, ſive perſonalis ſit,
od ſi res cenſui ſubjecta pro parte vel in totum intereat,
ſine culpa cenſuarii, ſive ejus, qui cenſum præſtat, in-
ctifera facta ſit, vel lucrum induſtriale ceſſet, cenſus
ipſo pro rata, vel in totum emptori pereat: nihilo-
nus tamen cit. Engel *d. num. 23. h. t.* & alii magni
minis DD. tenent, poſſe etiam cenſum ſub pacto aſſe-
ationis conſtitui, ut nimirum eo non obſtante venditor,
cenſuarius non quidem cenſum annuum ſolvere, ſed
men capitale, ſeu pretium cenſûs reſtituere teneatur,
dmodo hæc obligatio venditoris ipſi alio modo com-
ſetur, ſcilicet pretium cenſûs augendo, vel, quod idem
minorem cenſûs exigendo. Reliqua ad hanc materiam
s pertinentia. vid. apud cit. Schmalzgr. *à num. 191.*
ue ad num. 215.

14. *An, & quomodo uſuræ uſurarum, ve anatoniſmus in jure eſt prohibitus?*

Hujusmodi uſuræ, quatenus ſunt lucratoriæ, tantum jure Divino, & naturali ſunt illicitæ, per ea, de uſuris ſimpliciter hucusque dicta ſunt: ſed prohib tur etiam jure civili, ut conſtat ex *L. 29. ff. h. t. & 29. cod. eod. cum Concord.* niſi uſuræ ſimplices cre tori realiter prius exſolutæ, & poſtea primum de n credantur, ac in novam ſortem redigantur. vid. Schmal *hic §. 5. per tot.*

15. *Quæ ſunt pœnæ uſurariorum?*

Præter reſtitutionem inique acceptarum de qua l cit. Schmalzgr. §. *7. per tot.* uſurarii ſaltem manifeſti ſuper variis pœnis de Jure præſertim Canonico afficiunt Inter quas eſt I. infamia Juris. *Can. 2. §. fin. cauſ. 3. 7. & c. 13. de exceſſ. Prælat.* Privatio officii & poſitio in Clerico uſurario. *Can. 1. & ſeqq. cauſ. 14. 3.* Et in Laico excommunicatio usque ad ſatisfactione *c. 3. & 7. h. t.* III. Privatio ſepulturæ Eccleſiaſt. *c. eôd. in 6.* IV. Teſtamenta & ultimæ voluntates uſu riorum non valent niſi ante mortem uſuras reſtituer aut de earum reſtitutione idoneè caverint. cit. *c. 2. h. t. 6.* de quib. plura apud Schmalzgr. §. *8. per tot. eod. t*

16. *Quid circa uſurarios ſtatuitur de Jure Civili?*

Jure Civili uſuræ etiam lucratoriæ non tantum n ſunt prohibitæ, ſed inſuper poſitivè permiſſæ, t *tit. ff.* & *cod. de uſuris.* vid. tamen Zoës *ad Decr h. t. n. 15.* Reiffenſt. *n. 34. & aliquot ſeqq. eod. t*

H

linc eo quoque Jure non ſunt punibiles, niſi in quantum odum legibus præfinitum excedunt : tunc enim etiam foro civili creditor incidit in uſurariam pravitatem, eiue exceptio uſurariæ pravitatis opponi poteſt etiam adrsùs ſtipulationem, & inſtrumenta quarentigiata; & quidem ſolutæ fuerint, in ſortem imputantur, vel ndictione indebiti repetuntur, uti videre eſt apud Lauerb. *ad ff. h. t §. 29.* Præterea verò eôdem Jure sô quoque factô fiunt infames. *L. 20. cod. ex quib. uſ. infam. irrog.* Et de Jure Imperii noviſſimo *t.* von wucherlichen *Contracten* / quartam ſortis rtem amittunt : in quibusdam verò locis, (uti & hic Auſtria) tota ſorte privantur. cit. Lauterb. §.30. Confer. *d. Auſtr. pag. 509. & ſeq.*

7. *Quis eſt modus uſurarum à Jure Civili præſcriptus?*

Olim poterant accipi uſuræ centeſimæ, ùt conſtat *L. 40. ff. de reb. cred. L. 8. Cod. Si cert. pet.* ſtea tamen Imperator Juſtinianus eas tanquam duras & aviſſimas limitavit, in *L. 26. §. 1. Cod. de uſuris.* non niſi in certis perſonis, & commerciis probavit. de ib. cit. Lauterb. *h. t. §. 22.* In reliquis verò negos pro perſonarum & negotiorum diverſitate diverſos urarum modos conſtituit, ut vel trientes tantùm, vel niſſes, vel beſſes accipi valeant, quæ omnia Gloſſa exmit ſequentibus verſibus.

Diſcant illuſtres, ſtipulari poſſe trientes.
Sed Mercatores, uſuras quærere beſſes;
Quærere ſemiſſes poſſunt communiter omnes
In trajectitia poterit centeſima quæri.

nſtitutionibus tamen Imperii tantùm approbantur uſu quincunces, ſive quinque pro centum. Idem Lauterb. *13. cum ſeq.* hic vero in Auſtr. tolerantur ſemiſſes,

ſive

ſive 6. pro cent. per edict. Ferd. II. *in Cod. Auſ* *loco cit.*

TITULUS XX.

De Crimine Falſi.

1. *Quid eſt, & quomodo hìc accipitur falſum?*

FAlſum poteſt tripliciter accipi. I. Latiſſimè pro om eo, quod non eſt verum, etiamſi fiat citrà fraude vel dolum. II. Latè: pro immutatione veritatis cu dolo facta, quamvis alteri ex hoc nullum naſcatur pr judicium. III. Demum ſtrictè & propriè pro crimine p *leg. cornel. de falſis* notato, quandò nimirùm fal tas committitur cum dolo ſimul & damno alterius: quo ſenſu communiter definitur: quòd ſit immutatio v ritatis facta in præjudicium alterius. Schmalzgr. *hìc n.* Lauterb. *ff. ad leg. Cornel. de falſ.* §. *1.*

2. *Quot modis committitur hoc crimen?*

Quatuor præcipuè modis. 1. Dictò, quando verit dolosè immutatur verbò. 2. Scriptò: quando per fa ſam ſcripturam. 3. Factò: quando per aliquod factur 4. Deniquè uſu ſeu potiùs abuſu, quando quis falſita ab aliis conficta ſcienter utitur. de quibus vid. Eng *hìc num. 2. & aliquot ſeqq.* cit. Schmalzgr. *à num 13. uſque ad fin.* Confer Lauterb. *d. t.* §. *5.* e *trib. ſeqq.*

3. *Quotuplex eſt falſum?*

Aliud eſt verum, vel propriè tale, aliud quasì falſun Illud eſt, quod lege Corn. de falſis notatur & coërcetu Hoc quod non dicta leg. Corn. ſed aliis conſtitution

bu:

ıus, vel Senatús Conſ. notatur & coërcetur. vid. cit. Lauerb. §. *3. d. t.*

4. Quid requiritur ad crimen falſi?

Tria præcipuè: 1. Ut immutatur & pervertatur veitas. 2. Ut immutatio hæc fiat doló maló, ſivè aninó veritatis pervertendæ & proximi decipiendi causâ. :t 3. ut eadem immutatio afferat, vel ſaltem afferre alteri oſſit nocumentum, etſi hoc fortaſſis impediatur. vide chmalzgr. *hìc n. 4. & quatuor ſeqq.*

5. Quomodo puniuntur falſarii?

Quia hujus criminis variæ atque diverſæ ſunt ſpecies, roindè & ipſis commenſurandæ ſint pœnæ, hinc DD. œnam falſi regulariter arbitrariam eſſe dicunt, & pro ıodo admiſſi. Namque punitur interdum relegatione, ıſtigatione, condemnatione ad triremes &c. & de jure ın. quandoquè excommunicatione, degradatione &c. uti idere eſt apud cit. Lauterb. §. *10. & duob. ſeqq.* Reif:nſt. *à n. 26. uſque ad fin.*

TITULUS XXI.
De Sortilegiis.

. *Quid eſt ſortilegium, & quomodo hìc ſumitur?*

'Ortilegii nomen dupliciter poteſt accipi, aliquando) propriè & ſpecialiùs: quó ſenſu eſt divinatio, germ. Wahrſagerey / quà per ſortes divinatorias & falſa ſigna ıe dœmonis futura & occulta manifeſtantur. Aliquan-) generaliùs: & tunc nomine ſortilegii veniunt tam diıationes, quàm omnes aliæ ſuperſtitiones, maleficia, magiæ, quo modo in præſenti rubrica accipitur. Reif-

Reiffenſt. *hìc num. 2.* Agitur tamen etiam hìc uſu ſortium, quæ aliquandò ſunt licitæ, aliquandò rò illicitæ.

2. *Quid per ſortes hìc intelligitur, quotuplices eæ ſunt?*

Sors, Germ. ein Loß / hìc nihil aliud eſt, qu quando aliquid fit in eum finem, ut ex illius eventu noteſcat aliquid occultum. Sunt autem ſortes aliæ di ſoriæ, aliæ conſultoriæ, aliæ divinatoriæ. Diviſo ſunt, quæ aſſumuntur ad jura dubia, aut ad res divid das, vel ad lites dirimendas, vel ad aliquem ex plurib competentibus eligendum. Conſultoriæ dicuntur, q adhibentur ad cognoſcendum, quæ ſit in re ancipiti voluntas. Divinatoriæ verò, quibus exquiritur noti arcanorum, abſentium, futurorum, præteritorum media improportionata, v. gr. per verba, ſcripturan cruces &c.

3. *Quæ ex his ſunt permiſſæ, vel pro hibitæ?*

Sortes diviſoriæ per ſe & regulariter non tantùm n læ non ſunt, arg. *Can. 1. cauſ. 26. q. 2.* ſed in quandoque bonæ ac utiles, præſertim in judiciis famil herciſcundæ & commun. divid. *L. 5. ff. fam. herc. & L. 3. C. commun. de legat.* vide Schmalzgr. *l. à n. 25. uſque ad 33.* Sortes verò conſultoriæ, lic ſi Dei juſſu aut inſtinctu fiant, non ſint illicitæ, patet ab exemplis S. Script. apud Reiffenſt. *hìc n.* tamen regulariter & extra caſum, quo urgente neceſ tate voluntas Divina aliter indagari non poteſt, non cent, per text. *in Can. 7. cauſ. 26. q. 2.* ubi ſ gravibus pœnis prohibentur, & meritò quia ſunt tenta Dei, & iis utentes exponunt ſe periculo, nè à dæmo

de-

ecipiantur. id. Reiffenſt. *d. num.* 4. & Schmalzgr. *um.* 35. *cum duob. ſeqq.* Deniqúe ſortes divinatoæ, quantumcunque ad eas verba & rés ſacræ adhibeanır, & multò magis, ſi cum pacto expreſſo vel implici cum dæmone fiant, penitùs ſunt prohibitæ, & ſub ena excommunicationis damnatæ. *c.* 3. *& ſeqq. cit. auſ.* 26. *q.* 2. vid. cit. Schmalzgr. *hìc. num.* 44. *& ſeq.*

. Poſſuntnè ſortes conſultoriæ & diviſoriæ adhiberi in Electionibus ad Prælaturas & alia beneficia Eccleſiaſtica?

Minimè, ùt patet ex *c. fin. h. t.* ubi uſus ejusmo ſortium in electionibus abſolutè & ſinè reſtrictione mnatur. Reiffenſt. *hìc n.* 7. quod procedit, caſu quo iam duo electi haberent paria vota. Schmalzgr. *n.* 38. ratio eſt; quia electio perſonarum Eccleſiaſticarum ad gnitates & officia debet fieri ex delectu & cum relatio ad merita, & capacitatem perſonarum, conſequenter on debet caſui & cœcæ fortunæ committi, nè contingat gi minùs dignum. id. Schmalzgr. *num.* 39. aliud in aliis cauſis & litibus Eccleſiaſticis, vel etiam beficiatibus, has enim mutuò litigantium conſenſu & cedente legitimi Superioris authoritate ſorti committi, taliter dirimi poſſe, faciliùs concedunt DD. apud eund. hmalzgr. *num.* 43.

5. Quale crimen eſt Sortilegium?

Sortilegium ſivè maleficium in genere ad crimen læ Majeſtatis Divinæ refert Carpz. *crim. q.* 48. *n.* 1. que crimen publicum, quod magicas & illicitas artes ercendo pacto ſivè expreſſo ſivè tacito cum diabolo inito mmittitur, uti colligitur ex §. 5. *Inſt. de publ. jud.*

jud. & L. 6. C. de maleſ. & mathem. Et ſiq- dem pactum interceſſerit expreſſum, dicuntur Nec- mantici, & Magi, Schwartz-Künſtler / Zauber-. Si verò tacitum tantùm: appellantur præſtigiatores, a- ſpices, arioli, vates, augures, Incantatores, venefici &- utì videre eſt apud Carpz, *cit. q. 48. n. 3. & aliquot ſeq.* quibus vocalibus DD. promiſcuè utuntur, teſt. Laute- *ff. ad leg. conc. de ſicar. & veneſ. §. 41.* quam- multùm inter ſe differant, quemadmodum explicat G- tianus in *Can. 1. cauſ. 26. q. 3.* Confer. Schmalz *hic n. 6. cum 4. ſeqq.*

6. *Quæ ſunt pœnæ Sortilegorum?*

Sunt variæ tam de jure canonico, quàm civili, vel- carcer, depoſitio ab officio & beneficio in clericis, ſubindè degradatio realis, ſi ſortilegium concurrat cu- magia; in Laicis verò excommunicatio, verberatio &- de jure can. uti videre eſt apud Reiffenſt. *n. 14. h.* quamquam, utì ſæpiùs dictum, contrà Laicos Eccle- non ſoleat procedere, ſed coërcitionem eorum Judici S- culari relinquat. Jure civili eſt gladius, & ſubindè ign- *L. 3. & 5. C. de maleſ. & Mathem.* Ex conſtit- tione Caroli V. verò. *Art. 109.* Magi & Sortileg-, qui per magiam & incantationes aliis damna inferun-, jubentur vivi cremari: cæteri verò arioli & aruſpices &. die Wahrſager / gladiô vel alia pœnâ arbitrariâ p- qualitate delicti & circumſtantiarum puniuntur. Co- cord. *ord. crim. infer. Auſtr. art. 60.* Confer. La- terb. *ff. d. t. §. 45. & ſeq.*

TITI-

TITULUS XXII.
De Colluſione Detegenda.

1. *Qua ratione ponitur hìc iſte titulus?*

QUoniam actum de variis criminibus eorumque accuſationibus, ſæpius autem contingat accuſatorem & um ad invicem colludere, quò minùs accuſatio perdutur ad finem, hinc meritò videndum, quid tali caſu dex facere debeat?

2. *Quid igitur adpræſens eſt colluſio?*

Colluſio hìc nihil aliud eſt, quàm latens & fraudulnta conventio, quâ hoc inter actorem & reum agitur, reus abſolvatur, prout colligitur ex *cap. 8. cauſ. 2.* 3. König *hìc n. 1.*

3. *Quot modis colluſio fieri poteſt?*

Duobus præcipuè: 1. Si accuſator doloſè veras prot iones omittat, vel falſas rei exceptiones admittat. 2. penitùs ab accuſatione deſiſtat. Primo modo accepta citur prævaricatio, & colludentes prævaricatores. Poſ iore tergiverſatio, & ejus rei tergiverſatores, de quibs ſuprà *tit. 2.*

4. *In quibus cauſis colluſio committitur?*

Committitur vel maximè & propriè in cauſis criminibus, ùt patet ex data connexione, & capitulis huic rricæ ſubjectis. Non item in civilibus: & ratio eſt; qa in civilibus licitum eſt actori & reo ad invicem tranſi re, nec tunc intereſt judicis ſeu Reip. cùm agatur ttùm de intereſſe privato, quòd ſecùs eſt in criminalibus,

bus, in quibus intereſſe publicum ſubverſatur, nè delicta maneant impunita. Niſi colluſio fiat in præjudicium tertii, veluti ſi minùs honeſtæ ſortis advocati vel Procuratores ad invicem, vel Procurator actoris cum reo hoc agat, ut abſolvatur. vide Reiffenſt. *hìc num. 3. & ſeq.* Schmalzgr. *ſub iiſdem num.* Ex hac ratione recepta quoque eſt colluſio in cauſis beneficialibus, utì eſt caſus in *c. 3. h. t.* propter intereſſe Eccleſiæ, nè detur vitioſus ingreſſus ad beneficia. Item in cauſis matrimonialibus, quia in his, præſertim cùm de matrimonio diſſolvendo agitur, nulla admittitur tranſactio. *c. fin. de tranſ.* Quomodo autem colluſio probetur & detegatur? pluribus tradit Menoch. *lib. 5. præſ. 27.* Maſcard. de probat. *concl. 322. n. 6.*

5. *Quid igitur faciendum Judici, ſi colluſio detegatur?*

Tunc poteſt, imò debet Judex ex officio inquirere & procedere. *c. 1. & 2. h. t.* ex data ratione, nè delicta maneant impunita. Reiffenſt. *hìc n. 5.*

6. *Sed quid ſi reus per ſententiam jam fuerit abſolutus?*

Poteſt nihilominùs denuò accuſari, & inquiri contra illum, quando de colluſione conſtat. arg. *c. fin. h. t & L. 3. §. 1. de prævaric.* junct. *L. 11. C. de accuſ.* Non obſt. *L. 7. §. 2. de accuſ. & c. 6. §. eòd.* Quia ejuſmodi jura non procedunt, ubi intervenit colluſio, ſententia enim per colluſionem lata eſt nulla, & perindè habetur, ac ſi lata non fuiſſet. *L. 5. C. de pign.* *L. 3. ff. h. t.* id. Reiffenſt. *hìc n. 7.*

7. *Quæ eſt pœna colluſorum?*

Pœna colluſionis in beneficialibus eſt privatio bene-

fic

icii perpetua quoad utrumque colludentem. *d. cap. 3.* n reliquis verò pœna eſt arbitraria. Vide P. König *hic num. 8.*

TITULUS XXIIII.
De Delictis Puerorum.

1. *Qualem connexionem cum prioribus habet iſte titulus?*

CUm delicta quandoque etiam à pueris, & impuberibus committantur, videndum quoque fuerat, n & quomodo etiam illi pœnas criminum incurrant?

2. *Poſſúntne ergò pueri & impuberes ob delicta commiſſa puniri?*

Diſtinguendum eſt inter pueros adhuc infantes, qui ecdum compleverunt ſeptimum ætatis annum: & inter pueros, qui quidem eam ætatem jam compleverunt, dhuc tamen pubertatem non attigerunt, qui rurſus int vel infantiæ vel pubertati proximi, de quibus chmalzgr. *hic num. 1. & duob ſeqq. Infantes*, uibus etiam comparantur furioſi, mente capti &c: ulla nec criminali, nec civili pœna poſſunt affici. *. 1. §. 2. ff. ad leg. aqu. lib. 60. ff. de R. V. & . 12. ff. ad L. com. de ſicar.* ubi etiam ratio de troque redditur: quia alterum innocentia conſilii tuer, alterum fati infelicitas excuſat. Idem ferè eſt de ueris *infantiæ proximis*: quia & hi ſufficienti juicio carent, & non multùm diſtant à furioſis. §. 10. *nſt. de inut. ſtipul.* Si tamen doli jam inveniantur apaces, poterunt quandoque ſeverius caſtigari, nè delinuere aſſueſcant. Schmalzgr. *hic n. 8.* Impuberes verò *pubertati proximi*, non ſunt à pœna criminali

 immu-

immunes, propter dolum, cujus ſupponuntur eſſe cap-ces. Pœnâ tamen ordinariâ criminis in delictis capitalib non puniri nec torqueri poſſunt. *L. 1. §. 33. ff. ad S Syllan.* vid. tamen cit. Schmalzgr. *num. 9. cum tri ſeqq. h. t.* & Reiffenſt. *num. 3. cum ſeq. ei.* Confer. Carpzov. *crim. q. 143. à num. 3. uſq ad. 56.*

3. *Quid juris eſt circa pœnas in mino-ribus?*

Minorennitas præbet quidem mitigationis cauſa *L. 37. §. 1. ff. de minor. & L. 105. ff. de R. J.* à pœ-na tamen ordinaria, præſertim in delictis gravioribus, ubi ſpes emendationis non adeſt, regulariter exempti n ſunt. cit. *L. 37. §. 1. & L. 9. §. 2. ff. de mino* vide cit. Carpzov. *d. q. 143. à num. 56. uſq ad fin.*

4. *Habetnè etiam pœna ordinaria locu in minore ob delictum in impubertate com-miſſum?*

Minimè. Ratio: quia ſuperveniens qualitas p delictum perpetratum non mutat pœnam. *L. 1. §. 2. de pœn.* & quia in pœnis infligendis delicti cauſa p tiùs ſpectari debet, quàm factum delinquentis. *L. ff. de injur. L. 53. pr. ff. de furt.* id. Carpzov. *82. num. 37.*

5. *An & quomodo pater ob delictum fi poteſt ad pœnam conveniri?*

Si filius nihil habeat proprii, v. gr. peculium caſtr ſe, vel quasì, non tenetur pater pœnam fortè pecun riam filio dictatam exſolvere, nè quidem ex legitin

Rati

atio : quia delicta debent ſuos tenere authores, & nemo alienæ culpæ debet eſſe ſuccedaneus. *L. 26. ff. &* *l. 22. C. de pœn.* viventis autem non eſt hæreditas, conſequenter nec legitima. *L. 1. §. 21. ff. de collat.* & licèt pater teneatur alere filium, æs tamen alienum pro eo ſolvere non cogitur *L. 5. § ſi mater. ff. de liber. cogn.* Fallit tamen hoc, ſi pater ex delicto filii factus ſit locupletior. *L. 3. §. 12. ff. de pec.* vel ſi in delicto participavit, aut in correctione filii culpabiliter fuit negligens. Schmalzgr. *hìc n. 17.*

TITULUS XXIV.
De Clerico Venatore.

Quomodo connectitur iſte titulus ad priores?

QUia hucusque dictum de delictis quibusvis perſonis communibus, jure meritò dicendum etiam de delictis Clericorum propriis. P. König *hìc in pr.*

2. *Quid nominatim prohibetur hìc Clericis?*

Interdicitur hìc eis venatio : nam licèt quidem venari per ſe nihil mali involvat, imò venatio jure naturali & gentium cuilibet ſit permiſſa. arg. §. *12. Inſt. de acqu. rer. dom.* Clericis tamen propterea interdicitur, quia dedecet ſtatum & profeſſionem clericalem; & quia Clerici per eam ab officiis divinis & ſpiritualibus facilè avocantur. Quæ prohibitio repetitur noviſſimè in Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 12. de refor.* & à fortiori procedit in Religioſis. per text. *in Clem. 1. §. porrò de ſtat. Monach.* Schamb. *hìc n. 1. & ſeq.*

3. *Sed eſtnè omnis omninò venatio ipſis in-terdicta?*

Non omnis, ſed tantùm ſaltuoſa & clamoroſa, qu fit cum magno armorum ſtrepitu & clamore canum, insuper immoderatè ac frequenter, ùt notant DD. *c. 1. h. t.* in verbo *ſæpiùs.* Undè quieta & modera-ta, etſi cum aliquibus retibus in laqueis ac canibus fia non cenſetur eſſe interdicta, ſivè dein fiat neceſſita cauſâ ad tollendas feras noxias, ſivè utilitatis: ut ſi ſp-ctet ad reditus beneficii, ſivè etiam ſanitatis & recre-tionis gratiâ. cit. Schambog. *num. 1.* & Reiffen. *num. 5.*

4. *Quæ ſunt pœnæ Clericorum venatorum?*

Hæ recenſentur in *c. 1. h. t.* verùm eas univerſ conſuetudine abrogatas notat Wagnereck *h. t.* DD. paſſim.

TITULUS XXV.

Ce Clerico Percuſſore.

1. *Qualis prohibitio in hoc titulo con-tinetur?*

IN hoc titulo inhibetur Clericis alios percutere & ve-berare, & multò magis cum aliis rixari & confliger Utpotè quòd id non tantùm dedeceat ſtatum clericalen ſed etiam repugnet manſuetudini Chriſti, quam Clerici im-tari debent: ùt patet ex *can. 7. diſt. 47.*

2. *Debéntne hoc ipſo Clerici ab omni per-cuſſione abſtinere?*

Non propterea omnis percuſſio Clericis eſt interdict

ſe

ed tantùm injurioſa & immoderata. *can. 8. diſt. 45. §.* König *h. t. num. 1.* Undè ea, quæ ſunt correctionis ut diſciplinæ causâ, non tantùm licitè, ſed quandoque neceſſariò, vel ſaltem ſalubriter fieri debet, quatenùs tamen & tunc moderatè fit. Schmalzgr. *n. 7.* Et multò magis ea cenſetur eſſe permiſſa, quæ fit defenſionis causa: eò quòd defenſio ſit juris naturalis, à qua Clerici nulbi ſunt excepti.

. *Licetnè autem Prælatis Eccleſiaſticis Clericos ſibi ſubditos diſciplinæ causâ propriâ manu percutere vel verberare?*

Epiſcopis hoc per expreſſum interdictum eſt *can. 25. diſt. 86.* ut propterea aliis Prælatis videatur. ſe permiſſum, honeſtius tamen eſt, ſi & ipſi âb hoc abſtineant, & correctionem ejusmodi per alios exequantur.

. *Sed cui hujusmodi executio pro re nata demandanda & an poſſit committi Laico?*

Jure communi inſpecto demandari debet alicui Clerico, vel alteri Religioſo, minimè verò Laico, alioquin tam Epiſcopus verberari mandans, quàm Laicus ex mandato Clericum percutiens, excommunicationem incurrunt, etiamſi juſta cauſa verberandi ſubſit. arg. *c. 24. de ſent. excomm.* Schmalzgr. *hìc num. 6.* Moribus tamen ex obſervantia univerſali præſertim apud Clericos ſeculares invaluit, ut ſimiles executiones committantur Laicis, qui Clericos recipiant, in vincula conjiciant, & pro rei exigentia etiam verberibus cædant. uti videre eſt apud cit. Schmalzgr. *n. 10. h. t.*

5. *Quæ eſt pœna Clericorum percuſſorum?*

Clerici percuſſores debent inprimis pro qualitate circumſtantia percuſſionis notabilis corrigi, ſive corrig & puniri arbitrio judicis. Si autem correctus ſe non emendet, ſed ſæpius in hoc delictum recidat, tanquàm inhumanus & ferox ſtatuque Clericali indignus deponi potest & debet. arg. *c. 1. h. t.* Reiffenſt. *hìc num.* Pichler *num. 3.*

TITULUS XXVI.

De Maledicis.

1. *Quid in præſenti intelligitur per maledicos?*

HOc nomine hìc veniunt illi, qui malè, vel malum dicunt, ſeu maledictum jaciunt in alterum, ei detrahendo, vel cum obloquiis ſeu detractionibus deprimendo. Schamb. *hìc n. 2.*

2. *Quotuplex eſt maledictum?*

Dividitur in detractionem, calumniam & Blasphemiam. Blasphemia committitur in Deum vel Sanctos. Detractio & calumnia in homines, idque vel in Principem vel in privatum aliquem. Schmalzgr. *hìc n. 1.*

3. *Quæ ſunt pœnæ maledicorum?*

Maledicorum pœna plerumque eſt arbitraria, etiam ſi quis Papæ vel Principi maledixerit, ùt patet ex *c. 1. h. t. & L. un. C. ſi quis Imper. maled.* ubi nulla certa pœna in ejusmodi maledicos ſtatuitur; ſed in *cit. c. 1* hoc tantùm decernitur, ut in eum, qui Papæ maledixit

pœn

œna talis feratur, quæ aliis terrorem incutiat, nè de cetero contra Romanam Eccleſiam in talia verba prorumpat. *in d. L. un.* verò eo nomine in maledicos ... nulla pœna dictatur, addita ratione; quia ſi ex lenitate proceſſit, contemnendum eſt, ſi ex inſania, miratione digniſſimum, ſit ab injuria remittendum. Ni- maledictum contineret verba ſpirantia ſeditionem, aut clamationes turbulentas, quibus principis ſalus, aut atus adduceretur in diſcrimen. Tunc enim, & quoties iàs id juſta ratio, vel exempli neceſſitas, zelus puniri exi- t, cauſa ad principem eſſet remittenda, ut cognoſcat, & quâ pœnâ petulantis linguæ audacia puniri debeat. chmalzgr. *hic n. 6.*

. *Quæ autem in ſpecie eſt pœna Blaſphemiæ?*

Hujus variæ olim tum de jure divino, tum Canonico ac civili erant pœnæ, utì videre eſt apud Schambog. *ic n. 7.* Schmalzgr. *n. 15. & ſeqq.* & fuſiùs apud rpzov. *crim. q. 45. num. 5. & aliquot ſeqq.* rum hodiè in multis locis videtur eſſe arbitraria, & ultum remiſſa, ex teſtimonio DD. quos allegat cit. hmalzgr. *num. 20.* noviſſimus tamen Imper. conſt. regulariter pœnâ mortis, aut mutilationis ſcilicet nputationis linguæ blaſphemæ, pro ratione tamen cumſtantiarum decernitur juxta. cit. Carpzov. *n. 9.* Jur. Auſtr. *vid. ord. crim. art. 59.* ubi pœna vivi- mburii cum aliis graviſſimis exaſperationibus ſtatuitur, Blaſphemia ſit valdè atrox, & ùt loquitur conſtitutio, ſupremo gradu malitiæ qualificata. Si verò adeò graves circumſtantiæ non adſint, conſtat tamen blaſphemiam immediatè ergà Deum, B. V. vel SS. eſſe commiſſi, pœna gladii cum amputatione linguæ vel manûs. Erga reliquos porrô ſimplices blaſphemos, Gemein- ſicher und Gotts-Läſterer / pœna arbitraria, juxtà

modum ibidem. *§ 9.* præſcriptum. Plura de hoc c
mine tractat Carpzov. *cit. q. 45.*

TITULUS XXVII.

De Clerico excommunicato, depoſi-
to, vel interdicto miniſtrante.

1. De quo genere delicti in hoc titulo tractatur?

IMprobatur hìc graviſſimè contemptus cenſurarum
Clericis, quandò nimirùm in excommunicatione, ſ-
ſpenſione, vel interdicto exiſtentes jus violant, actum a
quem ordinis temerariè exercendo, aut in loco interdict
divina celebrando.

2. Quas ergò pœnas incurrunt Clerici dicto modo cenſuras violantes?

Tres communiter recenſentur à DD. 1. Eſt depoſit
àb officio, & beneficio Eccleſiaſtico. *c. 4. h. t.* nc
tamen ipsò jure, ſed per ſententiam. 2. Privatio & ami
ſio omnium beneficiorum ipsô jure. *c. 6. h. t.* Et
irregularitas, quæ ſimiliter ipsò jure & factò incurritu
Proùt de ſuſpenſo conſtat ex *cap. 9. h. t.* de interdict
ex *c. 18. §. fin.* & *cap. 20. de ſent. excom. in 6.*
de excommunicato ex *can. 6. & ſeqq. cauſ. n. q.*
vid. Reiffenſt. *hìc n. 2. & ſeqq.* Schmalzgr. & Pichl
ſimili loco eod. tit.

3. Quæ conditiones requiruntur ad hoc, ut cenſurati dictam irregularitatis pœnam incurrant?

I. Requiritur, ut actus ille, quem clericus cenſurat
exe

xercuit, ſit actus ordinis. II. Ut ſit actus proprius Or-
inis. III. Ut actus ille proprius Ordinis exerceatur te-
nerè. Quà de re vid. cit. Schmalzgr. *hic n. 5. & ſeqq. ſque ad 15.* Reiffenſt. *à n. 6. uſque ad 13. ibique in ſeqq.* plura huc ſpectantia.

TITULUS XXVIII.

De Clerico non ordinato Miniſtrante.

1. Quale delictum hìc exponitur?

N hoc titulo agitur de Clericis, qui Ordinem aliquem, quem non habent, temerè miniſtrant, v. gr. Si mino-ta ſolenniter cantet epiſtolam, vel Diaconus celebret iſſam &c.

. Quâ pœnâ afficitur Clericus in Ordine, quem non habet miniſtrans?

Prima & præcipua eſt irregularitas perpetua reſpectu teriorum ordinum. *c. 1. h. t.* Secunda ſuſpenſio ab dine proximè ſuſcepto per biennium vel triennium in-genda. *c. 2. eôd.* Tertia excommunicatio *c. 3. cit.* uarta demùm ex noviſſimis conſtitutionibus Clem. II. & Urban. VIII. quas extractivè allegat cit. Reiſ-nſt. *hìc num. 13. & ſeq.* eſt degradatio realis. e quibus plenè Schmalzgr. *hìc à num. 2. uſque d 20.*

. Incurritnè etiam irregularitatem Laicus exercendo actus Ordinum præſertim majorum?

Volunt hoc non pauci, utì videre eſt apud cit. hmalzgr, *num. 20.* Ipſe tamen cum aliis *num. 23.*

alleg.

alleg. negativam tuetur, ex ratione: quòd irregulari[tas] iſta in Laicos nullibi in jure ſit expreſſa. Imò, ut adv[er]tit Pichler *num. 4. h. t.* Laici per rubricam hujus [ti]tuli videntur, eſſe omninò excluſi. Interim licèt fo[rte] Laicus ſimilia attentando pœnam hanc irregularitatis n[on] incurrat, certum tamen eſt, eum non tantum graviſſi[mè] peccare, atque ob id Curiæ ſæculari tanquàm Idololat[ra] & graviſſimi falſi reus debitis pœnis afficiendus tradi [de]beat. vid. cit. Pichl. ubi refert non ità pridem Neopu[r]i ad Danubium Eremitam Laicum primitias celebrantem u[l]timò ſuppliciò fuiſſe affectum.

TITULUS XXIX.

De Clerico per ſaltum promoto.

1. *Quid hìc intelligitur per Clericum pe[r] ſaltum promotum?*

IN præſenti veniunt illi Clerici, qui non gradatim, ſe[d] per ſaltum, id eſt, omiſſo ordine medio ad ſuperiore[m] aſcendunt, v. gr. qui omiſſo Diaconatu ordinatus eſt pre[ſ]byter. Engel *hic in pr.* Reiffenſt. *n. 1.*

2. *Quæ eſt pœna taliter promotorum?*

Pœna hujus delicti eſt ſuſpenſio ab ejuſmodi ordin[e] per ſaltum ſuſcepti executione: *can. 1. diſt. 52.* & ſi nihilominùs in eo ordine miniſtrare attentaverit, tun[c] inſuper fit irregularis. Per dicta *tit. præc.* quod pro[]cedit ſive ſcienter ſive ignoranter ordinem aliquem ſupe[]riorem per ſaltum ſuſceperit, ùt patet ex *c. un. h. t.* no[n] tamen fit ſuſpenſus ab ordine priùs ſuſcepto: nec irregu[]laritatem per ſolam ſuſceptionem incurrit, niſi, uti dictum in eo ordine miniſtraverit. Reiffenſt. *hìc n. 4. & ſeq.* & pleniùs Schmalzgr. *n. 4. & quinque ſeqq.*

3. *Se[]*

Sed valetnè ordo taliter per ſaltum ſuſceptus?

Diſtinguunt DD. inter ordinem Epiſcopatûs & reliquos ordines. Ordo Epiſcopatûs invalidè ſuſcipitur ab eo, qui priùs non ſuſcepit ordinem ſacerdotalem, eò quod hunc eſſentialiter ſupponat. Reliqui verò ordines per ſaltum ſuſcepti valent ipſo jure. vid. cit. Schmalzgr. *num.* & *ſeq. h. t.* Quis autem, & an, ac quomodo in pœnis ſuprà dictis Epiſcopus quoque diſpenſare valeat? vid. Reiffenſt. *hìc n. 8. & ſeq.* & pleniùs cit. Schmalzgr. *n. 14. uſque ad fin.*

TITULUS XXX.

De eo, qui furtivè ordinem ſuſcepit.

1. Quales Clerici notantur in hoc titulo?

PEr hanc rubricam & *c. 1. eôd. tit.* ſingularitar notantur ii Clerici, qui furtivè & clam ordinibus ſuſcipiendis ſe ingerunt.

2. Quot modis dicitur aliquis furtivè ordinem ſuſcipere?

Tribûs præcipuè: 1. Si abſque licentia & conſenſu Epiſcopi, aut ſinè prævio examine & approbatione dolosè & ordinatore ignorante ordinationi cum aliis ſe immiſceat. *can. 5. diſt. 24. & c. 1. h. t.* 2. Qui ad ordines minores admiſſus eodem die recipit Subdiaconatum *c. 2. eód.* niſi conſuetudo obtineat, quòd eadem die minores ordines cum Subdiaconatu conferantur. 3. Qui contra Superioris inhibitionem eôdem tempore recipit

cipit duos ordines majores *c. fin. h. t.* Schmalzgr. *l.* *num. 1.*

3. *Quomodo puniuntur ejusmodi Clerici*

I. Incurrunt ſuſpenſionem ab executione ordinum ri ſuſceptorum. 2. Si ſuſceptionem hujusmodi inſup Epiſcopus prohibuit ſub excommunicatione, tamquam e communicati ſuſpenduntur ab executione ordinum ri ſuſceptorum. Schmalzgr. *n. 6. & ſeq.* 3. Etiam jux Reiffenſt. *num. 10.* hic talis qui contra prohibitione Epiſcopi non approbatus ordinem aliquem furtivè ſuſc pit, præter ſuſpenſionem à ſuſcepto, etiam irregularit tem quoad altiores incurrit. de quo tamen vide ci Schmalzgr. *n. 8. eôd. tit.*

4. *Valétne etiam hic ordo taliter furtiv ſuſceptus?*

Valet quidem regulariter, ſicut etiam validus eſt ord per ſaltum ſuſceptus, per dicta tit. præc. Addunt tame DD. limitationem, *niſi ordinans habeat ſerian intentionem tales non ordinandi*, & multò magi ſi id ordinandis priùs per Epiſcopum & ejus vicarium fue rit indicatum. Cujus ratio eſt: quia juxta unanimem & certam ad valorem Sacramenti eſſentialiter requiritur in tentio Miniſtri conficientis Sacramentum. Niſi tamen & hic intentionem ejusmodi poſtea corrigat. Uti pluribu videre eſt apud cit. Reiffenſt. *n. 4.* & quatuor ſeqq. & Schmalzgr. *n. 3. cum duobus ſeqq.* ubi etiam notan non eſſe conſultum, ut Epiſcopi hujusmodi intentionem & proteſtationem præmittant, tum propter graviſſima in commoda & pericula exinde imminentia; tum, qui hoc eſt difforme ritibus & praxi univerſali Eccleſiæ.

TIT.

TITULUS XXXI.

)e exceſſibus Prælatorum & Subditorum.

I. *Qua ratione hìc iſte titulus ſubjicitur?*

QUoniam actum generaliter de delictis Clericorum, vo-'uit compilator in hoc tit. ſpecialia quædam exhibere, quibus tum Prælati in ſuos ſubditos, tum iſti in ſuos Præ-los excedunt.

Quando ergò, & quomodo Prælati in ſubditos, & hi viciſſim in Prælatos excedunt?

Generaliter excedere dicitur Prælatus in ſubditos, quo-t cunque eos ultrà limites poteſtatis & jurisdictionis ſibi nceſſæ gravat, v. gr. novos cenſus aut exactiones ipſis ponendo, aut contra privilegia eorundem aliquid atten-do. Econtra ſubditi contra Suos Prælatos tunc ex-unt: ſi eorum jurisdictionem uſurpent, aut reveren-in ac obedientiam ſuperioribus debitam denegent. (od ex utraque parte pluribus modis accidere poteſt, qui hc indè paſſim in jure occurrunt, & caſus ſpeciales videoſſunt in capitulis huic titulo inſertis. Conf. Reiffenſt. & Pichler *eôd. tit. per tot.*

TITULUS XXXII.

De novi operis nuntiatione.

I *Quæ eſt connexio hujus tituli, & quid eſt novi operis nuntiatio?*

RElinquere aliquando tam Prælati quàm ſubditi ſolent, Eccle-

Eccleſias, Monaſteria & alia pia loca aut domos æd
cando, in damnum vel præjudicium vicinarum vel al
rum Eccleſiarum &c. quod proinde tentantibus occur
tur atque occurrendum eſt per novi operis nuntiatione
Quæ nihil aliud eſt, quàm prohibitio legitima novi
opus paranti facta, nè in ædificando pergat, donec
jure ædificandi, vel ædificium immutandi conſtiteri
aut eo nomine præſtita ſit priùs ſatisfactio. vid. Pich
hìc num. 1. & 2.

2. *Quo jure hujusmodi novi operis nunti tio eſt introducta?*

Ortum ſuum habet præcisè à jure civili, ex edic
Prætoris, quò permittitur, ut ſive jure, ſive injuria n
vum opus fiat, per nuntiationem inhiberi valeat. *L. 2*
§. 1. ff. h. t. Recepta tamen per omnia Jure Cano
c. 1. & toto h. t. Ubi Pontifex occaſione hujus m
teriæ vulgarem illam regulam: Sicut Leges non de
gnantur Sacros Canones imitari, ita & SS. Can. Statu
Principum conſtitutionibus adjuvantur, inſinuans jus
vile & Canon. ſibi mutuò ſuccurrere & ab altero ſupple
non in hac tantum ſed in aliis quoque materiis, niſi ali
obſtet. Hinc ergò etiam cognitio hujus materiæ potiſ
mum ex Civiliſtis petenda.

3. *Quid requiritur, ut nuntiatio iſta no operis habeat locum?*

Tria potiſſimum ſunt requiſita: I. Ut opus de q
agitur ſit novum *L. 1. §. 2. ff. h. t.* Et hinc ſi qu
vetus ædificium fulciat vel reficiat, nuntiatio hæc n
habet locum, modò in reficiendo priſtina forma ſervet
& reficiens nihil addat vel detrahat in præjudicium alt
rius. II. Requiritur, ut ſit opus non perfectum, ſ
primò inchoatum, ſi enim quid operis jam factum, qu
fi

eri non debuit, ceſſat hoc edictum, & tranſeundum
l interdictum, quod vi aut clam, ut reſtituatur. text.
cit. *L.* §. 1. III. Requiſitum eſt, ut ſit opus ſo-
, ſive ſolo conjungendum, in mobilibus enim hæc
ntiatio locum non habet. Unde ſi quis meſſem fa-
at, arborem ſuccidat &c. non poteſt ipſi nuntiari novum
ous. *d. L. 1. §. 12.* Schmalzgr. *hic num. 19. & duo-
us ſeqq.* Confer. Lauterb. *ff. h. t. §. 20. cum tri-
us ſeqq.*

Habetnè Locum in omni opere novo ubicunque parari cæpto?

Quoad locum non intereſt ſive opus fiat intra oppi-
, ſive extra illa in villis vel agris, in privato ſive publi-
loco. *d. L. 1. §. 14. & 17. L. 3. §. 1. h. t.* in ſuo
l alieno. *L. 5. §. 8. & 10. ff. h. t.* in profano vel
cro aut Religioſo, modò cedat in præjudicium alterius,
ic etiam in præjudicium unius Eccleſiæ, alterius ædifi-
tio non permittitur. *c. 3. de Eccl. ædif. Can. 43.
uſ. 16. q. 1.* cit. Lauterb. §. *24. d. tit.* Reiffenſt.
c *num. 14. & ſeq.* Huc ſpectat, quod à plerisque
diditur non licere privatum ædificium adeò altè tollere,
t ex eo videri poſſint Religioſi, aut Religioſæ perſo-
intra proprias domos religiosè habitantes, nec ad-
rsùs eas aperire feneſtras. Conſequenter ſi quid tale
novo fiat, rectè novum opus à Monaſterio nuntiari. vid.
Reiffenſt. *hic n. 41. & duob. ſeqq.*

Qualiter & quot modis nuntiatio novi operis fieri poteſt?

Jure com. poteſt fieri tam authoritate publica, ſive
agiſtratûs inhibitione: quàm privatâ: per proteſtatio-
n etiam nudam verbalem, durch bloſſen mündlichen
Verbot / vel realem, ſive manûs appoſitionem, ùt vo-

 cant,

cant, per lapidum aut materiæ ad ædificandum para diſperſionem, aut etiam per jactum lapilli prout le dicunt, **durch einen Steinwurff.** *L. 5. §. 10. L. . §. ff. quod vi, aut clam &c.* Lauterb. *d. t. §.* Schmalzgr. *hic n. 15. & ſeq.* Prior tamen illa ſ publica & judicialis nuntiatio moribus eſt uſitatior & tior, ac propterea quaſi neceſſaria, ne homines veni ad turbas, quæ abſolvitur per inſpectionem ocularem Judice ad inſtantiam partis cum denominatione peri rum in arte deputatam. cit. Lauterb. *§. 5. ff. h. t.* q modo etiam hic in praxi proceditur ſoletque plerumq priùs decerni ejusmodi ocularis inſpectio, **Gemein** ſchau/ cum inhibitione ædificandi ulteriùs ad interir immittels **mit dem Gebäu an ſtrittigen Ort ſtill** ſtehen.

6. *Quis eſt effectus iſtius nuntiationis?*

Nuntiatio iſta facit, ut is, qui ſtruere opus ince ab eo debeat deſiſtere, donec re examinata de ædifican jure conſtet. *L. 8. §. 4. ff. h. t.* Secùs factum expe ſis ipſius ædificantis demoliendum eſt. *cit. L. 1. §.* *& L. 20. §. 1. ff. eód.* etiamſi fuerit Eccleſia, quæ æ ficavit *c. 1. h. t.* nec refert, juſtè vel injuſtè nuntia facta ſit. *c. 1. cit. & d. L. 20. §. 2.* Aut jure vel i juria ædificatum fuerit; quia hactenùs non tam ju quàm ſpreta Prætoris authoritas inſpicitur. per jur. all Reiffenſt. *hìc num. 18. & duob. ſeqq.* Schmalzg *num. 22. cum ſeq.* Confer Lauterb. *ff. eôd. tit.* *29. & trib. ſeqq.*

7. *Quomodo ceſſat, ſive quando non habet locum prædictus nuntiationis effectus?*

Ceſſat & ſiſtitur iſte effectus pluribus modis, vi

ꞏidere eſt apud. cit. Lauterbach. *§.34.& duob.ſeqq.* Veꞏuti I. ſi nuntiatio ſit manifeſtè frivola & injuſta,& jus ædiꞏicationis notorium. cit. Reiffenſt. *hìc num. 29. & ſeq.* Zoës *h.t.num. 3.* II. Si nuntiatus præſtiterit ſatisdaꞏionem de opere propriis ſumptibus iterum deſtruendo, ſi ꞏpparuerit ſibi jus ædificandi non fuiſſe. *L. 8. §. 2. L. 12. & L. 20. §. 1. & 5. ff. h. t.* vid. tamen cit. Reiffenſt. ꞏ*um. 6. & ſeq.* & Zoës *d. num. 3.* qui hoc tunc tanꞏùm procedere docent, ſi nuntians cautionem ultrò acꞏeptare maluerit. III. Si Judex nuntiationem, quam feꞏit, iterum revocavit, vel alio factam ex cauſa remiſit. ꞏ*.16.ff.h.t.* Lauterbach. *cit. §. 34.* IV. Si periculum ſit ꞏ mora, & dilatio ædificii ceſſura eſſet in grave ædificaꞏ volentis damnum. *L. 5. §. 12. h. t. &c.*

TITULUS XXXIII.

ꞏe Privilegiis, & Exceſſibus Privilegiatorum.

ꞏ. *Qualem rationem cum prioribus habet iſte titulus?*

ꞏVIdetur ex eo hic poſitus, quia inter ſpecies exceſſuum ꞏ reputatur etiam alteratio Privilegiorum per *c. 7. h. t.* ꞏnempe vel nimium extenduntur cum præjudicio alioꞏꞏm, vel nimium reſtringuntur in præjudicium Privileꞏꞏitorum, vel ipſi Privilegiati ipſis abutuntur. Pichler ꞏ*; num. 1.*

Quid eſt Privilegium?

Eſt Jus ſingulare in certæ alicujus perſonæ, rei, vel cauꞏ favorem ac gratiam à ſuperiore conſtitutum. König ꞏ*; num. 3.* vel brevius: Eſt lex privata ſpeciale quid con-

 cedens,

cedens. Zoës *h. t. num. 1.* vid. Reiffenſt. *hic num.* *& ſeq.* confer Schmalzgr. *num. 2. & ſeq.* junct. *nu* *4. & ſeq.* ubi oſtendit differentiam Privilegii â leg diſpenſatione, gratia ſive beneficio Principis, & reſcript

3. *Quotuplex eſt?*

Multiplex. Nam I. dividitur in reale, & perſonal II. In commune, & privatum. III. In merè gratioſum, r muneratorium, & oneroſum, ſive conventionale. IV. abſolute conceſſum, & ſub conditione, vel modo. V. per ſe, & ad inſtar, ſive per communicationem conceſſun VI. In perpetuum, & temporale. VII. In favorabile, odioſum. VIII. In conceſſum contra, & ultra, vel pra ter Jus commune. IX. In affirmativum, & negativun X. In motu proprio conceſſum, & ad inſtantiam parti XI. In clauſum in corpore Juris, & ſpeciali conceſſione i dultum, &c. de quib. vid. Reiffenſt. *hic à num. 7. uſqu ad num. 24.* Schmalzgr. §. *2. per totum.*

4. *Quæ eſt differentia inter Privilegiun rei, vel cauſæ, & perſonæ conceſſum?*

Perſonale Privilegium perſonæ tanquam ſubjecto in hæret, & ultra eam regulariter non extenditur, nec tran ſit ad hæredes, ſed cum perſona, cui conceſſum ordina riè extinguitur. Secùs eſt in reali: hoc enim quia rei in hæret, cum ea quoque ad hæredes, & quoſcunque poſ ſeſſores tranſit. Engel *hic num. 3.* Schmalzgr. *num. 34* confer Lauterb. *ff. de conſtit.* §. *28. & 7. ſeqq.*

5. Se

5. Sed quid in dubio, cenſebiturnè Privilegium potius reale, an perſonale?

Communis eſt interpretatio, quod ſi verba principaliter ſint directa in rem, vel conditionem, id eſt dignitatem, ſtatum, &c. cenſendum ſit reale: ſi in perſonam, perſonale. Quod ſi, & verba dubia ſint, videndum, an Privilegium ſit & ſucceſſoribus dari ſolitum? & reale cenſebitur, ſecus perſonale. Si denique, & de hoc non conſtet, animadvertendum eſt, an ſit odioſum contra jus præjudicans tertio, & perſonale erit: an verò ſit favorabile, nemini præjudicans, & pro reali reputabitur. Engel *hic num. 4.* confer cit. Schmalzgr. *num. 35. & duob. ſeqq.*

6. Quomodo differt privilegium motu proprio conceſſum, à conceſſo ad inſtantiam partis?

Differt principaliter in eo, quod conceſſum motu proprio ſit pleniſſimæ interpretationis. *c. 4. de præb. in 6.* Deinde, quod in poſteriori ſubintelligatur clauſula, *ſi preces veritate nitantur*, conſequenter ſi falſæ ſint, ob- & ſubreptionis arguatur. *c. 2. & alibi paſſim* X. *de reſcriptis.* ſecus in priori; quia cum conceditur ex motu proprio, videtur procedere ex certa ſcientia, quare ob- & ſubreptionis argui non poteſt, *c. 4.* & ibi gloſſ. *de præb. in 6.* vid. Schmalzgr. *hic num. 46. cum trib. ſeqq.*

7. Quid intereſt an privilegium ſit in corpore Juris clauſum, an ex ſpeciali conceſſione indultum?

Quod Privilegium in corpore Juris clauſum tranſeat

 in

in Jus commune, & fiat illius pars, ità: ut hujus diſpo-ſitio non tam privilegium, quam Jus commune dicitu König *hìc num. 8.* Et ideo quoque ejusmodi privile-gium eſt latæ interpretationis, & à nemine ignorari po eſt. Quare ſi Judex contra tale privilegium quid ſtatueri privilegiatus obtemperare non tenetur *c. 5. & 7. h. t.* econtra. Privilegium ſpeciali quadam conceſſione indu-tum manet in præciſa natura privilegii, ſtrictè interpreta-tur, & cum ejus conceſſio facti ſit, juſtè ignoratur, & a allegante probari debet. Engel *hìc num. 2.* Schmalzgr *num. 55. & ſeq.*

8. *Quibus modis acquiruntur privilegia?*

Tribus potiſſimum modis. I. Per directam & legiti-mam conceſſionem ſuperioris. II. Per communicationem illius ſeu conceſſionem extenſivam privilegii, vel ſimpli-citer, vel ad inſtar factam. Et III. per conſuetudinem & præſcriptionem, præſertim immemorialem. P. König *hìc num. 11. & trib. ſeqq.* Reiffenſt. §. *2. & 3.* confer de modo acquirendi, per communicationem. Schmalzgr. *n. 77. usque ad 93.*

9. *Quis poteſt privilegia concedere?*

Privilegia contra Jus concedit ſolus ille, qui legem concedere poteſt, qualis in ſpiritualibus eſt Summus Pon-tifex, in temporalibus Imperator, Rex, &c. cum ejus ſit aliquem à lege eximere, qui aliquem lege ligavit. vid. Kö-nig *hìc num. 10.* & hinc Epiſcopi, Prælati, & alii in-feriores Domini præcisè circa tales materias de quibus ipſi leges vel ſtatuti condendi facultatem habent, privile-gia concedere poſſunt. Engel *hìc num. 9.* Reiffenſt. *n. 25. & ſeqq.* confer Lauterb. *ff. de conſtit. §. 38. cum duob. ſeqq.*

10. Qui-

10. Quibus poſſunt concedi privilegia?

Diſtinguendum eſt inter privilegia ſtrictè ſumpta, ſive quæ ſunt contra Jus & diſpenſativa legis: & inter privilegia largiùs conſiderata, ſive ea, quæ ſunt præter Jus, & mere conceſſiva gratiæ. Primi generis privilegia dari non poſſunt niſi ſubditis. Ratio: quia diſpenſatio eſt actus jurisdictionis voluntariæ, quæ non niſi erga ſubditos exerceri poteſt. Secundi generis concedi poſſunt etiam non ſubditis, ex ratione: quia conceſſio talis privilegii eſt meræ liberalitatis, quæ exerceri poteſt in quemcunque; modo tamen materia, ſuper qua conceditur privilegium ſit ſubjecta Principi concedenti, & circa quam ſubditos poteſt cogere, ne privilegiatum ab uſu privilegii impediant. cit. Schmalzgr. *hic n. 73. & ſeqq.* vid. etiam Lauterb. *ff. d. t. §. 43.*

11. Quando valet, & utrum ante expeditionem litterarum privilegiô conceſſô uti poteſt privilegiarius?

Poſt conceſſionem factam gratia quidem quoad ſui ſubſtantiam dicitur eſſe perfecta; quia ſcriptura ſicut ad alios actus & contractus, ita nec ad valorem privilegii eſſentialiter & ſaltem regulariter (niſi in quibusdam caſibus exceptis, quos recenſet Reiffenſt. *num. 32. & ſeq.*) requiritur, & valent privilegia ſolo verbo, vel voce Principis conceſſa, *Can. 7. cauſ. 25. quæſt. 2. extravag. 5. de pœnit. & remiſſ.* quæ vivæ vocis oraculo data eſſe dicuntur (de quib. cit. Reiffenſt. *§. 7. per tot.*) de ſtylo tamen Curiæ Rom. & ex Reg. Cancell. Apoſt. gratiæ ante expeditionem litterarum dicuntur eſſe informes & nulli ſuffragantur diſpenſationes in judicio vel extra, antequam ſuper iis litteræ Apoſtolicæ fuerint confectæ. *Reg. Cancell. 25. de non judicando.* Unde ſaltem pro foro exter-

externo privilegii ejuſmodi uſus non eſt conceſſus. Eng *hic num. 8.* dictum autem *pro foro externo :* nai pro ſoro interno probabilius etiam ante expeditionem literarum poterit aliquis uti privilegio, Id. Engel *ibic* Reiffenſt. *hic num. 31.*

12. *Habetnè privilegium effectum ſuum à die datæ, vel demum à die præſentati. Sive à tempore inſinuati privilegii?*

Vulgaris etiam hic eſt diſtinctio inter privilegium motu proprio, vel ad inſtantiam tertii alicujus ſine mandato privilegiati conceſſum : & inter privilegium datum ad petitionem privilegiarii, ſive ejus procuratoris. Primo caſu non prius ſortitur effectum, quàm ſi in notitiam privilegiarii pervenerit, eo, quod ſapiat ſpeciem donationis, quæ non valet niſi acceptata, per alibi dicta. Secundo autem caſu valet ſtatim à die datæ, ità, ut ſecundum illud agens etiamſi necdum illius notitiam habeat validè operetur ; quia cum privilegiarius vel ejus procurator ſupplicavit, & Princeps conceſſit ſtatim adeſt ejus acceptatio, & mutuus conſenſus. vid. König *hic num. 23.* Zoës *num. 26.* & plenè Reiffenſt. *à num. 42. usque ad 52.*

13. *Qualem, & an ſtrictam, vel latam habent interpretationem privilegia?*

Regulariter privilegia mere favorabilia, & in nullius gravamen tendentia pleniſſimam habent interpretationem : odioſa vero ſtrictam. arg. *C. odia de R. J. in 6.* ſed de hoc vid. plene Reiffenſt. *hic §. 5. per tot.* add. Lauterbach. *ff. dicto titulo. §. 46.*

14. Qui-

14. Quibus modis amittuntur privilegia?

Septem præcipuè modis : I. Pereunte perſona, ſi eſt perſonale, & re, ſi reale. II. Ceſſante tempore, ad quod, vel ceſſante conditione, ſub qua conceſſum erat privilegium. III. Abuſu privilegii. IV. Per renunciationem expreſſam privilegiarii. V. Per renunciationem tacitam, ſive non uſum omiſſivum, vel uſum contrarium. VI. Ceſſante cauſa finali. VII. Denique per revocationem concedentis ejusve ſucceſſorum. de quib. Engel *hìc num. 21. & ſeq.* König *num. 26. usque ad fin.* Schmalzgr. *§. 5. & 6.* late Reiffenſt. *§. 6. & 8. & duob ſeqq. per tot.* add. Lauterb. *ff. de conſtitut.* §. *49. usque ad 56.*

15. Exſpiratnè privilegium morte concedentis?

Mors concedentis hic regulariter non conſideratur. arg. *C. fin. de precar. & c. 9. de off. deleg. in 6.* Lauterb. *d. tit.* §. *57.* niſi fuerit conceſſum cum clauſula: *ad beneplacitum*, auf Wohlgefallen. text. *in c. 5. de reſcript. in 6.* vel niſi gratia adhuc non ſit facta, ſed primum facienda per commiſſarios, & executores, & concedens moriatur re integra, de quo vid. Schmalzgr. *hìc n. 10. cum 8. ſeqq.* dicta procedunt, ut nec confirmatio ſucceſſoris abſolutè ſit neceſſaria, niſi de conſilio & utilitate. Lauterbach. *§. 58. tit. cit.* de hac confirmatione, & innovatione privilegiorum vid. plura apud Reiffenſt. §. *4. per totum h. t.*

1. Quid hic in ſecunda rubricæ parte indicatur per exceſſum privilegiatorum?

Exceſſus hic nihil aliud ſignificat, quam abuſum privi

 legio

vilegium : ſicut enim privilegium alicui datum neque rectè, neque indirectè eſt à quoquam violandum, *c.* ; *h. t.* neque maligna interpretatione ita reſtringendum, privilegiario prorſus ſit inutile. *c. 30. eôd.* ità è dive ſo privilegiati non debent prava interpretatione pri legia ſua contra, & præter mentem concedentis in al rius præjudicium producere, & extendere. Vallenſ. *hic 2. num. 1.*

17. *Quot modis poteſt iſte abuſus contingere?*

Tribus præcipuè : I. Si privilegio abutantur, vel lud extendant contra intentionem privilegiantis. v. g. ute do contra perſonas, loco vel tempore, pro quo, vel co tra quas non eſt conceſſum. II. Si ex privilegio v. g. exer ptionis ſumant occaſionem delinquendi & liberius pecca di. III. Si finem privilegii negligant directè contra illu agendo, v. g. ſi Canonicus aliusve beneficiatus, cui ex pr vilegio conceſſum eſt abeſſe à loco beneficii ſtudiorum ca ſâ, in aliqua univerſitate tempus otiô, vel negotiis inu libus terat, & nihil minus curet, quam ſtudia. Pichl *hic num. 20.*

18. *Quæ eſt pœna privilegiatorum, ex cedentium?*

Qui privilegio ſuo uno ex dictis modis abutitur, lud pro re nata amittit, eoque privari meretur. *c. 4.* (*24. c. 45. de ſent. excom.* & alibi paſſim. vid. ci Schmalzgr. *n. 198. & aliquot ſeqq. h. t.*

TITU

TITULUS XXXIV.

De Purgatione Canonica.

1. *Qua ratione ponitur hìc iſte titulus?*

RAtio videtur fuiſſe hæc, quod nimirum ſæpe contingat, ut de crimine, vel exceſſu aliquis accuſetur, vel ffametur innocenter; nec tamen innocentiam ſuam per ſtes vel alias probationes deducere valeat. Quare nè nilominus vel innocens condemnetur, vel ſi nocens eſt, præjudicium Reipublicæ abſolvatur, hinc introducta purgatio; quæ duplex eſt, Canonica, de qua hic & lgaris, de qua tit. ſeq.

2. *Quid eſt purgatio Canonica?*

Eſt innocentiæ ad alicujus criminis, de quo quis difnatus eſt Canonicè facta oſtenſio, Valenſ. *hìc n. 1.*

3. *Quomodo fit iſta purgatio?*

Olim variis modis, non ſine terrore fiebat, ſubinde per dicium Sanctæ Crucis, ſubinde per ſumptionem Sacraenti Euchariſtiæ &c. uti videre eſt apud Schmalzgr. *c num. 4. & trib. ſeqq.* hodie autem modis illis ex ju- cauſ. ſublatis obſervatur forma. *c. 5. h. t.* Vi cujus I. rgandus ſive reus tactis SS. Evangeliis jurare debet, quod men illud de quo infamatus eſt nec per ſe, nec per alium nomine perpetraverit. II. Debet habere compurgatores res vel pauciores, juxta qualitatem perſonæ, delicti, infamiæ, qui ſimiliter tactis Evangeliis jurare debent, od credant purgandum non commiſiſſe crimen objem, & ſic verum ipſum juràſſe. Unde Juramentum : in his, eſt tantum credulitatis, in purgando verò veritatis.

ritatis. III. Antequam purgandus ſe hoc modo purg & crimen tale ſit, ob quod mereatur depoſitionem, c bet interim ſuſpendi ab officio, donec ſe purget. vid. c Schmalzgr. *n. 9. & trib. ſeqq.*

4. *Quid requiritur ad ejusmodi purgati nem indicendam?*

I. Purgandus debet prius eſſe publicè diffamatus crimine apud bonos & graves viros. *C. 15. v. ſi vero h.* II. Infamia illa ſive ſuſpiciones, præſumptiones, aut inc cia debent eſſe vero ſimilia, & gravia ac vehementi *c. 4. h. t.* III. Crimen non debet eſſe notorium. *c. 15. ci* IV. Perſona infamata debet de cætero eſſe honeſta, & f de digna, ac de perjurio minimè ſuſpecta. *c. 5. h. t.* V Denique requiritur, ut crimen, aut innocentia per teſte aut alios idoneos modos probari non poſſit. *c. 10. h. t* vid. cit. Schmalzgr. *num. 24. cum trib. ſeqq.* Reiffenſt *num. 7. usque ad 15.*

5. *Quis eſt effectus purgationis legitimè factæ?*

Tollit hoc ipſo infamiam ex crimine objecto provenientem. Deinde reus debet illico abſolvi à crimine imputato, nec admittitur accuſator de eodem delicto, niſ ex novis indiciis. cit. Reiffenſt. *hìc n. 17. & ſeq.* confer Schmalzgr. *n. 35. & ſeq.*

6. *Sed quid, ſi diffamatus in purgatione defecerit?*

Tunc habetur pro convicto, poteſtque Judex procedere ad ſententiam, eum tanquam convictum condemnando etiam ad pœnam ordinariam prout res, & ratio exegerit

t, aliàs plerumque ertraordinariè puniuntur, idem. Reifnſt. *n. 16.* & Schmalzgr. *n. 40.*

TITULUS XXXV.

De Purgatione Vulgari.

. *Unde ſic dicitur , & quid eſt purgatio vulgaris?*

)Urgatio hæc inde nomen traxit , quod à vulgi uſurpatione, & ſuperſtitioſa obſervatione fuerit introducta. inc etiam deſcribitur : quod ſit demonſtratio innocene, vulgò tantum, & temerè uſurpata, & nullo modo probata. König *num. 1.*

2. *Quot modis fieri ſolebat?*

Variè, I. per duellum. II. Per aquam frigidam , aut lidam. III. per ignem, id eſt ferrum candens, per pruis & rogum, & ſimilia. Ut habetur *in c. 8. t. præced.* *1. & 2. h. t.* vid. Pichler *hìc num. 1.* Schmalzgr. *n.* *& trib. ſeqq.*

3. *An rectè illa hodie prohibita?*

Rectiſſimè, & jure meritò, propter graviſſimas inconnientias, & abſurditates, quas DD. ad tres ſequentes ca: revocant. I. Quia ſæpe contingebat condemnandum ſolvi, & abſolvendum condemnari. *c. 2. h. t.* II. Quia itur eſſe inventum diaboli, juxta *Can. 7. & 20. cauſ.* *quæſt. 2.* III. Quia per eam tentatur Deus. *d. c.* *t. h. t.* Engel *hìc num. 6.* & late Schmalzgr. *num.* *& ſeqq.* confer Pichler *num. 2. h. t.* ubi tamen pub-lı ſalus duellum adhuc hodie expoſceret, poſſet illud for-

te

te admitti arg. *L. 1. §. 6. verſ. qui operas ff. de ſtulat.* cit. Valenſ. *hic num. 2.* & per ea quæ ſupra *tit. de clericis pugn. in duell.* dicta ſunt, quid ve alias de cadaveris cruentatione, item de provocatione tribunal divinum (de qua etiam hic aliqui mentionem ciunt,) ſentiendum ſit? vid. cit. Pichler *num. 4. & ſeq h. t.*

TITULUS XXXVI.

De Injuriis, & Damno dato.

1. *Quomodo ſpectat huc præſens iſte titulus?*

TItulo huic occaſionem & materiam dederunt delic & exceſſus, ex quibus injuriæ, & damna naſcuntu

2. *Quo ſenſu injuria in hac rubrica accipitur?*

Solent hic DD. duas partes rubricæ facere, unam, d injuriis, & alteram, de damno dato. Atque hic ſecun dùm primam partem ſumunt injuriam ſpecialiſſimè pr contumelia, ſive læſione honoris, & exiſtimationis alte rius. Quo modo ſumpta nihil aliud eſt, quam delictun privatum dolo in contumeliam alterius admiſſum, vel ù aliqui: Eſt contumelia alicui dicta, vel facta dolo malo Schmalzgr. *hic num. 2.* cum ibi cit. ſive ùt Manz. *ad inſtit. §. 1.* eam definit: Eſt delictum privatum, quo quis dolo malo, ſive contumelioſè corpus, dignitatem aut famam, & exiſtimationem alterius lædit. Verùm ſi textus, & capitula ſub hac rubrica poſita, ac ipſa ratio connexionis inſpiciantur, ſatis apparet injuriam taliter hic pro contumelia nullo modo venire, ſed magis genericè accipiendam eſſe pro omni eo, quod non jure fit. juxta

L 1

r. 1. *ff. de injuriis.* unde nobis & patrimonio noſtro amnum cauſatur ; ità, ut nimirum damnum, & injuria ic quaſi pro eodem accipiantur, ac injuria in præſentia-um idem ſit, ac damnum injuria datum, eo fere modo, uo in inſtitutis, & ff. ad leg. Aquil. accipitur. Proinde mnia ea, quæ hic Engel, & alii de injuriis priore illo mo-o acceptis latiùs pertractant, magis ad tit. inſtit. & ff. de ijuriis pertinent, ob quam rem etiam forte Zoës *ad De-ret. h. t.* injuriarum ne verbo quidem meminit.

3. *Quid ergo ad præſens eſt damnum?*

Damnum in præſenti nihil aliud ſignificat, quam rei, ve patrimonii noſtri diminutionem ab alio nobis per in-riam ſive non jure illatam. Non tamen quovis modo, quatenus etiam ſit per rei amotionem, & lucri causâ, i contingit in furto rapina, uſuris &c. nam de his ſupra ecialiter actum : ſed quatenus cauſatur per injuſtam rei rruptionem & deteriorationem, absque lucro vel com-odo damnificantis. Reiffenſt. *hic num. 37.* Pichler *n.* 7. pro quo vindicando jure civili prodita eſt famoſa illa tio, l. Aquil. de qua civiliſtæ paſſim ad *inſtit. & ff. eod. t.* atque ſic ſumptum, damnum definitur communiter, uod ſit diminutio Patrimonii corruptione, vel deterio-tione rei facta. *L. 3. & 5. ff. l. Aquil.*

. *Quæ, & qualis obligatio naſcitur ex damno dato ad illud reſarciendum?*

Quilibet damnum dans tenetur ad illud reſarciendum, on tantùm in foro fori, ſed etiam in foro poli, ùt per ſe tet, & dicetur paulo poſt diſtinctius, dictante ita, & quitate, quæ nulli invito patitur iniquam conditionem ferri, juxta. *l. 74. ff. de reg. I.* & neceſſitate, cum non mittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. *c. 4. de I, in 6.* Zoës *h. t. n. 1.*

5. *Quid*

5. *Quid requiritur ad hoc ut iſta oblig- tio ſaltem pro foro externo naſcatur?*

Debet eſſe damnum, dolo, vel culpa datum. *c. fin. t.* unde ſi caſu fortuito damnum inferatur, illud non v nit in reſarcitionem, *c. fin. cit. in fine.* nec actione Aquil. vindicatur. *§. 3. inſtitut. & L. 28. L. 31. ff. legem. Aquil.* Niſi culpa caſum præceſſerit, *ibid.* p riter nec tunc, ſi damnum datum eſt jure permittent aut culpa ipſius læſi: cum taliter injuriâ, aut culpâ d tum, dici non poſſit, arg. *§. 2. & 4. inſtit. & L. 4. 5. ff. dict. cit.* P. König *hic num. 20.* dolus tamen c rectè non requiritur, ſed ſufficit culpa.

6. *Quotupliciter in præſenti poteſt conſid rari culpa?*

Faciunt hic DD. culpam aliam commiſſionis, alia omiſſionis. Præterea aliam culpam Theologicam, alia Juridicam. Culpa Theologica idem eſt ac peccatum, ſ ve mortale ſit, ſive veniale. Culpa Juridica eſt omiſſio al cujus diligentiæ, unde ſequitur aliquod malum proxim Quod poteſt fieri ſine peccato coram Deo, v. g. ſi aliqu ex oblivione naturali librum ſibi commodatum, in publ co loco reliquit, qui poſtea deperditus eſt, talis committ culpam Juridicam, & quidem latam, quàmvis coram De nihil peccaverit, uti explicat Reiffenſt. ſupra *de com mod. num. 17.* & hæc triplex eſt in Jure, lata, levis, & leviſſima, uti alibi dictum.

7. *Qualis culpa requiritur, & ſufficit i ordine ad obligationem damni com- penſandi?*

Diſtinguendum eſt inter forum externum, & inte num. Loquendo de foro externo, ſufficit damnum, qu cunque culpa datum, ſive ea ſit commiſſionis, ſive om ſſioni

ionis. Schmalzgr. *hìc num.* 75. confer Lauterbach. *ff. ad l. Aquil.* §. 10. ſive Theologica, ſive Juridica. cit. Schmalzgr. *num.* 83. *& ſeq.* ſive lata, ſive levis, ſive etiam leviſſima, Reiffenſt. *n.* 39. *& ſeq.* quæ omnia ſatis ſuperque probantur toto *tit. inſtit. & ff. ad L. Aquil.* de Jure Can. paſſim in hoc toto tit. uti videre eſt apud authores cit. Ratio autem horum eſt: tum; quia factum cuique ſuum, non etiam alteri nocere debet. *l. factum. ff. de R. I.* tum; quia potior debet eſſe cauſa ejus, qui damnum absque omni ſua culpa patitur, quam alterius, qui ſuâ culpâ damnum intulit, etiam leviſſima. cit. Reiffenſt. *d. num.* 39. Schmalzgr. *n.* 85.

8. Sed proceditnè idem etiam in foro interno?

Circa hoc utuntur DD. diſtinctione, inter culpam Theologicam, & Juridicam. Si damnum dans commiſit culpam Theologicam etiam levem, certum eſt apud omnes, quod talis teneatur ad compenſationem damni illati in conſcientia, etiam ante ſententiam Judicis. Ratio: quia talis culpa ſecundum dicta ponit peccatum coram Deo, quod non dimittitur, niſi ablatum reſtituatur. Si verò damnum fuit in culpa mere Juridica, qualis quandoque etiam citra culpam latam, imo, & dolum (quatenus & hic ſubinde eſt mere præſumptus,) intervenire poteſt, uti ſimiliter dictum, & multo magis, quando culpa tantum leviſſima interceſſit: tunc ſunt quidem aliqui in hac ſententia, quod nihilominus etiam culpa leviſſima datum reparari debeat in conſcientia. Uti videre eſt apud Reiffenſt. cit. *n.* 43. & Schmalzgr. *n.* 90. Communior tamen teſte Reiffenſt. eſt opinio contraria, quod nimirum tali caſu ſit nulla obligatio conſcientiæ ante ſententiam judicis, niſi forte reparationem damni naturâ contractus exigeret. P. König *hìc n.* 27. Engel *n.* 50. & Schmalzgr. *n.* 91. Ex ratione quia damnum ex culpa ejusmodi mere Juridica datum ſupponitur eſſe datum ex mera inadvertentia. Et conſequenter eſt omnino involuntarium habetque ſe reſpectu noſtri, instar casûs fortuiti, quale damnum in conſcientia, absque ſpeciali contractu non venit in præſtationem. Confer Pichler *num.* 15. *h. t.*

 9. *Quid*

9. *Quid Juris in eo, qui non eſt in vero ſed tantum in quaſi delicto, & damnum per ſe ipſum non cauſavit?*

Non intereſt, per ſe quis dederit damnum, aut per alium, ei mandando, vel etiam tantum conſulendo (non tamen præcisè ratum habendo) cooperando, participando, non impediendo, cum impedire poſſet, & teneretur. Zoës *hic num. 2.* Engel *n. 38. & 4. ſeq.* Item ſive ſit in proprio, & vero, ſive quaſi delicto. Qualis eſt Judex per imperitiam judicans, Paterfamil. ex cujus ædibus aliquid effuſum vel dejectum, & per damnum cauſatum eſt, Nautæ, Caupones, Stabularii &c. Unde generaliter omnis ille ad reparationem damni (ſaltem in foro fori ante ſententiam etiam in foro poli) tenetur, qui ex facto alieno conveniri poteſt, etiamſi animal ſit, cujus facto damnum, vel pauperies data fuit. Uti pluribus videre eſt apud Schmalzg. *à n. 96. uſque ad num. 104.* Engel *n. 34. & duo ſeqq.* Pichler *num. 11. & 17.* & ratio eſt; quia omnes iſti in foro Civili & externo poſſunt conveniri, & dantur contra eos ſpecialia Juris remedia, ùt patet *tit. Inſtit. de obl. ex quaſi delicto, & tit. ſi quad. pauper.*

10. *Quibus ergo modis damnum alicui datum vindicatur?*

Pro diverſitate facti, & damni dati, diverſæ dantur actiones, & quidem I. ſi damnum datum ſit per deteriorationem vel corruptionem, datur actio *L. Aquil. toto tit. ff. & cod. ad L. Aquil.* II. Si alio modo v. gr. per dejectionem vel effuſionem ex cœnaculo: actio dejecti & effuſi. *L. 1. & tot. tit. ff. de his, qui ae, cer. &c.* III. Si famuli in officio deliquerint, & n-

cueri

cuerint, actio in factum adverſus Dominum, Nautam, Cauponem &c. competet. *tot. tit. ff. Nautæ. Caup. &c.* IV. Si animal nocuerit, actio noxalis, *ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur*, ſibi locum vendicat *§. ult. inſtit. ſi quadrupes &c.* de quibus Civiliſtæ ſuis locis paſſim. Confer. Pichler *hìc num. 12. & ſeqq.*

11. *Teneturnè autem non tantùm ipſe, qui damnum dedit, ſed etiam hæredes ejus?*

Jure Civili inſpecto, non teneri certum eſt: niſi lis cum defuncto conteſtata fuerit, aut ad eos ex damno dato quid pervenerit. *§. 9. Inſtit. ad L. Aquil. L. un. cod. de delict. defunct.* Quod tamen ſecus ſe habet Jure Can. quoad exonerandam conſcientiam defuncti hæredes compelli poſſunt, ut ſolvant damna pro viribus hæreditatis, quæ defunctus in vita aliis intulit. *C. ult. de ſepult. c. 5. de raptor.* Engel *n. 31. junct. n. 48.*

12. *Sed poteſtnè quandoque etiam tertius extraneus pro damno ab alio dato apprehendi, & v. gr. arreſtari?*

Regulariter hoc non eſt permiſſum, præſertim privatis hominibus, & dicitur ejusmodi attentatum repreſſalia, ſive repreſſaliæ, quæ generaliter ſunt illicitæ, & prohibitæ in *C. un. h. t. in 6. & in nov. 52. c. 1.* ubi injuriis adnumerantur. vid. tamen Schmalzgr. *hìc §. 3.* ubi *num. 111.* oſtendit, eas quandoque licitas poſſe eſſe, ſi certæ conditiones concurrant, de quibus ibi. Confer Pichler *n. 20.*

TITULUS XXXVII.
De Pœnis.

1. *Qua ratione iſte titulus hic ſubjicitur?*

OCcaſionem videtur ſumpſiſſe compilator ex priori bus titulis, ubi de variis delictis, & ſubinde etian eorum pœnis actum fuit, quare ut plenior hujusmod pœnarum notitia habeatur, ſubnectitur præſens iſte ti tulus ſpecialis de pœnis tam in genere, quam ſpecie Pichler *hìc num.* 7. & ſic quoque in ff. poſt alia de licta ſequitur titulus de pœnis.

2. *Quid ergo eſt pœna in genere ſpectata?*

Juxta Pichler *cit. hìc n.* 2. eſt juſta delicti coër citio, quid autem requiratur ad hoc, ut ſit juſta, vid Schmalzgr. *hìc n.* 2.

3. *Quomodo dividitur pœna in genere?*

Multifariam, uti videre eſt apud Vallenſ. *hìc p.* 1 *à n.* 1. *uſque ad* 7. & Pichler *cit. num.* 2. *eôd. tit* Apud Civiliitas recepta eſt diviſio, quâ pœnæ in genere d viduntur, in conventionales, & legales: Illæ ſunt, qu ex conventione partium dependent, & ſuccedunt in locur intereſſe. Hæ, quæ legibus introductæ. Legalis div ditur in Civilem, quæ privatum intereſſe actoris reſpicit & Criminalem, quæ ad intereſſe publicum ſpectat: Cr minalis ſubdividitur in capitalem, & non capitalem. C pitalis eſt, quæ vitam adimit, eamque vel civilem, to lendo libertatem vel civitatem, prout olim inducebat per damnationem in perpetuum ad metallum, vel op publicum: vel naturalem, prout hodie plerumque a

ci

cipitur, & dicitur ultimum ſupplicium. Non capitales dicuntur, quæ non ad capitis periculum pertinent, vel quibus nec civilis, nec naturalis vita adimitur. Porro pœna legalis dividitur in ordinariam, quæ lege determinata & definita eſt, & extraordinariam, quæ Judicis arbitrio relicta eſt. vid. Lauterb. *ad ff. h. t. §. 2. & octo ſeqq.* in ordine ad forum Canonicum aliæ ſunt pœnæ vindicativæ, aliæ medicinales: aliæ ſpirituales, aliæ temporales: aliæ poſitivæ, aliæ privativæ: aliæ latæ, aliæ ferendæ ſententiæ, de quibus Pichl. cit.

4. *Quæ ſunt in ſpecie pœnæ Criminales Capitales?*

Variæ pro varietate, & gravitate Criminum ac delictorum, partim ad exemplum Veteris Teſtamenti: partim jure novo introductæ. Sic genera ultimi ſupplicii apud Hæbræos erant IV. ſcilicet: Ignis. Lev. *20. v. 14.* Lapidatio. *Num. 15. v. 36.* Gladius. Deuter. *13. v. 15.* & Suſpendium ſive Crucifixio. Deut. *21. v. 22.* Sed in Dominicæ paſſionis venerationem Conſtantinus Magnus inter Chriſtianos ſubſtituit furcam. Jure noſtro occurrunt gladius, vel ferrum, id eſt decollatio, ſive capitis amputatio. *L. 8. §. 1. ff. h. t. cum Concord.* damnatio ad furcam ſive ſuſpendium. *L. 28. pr. ff. h. t.* vivicomburium, ſive ignis. *d. L. 28. pr. & §. 11. & L. un. C. de nilo agger.* Objectio beſtiis. *L. 11. §. fin. ff. h. t.* Submerſio in aquis ſive pœna culei. *L. 9. ff. ad L. pompej. de parricid.* Pœna rotæ, & aliæ ſimiles, de quibus Criminaliſtæ paſſim.

5. *Quæ pœnæ Criminales accenſentur non Capitalibus?*

Ad has ſpectant: Relegatio, fuſtigatio, mutilatio, ſtigmatis inuſtio, in opus publicum damnatio, carcer

cer &c. quibus jungenda confiſcatio bonorum, privati dignitatis, infamia, pœna fiſco applicanda &c. Hodi pœnæ Civiles, & Criminales apud pleroſque aliter, a olim accipiuntur, & Civiles quidem die burgerliche Straffen / eas omnes appellant, quæ non ſunt direct corporis afflictivæ, die nicht an Haut und Haar geher Criminales verò, quibus agitur ad pœnam corporis affl ctivam, peinliche Straffen / die an Haut und Haa gehen. Has vero demum dividunt in capitales, & non capitales. vide cit. Lauterb. *ff. h. t. §. 7. & ſeq* Confer. Schmalzgr. *h. t.* §. 5.

6. *Quæ ſunt in ſpecie pœnæ fori Eccleſiaſtici ſive pœnæ Canonicæ?*

Harum aliæ ſunt, quæ imponuntur, pro foro inter no, & pœnitentiali, de quibus tit. ſeq. Aliæ, quæ infl guntur pro foro externo ſive Judiciali. Hæque rurſu aliæ Medicinales, quò ſpectant Excommunicatio, ſu ſpenſio, & interdictum, de quibus infra ad tit. de ſent Excom. aliæ Vindicativæ, quales ſunt 1. inhabilita ad beneficia & officia Eccleſiaſtica, 2. privatio illc rum prius obtentorum. 3. Depoſitio. 4. Degradatio. 5 Infamia. 6. Irregularitas. 7. Pœna pecuniaria. 8. Carcer 9. Detruſio in Monaſterium. 10. Tortura. 11. Verbe ratio ſeu flagellatio. 12. Exilium ſeu relegatio. 13. Con fiſcatio bonorum, de quibus, quid eæ ſint, & quand locum habeant? vid. Reiffenſt. *hic* §. *2. & trib ſeqq.* Schmalzgr. *§. 2. & duob. ſeqq.* add. Pichler *§ 2. per tot.*

7. *Quid Judex debet obſervare circa im poſitionem pœnarum?*

1. Debet conſiderare qualitatem delicti: nam alite punitur vis publica, aliter privata. 2. Tempus, locum & even-

& eventum. Hæc enim plerumque etiam pœnam aggra-vant, vel minuunt. 3. Qualitatem perſonæ delinquen-tis, ſubinde enim dignitas & nobilitas facit minui pœ-nam. 4. Quantitatem damni illati, & deliberationem, qua delictum commiſſum: nam & hæc mitigationi vel aggravationi locum faciunt. 5. Qualitatem certitudinis: nam in dubio ſemper in partem mitiorem inclinandum. Et 6. denique ſuam ipſe perſonam debet ſpectare Judex. Aliter enim decernuntur pœnæ à Judice Laico, aliter à Ju-dice Eccleſiaſtico, prout omnia iſta pluribus explanat Schmalzgr. *h. t. n. 26. n. 4. ſeq.*

8. *Poteſtnè Judex inferior, cui jus aggra-tiandi non competit, pro ordinaria pœna in-fligere arbitrariam?*

Per ſe, & regulariter loquendo Judex inferior non poteſt pœnam ordinariam, ſeu jure taxatam remittere, vel commutare; multò minus augere: Ratio, quia in-ferior non poteſt immutare, vel corrigere legem ſupe-rioris. *cap. 16. de major. & obed.* & Judici non li-cet judicare de legibus, ſed ſecundùm illas. *Can. 3. diſt. 4. cap. 1. de conſtit.* cit. Schmalzgr. *n. 38.*

9. *Quare dictum: Judex inferior?*

Quia Princeps ſupremus, puta Rex vel alius, cui jus aggratiandi ex privilegio, vel conſuetudine competit, li-citè pœnam vel imminuere, vel omnino remittere poteſt, hoc ipſo, quod lege ſuperior eſſe cenſeatur *L. 31. ff. de legib.* an autem hoc quoque procedat in iis delictis, quibus lege divina veteris teſtamenti pœna capitalis præ-fixa eſt? vide cit. Schmalzgr. *n. 32. & ſeq.*

10. *Quare item dictum :* Per ſe, & regulariter loquendo?

Quia per accidens, & ob occurrentes circumſtantias lenientes, vel aggravantes, poteſt etiam Judex inferior pœnas ordinarias, & lege præſcriptas imminuere vel aggravare. *L. 16. ff. h. t.* Reiffenſt. *hic n. 9.* Confer. Lauterb. *eod. §. 14. junct. §. 19.* Quæ autem ſint ejusmodi circumſtantiæ lenientes, vel aggravantes, non poteſt certa regula definiri, ſed eæ vel maxime ex modo, perſona, loco, tempore, &c. colligi ac determinari debent. *d. L. 16. ff. h. t.* Earum aliquas refert cit. Schmalzgr. *hic num. 39. & quatuor ſeqq.* Pichler *num. 6.* vid. plenius Carpzov. *Crim. quæſt. 142. & aliquot ſeqq.*

11. *An & quomodo obligant pœnæ præſertim Canonicæ in conſcientia ante ſententiam?*

Diſtinguendum eſt inter pœnas *ferendæ*, & inter pœnas *latæ ſententiæ.* Pœnæ ferendæ ſententiæ nunquam debentur ante ſententiam Judicis condemnatoriam. Ratio : quia tunc lex ponit potius pœnam aſſignandam à Judice, quàm deſignatam. Idem aliqui tenent etiam de pœnis conventionalibus, niſi petantur, de quo tamen vide Schmalzgr. *hic num. 45.* Circa pœnas verò latæ ſententiæ ulterius diſtinguunt DD. an nimirùm requirant executionem aliquam externam (quales ſunt pœnæ amiſſionis Dominii, confiſcatio bonorum, privatio beneficii &c.) an vero eam non requirant, ut accidit in excommunicatione, & aliis cenſuris Eccleſiaſticis, quæ ipſo jure in pœnam irrogantur. Primo caſu opus eſt adhuc ſententia ſaltem declaratoria : non item in ſecundo. Pul-

ilchrè Reiffenſt. ſuprà *ad tit. de conſtit. n. 226. ſque ad 238.*

TITULUS XXXVIII.

De Pœnitentiis & remiſſionibus.

. *Quæ, & qualis eſt continuatio hujus tituli ad præcedentes ?*

HÆc deſumitur ex eo, quod in priori titulo actum ſit de pœnis fori externi, in hoc itaque de pœnis, quæ imponuntur in foro interno ſeu pœnitentiali.

: *Quid hic per pœnitentiam in prima rubricæ parte intelligitur ?*

Pœnitentia tripliciter conſideratur. 1. Prout præciſe e peccatorum, quatenus ſunt offenſa Dei, deteſtatio interna, & dolor de iisdem cum propoſito melioris vitæ, eo ſenſu eſt actus virtutis ſpecialis pœnitentiæ. 2. Prout huic internæ deteſtationi accedunt actiones externæ, puta confeſſio coram ſacerdote, ejusque abſolutio, & tunc eſt Sacramentum. Vel 3. prout accedit opus pœnale vel ſponte ſuſceptum, vel à confeſſario ſacerdote injunctum, & eatenus eſt ſatisfactio in qua tertia acceptione habita ratione connexionis materiæ huc ferè ſolùm ac unicè ſpectat. Solent tamen Canoniſtæ hic etiam agere de Pœnitentia ſecundo modo conſiderata, quatenus eſt Sacramentum, ſaltem in quantum cadit ſub diſpoſitionem Juris Canonici.

. *Quid ergo eſt Sacramentum Pœnitentiæ ?*

Eſt Sacramentum, in quo ſacerdos Chriſti vice peccata dimittit, ſi homo de peccatis doleat, eaque ore con-

fiteatur, & ad congruam ſatisfactionem paratus ſ König *hìc num. 2.* aliter Vallenſ. *§. 2. n. 2.* Conf Schmalzgr. *eod. tit. à n. 1. uſque ad n. 7.* ubi etia de ejus materia, forma, & miniſtro, quæ magis ad Theo logos pertinent.

4. Poteſtnè quilibet ſacerdos adminiſtrar Sacramentum Pœnitentiæ?

Minimè: ſed debet præterea ad hoc ſpecialiter eſ approbatus, & ſic habere jurisdictionem vel ordinarian qualem habet Parochus, & alii curati, vel delegatan quæ eſt in eo, cui vel Parochus hoc ſpecialiter con miſit, aut qui ab Epiſcopo per Examen ad id per expre ſum eſt approbatus, uti apparet ex noviſſimis conſtitu in Conc. Trid. *ſeſſ. 14. c. 7. de pœnit.* & *ſeſſ. 2.* *c. 15. de refor.* Et ratio eſt: quia audire confeſſio nes, & abſolvere à peccatis, eſt actus jurisdictionis c Trid. *ſeſſ. 14. c. 6. & 7.* Conſequenter non pote exerceri niſi ab eo, penes quem eſt talis jurisdictio. vid König *hìc n. 6.* Vallenſ. *§. n. 3. & 4.* Pichler *n.* excipitur tamen caſus articuli mortis, ſive extremæ ne ceſſitatis, ubi quilibet etiam ſimplex ſacerdos à quibuſ cunque caſibus etiam reſervatis abſolvere poteſt. *cit. c. 7* in Trid. de hac approbatione, nec non caſuum reſervatio ne, & facultate abſolvendi ab iisdem nec non de ſigill confeſſionis vid. ſpecialia quædam apud Schmalzgr. *h t. à num. 27. uſque ad 90.* Confer Pichl. *à num. 9 uſque ad 17.*

5. An & quomodo Sacramentum Pœniten tiæ eſt de præcepto?

Jure divino obligantur omnes Chriſti fideles, poſ baptiſmum lapſi ad confitendum peccata mortalia, prou definivit Trid. *ſeſſ. 14. cap. 5. de* Conf. *& Can. 6*

cum

um ſeq. ibid. de Pœnit. Tametſi verò quis non te-atur mox, atque peccavit confiteri, etiamſi habeat com-oditatem confitendi, ùt conſtat ex *c. 12. h. t.* non oteſt tamen hæc pœnitentia diu differri. arg. *Eccl. 5. 8.* Proverb. *1. v. 18.* Et ideo olim videbatur re-uiri, ut ter in anno ſcilicet in Paſchate, Pentecoſte, Natali Domini, quisque fidelium communicaret. Col-ligitur ex *Can. 16. de conſecrat. diſt. 2.* Hodie au-m ex præcepto Eccleſiæ injuncta eſt obligatio omnibus hriſti fidelibus utriusque ſexûs, ubi ad annos diſcretio-s pervenerint, ſemel in anno, & quidem proprio ſa-rdoti ſive Parocho vel de ejus licentia alteri approbato nfitendi, & Sacramentum Euchariſtiæ ſaltem in Paſcha (ut habet textus) ſuſcipiendi. *cit. c. 12. h. t.* & Trid. *ſſ. 14. c. 5. cum Can. 8. ibid. de Pœnit.*

Circa quod autem tempus hæc confeſſio peragenda & an ſatisfiat præcepto ſemel ſaltem quolibet anni tempore confitendo?

Jure ſcripto, quoad confeſſionem ſive Sacramentum Pnitentiæ nullum certum tempus eſt determinatum, ùpatet ex Jurib. cit. ubi tamen circa Sacramentum Eu-chariſtiæ diſponitur, ùt ſemel in anno ſaltem in Paſcha ſuſcipiatur. Conſuetudine autem Eccleſiæ per antiqua universali receptum ac introductum eſt, ut tam Pœ-nitentiæ, quam Euchariſtiæ Sacramentum tempore Pa-ſchali peragatur: cui proinde unusquisque fidelium ſe conformare tenetur. Si tamen tempore Paſchali id ali-quis omiſerit, alia autem anni parte peregerit, videtur probabilius ſatisfeciſſe præcepto, ſaltem quoad effectum, ut pœnas à Jure in omittentes ſtatutas non incurrat. Engel *hìc n. 8. & ſeq.* Confer. quoad hanc & præced. Schmalzgr. *à n. 5. uſque 20.*

7. *Qua*

7. *Quæ ſunt pœnæ neglectæ confeſſionis annuæ?*

Hanc negligentes juxta *cit. c. 12. h. t.* arcentur ingreſſu Eccleſiæ vivi, & mortui à ſepultura Eccleſiaſtic vid. cit. Schmalzgr. *n. 24. & ſeq h. t.*

8. *Quid eſt Pœnitentia, quatenus ſignificat ſatisfactionem pro peccatis?*

Eſt compenſatio Deo facta pro injuria ei illata, p peccatum, cum propoſito de cætero non offendendi, ſpe veniæ. Vallenſ. *h. t. §. 14. n. 3.*

9. *Quotuplex iſta eſt?*

De Jure Pœnitentia alia eſt publica, alia privata. S publica, quæ olim pro gravitate criminum varie ind cebatur hodie abuſu receſſit. videat. Schmalzgr. *hic n.* *& aliquot ſeqq.* & ſic remanſit ſolum pœnitentia privata, quæ duplex eſt: alia voluntaria, alia Sacramentalis. Voluntaria eſt, quam quis ſponte ſuſcipit, cuju innumera extant exempla in ſacris paginis, uti videre e apud Vallenſ. *§. 14. n. 4.* Sacramentalis eſt, quam ſacerdos per poteſtatem Clavium ſibi traditam non ſolùm ad ſolvendum, ſed etiam ligandum, pœnitenti injungit, & hæc longe præſtantior eſt priori: tum; quia ex obedientia ſuſcipitur, tum; quia effectum efficaciam ac fructum ſuum ſumit à Sacramento: illa vero à virtut Pœnitentiæ tantùm cit. Vallenſ. *n. 5.*

10. *Quid hic in ſecunda rubricæ parte per remiſſiones intelligitur? & quid illæ ſunt?*

Per remiſſiones hic nihil aliud intelligitur quam indulgen

…lgentiæ : nam duplex remiſſionum genus eſt in Ec-cleſia , unum culpæ , quod maximè fit per abſolutionem ſacramentalem , alterum pœnæ , quod extra Sacramen-tum fit per indulgentias , quomodo ſumptæ remiſſiones ſive indulgentiæ ſunt : relaxatio pœnæ temporalis pro peccatis actualibus remiſſis debitæ per applicationem me-ritorum Chriſti, & Sanctorum. Schmalzgr. *hic num. & ſeq.*

1. *Quotuplices ſunt ejusmodi remiſſiones ſive indulgentiæ?*

Dividuntur multifariam: I. In plenarias ſive tota-les ſimpliciter per quas remittitur tota pœnitentia, & ſa-tisfactio ſive in hoc, ſive in altero ſæculo ſuſtinenda. II. In plenariſſimas ſive Jubilæum, quod præterea alia habet conjuncta Privilegia, v. gr. abſolvendi à cenſuris, caſibus reſervatis &c. III. In partiales , per quas tan-tum pars pœnitentiæ, v. gr. 40. dierum condonatur. IV. In perſonales certis perſonis conceſſas. V. In reales v. gr. certis roſariis , numismatibus &c. indultas. VI. In locales , quæ locis certis & templis tribuuntur , de quibus vid. König *num. 23. ſeq.* Pichler *num. 20. & ſeq.* junct. *num. 23. uſque ad finem.* Vallenſ. *n. 18. cum reliq. h. t.* Schmalzgr. *§. 3. & 4. per tot. eôdem tit.*

TITULUS XXXIX.

De Sententia Excommunicationis.

1. *Quæ eſt ratio ordinis reſpectu hujus tituli?*

Actum de pœnis, quæ in foro tam externo , ſive ju-diciali, quam interno ſive pœnitentiali imponuntur & qui-

& quidem in titulo 27. uti plurimum de pœnis vin-
cativis. Hic itaque agitur de aliis quibusdam pœnis m-
dicinalibus, quales ſunt cenſuræ Eccleſiaſticæ; exco-
municatio nimirum, ſuſpenſio, & interdictum. Qua-
vis verò iſte titulus tantum inſcribatur de ſententia E-
communicationis, tractatur tamen in eo univerſaliter
cenſuris Eccleſiaſticis, uti ex contextu apparet.

2. *Quid ergò eſt Cenſura?*

Cenſura eſt pœna ſpiritualis, & medicinalis,]
quam homini baptizato delinquenti, & contumaci a
fertur uſus quorundam bonorum ſpiritualium. Pich
hìc num. 2. & quoad rem com. Confer Schmalz
hìc n. 1. & 4. ſeqq.

3. *Quare dicitur ſpiritualis & medi-cinalis?*

Spiritualis pœna ideo dicitur; quia licet quandoq
etiam privet cenſuratum bonis temporalibus, primar
tamen ſemper privat bonis ſpiritualibus. cit. Schmalzg
hic n. 4. Medicinalis econtra ideo appellatur; qu
eſt ordinata ad excitandum peccatorem, ut citius re
piſcat; & quia cenſura regulariter non eſt pœna vinc
cativa ſceleris jam perpetrati, ſed potius intendens co
rectionem delinquentis, ſive inobedientis poteſtati E
cleſiaſticæ ſub cenſura aliquid præcipientis, vel proh
bentis. arg. *cap. 1. h. t. in 6.* Reiffenſt. *eod. n.*
Hinc Carcer, Exilium privatio beneficii &c. licet ſi
pœnæ Eccleſiaſticæ non tamen ſunt cenſuræ, uti nec d
gradatio, ſed magis pœnæ vindicativæ: niſi Carcer
Exilium, &c. habeant ſimul annexam ſuſpenſionem. ci
Pichler *h. t. n. 1.*

4. *Qu*

. *Quæ ſunt illa bona ſpiritualia, quibus cenſuratus privatur?*

Ea; quæ ſunt communia fidelibus, & publica, ac
:terna, quorum videlicet adminiſtratio & applicatio eſt
:nes Eccleſiam: uti ſunt Eccleſiæ ſuffragia, indulgen-
:æ, Jurisdictio Eccleſiaſtica, Sacrificia, Sacramentorum
:us paſſivus, & activus &c. non tamen ea: quæ ſunt
:ivata ſeu interna homini propria, uti Fides, Charitas,
: aliæ gratiæ ſupernaturales; quia hæc bona ſunt ho-
:inibus propria, ac interna, nec ſubſunt diſpoſitioni Ec-
:eſiæ, vid. cit. Pichl. *d. n. 1.* Engel *n. 16.*

5. *Quomodo Cenſura in genere dividitur?*

Cenſura in genere accepta, alia eſt *Juris*, alia
:*minis.* Cenſura Juris, ſive à Jure inflicta eſt illa,
:æ per SS. Canones, Conſtitutiones, & ſtatuta Eccle-
:ſtica infertur. Cenſura hominis verò, quæ ab homi-
:, ſive Judice, vel Prælato Eccleſiaſtico fertur per mo-
:m mandati, vel ſententiæ Judicialis. Porro cenſura
:is, alia eſt *latæ*, alia *ferendæ ſententiæ:* hæc eſt,
:æ licet jure ſtatuta ſit à delinquente tamen non ipsó fa-
: incurritur, ſed per ſententiam à Judice primum eſt
:ligenda: illa autem, ſive *latæ ſententiæ*, eſt, quam
:inquens ipsó factó ſine alia ſententia condemnatoria
:urrit. Similiter Cenſura hominis alia eſt, quæ certæ
:ui perſonæ nominatim ac in ſpecie infligitur: & alia,
:e per generalem ſententiam indeterminatè profertur:
:les olim ſæpius inſerebantur pro culpis futuris, vel
:m præteritis, ſi ſatisfactio pro iis intra certum tem-
: non eſſet ſecuta, quo ſpectant illæ ſententiæ genera-
:, quæ quandoque à Judicibus Eccleſiaſticis ſolent pro-
:i *ad finem revelationis*, ut vocant, de qui-
: ſingulis ſpeciebus vid. hic Engel *num. 18. cum ſeqq.*

ſeqq. add. Pichler *eod. tit. num. 3.* & Schmalzgr. *8. cum tribus ſeqq.*

6. *Quis poteſt ferre Cenſuras ?*

Omnis & ſolus ſuperior Eccleſiaſticus, habens juriſdictionem in foro externo, & contentioſo, ſive *ordinariam*, qualis per eminentiam competit Papæ reſpect omnium fidelium totius mundi, deinde Cardinalibus Eccleſiis ſui tituli, Primatibus, Archi - Epiſcopis, Epiſcopis in ſuis Diœceſibus, Legatis ſedis Apoſtolic in Provinciis ſuis legationis, Capitulis, ſede Epiſcopa vacante: item Abbatibus, Prælatis, nec non ordinu Religioſorum generalibus, Provincialibus, Rectoribus Prioribus Conventualibus, Guardianis &c. reſpectu regularium ſibi ſubditorum, ſive *delegatam*, qu bus nempe ſpecialiter à prædictis committitur. vid Schmalzgr. *hic n. 13. cum ſeq.* Confer. Engel *num 12. & duob. ſeqq.*

7. *Poſſuntne id etiam facere Abbatiſſæ ve Prioriſſæ Monialium ?*

Videtur hoc quidem inſinuare *cap. 12. de Major & Obed.* ſed in contrarium eſt veritas arg. *cap. 1 de pœnitent. & remiſſ.* ubi Pontifex fæminas cla vium Eccleſiaſticarum declarat incapaces, accedit, quo in *cit. c. 12.* dicatur, quod Abbatiſſa excommunicar non poſſit. Engel *hic n. 15.* procedit hoc jure ordi nario: nam quod ex plenitudine Poteſtatis Pontificiæ de legari ei ſaltem poſſet, tenent plures Doctores in ſpeci cit. Schmalzgr. *n. 15.* Pichler *n. 4.* ex ratione: quo licet hæc poteſtas ſit ſpiritualis non tamen ſit ordini pulchrè Zoës *h. t. n. 8.*

8. I

8. In quos poteſt ferri Cenſura?

Cenſura propriè, & directè fertur tantùm in baptiatos vivos, ratione, & doli capaces, inferiores & ſubitos; hinc Catechumeni, Judæi, Pagani, cenſurâ affii non poſſunt. Trid. *ſeſſ. 14. c. 2. de Pœnit. Sacram.* ecùs eſt de Hæreticis, Apoſtatis, Schiſmaticis, cum hi per aptiſmum poteſtati Eccleſiæ ſint ſubjecti. vid. cit. chmalzgr. *h. tit. n. 35. & 5. ſeqq.*

. Sed quomodo exaudiendum eſt capit. 8. h. t. *ubi mandantur mortui in excommuicatione, cum pœnitentiæ tamen ſignis abſoli*, & Canon. fin. cauſ. 24. q. 2. *ubi Hæretici mortui anathemate feriuntur?*

In iſtis textibus non agitur de abſolutione, vel exommunicatione propria, & directa: hæc enim non oteſt intendi in animam mortui, utpote jam de Juriſdict. ccleſ. ſubtractam, ſed in cit. *cap. 28.* declarat tanm magis Pontifex talem, qui emiſſis Pœnitentiæ ſignis ceſſit (eo, quod coram Deo veniam nactus eſſe credar) apud Eccleſiam quoque pro abſoluto habendum ſe, conſequenter indirecte tantùm eum abſolvi mandat tollendo excommunicationis vinculum, propter quod lis non poterat Eccleſiaſticæ ſepulturæ mandari, & rticipare fidelium ſuffragia, ac ſimilia charitatis officia, æ aliis fidelibus ſolent exhiberi, ſimiliter in *Can. fin. t.* non directâ, ſed indirectâ cenſurâ hæretici affici entur, ſcilicet declarativè & in ordine ad privatiom mox dictarum gratiarum, vide Engel *h. t. n. 4* chler *n. 7.*

10. *Quid requiritur ad Juſtitiam Cenſuræ?*

Ad hoc ut aliquis juſtè & legitimè cenſurari poſſit, requiritur: I. Culpa ſive peccatum grave. Trid. *ſeſſ. 25. de reform. c. 3.* Cum enim cenſura ſit gravis pœna non niſi ob grave delictum infligi debet. II. Requiritur, ut peccatum non ſit merè internum; quia ſicut juxta dicta *L. 1. tit. de Conſtit. q. 16.* actus merè interni non ſunt materia legis, ita etiam eos Eccleſia punire nequit. III. Ut ſit opere conſummatum, ſaltem niſi aliud expreſsè ſit in Jure ſtatutum. *cap. 7. de elect. in 6.* nam leges pœnales ſtrictè ſunt accipiendæ. IV. Ut commiſſum ſit cum contemptu Eccleſiaſticæ poteſtatis, ſive formali ſive interpretativo, & virtuali; quia juxta doctrinam Chriſti *Matth. 18.* tunc demum quis à gremio Eccleſiæ, & fratrum numero proſcribi debet, ſi monitus Eccleſiam non audierit. vid. Pichler *hic num. 8.* Engel *n. 6.* Confer. quoad II. requiſitum Schmalzgr. *n. 61. & ſeq.*

11. *Quæ debent præcedere ad hoc, priusquam Judex decernat cenſuram?*

Refert, an cenſura feratur à lege, vel ab homine quidem ſed per modum ſententiæ generalis, an vero feratur ab homine per ſententiam particularem. Si primum? nihil aliud requiritur, niſi, ut de delicto conſtet, & ſuper hoc tantum citari, & audiri debet reus, ne innocens condemnetur (niſi fortè delictum publicum ſit & notorium) tunc enim etiam citatio illa, & disquiſitio non eſt neceſſaria, *c. 26. de appellat.* Conſequenter, poteſt ſtatim, & debet reum tanquam cenſuratum declarare, ac denuntiare. arg. *Can. 15. cauſ. 2. q. 1. & cap. 9. de accuſat.* nec non *cap. 26. cit. de appellat.*

Si

ſi poſterius? tunc non poteſt Judex prius cenſuram (ſalem ut talem, & in quantum eſt pœna medicinalis) in eum decernere, donec præceſſerit monitio & quidem regulariter trina cum debito temporis intervallo ut cenſurandus ſufficiens tempus habeat ad exhibendam ſatisfactionem, vel proponendam defenſionem. *c. 28. h. t. & ap. 9. & 13. eod. in 6.* & ratio eſt: quia cenſura ut alis, & quatenus eſt pœna medicinalis fertur tantum ob ontumaciam, & inobedientiam actualem, non poteſt utem videri, aut cenſeri contumax, qui monitus non uit. vid. Engel *hic n. 7. & duob. ſeqq.* Pichl. *n. 9.* ,oës *n. 15. & trib. ſeqq.* Schmalzgr. *à n. 26. uſque d 34.* dictum autem cenſura *ut talis &c.* nam quano non ut talis, ſed magis ut pœna vindicativa infligitur, out ſubinde (præſertim ſuſpenſio & interdictum) talir infligi poteſt, uti videre eſt apud cit. Schmalzgr. *30.* König *n. 35.* Engel *n. 2.* tunc ſimiliter prævia onitione non eſt opus, modo de delicto conſtet. idem hmalzgr. *d. n. 30.*

2. *Quæ cauſæ excuſant aliquem ab incurrenda cenſura?*

Prima, & præcipua cauſa eſt, ſi ex parte ferentis cenſram deficiat jurisdictio. II. Si delictum ſub cenſura prohbitum in ſuo genere non ſit conſummatum. III. Quancque, ſi conſentiat is, in cujus favorem cenſura lata. I. Si ad rem ſub cenſura prohibitam aliquis gravi metu ſ inductus. V. Ligamen cenſuræ ſaltem pro foro intno non incurritur, ſi non adſit ſufficiens cauſæ, & ceſurandus ſit revera innocens. VI. Denique etiam à cſura incurrenda excuſat ignorantia probabilis & invcibilis tam facti, quam Juris, vid. de his omnibus Fiſſenſt. *hic à n. 29. uſque ad 43.* Schmalzgr. *n. 7 & ſeq. uſque ad 84.* Pichl. *n. 10. & ſeq.* add. Zës *à n. 144. uſque ad 158.*

13. *Quomodo in ſpecie dividitur, ſive quot ſunt ſpecies cenſuræ?*

Cenſuræ, vere & propriè dictæ, ſunt tantum tres ſpecies, nimirum excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. text. in *c. 21. de V. S.* ubi Pontifex conſultus, quid per cenſuram Eccleſiaſticam intelligatur, ſuper his tantum tribus reſpondit. Et hinc ceſſatio à Divinis, ſicut, & irregularitas, nec non depoſitio, degradatio, non ſunt cenſuræ, ſed aliæ pœnæ Eccleſiaſticæ vindicativæ, non medicinales: & de irregularitate conſtat exinde quod hæc plerumque contrahatur ex Cenſurarum violatione, conſequenter debet eſſe quid diſtinctum à cenſuris. Zoes *hic n. 28.* Confer. Schmalzgr. *num. 6. cum ſeq.*

14. *Quid eſt Excommunicatio?*

Eſt cenſura Eccleſiaſtica, per quam homo Chriſtianus à communione Eccleſiæ ſeparatur. Engel *h. t. num 27.* Confer. Schmalzgr. *hic n. 112. & duob. ſeqq.*

15. *Eſtnè aliqua differentia inter anathema, & Excommunicationem?*

Quoad rem nulla eſt differentia, ſed tantum quoad ſolennitates inter ſe differunt, quod ſcilicet anathema cum certis quibusdam ſolemnitatibus, & ceremoniis præſcriptis in *Can. 106. cauſ. 11. q. 3.* infligatur, econtra excommunicatio ſola ſententia Judicis in ſcriptis concepta proferatur, uti videre eſt apud Engel *num. 28.* Schmalzgr. *n. 117.*

16. *Quo-*

16. *Quotuplex eſt Excommunicatio?*

Duplex; nimirum major, & minor, illa eſt, quæ excommunicatum privat ſimpliciter omnium bonorum inter fideles communium participatione. Hæc, quæ tantum privat uſu Sacramentorum paſſivo, id eſt eorum receptione. vid. Vallenſ. *hic §. 2. n. 1.*

17. *Quando in ſpecie incurritur excommunicatio major?*

Generaliter poteſt infligi ob quamlibet culpam, & contumaciam gravem, prout fertur ab homine; prout vero à Jure in ſpecie infligitur, tunc varii & plurimi ſunt caſus, quibus vel ipſo jure incurritur, vel per ſententiam infligi jubetur, uti per decurſum hujus libri circa varia delicta viſum fuit: quæ iterum quandoque eſt reſervata, quandoque non reſervata. Utriusque exempla, & Catalogos tum ex Bulla Cœnæ, tum ex aliis Bullis, & conſtitutionibus, tam in corpore Juris clauſis, quàm extravagantibus ſicut & ipſam Bullam Cœnæ per extenſum refert Pichler *n. 15. & 5. ſeqq.* inter has famoſa & frequens eſt illa excommunicatio, quæ ipso jure incurritur ob violationem. *Can. ſi quis ſuadente 29. cauſ. 17. q. 4.* Eſtque una ſimiliter de reſervatis; quando nimirum aliquis violentas manus injicit in Clericum, vel Monachum eum vulnerando, pulſando, aliasquè quomodolibet realiter injuriando. *cit. Can. ſi quis ſuadente.*

18. *Quid requiritur ad hoc ut iſta excommunicatio Can. incurratur?*

Requiritur primo ut quis ſcienter in Clericum manus injecerit, ſeu, quod ſciverit eum eſſe clericum. II. Ut percuſſio, ſeu injuria ſit gravis & realis. III. Ut facta fuerit ſuadente diabolo, hoc eſt cum injuria, ſive animo

Clerico manus violentas inferendi vid. Engel *hìc num. 133. & ſeq. uſque ad n. 142.* Confer. Reiffenſt. *n. 108. & duob. ſeqq.* juncto *n. 117. uſque ad n. 126.* Quis autem ſit percuſſor mas vel fæmina, aut etiam alius Clericus non intereſt: nam etiam Clerici, & Monachi ſe invicem injuriosè percutientes excommunicationem hanc incurrunt, cit. Engel *n. 131.* imo non tantum ille qui percutit, vel percuſſit, ſed etiam, qui ejusmodi percusſionem mandavit, vel conſilium, auxilium, aut favorem ad eandem præbuit, aut etiam eam nomine ſuo factam ratihabuit, Reiffenſt. *hìc num. 212. & ſeq.* Schmalzgr. *n. 221. uſque ad n. 224.* Similiter appellatione Clericorum veniunt hìc non tantum Clerici in majoribus conſtituti, ſed etiam habentes tantum minores ordines, dummodo obſervent conditiones à Trid. *ſeſſ. 23. c. 6.* præſcriptas. vid. tamen dicta *L. 3. tit. 1. q. 11.* & Schmalzgr. *hìc n. 217.* Pariter ſub nomine Monachorum comprehenduntur non tantùm viri, ſed etiam fæminæ ſive moniales quorumcunque ordinum approbatorum, etiam Novitii, & Novitiæ, quamdiu habitum Religionis geſtant, idem Engel *num. 119.* & Schmalzgr. *n. 219.*

19. *Qui ſunt effectus excommunicationis majoris?*

Effectus excommunicationis majoris ſunt in duplici differentia, alii enim ſunt directi, alii indirecti.

20. *Qui ergò ſunt effectus directi?*

Primus eſt privatio usûs Sacramentorum, tam activè, quàm paſſivè. *cap. 32. h. t.* II. Privatio omnium ſuffragiorum Eccleſiæ. *cap. 28. & 38. h. t.* III. Eſt privatio omnium rerum Sacrarum, & Divinorum officiorum

ciorum. *c. 8. eód.* IV. Privatio Sepulturæ Eccleſiaſticæ. *c. 12. de Sepulturis. cum Concordant.* V. Eſt privatio jurisdictionis Eccleſiaſticæ. *Can. 4. cauſ. 24. quæſt. 1. c. 1. §. ea tamen. de officio Vicar. in 6.* VI. Eſt inhabilitas ad omnia beneficia, & officia Eccleſiaſtica, quæcunque obtinenda, ità, ut ejus præſentatio, inſtitutio, electio, vel confirmatio ipsò jure ſit nulla, & invalida. *c. 7. & ultim. de Cleric. excom.* VII. Eſt privatio omnis communicationis, tam civilis quàm forenſis. König *h. t. num. 30.* & late Schmalzgr. *à num. 126. usque ad num. 176.* confer Pichler *num. 29.* Reiffenſt. *à n. 60. usque ad num. 74.*

21. *Qui indirecti?*

Effectus indirectus excommunicationis majoris eſt, quod communicans ſine juſta cauſa cum excommunicato excommunicatione majori, incurrat excommunicationem minorem. *c. 3. h. t. in 6.* imo etiam majorem, ſi in ſacris veluti in Sacramentis, Sacrificio Miſſæ, aliisque rebus & officiis Divinis, & multò magis, ſi in ipſo crimine, ob quod alter excommunicatus eſt, participet. König *h. t. num. 31.* huc etiam referri poteſt. Quod Clericus excommunicatus in officio miniſtrans fiat irregularis. Supra *de Cleric. excom. c. 9. & 10.* item, quod ſi per annum in excommunicatione inſorduerit de hæreſi reddatur ſuſpectus, ità, ut contra illum tanquam talem procedi poſſit. Trid. *ſeſſ. 23. de reform. c. 3.* Reiffenſt. *h. t. n. 74.*

22. *Subjacentnè iſtis privationum pœnis etiam adhuc hodie, poſt Bullam Martini V. ad evitanda, excommunicati non denuntiati ſive tolerati?*

Ipſi per ſe & directè ſubjacent. Ratio: quia, ùt ſæpius

pius dictum per Bullam citatam nullus favor excommunicatis eſt præſtitus. Quare ipſi quoad ſe, licet ùt tales denuntiati non ſint, ſicut olim, ità & hodie tenentur abſtinere & vitare communionem cum aliis fidelibus. At vero aliis hodie ſaltem cum iis communicare eſt permiſſum, & hinc indirectè & per accidens tantum gaudent hodie communione, nimirum ſi, & quando fideles cum ipſis volunt communicare, vel actum ipſis aliàs prohibitum, ab iis requirunt. Pichler. *n. 25. & 30.* confer Reiffenſt. *h. t. §. 5. per tot.*

23. *An & qualiter fideles cum excommunicatis non toleratis poſſunt communicare?*

Regulariter non poſſunt cum ipſis communicare ſub pœna excommunicationis minoris, non tantùm in Sacris, & Divinis, ſed nec in Civilibus, & Politicis, aliisque forenſibus actionibus; niſi cauſa juſta ſubſit. *Can. 17. & ſeq. cauſ. 11. quæſt. 3. c. penult. h. t.* Pichler *hic. n. 31.*

24. *Quæ ſunt iſtæ cauſæ, ob quas etiam cum his communicare aliis fidelibus licet?*

Hæ continentur hoc Verſu:

Utile, Lex, Humile, Res ignorata, Neceſſe.

Ubi per *utile* intelligitur magna utilitas: per *legem* vinculum matrimoniale, vel ſocietatis antea initæ: per *Humile* ſubjectio: per *Res ignorata* tam ignorantia Juris, quam facti, prout dictum hoc *tit. quæſt. 12.* per *Neceſſe* neceſſitas, ut ſi quis non poſſet habere neceſſaria, niſi ab excommunicato, vel ſi excommunicatus

eſſet

ſſet debitor. vid. Pichler *num. 32. cum ſeq.* & latè chmalzgr, *eod. tit. n. 183. usque ad n. 194.*

3. *Ex quibus cauſis minor Excommunicatio hodie contrahitur?*

Iſta hodie præcisè ob unicam cauſam contrahitur. Scicet propter illicitam communicationem cum excommuicatis non toleratis, *c. 2. de except. c. 15. 29. 55. h. t. um concord.* Pichler *h. t. n. 34.*

26. *Quis eſt ejus effectus?*

Directus unicus tantùm, nempe privatio paſſiva Sacraentorum. *d. c. 2. de except. c. fin. de Cleric. excom. iniſtrant. & c. 59. h. t.* indirectus verò eſt privatio ectionis paſſivæ ad beneficia Eccleſiaſtica *cap. fin. cit.* æ tamen non eſt ipſo jure irrita, ſed tantum irritanda ratione; quod *cit. cap. fin. h.* termino utatur, cit. chler *n. 35.* Schmalzgr. *n. 201. & trib. ſeqq.*

27. *Quid eſt ſuſpenſio?*

Suſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua Miniſter Eccle: formaliter impeditur, nè functiones Eccleſiaſticas exeat, aliquavè poteſtate utatur. Schmalzgr. *num. 263.* quoad rem communis.

28. *Quotuplex eſt ſuſpenſio?*

Duplex principaliter: Una *ab officio tantùm*, altera *à beneficio tantùm.* Illa eſt: quâ Miniſter Eccleſiæ novetur præcisè ab exercitio ordinum vel aliarum funonum, quæ aliàs ratione ordinis aut muneris, ſeu offi Eccleſiaſtici incumbunt. Hæc, quâ viciſſim Clericus

removetur ab adminiſtratione, & perceptione fructu[illegible] beneficii. Utraque ſubdividitur in totalem: ſi quis pr[illegible] sùs ab omni exercitio officii, vel perceptione omnium fr[illegible] ctuum ſuſpenditur; & partialem: quando nimirum u[illegible] tantum vel alter actus ordinis, vel muneris Eccleſiaſt[illegible] alicui prohibetur: aut pars tantùm aliqua fructuum be[illegible] neficialium ſubtrahitur. Reiffenſt. *hìc num. 162.* Qu[illegible] ſi verò utrumque alicui adimatur, & exercitium ordin[illegible] ac Juriſdictionis, & adminiſtratio beneficii ſimul, tu[illegible] dicitur ſimpliciter ſuſpenſio; eaque ſemper lata intelli[illegible] tur, quando in Canone vel ſententia ſuſpenſionis nom[illegible] ſimiliter ponitur. ùt docet Zoës *hìc num. 114.* vi[illegible] Schmalzgr. *n. 266. cum duob. ſeqq.*

29. *Sed an non ſuſpenſio ab officio hôc ip[ſo] etiam includat ſuſpenſionem à beneficio, vel econtra?*

Videtur hoc fortè maximè quoad primam ſpeciem c[illegible] cendum, ex ratione: quod beneficium detur propter o[illegible] ficium. Ad contrarium eſt veriùs arg. *c. odia de regu[lis] Juris n. 6.* & quia in pœnalibus ſemper benignior interpre[illegible] tatio eſt facienda. *c. 49. eód. in 6.* facit ratio: quod ben[illegible] ficio ſemel legitime obtento non eò ipsò quis amittat fru[illegible] ctus beneficii, ſi ad tempus peragere nequeat officium, [illegible] patet in clerico ægrotante, vel inhabili reddito. Mul[illegible] verò minùs ſuſpenſio à beneficio importat ſuſpenſione[m] ab officio, prout omnes conveniunt. Reiffenſt. *hìc num. 168. & ſeq.* Zoës *num. 116.* confer Schmalzgr. *à n. 288. usque ad n. 305.*

30. *In quem proprie cadit hæc cenſura?*

Cenſuram hanc proprie incurrunt ſoli clerici. Und[e] illa eſt propria clericorum, & quæ in Laico non cadi[t] quam

quamvis excommunicatio, & interdictum ſint cenſuræ tam Laicis, quàm Clericis communes. cit. Reiffenſt. *n. 163.* Similiter, licet Abbatiſſæ, Prioriſſæ Monialium poſſint ſuſpendi ab officio, iſta tamen ſuſpenſio, potius tantum eſt ſuſpenſio quædam ab officio ſuæ oeconomiæ, ejusque actibus, quàm ab actibus Eccleſiaſticis. Ratione ordinis clericis cuipiam competentibus, utpote cum fœmina ſit incapax omnes ejusmodi ordinis Clericalis: & Jurisdictionis Eccleſiaſticæ. Idem Reiffenſt. *num. 164.* Præterea quoque notandum, quod ſub generali lege, aut ſententia ſuſpenſionis non comprehendantur Epiſcopi, & alii ſuperiores Prælati. *c. 4. h. t. in 6.* vid. Schmalzgr. *n. 273. & quatuor ſeqq.*

31. *Quis eſt effectus ſuſpenſionis?*

Præter ea, quibus cenſura hæc privat ſuſpenſum tam ratione beneficii, quàm officii, juxta *d. quæſt. 28. & 29.* qui ſunt effectus directi: Inſuper ſuſpenſus ab ordine, ſi in eo miniſtret incurrit irregularitatem, *c. 9. ſupr. de Cler. excom.* ſuſpenſus vero à beneficio, ſi ſe ejus adminiſtrationi ingerat, illud amittit. *c. 1. §. fin. de elect. in 6.* Adhæc ſuſpenſi denuntiati, ſunt vitandi, ſicut alii cenſurati, & ſi exerceant actum Jurisdictionis, beneficii, vel officii (exceptò actu ordinis,) talis actus eſt nullus & invalidus. *c. 8. de conſuetut. c. 16. de elect. & c. 8. de æt. & qual.* vid. Pichler *hic n. 43.* Reiffenſt. *n. 175. cum ſeq.* & Schmalzgr. *n. 308. cum ſeq.*

32. *Quid eſt interdictum?*

Interdictum eſt cenſura, per quam participatio quorundam Sacramentorum, Divinorum officiorum, & ſepulturæ Eccleſiaſticæ prohibetur. *c. 11. de ſponſal. & c. 11. de pœnitent. & remiſſ.* König *h. t. n. 42.*

33. Quo-

33. *Quomodo diſtinguitur ab excommuni- catione, & ſuſpenſione?*

Ab excommunicatione differt I. quod hæc privet com- munione hominum, non autem interdictum. II. Quod excommunicatio non poſſit ferri in totam communita- tem, benè verò interdictum. A ſuſpenſione differt, quod illa tantùm feratur in clericos, interdictum verò etiam in Laicos. Engel *h. t. num. 81.*

34. *Quotuplex eſt interdictum?*

Interdictum dividitur I. in perſonale, locale, & mix- tum. Perſonale eſt, quod immediatè afficit perſonam, locale, quod immediatè afficit locum, mixtum quod af- ficit tam locum, quàm perſonas. II. Utrumque interdi- ctum ſubdividitur in generale, & particulare. Generale locale eſt, quod fertur in locum continentem plura loca v. g. in Regnum, Provinciam, Diœceſim, Civitatem &c. Particulare locale eſt, quo unus alterve locus. v. g. Paro- chia, vel Eccleſia interdicitur. III. Tandem dividitur in totale, quod habet omnes interdicti effectus, & particu- lare, quod non omnes, ſed unum vel alterum habet. vid. Schmalzgr. *h. t. n. 323. & duob. ſeqq.*

35. *Quænam loca comprehenduntur inter- dicto generali locali?*

Comprehenduntur omnia loca, ſub loco principali interdicto contenta, & acceſſoria. Unde v. g. interdicta civitate, interdicta ſunt ſuburbia, & interdictum afficiens Eccleſiam, afficit etiam capellas, & cæmeteria contigua. Ratio hujus deſumitur *ex c. 17. h. t.* ubi ideo in mate- ria hac, quamvis odioſa latiorem interpretationem facien- dam ait Pontifex, *ne vilipendi valeat ſententia in- terd*

rdicti, dum nimirum participatio rerum ſacrarum
ox in loco continenti haberi poſſet, latè cit. Schmalzgr.
t. n. 326. & ſeqq. usque ad 333.

36. *Quas perſonas afficit interdictum generale perſonale?*

Regulariter omnes, qui ſunt membra communitatis
erdictæ. *c. 16. h. t. in 6.* dictum autem *regulariter;*
n I. interdicto populo alicujus civitatis, non compre-
hditur Clerus. II. Interdictô clerô non comprehen-
ditur Religioſi. III. Externi v. g. ſtudioſi, & merca-
es &c. Schmalzgr. *h. t. num. 334. usque ad num.*
3.

37. *Qui ſunt effectus interdicti?*

Hi tres ſunt, juxta datam definitionem interdicti. Ni-
mum I. privatio uſus quorundam Sacramentorum. II.
Pratio officiorum Divinorum. Et III. privatio Sepultu-
ræ Eccleſiaſticæ. Notanter autem circa primum effectum
dum: *quorundam Sacramentorum*: Enim verò
tempore interdicti non omnia Sacramenta adminiſtrari
pribentur, ſed tantùm quædam, ſcilicet Sacramentum
Odinis, extremæ unctionis, & Euchariſtiæ, extra ca-
ſu, quô moribundis porrigitur per modum viatici, item
Mrimonii cum benedictione nuptiali. Prout colligunt
D. *ex c. 11. de ſponſal. c. 11. de pœnitent. c. 19. &*
24 h. t. in 6. & c. 54. X. eod. quantum ad 2. effectum
etin notandum eſt, quod licet olim durante interdicto
gerali locali ſemel tantùm in hebdomade ad Euchari-
ſtiam conficiendam, Miſſam celebrare licuerit. *c. 57. h. t.*
hoe tamen circa hoc in *c. 24. eod. in 6.* magna mode-
rat facta, conceſſumque ſit in Eccleſiis & Monaſteriis
Reularium clauſis tamen januis, & ſubmiſſa voce quoti-
die:

die : in certis verò feſtivitatibus, nempe natalis Domi. Paſchatis, Pentecoſtes, apertis quoque januis Miſſam, alia Divina cum omni ſolemnitate ac præſente populo c lebrare, de quibus ſingulis plura Reiffenſt. *h. t. n. 19 usque ud num. 215.* & fuſe Schmalzgr. *à num. 35 usque ad 378.*

38. *Quibus pœnis afficiuntur violantes interdictum?*

Præter reatum peccati mortalis, I. contrahunt irregularitatem. *c. 18. §. fin. & c. 20. h. t. in 6.* II. Incurrunt ſuſpenſionem ab officio, beneficio, & Jurisdictione. *c. 18. de exceſſ. Prælat.* III. Privantur jure activæ & paſſivæ electionis. *c. 18. in fin. h. t. in 6. & c. 1. de poſtulat. Prælat.* IV. Religioſi etiam exempti non ſervantes interdictum, quando illud ſervatur in Eccleſia matrice, incurrunt excommunicationem. *Clem. 1. h. t.* V. Juxta *Clem. 2. eod. tit.* eandem quoque excommunicationem, & quidem Papæ reſervatam incurrunt Domini temporales, compellentes Clericos publice officia Divina in loco interdicto celebrare, &c. cit. Reiffenſt. *n. 216. usque ad n. 225.* Engel *n. 98. & aliquot ſeqq.*

39. *Qualiter differt interdictum locale, à ceſſatione à Divinis, & quid hæc eſt?*

Ceſſatio à Divinis propriè eſt prohibitio Eccleſiaſtica Clericis impoſita; abſtinendi à Divinis in aliquo loco. Vocatur alio nomine ſuſpenſio organorum, ſive laudis Divinæ. Hæc licet quidem interdicto multum ſimilis ſit differt tamen ab eo I. quia non eſt cenſura, ùt ſupra dictum, nec tam in pœnam alicujus delicti, infligitur, quàm

potiu

[...]iùs ad indicandum Eccleſiæ mœrorem imponitur. II. [...] hæc ſemper ab homine injungitur & immediatè affi[...] locum, perſonas autem ſolum mediate, & nunquam [...]erminatè, ſecùs ac interdictum. III. Quia violans ceſ[...]onem indictam, licet graviter peccet, non tamen incur[...] irregularitatem. Schmalzgr. *hìc §. 6. n. 402. & ſeq.* at[...]e ibi in ulterioribus plura.

4[...]. *Quamdiu durant cenſuræ, & quomodo tolluntur?*

